Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca
11-2ª

OPERA

# D. GREGORII, NYSSENI EPISCOPI, FRATRIS BASILII MAGNI,

DE GRAECO IN LATINVM SERMONEM conuersa, studio potissimùm atque opera

LAVRENTII SIFANI I. V. D.

&

IOANNIS LEVVENKLAII.

*Quid hac* SECVNDA EDITIONE *præstitum sit, & quæ prioribus libris accesserint, ex Proœmijs interpretum Lector intelliget.*

Additus est Index rerum memorabilium, & locorum Scripturæ uberrimus.

FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

BIBLIOTHECÆ OMNIENSIS SOCIETATIS IESV

Cum priuilegio Imp. Maiestatis in annos X. Et Regis Galliarum in annos IX.

BASILEAE,
*PER EVSEBIVM EPISCOPIVM, ET Nicolai fratris hæredes.* M. D. LXXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

## LE PRIVILEGE.

CHARLES par la grace de Dieu Roy de Frãce, à Tous les Preuostz, Baillifz, seneschaulx, de nostre Royaume, pays, terres et seigneuries, ou leurs Lieutenans, & chacun d'eux endroict soy si comme luy apartiendra salut. Nostre bien aymé Nicolas L'eueſque le Ieune, marchant Librare & Burgeois de la Ville de Basle l'un des Cantons de noz Chiers, bien-aymez, alliez, confederez, & bons comperes les Suisses. Nous a fait entendre qu'il uoudroit faire imprimer ung liure intitulé Gregorij Nyssen Episcopi Opera omnia, à Laurentio Sisano ex Græco in Latinũ translata. Laquelle impreſsion ne se peult faire sans grandz frais desquelz il craint estre foulé par les autres Libraires & Imprimeurs de nostre royaume, qui uouldroyent faire incontinent imprimer ledit liure, & le uendre & debiter au grand interest & dommage du suppliant, qui nous a requis sur ce luy pourueoir. Nous à ces causes uoulans fauorablement traicter ledit suppliant, & luy donner moyen de se rembourser des fraiz qu'il luy conuiendra faire à l'impreſsion dudit liure, & luy accroistre le desir de faire prouffit à la Republique par l'impreſsion de tous bons liures. A icelluy pour ces causes auons de nostre grace speciale permis et octroyé, parmettons & octroyons par ces presentes, uoulons & nous plaist, qu'il puisse & luy soit loysible mettre en uente ledit liure cy dessus expecifié, par luy imprimé en grand & petit uolume, & tel que bon luy semblera par tout nostre dit royaume, pays terres & seigneuries, durant le temps & terme de neuf ans prochains uenans, ensuyuans, & consecutifz, à commencer du iour & date que l'impreſsion dudit liure sera paracheuée, sans que aucun des Libraires & Imprimeurs de nostre dit royaume puissent durant ledit temps faire imprimer ledit liure, & moins le mettre en uente & debiter sans le uouloir & consentement dudit suppliant, sur peine de confiscation d'iceulx, & d'amande arbitraire tant enuers nous, que enuers ledit suppliãt, & de tous despens dommages & interestz. Si uoulons & uous mandons, & à chacun de uous, endroict soy si comme luy apartiendra tres-expreſsement enioignons par cesdites, que de noz presens grace priuilege licence defenses & inhibitions, & de tout le contenu cy dessus, uous faictes, souffrez, & laissez ledit suppliant iouyr & user pleinement & paisiblement durant ledit temps, à commencer ainsi que dessus est dict. Cessans & faisans cesser tous troubles & empeschemens, au contraire faisans, uous auons donné & donnons plain pouuoir auctorité commission & mandement special par cesdites presentes, car tel est nostre plaisir, mandons & cõmandons à tous noz Iusticiers, officiers & subiects, que à uous & chacun de uous en ce faisant soit obey, nonobstant quelconques lettres à ce contraires. Donné à Sainct Germain des prez à Paris. le xiij. Iour de Iuin. L'an de grace mil cinq cens soixante & ung. Et de nostre regne le premier.

Par le Roy à vostre relation.

De Vabres.

## AMPLISSIMIS, NOBILIBVS, GENEROSIS ATQVE MAGNIFICIS VIRIS, MARCO ET IOHANNI *Fuggeris, clarissimi atq; optimi uiri Antonij filijs, Kirchpergæ & Vveissenhorni Baronibus, &c. dominis sibi charissimis & amicis summis, Laurentius Sisanus Prunsfeldius* I. V. *Doctor*, S. P. D.

DIVI Gregorij, Episcopi Nysseni, qui Magni illius Basilij frater fuit, opuscula theologica nescio qua felicitate, magno certè labore atq; diligentia proximis annis in linguã Latinam à me conuersa, quorum nomini dedicarem, patrocinioq; commendarem, uos mihi charissimi atq; amplissimi uiri potissimùm digni & idonei uisi estis, idq; multis grauissimisq; de caussis. Primùm enim, quoniam in utroq; sermone Latino scilicet atq; Græco discendo simul & exercendo domestica opera mea usi estis, haud alienum me facturum esse putaui, si præter rudimenta linguæ Græcæ, quæ ex diuersorum Grammaticorum libris à me collecta, atq; ad captum ætatis uestræ accommodata satis feliciter ac maturè, me paulatim tradente, accepistis, aliquod maius relinquerem monumentum, quo quum uobis uestræ mecum habitæ consuetudinis ac familiaritatis perpetuam memoriam relinquerem, tum fortassis aliquod etiam adiumentum hominibus studiosis ac doctis, sed Græcæ linguæ minus peritis afferrem. Huc accedit, quòd inchoato iam opere, quum & argumenti difficultate (quippe in aliena uersabar professione) & apographi uitio, quo uno in initio duntaxat utebar, anxius atq; perplexus, & inter cupiditatem absoluendi, desperationemq; cum laude perficiendi dubius hærerem & ambiguus, pergeremne absoluere, an omitterem inceptum, patris uestri, cui nihil denegare debebam, hortatu potissimùm ad perseuerandum in eo quod cepe ram, impulsus sum. quod quo facilius atque commodius facerem, uos mihi ex bibliotheca clarissimi atque amplissimi uiri, domini Iohannis Iacobi Fuggeri, fratris uestri patruelis, quatuor codices confecistis: in quibus pleraque, quæ transferenda susceperam, continebantur. qui libri quanquam in plerisq; locis haud minus uitiosi indiligenterq; transcripti erant, quàm id uolumen, quo ego utebar: tamen, ut ferè fit, magna felicitate atque commodo meo accidit, ut in quibus locis meum exemplum mutilum atque deprauatum erat, ea loca uel integra atque incorrupta in illis codicibus haberentur, uel si quid desiderabatur, faciliore coniectura quod deesset, suppleri ex meo uoluimine posset: contrà ubi illa apographa uitiosa ac mutila erant, ibi meum exemplar integrum & sanum esset. Itaq; quum haud mediocriter istorum codicũ subsidio subleuatus atque adiutus sim, tum magnam eo nomine & uobis & domino Iohanni Iacobo gratiam & habeo & ago. Præter has causas satis alioqui per sese graues, nulla res animũ meum magis mouit, quàm quòd intelligo, non modò hoc, uerùm longè etiam plura, pro uestris, patrisq; uestri, superiori anno uita defuncti ingentibus beneficijs, me uobis debere. Nam ut taceam, quòd liberalissimè atq; honorificentissimè me, dum essem uobiscum, tractauit: quod præter mercedem, qua omnes ferè eos, qui suis liberis magistros disciplinæ adhibere solent, superauit, magna pecuniæ summa me honorificè dimittens donauit: quòd præter mercedem summam omnia mihi non solùm ea, quæ ad uictum atque cultum, uerumetiam quæ ad studia necessaria sunt, benignissimè, largissimè, liberalissimeq; subministrari curauit: quòd per totum amplius triennium id, quod non perenti pollicitus erat, suprà quam sperare ausus essem, liberalissimè, magnificentissimeq; præstitit, ut ad cursum

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtudiorum meorum conficiendum, & ad honorem doctoratus conſequendum, ſumptus ampliſſimè ſuppeditaret. ut hæc igitur omnia ſilentio prætermittam, quæ maxima in me beneficia collata ſunt: niſi uestra patrisque uestri ſumma liberalitate interea dum hos libros in linguam Latinam conuerterē, ſuſtentatus & ſubleuatus eſſem, iampridem inceptum opus relinquere, ac uel ad tenuiſſimam conditionem deſcendere coactus eſſem, quo me ab inopia atq; egeſtate uindicarem. Itaque quum amici me hortarentur, ut alicui principi harum regionum hoc opus inſcriberem atq; dedicarem, nunquam nec ſatis piè, nec abſq; ingratitudinis nota atque offenſione putaui me id eſſe facturum, ut hos labores alijs atque uobis dicarem. Præter has cauſſas haud minimum ad impellendum me, habuit momenti, ut uobis præ cæteris hunc honorem deferre atque habere mallem, quòd intelligebam atq; compertum habebam, uos utpote non Latini modò ſermonis peritiſſimos, uerumetiam haud mediocriter Græcè doctos, de his meis laborib. melius iudicare poſſe, quàm homines uel Græci ſermonis imperitos, uel ita Latinè doctos, ut haud facilè de ſcriptis iudicare atq; ſententiam ferre poſſint: cuiuſmodi hominibus amici nonnulli mihi authores fuerunt hoc opus dedicandi. quod uestra erga me beneuolentia fretus, ſub uestro nomine patrocinioque ſum auſus diuulgare, ex quo ſi quid commodi & adiumenti (quod ſpero) ſtudioſis hominibus allatum fuerit, id uobis quorum liberalitate in perficiendo opere ſuſtentatus ſum, meritò acceptum ferri debebit: ſicubi autem (quod uereor, ne multis accideriт in locis) offendi, ac minus, quod uolui aſſequutus ſum, id meum erit delictum atq; peccatum. quamquam in hoc opere diligentia mihi nullo nec loco, nec tempore: eruditio forſitan atque iudicium acutum multis in locis defuit. Nam poſtpoſitis ſerijs meæ profeſſionis ſtudijs, ex quibus proculdubio plus lucri ac quęſtus feciſſem, maiorem temporis partem aliquot ab hinc annis totus in hoc opere (quod me fateri non pudet) occupatus fui atque laboraui. Nefas enim eſſe putabam in opere tam ſancto, tam pio, tam utili negligentem atque ſocordem eſſe. Sed in hexaemero atq; eo libello, qui eſt aduerſus Iudæos de ſancta Trinitate: quos commẽtarios unico uſus exemplo, eoq; corrupto, mutilato, ac deprauato, Latinos facere conatus, & in multis locis conijcere coactus ſum, mihi ignoſcendum eſſe puto, ſicubi (quod uereor, ne plurimis in locis acciderit) offenderim, nec coniectura omnia exactè aſſequi potuerim. Puritatis autem Latini ſermonis in primis, quantum potui, habui rationem: ac quoniam in pleriſque locis hic author Platonem, quem præ cæteris paganis, & externis ſcriptoribus diligentiſſimè legit, imitatus longiuſculis utitur periodis & anfractibus orationis, in illis locis ſummopere laboraui, ut ea dilucidè Latinè, ſeruatis, quoad eius fieri poſſet, iſdem dicendi formis redderentur. qua in re ſi non felicitatẽ, at induſtriam meam homines ſtudioſi ac docti melius perſpecturi fuiſſent, ſi id (cuius rei ſpes mihi à typographis facta erat) accidiſſet, ut unà cum Latinis Græca edita fuiſſent ita deprauata ac mutila, ut ego ſum ea nactus, ac uos ex codicibus patruelis uestri, domini Iohannis Iacobi, quibus uſus ſum, cognoſcere atq; conijcere poteſtis. ac ſi quãdo oblata fuerit occaſio, non deſinam typographos urgere, ut Græca ſimul cum Latinis diuulgent. Quod ad libellum De anima attinet, poſtea quàm illum conuerteram, uidi eundem Lutetiæ editum, & ab Daniele Augentio, iuuene, opinor, Gallo translatum. Eum primus attulit ad me Arnoldus Birckmannus, uir eruditione atq; iudicio nõ cum typographis ac librarijs, ſed cum hominibus doctiſſimis comparandus: quem niſi huius rei teſtem haberem, hoc quod dixi, ſilentio prætermitterem. Haud diſplicuerunt autem pleraque, ac iudicaui, id quod res eſt, ab homine docto ea tranſlata eſſe, ſed illum (quod & mihi initiò acciderat) in eodem libello emendato ac probo apographo caruiſſe. in quo opere quid ego præſtiterim, aliorum hominum ac uestrũm (utriuſq;



triuſq; noſtrum collata editione) iudicium eſto. Duplicem autem in plurimis locis cepi laborem, ex ijs uoluminibus, quæ uos ad me miſiſtis, ea quæ antea tranſtuleram, ſicuti inueneram in primo exemplari deprauata ac mutila, uel mutare, uel corrigere, uel prætermiſſa ex uestris libris adijcere coactus. multis item in locis, ubi utraq; probabilis & à propoſito non eſſet aliena, duplicem reddidi lectionem. ac ut taceam de reliquis, ut minimum treis menſes totos occupatus fui in corrigendo dialogo De immortalitate animæ atque reſurrectione mortuorum. Plurimum etiam negotij mihi fuit in uita diui Gregorij, Neocæſarienſis Epiſcopi, illius miraculis clari uiri, quem ob id Græci θαυματουργον appellant. Erat enim uehementer deprauatum meum exemplum, ut ferè ſunt ea, quę hoc tempore deſcribuntur ab hominibus plerunq; indoctis, ac ſui emolumenti magis rationem habentibus, quàm publicæ utilitatis. exẽplar autem uestrum erſi correctum erat (qualia ſolent eſſe pleraque antiquá) tamen præter diuerſas, quæ multis in locis inibi reperiebantur, lectiones, in pleriſq; locis adeò literæ erant obſoletæ atq; obſcuræ, ut multum legenti negotij exhiberẽt. Hæc idcirco commemoro, ut ſicubi offendi, ac minus, quod ſpectani atque ſperaui, aſſequutus ſum, aliqua ex parte defenſionem mei aduerſus inuidos & malignos in promptu habeatis, neu miremini opus tam ſerò, tamq; tardè diuulgatum eſſe. quod non ſolùm difficultate rei factum eſt, ut modò dixi, uerumetiam cunctatione librariorum. Porrò quod ad temporum attinet rationem, uixit hic uir temporibus Valentiniani primi atq; Valentis: floruit item temporibus Gratiani atque Theodoſij maioris & minoris, & ultra: quod conijcere licet. Nam extant inter eius ſcripta non modò fratris dui Baſilij, qui obijt imperante Gratiano, uerumetiam Placillæ Pulcheriæq; ſororum Theodoſij iunioris memoriæ habitæ funebres orationes à me Latinę factæ. Huius item meminit diuus Hieronymus in libro De ſcriptoribus eccleſiaſticis, ac ſibi, Gregorioq; Nazianzeno libros, quos contra Eunomium ſcripſiſſet, ab ipſo paucis ante annis lectos eſſe dicit. Honorificam item in ſua hiſtoria Nicephorus huius facit mentionem, capite 19. libri 11. ita de eo ſcribẽs: Habuit autem Baſilius fratres, quorum unus Gregorius fuit, eccleſiæ Nyſſenę lux & ornamẽtum, uir ſecundum fratrem doctrina, moribus & uitę ſanctitate ſpectatus. & quamuis is coniugem habuerit, rebus tamen alijs fratri minimè ceſſit. qui Baſilio mortuo Hexaemeron, ſine ſex dierum opus illius adimpleuit, & aduerſus Eunomium & Apollinarim confutationes ſcripſit: Conſtantinopoli quoque in diuum Melerium orationem funebrem compoſuit, aliaq; inſuper plurima opuſcula doctrinis & inſtitutionibus plena Eccleſiæ Dei reliquit. Oſtendunt autem uirum talem quum alia, tum præcipuè in Gregorium illum miraculis celebrem oratio ab eo edita. Secundus Baſilij frater Petrus fuit, qui unà cum illo uitam monaſticam primum conſectatus, deinde urbem Sebaſtiam ſacrorum antiſtes gubernauit. tertius Nauceratius, qui iuuenis in aſcetico inſtituto defunctus eſt. acceſſit ad hos celebris illa Macrina ſoror, cui Gregorius libellum de Anima dicauit. Ei libello, ſicuti accepi, hæretici quidam Origenica dogmata iniecerunt. Omnes autem iſti propter uitæ integritatem in numerum ſanctorum ſunt relati. Hæc ſunt uerba Nicephori, quibus addit, treis inter multos fuiſſe Gregorios in eccleſia Dei præclaros atque inſignes: hunc Nyſſenum epiſcopum, & Neocæſareæ Pontice epiſcopum, cuius hic uitam oratione breuiter perſequutus eſt, ut modò dixit: & Gregorium Nazanzenum, Theologum propter eximiam & excellentem doctrinam à Græcis cognominatum. Cæterùm hunc noſtrum Gregorium ſcribit Suidas præter Baſilium Magnum & ſororem Macrinam, treis habuiſſe fratres: Petrum, qui & ipſe fuerit epiſcopus, & duos alios, qui ſectati ſint ſolitariam ac monaſticam uitam. Hunc Ioannes Zonara in ſua hiſtoria dicit in concilio, quod imperante Theodoſio Conſtantinopoli coactum fuit, cõtra Macedonium (qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſpiritum ſanctum negabat eiuſdem cum patre & filio eſſe naturæ atq; potentiæ) unà cum Gregorio Nazanzeno & ſancto Amphilochio Iconij epiſcopo, præſidem ac principem fuiſſe: in quo concilio Macedonius cum ſuis ſectatoribus damnatus, & ab Eccleſia abſciſſus eſt, & ſymbolo fidei adiecta clauſula, Et in ſpiritum ſanctum, &c. uſque ad finem. qua de re extant etiam aliquot eius ſcripta à me conuerſa, dilucidè eam explicantia quæſtionem. Hæc ut in præfatione, de uita eius breuiter dicta ſufficiant. eruditio enim ac pietas orthodoxa ex ſcriptis eius facilè elucet. Nam quòd Nicephorus ſuſpicatur, ab hæreticis quibuſdam illum libellum Origenicis immixtis opinionibus adulteratum ac deprauatum eſſe: id miror ſacram Pariſienſem facultatem Theologiæ Sorbonicam, cuius permiſſu atque decreti authoritate hic libellus anrehac editus eſt, non animaduertiſſe: quæ alioqui conſueuit eſſe ſagax ac perſpicax earum rerum indagatrix ac ſpeculatrix. Sed ſunt ſanè in memorato libello loca nonnulla ſuſpecta: quæ pius quidam & doctus uir, cuius nomen editum non eſt, animaduertit, & Scholiis appoſitis (quæ in meo omiſſa extant in apographo domini Iohannis Iacobi) uitium eorum locorum corrigere nititur & emendare: quæ Scholia ego quoque poſtea adieci. Quod reliquum eſt, uos etiam atque etiam rogo chariſſimi atque ampliſſimi uiri, ut hoc exiguum munuſculum etſi uobis indignum, ueſtriſq; erga me meritis longè impar, æqui tamen boniq; facere, ac tanquam ab animo grato profectum, hilari uultu, lætaq; fronte accipere, & ab inuidorum ac malignorũ hominum morſibus defendere uelitis. Hoc ſi mihi contigerit, abundè ſatis magnos laborum fructus me percepiſſe putabo. Bene ualete chariſſimi atq; ampliſſimi uiri. Coloniæ Agrippinæ, 4. Id. Febr. 1562.

AMPLIS-

# AMPLISSIMIS, NOBILIBVS, GENEROSIS ATQVE MAGNIFICIS VIRIS, MARCO ET IOHANNI Fuggeris, fratribus germanis, Antonij filijs, Kirchpergæ & Vveiſſenhorni Baronibus, &c. dominis ſuis chariſſimis & amicis ſummis, Laurentius Sifanus Prunſfeldius I.V.Doctor, S. P. D.

VEMADMODVM *ſcripta diui Gregorij Epiſcopi Nyſſeni ante aliquot annos à me in ſermonem Latinum conuerſa, ac ueſtræ clientelæ, uiri ampliſſimi, atq; patrocinio commendata negligentia atque ſocordia correctoris, qui editioni præfuit, corrupta, deprauata, atq; in multis locis mutilata fuerint, ex ijs exemplarib⁹ quæ penes uos à me miſſa atq; correcta habetis, uidere potuiſtis. Quæ ſcripta quum Euſebius Epiſcopus, Nicolai filius, ſe iterum cum additamento aliquot orationum edere uelle mihi ſignificaſſet, ac petiſſet, ut ſibi darem à me correctum exemplum: unde emendatior ac purior noſter ille author rurſus prodiret in publicum: non potui non ei in hac re morem gerere & obſecundare: ne ſi quid iterum in eodem Opere, (quod Deus prohibeat) peccatum fuerit, in me culpa conferatur. Sed quum à me ſciſcitaretur, utrũ nouam addere præfationem, an aliquid in priore uel corrigere, uel addere, uel immutare, uel demere uellem: dixi me diſpicere ac deliberare uelle. Itaq; quum recognita priore præfatione, nihil in ea uel mutare, uel corrigere, uel detrahere, uel adijcere operæpretium eſſe mihi uideretur: accidit ut per domi tuæ, domine Marce, ut quidam theologi, qui pauca, (quod ex ſermone eorum apparebat,) in eo authore Latino facto legiſſent, ſermonẽ de illo inferrent, & ſimul multa ex me percontarentur: quæ nihil attinet referre. erant enim, (ut curioſorum hominum eſſe ſolent) abſurda. Quibus ad alia quidem, quæ parum ad rem pertinebant, quod uiſum eſt, reſpondi: ſed quum ex me quærerent, quur non Coloniæ Agrippinæ inter Catholicos, ubi nec typographi deeſſent, ſed Baſileæ inter aduerſarios hoc opus diuulgari curaſſem: & adijcerent, librum à loco, ubi editus eſſet, ſuſpectum, minus uendibilem & acceptum fuiſſe: dixi id, quod res eſt, mei arbitrij, & in mea poteſtate non fuiſſe, qui non meo, ſed alterius ſumptu edendum opus in Latinum ſermonem conuertiſſem, ubi id opus diuulgandum committeretur: mihi tamen in hoc impoſitum eſſe, qui non tam facile conuerſionem operis ſuſcepturus fuiſſem, ſi Baſileæ, non Coloniæ Agrippinæ, (quemadmodum mihi promiſſum erat) & Latinè dumtaxat, non etiam adiunctis Græcis, hũc authorem editum iri ſciuiſſem: præſertim, quum ex Græcis adiunctis (quorum cauſſa paſſim Scholia quoque in margine adieci) induſtria atque diligentia mea maximè elucere potuiſſet: Arnoldum uero Birkmannum mihi cum eo hac de re expoſtulanti hanc ſui excuſandi cauſſa rationem protuliſſe, quur in externa urbe librum diuulgari curaret: quod per eos ſocios, quos ſibi aſſciuiſſet, facilius & commodius priuilegia de indemnitate, ne liber alibi intra certum annorum ſpatium ederetur, impetraſſe poſſet. præterea, quod ſuſpicaret futurum id, quod euenit, ut editioni præeſſet indiligens corrector, & multa delicta atque peccata committerentur, quæ & ad infamiam meam, & ad detrimentum ſtudioſorum emptorum redundarent, me paratum fuiſſe Baſileam proficiſci, ut ipſe edendi authoris correctioni præeſſem. ſed eam operam meam, tamquam ſuperuacuam & non neceſſariam, non acceptam, ſed ſpretam & repudiatam fuiſſe. ac quamquam multa peccata commiſſa eſſent in prima editione, nullum tamen eiuſmodi delictum uel peccatum eſſe, quo noſtræ Catholicæ fidei, & orthodoxæ religionis dogmata atque ſententiæ receptæ lædi, aut labefactari poſſint: ac ſi quid eiuſmodi fuiſſet in Græco exemplari, adiectis Scholijs quoque Græcis, quæ conuertiſſem, fuiſſe correctum atque ſanatum. Hoc reſponſo quum illis ſatisfactum eſſe uideretur, paucis poſt diebus, libraria ſupellectile mea tandem aduecta, incidi in quoddam ſcriptum meum: in quo annotaueram, quæ primum edito Nyſſeno noſtro, quidam homo non quidem indoctus, nec*

Universidad de Deusto
Biblioteca



mihi inimicus, sed, ut uidetur, parum candidus, in conuersione mea reprehendisset: quæ ex illo audita amici ad me detulerant. Ac quæ ille quidem reprehendebat, ut ad me delata sunt, subiungam. Haud dissimulasse igitur illum amici dicebant sibi conuersionem meam puram quidem ac dilucidam uideri: sed quoniam theologicarum rerum exiguam cognitionem atque peritiam consequutus essem, (quod necesse fuerit accidere in alienæ facultatis atque scientiæ tractatione uersanti) me minus aptè, appositè, ac dextrè, atque adeò contra atque ecclesiæ Latinæ usus & consuetudo obtineat, uocabulis quibusdam, quibus theologiæ, orthodoxæ fidei & religionis mysteria contineantur, usum esse. Aiebant autem illum dicere, perperam me usum esse dictione Substantiæ pro Hypostasi: item uocabulo Effigies, pro Imagine: & nescio quæ alia nomina me minus scienter usurpasse. His & eiusmodi illum offensum esse documento est, quòd librum sibi ab amico allatum uix inspectum ei, qui dono attulerat, reddidit, atque reiecit, ut indignum minimum, in quo legendo tempus tereret. ac non modò ipse librum suspectum habuit, uerumetiam, (quod compertum habeo) sodalibus & contubernalibus suis, cum haud parua nominis mei sugillatione, suspectum fecit, & illos ab studio legendi atque cognoscendi auertit ac dehortatus est. Sed non patiar diutius uel illum, uel eius similes homines inuidos, curiosos, & in alienis scriptis reprehendendis ingenio suo atque eruditione abutentes, & ad culpandum, quàm ad imitandum alienam industriam promptiores, ubi nullum meum peccatum agnosco, uel errare inscios & imprudentes, uel mihi immerenti obtrectare scientes atque prudentes. Fieri enim potest, (quod & in priore præfatione non dissimulaui) ut multa in hoc opere sint uitia: quia multis in locis apographa Græca, quibus usus sum, corrupta, depraua atque mutilata sunt, adeò, ut in ijs locis coniecturas sequutus, nonnunquam sententiam authoris reddere conatus sim. multis item in locis, ubi exemplaria integra sunt, etsi sententiam authoris expressi, mihi tamen ipse non satisfacio: quoniam uideo, atque non despero, loca illa ab doctioribus elegantius & ornatius conuerti ac reddi Latinè posse. adhæc multis in locis, ubi author longioribus usus periodis & orationis continuationibus seu comprehensionibus obscurior est, ad humilius dicendi genus, ut sententiam authoris in ijs locis magis perspicuam atque dilucidam redderem, descendi. Quinetiam haud dissimulabo, unum atque alterum locum esse, in quibus singula uocabula præterieram imprudens, quæ pòst suppleui. Sed in quibus ille me locis reprehendit, nullum meum peccatũ, nullam culpam, nullum crimen agnosco. Nam quod ait me minus scienter ac peritè usum esse dictione Substantia, siue subsistentia: intelligo, in libello, de differentia τοιας και ὑποστασεως, quum pro οὐσία, essentia, reddidissem, illum offensum esse, quòd seruata dictione Græca ὑποστασεως, statim & in ipso titulo, & in uno atque altero loco eiusdem libelli adieci, id est, substantia, siue subsistentia. Ego uerò, quamquam Erasmus in principio Epistolæ Pauli ad Hebræos pro ὑποστασεως, uertit substantiæ: tamen ueritus curiosorum & scrupulosorum hominum calumnias & offensiones, Græcam dictionem reliqui: quod & Iohannes Cono fecit, qui hunc libellum, quod ego ignorabam, conuerterat ante aliquot annos. Nam quod nos proprietatem, siue propriam notam & personam in sacrosancta Trinitate dicimus, pro ijs habent etiam Græci sua nomina, nempe, τὸ πρόσωπον, & τὸ ἰδίωμα, siue τὴν ἰδιότητα: quæ nos uerbum pro uerbo reddentes ab illis transtulimus. apud quos etiam primum & disceptata, & decisa est controuersia de sancta Trinitate. Sed quo nomine Latino τὴν ὑπόστασιν exprimamus, non habemus: nisi, quod sonat, substantiam, siue subsistentiam dicere uelimus. Nam pro οὐσία, (quo uocabulo naturæ unitas, siue idemptitas in sacrosancta Trinitate significatur) melius reddidissemus de Græcis (sicuti Quintilianus fecit) essentiam: uel (sicut Cicero ex Platone & Aristotele aliquoties uertit) naturam, quàm substantiam. quamquam ecclesia indifferenter utitur utroque uocabulo: ut in illa prosa de sancta Trinitate: Pater, filius, sanctus spiritus, tria sunt nomina, omnia eadem substantia. & paulò pòst: Proprietas in personis, unitas est & in essentia. Vocabulum Substantia non usquequaque in Latino sermone usitatum est: & non semper significat naturam: significat enim etiam facultates & bona: sicut Græcis οὐσία, tam naturam & materiam, quàm facultates, fortunas & bona significat apud Atticos maximè scriptores. Seruata igitur dictione Græca ὑποστασις, adieci, id est, substantia, siue subsistentia: non quòd Latinis theologis ea dictio pro personæ proprietate, & rationalis naturæ substantia indiuidua in usu sit: sed ut ostenderem, dictionem ὑφίστημι id, uerbum pro uerbo si reddatur, sonare: & Latinos ista dictione, quemadmodum pluribus alijs, carere: ac melius pro οὐσία essentiam, quàm substantiam usurpaturos fuisse: ut & ὑπόστασις suum Latinum nomen haberet: quo in hac, præsertim theologicæ significatione caret: quemadmodum etiam ὑπόστασις Græcis in illa significatione nouũ adeò uocabulum erat, ui quum complurium errorum malè intellectum occasionem & caussam præberet interpretationem desiderârit. Quòd si indifferenter atque confuse usus essem dictionibus substantia, siue subsistentia, & essentia, caussam criminandi ac reprehendendi mei iustam hominibus præbuissem. sed quum pro Græca dictione οὐσία, reddiderim essentia: qua dictione Latini quoq; theologi utuntur, quum naturæ unitatem atque idemptitatem in sacrosancta Trinitate significare uolãt: retinuerim autem Græcam dictionem ὑπόστασιν: sed interpretandi & explicandi gratia adiecerim, id est, substantia, siue subsistentia: ut & simul indicarem ita Latinè reddi posse eam dictionem, qua Latini careant, quando in sacrosancta Trinitate differentiam, quod ad proprietatem & personam uniuscuiusq; attinet, significare uolunt: non uideo quid in eo reprehendi possit, quũ tam uetus interpres, quàm Erasmus in initio epistolæ ad Hebræos pro χαρακτηρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, hic, expressa imago substantiæ: ille, figura substantiæ, reddiderint. atque etiam Iohannes Cono Monachus ante me pro ὑποστασις, uertit subsistentiam, siue naturam subsistentem. Nam dictionem ὑπόστασιν etiã tempore Gregorij Nysseni atq; Basilij ambiguam fuisse, quum in toto illo libello ipse Nyssenus ostendit, tum maximè, ubi in eodem libello hunc ipsum locum Epistolæ ad Hebræos interpretatur atq; explanat. Aut igitur hanc libellũ ille Momus non totum perlegit, sed titulo, & in uno atq; altero loco illa adiectione, de qua dico, offensus lectione eius supersedit: aut non sedulo, non diligenter, non attentè, non animo æquo legit. Quod si illum aut aliũ quempiam offendit, quòd seruata dictione Græca ὑποστασις, adieci, id est, substantia, uel subsistentia, per me licet deleat, inducat, perimat ac tollat eas dictiones Latinas adiectas, modò retineat ea, quæ in fine illius libelli de differentia οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, ad dictionem ὑποστάσεως addidi interpretandi & explicandi gratia scilicet, id est, naturarum subsistentium, seu substantiarum indiuiduarum ac personarum. Iam uerò quod ad dictionẽ Effigies attinet, quod uocabulum pro Imagine posui: nihil opus est pluribus uerbis agere, quum uel mediocriter Latinæ linguæ peritis constet, imaginem, (quod uerbũ ab imitando) & effigiem, (quod ab effingẽdo) & simulachrum, (quod ab simulando, uel assimulando deductum est) passim indifferenter in eadẽ re usurpari, siue de animo, siue de corpore sermo habeatur. Cuius rei demonstrandæ & ostendendæ caussa pauca loca Ciceronis in medium afferam: quibus omnem hominibus non nimium contentiosis eiusmodi scrupulum confido me esse exempturum. Cicero igitur in libris de Finib. bon. & mal. Filia, inquit, effigies moris, sermonis, animi mei. & ibidem: Reliquit effigiem & humanitatis & probitatis suæ filium. Item pro Archia: An quũ statuas & imagines non animorum simulachra, sed corporum studiosè multi summi homines reliquerunt, consiliorum relinquere ac uirtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus summis ingenijs expressam & politam. Item de Natura deorũ: Hominis effigies & imago. Item in Verrem: Effigies simulachrumq; Mithridatis ex ære. De Orat. Demosthenis imaginem ex ære uidi. In Tusculanis: Eminens effigies uirtutis. & ibidem: Adumbrata imago gloriæ. In Epistolis: Filius tuus imago animi & corporis tui. Item de Oratore: Imago animi uultus est: indices, oculi. Item pro Archia: Statuæ & imagines nõ animorum simulachra sunt, sed corporũ. De Inuentione: Zeuxis Helenæ simulachrũ pinxit. Pro Domo sua: Mulieris simulachrũ è marmore. De Offic. Simulachra uirtutis. Videtis Ciceronem his dictionibus uti indifferenter tam de animo, quàm de corpore loquentẽ, tum in propria, tũ translatitia significatione. quas etiã alicubi cõiungit, candẽ significãs rem. Cæterum si quibus displicet, quod in expositione orationis Dominicæ pro, Dimitte nobis debita nostra, quemadmodum uetus trãslatio habet, Erasmum sequutus, reddidi, Remitte nobis, &c. sciãt me in eodem tractatu nec illud quidem uerbũ, Dimittere uidelicet,

Universidad de Deusto
Biblioteca



*respuisse. Nam & uetus interpres in Euangelij Matthæi cap. 9. quum prius dixisset, Remittuntur tibi peccata tua, postea pro eodem uerbo Græco, ἀφίωνται, reddidit, dimittuntur. Item in Euangelio Iohannis cap. penult. in ueteri quoq; editione pro, ὧν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίωνται αὐτοῖς, redditum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Sed nemo, nisi siquis Latini sermonis est admodum rudis & imperitus, nescit, in hac significatione uerbum remittere usitatius esse, quàm dimittere. Hæc & eiusmodi qui reprehendunt & carpunt, quàm sint ad culpandum ac uituperandum proclines atq; propensi, quis non uidet? Quorum hominum inepta, insulsa atq; importuna iudicia etsi ego curare non debeo: tamen siquid fortè ad aures uestras delatum fuerit, ut in promptu habeatis, quod pro defensione mei illis subijciatis, hæc ad uos scribere haud ab re alienum esse duxi: præsertim quum admirabile quiddam mihi in hoc opere usu uenerit immerenti, ut utriſq;, & Catholicis, (Agrippinenses meos exceptos uolo) & Euangelicis (qui ita se appellant) fuerim suspectus: his, quod plura loca, quàm putarint, in hoc opere offenderint suis dogmatibus atq; institutis contraria atq; aduersa: illis, quod apud aduersarios liber editus ac diuulgatus sit. quod suprà à me satis arbitror esse purgatum, nempe, quòd me aduersante atq; inuito sit factum. Cæterùm quod ad alteros attinet: extat Scholion in tractatu de infantibus, qui præmature abripiuntur, ubi ignis purgatorij mentio fit: quod à me subditum non esse, nuper Argentinæ quibusdam fidem facere non potuissem, nisi exemplo Græco prolato (quod forte fortuna penes me habebam) indicassem locum, unde illa, uerbo ferè pro uerbo reddito, conuerteram. Hæc ferè in hoc tempore præfationis loco ad nouam editionem authoris adycere operæ pretium esse duxi. ac confido typographum in hac elaboraturum esse, ut superiora peccata atq; delicta resarciantur & corrigantur, sicut & ipse coram mihi promisit. Bene ualete uiri amplissimi. Raptim Angelopoli 3. Kal. Martias.*

*Anno Domini* M. D. LXX.

IOAN.

# IOAN. LEVVENKLAIVS S. D.

## *MAGNIFICIS AC PRAESTANTI DIGNItate, sapientia, uirtute uiris, Alberto Patruo, & Matthæo Tidemano cognato, suis longè carissimis.*

MAGNA benigni Dei largitas putari debet, qua Germaniam nostram hoc sæculo beauit ut, illa metallis aurarijs, argentarijs, ærarijs, ferrarijs, plumbarijs supra terras ceteras abundet, ac multis quidem in locis: quum homines non admodum prisci, C. Plinius, Cornelius Tacitus, & quidam alij memoriæ prodiderint, sua tempestate neminem sibi quid tale de solo tam horrido, inculto, perpetuis squalente frigoribus, policeri potuisse. Verùm multo maius argumentum est propensæ ac pæne paternæ Dei uoluntatis erga nos, quòd uberes præclarissimarum linguarum & omnis generis disciplinarum uenas nobis aperuerit: de quibus quot & quales hactenus eruti sint maximo cum emolumẽto reipublicæ nationis nostræ thesauri, perinde à nobis explanari dicendo nequit, ut ipse rerũ præstantissimarum usus in infinitum se propè porrigit. Meo quidem animo persuasum est, auream modò propter has aureas doctrinæ uenas patriam nostram esse, præut olim erat in illa barbara litterarum ignoratione. neque dubito gratias agere immortali Deo maximas, quòd non modò tam erudito inc sæculo nasci uoluerit: sed etiam patris, & tuam, Alberte patrue, uoluntatem excitarit, ut his me uenis rerum maximi pretij perscrutandis adiceretis. Atque hac in sententia maximè confirmari cepit animus meus, ex quo pro ingenij mei modulo eiusdam quasi peculij recula conquisita, nonnihil elaborare cepi, quod hominum oculis spectandum in publico exhiberetur. Accidit autem in hoc conatu mihi, quod in re metallica usuuenire C. Plinius tradit, & experientia cottidie docet. Nam & in solo sterili, & ipsis in montibus euenire solet: ut ubicumque una inuenta est uena, non procul & altera inueniatur. Itidem ipse dum quæro, qua ratione nonnihil ad usum publicum proferre possim: Deum immortalem, quos & quales litterariæ thesauros sapientiæ passim latere animaduerto? quorum nonnullos utinam mihi de tenebricosis istis cauernis, in quibus nunc abditi nocte premuntur atra, extrahere tandem aliquando liceat: opto quidem certè, si ita benignissimo Deo uisum fuerit, & per impedimenta quædam, quæ molestiæ mihi nonnihil exhibent, animus ab instituto non reuocabitur. In hoc quidem tempore XV has Gregorij Nysseni antistitis orationes hactenus non uisas, & latinum in sermonem expositas studio labore que meo, publici iuris facio. Declaratur per eas sublime carmen illud Solomonicum, quod ceteroqui mera continet ænigmata, & nisi doctum adhibeas interpretem, uel intelligi nequit, uel continere quædam à sacrarum litterarum maiestate abhorrentia rerum imperitis uidetur. Esse autem germanos parentis illius hosce fetus par est credere quum alijs ueterum id adfirmantibus, tum etiam Theodoro Prodromo, cuius hi sunt uersus, Gregorium ipsum compellantis. Lubet autem eos Latinè proferre, uti iampridem à me illam in linguam transcripti sunt:

*Te monstrante uiam cognouimus abdita cuncta*
*Carminis obscuri, quod cecinit Solomo.*
*Id tu fecisti doctrinæ munere planum,*
*Cum salebris remouens impedimenta loco.*

Reperi etiam quodam in antiquissimo Codice meo scriptam eiusdem Nysseni epistolam, sanè quàm pro eo, ac illius uiri omnia sunt, & esse debent, elegantem ornatamque ad Flauianum: qua intolerandum Helladij factum quem Andumocinis (loci nomen hoc in Cappadocia) conuenerat, placandi hominis caussa, irati ex rumusculis quibusdam, grauiter describit. Hanc ipsam quoque latinum in sermonem à me conuersam ceteris hisce operibus Nysseni adijcere uolui, ut ex ea plerorumque Theologorum morosam superbiam, superbamque morositatem non nostro primùm sæculo natam esse, quilibet perspicere possit. Præterea uersum à me superioribus annis eiusdem Nysseni nostri librum longè uenustissimum, qui est de Hominis opificio, & ad illustrissimum principem Palatinum Rhenanum, & eiorumq; Ducem Christophorum, meæ erga ipsius excelsitatem obseruantiæ caussa missum, cum ceteris coniunxi; ut quæcumque nostro labore atque opera Latinam uestem induissent ordine posita conspicerentur. Simul auctor fui Typographo, ut de Philosophia libros octo superiori memoriæ Nysseno falsò adscriptos, quum Nemesij sint, quemadmodum Ellebodius eorum interpres abundè docuit, prorsus omitteret. Vobis autem, uiri amplissimi, ac perpetuo mihi studio colendi, hoc de officinis litterariorum metallorum eruti operis specimẽ offerre, perq; nos alijs etiam uolui, de caussis ijs, quas breuiter indicabo, nõ illas quidem omnes, sed præcipuas. Primùm exstant, Alberte patrue, talia tantaq; beneficia in me tua: ut secũdum Deum

& paren-

Universidad de Deusto
Biblioteca



& parentes, à quibus hanc uitam accepi, nemini mortalium plus me debere lubenter profitear. Tu me semper ut filium singulari amore complexus es: tu auctoritate tua præclarissima rum artium studijs addixisti: tu magistrum mihi dedisti præstanti doctrina & uirtute uirum, Henricum Heningum, Ecclesiarum nũc ditionis Spanhemensis inspectorem, quo cum multis annis iucundè uixi, & partem etiam Septemtrionis haud exiguam peragraui: tu beneficia beneficijs cumulasti, & erogatos multorum annorum sumtus sane quàm liberaliter mihi condonasti. Pro quibus tot tantisq; meritis tuis nisi me gratum pro uiribus declarem: dignũ me omnium odio & exsecratione latear. Quum autem rationem aliam nullam tesſadæ meæ in te pietatis ac obseruantiæ uideam: summopere precor, ut huiusmodi muneribus litterarijs satisfieri tibi patiaris, quibus te hactenus delectatum fuisse memini. Neque uerò fieri potuit, Matthæe cognate carissime, ut quum patruo scriberem, non tu quoq; animo meo simul occurreres: qui consimili me beneuolentia semper es prosequutus. Et eadem opera gratulari felicitati tuæ uolebam, qui iam aliquoties, ex quo in nobilem illum Senatum illustrissimæ Lubecensis reipublicæ allectus fuisti, summa cum potestate classis imperator egregiè rem contra hostes patriæ gessisti, præsertim id temporis, quum industria singulari sub primam auroram portum Reualiensem cum Danicæ classis imperatore per nebulam occupasti, ex hostium classe maiorem nauium partem ingenti cum præda pecuniaria, supellectile bellica, merciumq; uariarũ copia tecum auexisti, reliquas numero ad XXX exuri iussisti. quo quidem facto non parum hostis imminuisti uires, qui astuto consilio pacem expetere se simulabãt, ut sub indutiarum prætextu arcessitis è Liuonia copijs, nostros imparatos obrueret. Per ge obsecro, mi cognate, non semel declaratam hactenus erga rempublicam longè amplissimam, fidem tuam probare. non deerit debita uirtuti merces, & comes præclarè gestarum rerum gloria. Quod superest, oro Deum, ut diu nos mihi saluos esse uelit quorum in beneuolentia multum mihi præsidij positum esse, sanè mihi persuadere soleo. a. d. IIII. Kal. Ian. anno à nato ex uirgine Iesu Christo Dei F. CIↃ IↃ LXX.

## THEODORI PRODROMI DE GREGORIO Nysseno epigramma, eodem interprete.

*TE memorande canam magni frater Basilij,*
*Quo Nyssa & quo se præsule Cæsarea*
*lactat. sic uirtus hominis præclara meretur,*
*Altera pernicies qui fuit Eunomij,*
*Alter nascentis qui mundi illustrius ortum,*
*Structuramq; hominis gnauiter explicuit.*
*Salue acre ingenium, natura alata, disertum*
*Os, Charitum fragrans hortule, diues opum.*
*Stillans lingua suauius ipso nectar Hymetto.*
*Mens constans, species sculpta pudicitiæ.*
*Impia quem metuit, quo natio nisa piorum est:*
*Qui cultor Triadis relligiosus eras.*
*Quo monstrante uiam, cognouimus abdita cuncta*
*Carminis obscuri quod cecinit Solomo.*
*Hoc tu effecisti doctrinæ munere planum,*
*Cum salebris remouens impedimenta loco.*
*Tu Nyssensis eras antistes: non tamen illos*
*Complexa est solos prouida cura tua:*
*Sed cunctas hominum gentes, quas uoce perenni*
*Atq; etiam scriptis erudis ipse tuis.*
*Ordinis ò sacri clarissima gloria, partum*
*Ingens est turpi cui sine labe decus*
*Doctrinæ uitæq; simul, tu carmina pangis,*
*Pectora quæ læto nostra liquore rigant.*



# GREGORII NYSSENI ANTISTITIS VITA BREVITER AB IOAN. Leyvenklaio expositа.

*GREGORIVS hic inter ceteros eius ætatis doctos homines eloquẽtia clarus, magni Basilij frater fuit, ipso etiam natu maior, quemadmodum Nazianzenus antistes in oratione funebri de magno Basilio scriptum reliquit. initio ecclesiæ Nyssenæ (oppidum hoc Cappadociæ) præfuit. Deinde quum Theodosij magni, pijssimi, rectéque de doctrina sacra sentientis Imperatoris edicto de prouincijs diuersis CL ecclesiarum antistites Constantinopolim ad refutandam Macedonij, Spiritum sanctum oppugnantis, doctrinam impiam conuenissent, quemadmodum Valentinianus & Marcianus Impp. in primo Codicis lib. lege VIII tradiderunt: ac uniuersi magnopere Gregorium, & alterum ei cognominem Nazianzenum admirarẽtur: Nysseno quidem apud Cæsaream principem Cappadociæ urbem, huic autem cognomento Theologo gubernandæ apud Nouam Romam siue Constantinopolim ecclesiæ curam, utrique cum titulo patriarchæ, decreuerunt. Factum est hoc anno post susceptam in carne à Seruatore nostro administrationem, CCCXXCIII. Eucherio & Syagrio coss. Quo iam tempore Basilius, ut credi par est, è uiuis excesserat. Ac concilium hoc quidem antistitum, quod est de ijs quæ Sacrosancta & Oecumenica dicũtur, numero secundum, coactum de sententia fuit Imperatoris aduersus Macedonium, ut modò indicauimus. Is enim in urbe Constantini, quæ tum sedes erat Imperij, dignitatem antistitis prauis artib. ad se transtulerat. Et erat auctor contumelioſæ aduersus Spiritum sanctũ doctrinæ, in qua sectatores multos habebat: qui cum ipso sanctum, quem diximus, Spiritum creatum quoddam esse, dé que nihilo factum aiebant, quum Christum Dei F. eiusdem esse cum patre naturæ faterentur: nihil iccirco ceteris impiarum sectarum auctoribus meliores. Nam impiè de una in natura diuina persona sentire, perinde est atq; si idẽ in omnes tres personas committas: uti quodam in loco doctissimus ille Cretensis antistes Elias scripsit. Nostri autem huius Gregorij etiamnum orationes permultæ, & scripta alia exstant: quæ nimium quantum, plurimum certè quum doctrinæ pietatis, tum elegantiæ continent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

# ELOGIA D. GREGORII, NYSSENI EPISCOPI.

## HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORUM Ecclesiasticorum.

GRegorius, Nyssenus Episcopus, frater Basilij Cæsariensis, ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno suos contra Eunomium legit libros: qui & multa alia scripsisse & scribere dicitur.

## EX SVIDA.

GRegorius Nyssenus Episcopus, Basilij Cæsariensis frater, uir & ipse insignis, omniq; doctrina exuberans, addictior tamen Rhetorices studijs, tam celeber præclarusq; in ea euasit, quàm quisquam ueterum. Is conscripsit egregium librum aduersus Eunomium, tum opus admirandum De creatione hominis: complures præterea conciones: tum in Cantica Canticorum, atque Ecclesiastem, tum ad sororem Macrinam, magnum & perpulchrum sermonem De anima composuit. multaq; alia commentus est, ex quibus celebre illud Stephani protomartyris encomium, & Gregorij miraculorum opificis uita habentur.

## NICEPHORVS CALLISTI ECCLESIASTICAE *Historiæ lib. 11. Cap. 19.*

HAbuit autem Basilius fratres, quorũ unus Gregorius fuit, ecclesiæ Nyssenæ lux & ornamentum: uir secundum fratrem doctrina, moribus, & uitæ sanctitate spectatus. Et quamuis is coniugem habuerit, rebus tamẽ alijs fratri minimè cessit. Qui Basilio mortuo, Hexaemerõn, siue sex dierum opus illius adimpleuit: & aduersus Eunomium & Apollinarim confutationes scripsit. Constantinopoli quoq; in diuum Meletium orationem funebrem composuit, aliaq; insuper plurima opuscula doctrinis & institutionibus plena Ecclesiæ Dei reliquit. Ostendunt autem uirum talem cùm alia, tum præcipuè in Gregorium illum miraculis celebrem oratio ab eo edita.

## R. VOLATERRANVS ANTHROPOLOGIÆ, *libro 16.*

GRegorius, Nyssenus itẽ præsul, frater Basilij, Theologus ex doctrina uocatus, rhetoricæ & eloquentiæ studijs legitimè imburus, orationes edidit, quæ nunc extant: Aduersus Eunomium De diuinitate filij, Apologiam quasi fratris Basilij, quem ille defunctum manifestò oppugnabat, non ausus uiuum attingere. Homilias præterea in Cantica Canticorum, & ad sororem Macrinam, De anima, De laudibus Stephani protomartyris.

Fit etiam passim & sæpè apud Historiæ Ecclesiasticæ scriptores, istius antistitis mentio honorificentissima, quam si cui libet cognoscere, ipsam Historiam adeat, quàm plurima illic ad huius uiri laudes faciẽtia inuenturus. Non dubium est, quin & apud alios, nobis nunc non occurrentes, multa tradantur, quæ tanti Theologi præconia uera celebrent. nobis uerò sufficit ista nunc indicasse.

CATA-

# GREGORII NYSSENI OPERVM CATALOGVS.


Quid nomen professio uestra Christiana sibi uelit, epistola. pag. 1
De oratione: in quo est Orationis dominicæ explicatio, liber unus. 5
De beatitudinibus, super Matthæi quinto, liber unus. 31
De sancta Christi natiuitate. 68
De sancto Stephano protomartyre. 76
In sextum Psalmum de octaua. 82
De sancto & salutari festo Paschæ, oratio. 84
De assumptione Christi. 85
De sancta trinitate, et q̃ spiritus sanctus sit Deus. 87
Tres dici Deos non oportere. 91
De differentijs essentiæ & hypostaseos. 98
De fide: siue de patre & filio & spiritu sancto. 105
In dictum Apostoli, Tunc etiam ipse filius subijcietur ei, qui subiecit ei omnia. 105
De dormientibus, oratio. 113
De infantibus, qui præmaturè abripiuntur. 129
De sancto festo Paschæ, & resurrectione Domini, in diem tertium collata, oratio prima. 141
De resurrectione Domini, & quòd nullo modo sibi inuicem contrarij Euangelistæ diuersis modis memoriæ prodiderint ea quæ acciderunt in resurrectione Emmanuelis, oratio secunda. 150
De sacro festo Paschæ, & de resurrectione habita in magna die dominica, oratio tertia. 159
De sancto & salutari festo Paschæ, alia oratio. 169
De assumptione Domini, oratio. 170
In dictum Euangelij, Quatenus fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis. 172
De anima et resurrectione disputatio cum sorore sua Macrina. 178
De historia sex dierum, quibus mundus à Deo creatus est. 220
De trinitate aduersus Iudæos, ex ueteri testamento delecta testimonia cum explicatione. 244
De sancto baptismate, liber unus. 256
In laudem Basilij Magni, fratris sui, oratio. 263
In laudem sanctorum quadraginta martyrum, orationes duæ. 274
Oratio cõsolatoria, habita in funere Pulcheriæ. 281
De Placilla, oratio funebris. 286
De uita beati Gregorij, miraculorum opificis. 291
In laudes sancti uiri ac magni martyris Theodori, oratio. 313
Oratio habita in funere Magni Meletij episcopi Antiochiæ. 317


Quorum omnium hactenus recensitorum & nunc primùm editorum, interpres est Laurentius Sifanus, I. V. doctor.


In Canticum Canticorũ explanatio, Ioanne Levvenklaio interprete. 322
De hominis opificio liber, Ioanne Levvenklaio interprete. 443
De uita Moysi, siue De uita perfecta, liber unus, Gregorio Trapezuntio interprete. 490

Universidad de Deusto
Biblioteca



# GREGORII NYSSENI EPISCOPI AD HARMONIVM,

## QVID NOMEN PROFESSIO'VE CHRISTIANORUM ſibi uelit, *Laurentio Sifano I. V. D. interprete.*

QVOD apud magiſtratus & eos, quí rerum potiuntur, faciunt ŋ, quí quotidianis uectigalibus obnoxiŋ ſunt, ut, ſi complurium dierum æs alienum ab ipſis perſolutum nõ ſit, in unam ſummam coactum ſingularium debitorum æs alienum dependant, ſiquam fortè nacti fuerint pecuniæ facultatem: id etiam ipſe faciam apud tuam amplitudinem. Nam quum debeam crebras ad te mittere literas, (quippe quum Chriſtianis promiſſio debitum ſit) quam in præterito tempore inuitus feci literarum intermiſſionem, nunc explere & compenſare uolo in tantum epiſtolæ modum excedens, ut ſi ad conſuetum modum literarum diuidatur, loco multarum epiſtolarum haberi poſſit. Verùm ne fruſtra literarũ prolixitate ludam, ac nugando tempus teram, rectè mihi facturus eſſe uideor, ſi per epiſtolarem hanc uocem imitatus lucro conſuetudinem, qua coràm inter nos uti ſolemus. Meminiſti enim ſat ſcio, quòd ſemper argumenta ſermonum, quibus ſermonibus inter nos uti ſolebamus, meditationes uirtutis erant, & ad Dei cultum atq; pietatem exercitationes: quum tu quidem præceptoris ac magiſtri more ſemper iis, quæ dicebantur, ex aduerſo ſubijceres & opponeres, nihilq; quod diceretur, abſque excuſſione atq; examinatione admitteres: nos uerò, qui ætate præcederemus, quæ per conſequentiam ſermonis identidem requirerentur, diſſolueremus. Si igitur nunc etiam ita fieri poſſet, ut à tua prudentia omni ſermoni occaſio daretur, nihil eo melius ac præſtabilius accidere poſſet: duplex enim utriq; noſtrũm lucrum exiſteret, tum ex mutuo conſpectu, (quo quid in uita mihi dulciuſ?) tum ex eo, quod plectri in modum à tua prudentia noſtra uetuſta cithara ſuſcitaretur: ſed quoniam uitæ neceſſitas facit, ut corpore ab inuicem diſiuncti ſimus, etiamſi animis ſemper coniungamur, neceſſariũ fuerit, ſicubi contradictio aliqua nobis exiſtere uiſa fuerit, per conſequentiam aduerſus ſermonem etiam tuam ſubire perſonam. Commodum autem fuerit primùm argumentum quoddam, unde aliqua ad animum utilitas percipere poſſit, proponere quaſi ſcopulum literarum, quò ſpectent: deinde ſic ad rem propoſitam ſermoni operam dare. Igitur ad quærendum à nobis propoſitum eſto, quæ ſit Chriſtiani hominis profeſſio. fortaſſis enim haud inutilis erit huius rei conſideratio. Nam ſi plenè atq; exactè inuentum fuerit id, quod per hoc nomen declaratur, magnum adiumentum adepti fuerimus ad uitam cum uirtute tranſigendam, ſi id quod nominamur, per ſublimem quoque uitæ rationem uerè eſſe ſtudeamus. Quemadmodum enim ſiquis medicus, uel orator, uel geometra uocari deſideraſſet, non admitteret, ut propter imperitiam cognomen reprehenderetur, ſi facto periculo is non inueniretur, cuius nomine appellaretur: ſed qui uerè harum alicuius profeſſionũ nomine appellari ueller, ne falſò ſumpta appellatio conuincatur, ipſo ſtudio atq; exercitio fidem faceret appellationi: eodem nos quoq; modo, ſi uerum hominis Chriſtiani profeſſionis ſcopum ſcrutando inuenerimus, nolimus nõ eſſe id, quod illud nomen pro nobis pollicetur: ne in nos etiam quadret id, quod ab externis & infidelibus de ſimia uulgo narratur. *Plato in Gorgia 328.*

Aiunt enim quendam in urbe Alexandri circulatorem & præſtigiatorem exercuiſſe ac docuiſſe ſimiam, ut agilitate quadam in formã & habitum ſaltatricis ſeſe *Au*

Universidad de Deusto
Biblioteca



componeret: eiq; saltatricis apposuisse personam,ac uestem circumdedisse exercitio conuenientem: & cum chorum ei adhibuisset,placuisse ac celebratum hominũ sermone,in pretio fuisse propter simiam, quæ ad cantilenæ modos ac numerũ sese flecteret contorqueretq;, ac per omnia quæ & faciebat & facere uidebatur, naturam * occultaret. quum autem capti essent rei nouitate spectatores, quendam cæteris astutiorẽ ibi fuisse, qui ludo quodã inhiantibus spectaculo ostenderit simiam esse simiam. Acclamantibus enim cunctis & applaudẽtibus agilitati simiæ,ad cantum & modulationem aptè se mouentis & circumagentis, proiecisse eum aiunt in orchestra ex bellarijs ea, quæ talium bestiarum ingluuiem attrahunt atq; inuitant. illam uerò nihil cunctatam,ut uiderit ante chorum dispersa amygdala, oblitam & saltationis,& plausuum,& uestis ornamentorum accurrisse ad ea,& manuum palmis collegisse,quæ inueniret:& ne impedimento esset, personam ori detraxisse celeriter, atque unguibus suis assimulatam formam corrupisse atque dilacerasse, atque ita pro laudibus & admiratione risum abundè spectatoribus mouisse, ut quæ turpis ac ridicula ex personæ reliquijs se conspiciendam præberet. Quemadmodum igitur illi non satis fuit falsa atque assimulata adscitaq; forma ad hoc ut homo existimaretur,deprehensa per ingluuiem bellariorũ natura: ita qui non uerè ipsam naturam suam fide formauerint, facilè per diaboli escam & ingluuiem conuincentur,quòd aliud sint atq; præ se ferant ac profiteantur.Pro caricis enim uel amygdalis aut huiusmodi aliquo cibo,uana gloria,ambitio, lucri uoluptatisq; studium, & quæcunq; sunt alia huiusmodi, mala diaboli annona loco bellatorum auidis hominibus proposita,simiarum similes animos facilè prodit,qui per fictam imitationem Christianismum simulant,temperantiæ, mansuetudinis, aut alicuius alterius uirtutis personam in tempore afflictionũ & calamitatum sibi detrahentes & amouentes.Igitur necesse fuerit considerare & intelligere Christianismi professionem. fortassis enim fieri possimus id, quod nomen illud sibi uult:ne dum nuda professio ne ac specie prætextuq; solius nominis insignimur, aliud atq; uidemur esse ab eo, qui occulta intuetur,demonstremur. Quamobrem in primis quid ex ipsa appellatione per Christianismum intelligatur,cõsideremus.Fieri igitur potest,ut à sapientioribus quidem maior planè & amplior intellectus, qui sublimitati nominis respondeat,excogitetur: quæ autem nos capere & intelligere de hoc nomine possumus,hæc sunt:Christi nomen,si ad dilucidius magisq; perspicuum & intellectu facilius uerbum transferatur,regem significat: quippe quum sancta scriptura huiusmodi uoce peculiari quodam usu regiam indicet dignitatem. sed quoniam, ut ait scriptura, numen diuinum uerbis explicari ac percipi non potest, quippe quum omnem superet excogitationem & comprehensionem: necessariò qui spiritus sancti numine diuinitus rapiebantur prophetæ atq; apostoli multis nominibus, notionibus & considerationibus ad intelligendũ incorruptibilem naturam nos quasi manu ducunt,alius ad aliam considerationem & intellectum Deo conuenientem nos dirigentes, ut ipsa quidem omnibus imposita potestas regni nomine declaretur:ea uerò uis quæ omnis affectus perturbationisq; expers, & ab omni uitiositate ac malitia uacua, pura ac libera est, uirtutis nominibus designetur, ita ut unaquæque uirtus de natura excellentiore tum dicatur, tum intelligatur: atque idem sit & iustitia,& sapientia,& potentia,& ueritas,bonitasq; & uita,tum salus, incorruptibilitas immortalitasq;, tum immutari ac uariari nescia uirtus, & quicunque sublimis est intellectus, qui per hæc nomina declaretur, omnia nihil aliud quàm Christus & sint & dicantur. Si igitur omnis sublimis intellectus in Christi nomine comprehendi intelligitur (sublimiori enim significatione reliqua quoq; continentur, ita ut cæterorum unumquodque nomen in notione & intellectu regni consideretur) fortasse per consequentiam aliquo modo quid per Christianismum significetur,animaduertere & intelligere possimus. Si enim eius,quod excellit inter ea nomina,quibus incorruptibilis & immortalis natura explicatur, nominis participes sumus,qui per fidem in eum cum ipso coniungimur:omnino necesse est,ut quicunque

* ἀκριβεστέρω, habetur: ego uerò lego ἀπαρεσκομένην.



cunque unà cum hoc nomine circa immortalem illam naturam considerantur intellectus, per consequentiam cum illis quoque nobis communio nominis sit. Vt enim participatione Christi,Christiani appellationem adepti sumus:ita per consequens conuenit omnium quoq; sublimium nominum nos adscisci cominunionem ac societatem. ac quemadmodum in catena qui eam, quæ in extremitate est, curuaturam attraxerit, eas, quæ continenter inter se cohærent, per unam attraxerit: ita quoniam Christi nomini reliqua quoque,quibus ineffabilis ac multiformis illa beatitudo explicatur,natura cohærent atq; coniuncta sunt: necesse fuerit eum, qui unum arripuerit,unà cum ipso reliqua quoque attrahere. Si quis igitur nomen quidem Christi sumat,quæ uerò unà cum hoc nomine considerantur,uita non exprimat,neque repræsentet:is nomen ementitur,iuxta propositam à nobis similitudinem personam inanimam humanæ figuræ conformatam & assimilatam simiæ apponens. Fieri enim non potest,quin Christus sit & iustitia,& puritas, & ueritas, atque cuiusuis mali uitatio: neque Christianus esse potest (qui quidem uerè Christianus sit) qui non illorum nominum quoq; communionem & societatem in sese ostendat. Quocirca sicut definitione aliquis quid per Christianismum significetur, declarauerit: ita dicemus,quòd Christianismus sit imitatio diuinæ naturæ. Ac nemo definitioni tanquam immodicæ, nostræq; humilitatem naturæ superanti obtrectet,non enim excessit ea naturam. Nam siquis primam hominis conditionem & statum considerauerit, deprehendet ex documentis scripturæ, quòd definitio extra modum nostræ naturæ egressa non sit. Nam & prima hominis fabricatio ad imitationem Dei similitudinis erat, Moyse de homine ita philosophante, dum ait, Fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum: & Christianismi profectio est,ut homo reducatur ad pristinam & antiquam felicitatem. Si igitur antiquitus homo, Dei similitudo erat, forsitan haud absurdam & à proposito alienam fecimus definitionem, qui imitationem diuinæ naturæ Christianismum esse pronuntiamus. Professio igitur appellationis ita magna est,non alienum autem & intempestiuum iam fuerit dispicere,an nihil in hoc periculi sit ei,qui hoc nomen prætendit, si eius uita talis non sit. Ex similitudinibus autem planum nobis ac perspicuum fuerit id,quod quærimus. Ponatur aliquis esse,qui artem pingendi profiteatur, atque huic imperari à magistratu, ut ijs qui procul habitant, regis imaginem sculpat. Si igitur turpem aliquam ac deformem speciem in tabula sculptam, imaginem regis indecoram eam formam nominauerit, an non uerisimile est indignaturam esse potestatem, quòd pulchritudo principalis propter malam illam picturam uituperetur inter ignaros? Qualis enim in imagine species ostenditur, talem etiam formam principalem existimari necesse est. Quocirca si definitio Christianismum, Dei imitationem esse dicit, qualem uitam, quam iuxta imitationem Dei traduci creditum est,inter nos uiderit is, qui nondum mysterij rationem acceperit, tale nostrum quoque numen esse existimabit. itaque siquidem omnis boni exempla uiderit, bonum credet esse numen, quod ueneramur.si autem aliquis affectibus obnoxius ac bestiarum similis fuerit, atque aliàs in alios identidem affectus transformetur,multasq; ferarum formas,morum atque ingenij immanitate induat & repræsentet: (feras enim planè uidere licet naturæ nostræ deprauatæ uitijs informari:) deinde Christianum is se nominet, nemine ignorante, quòd eius nominis professio imitationem Dei polliceatur:per uitam suam efficiet, ut quod à nobis creditur esse numen,uituperetur ac reprehẽdatur inter infideleis.Quamobrem scriptura quoq; talibus acriores ac terribiliores quodammodo minas denuntiat, dum dicit: Væ propter quos nomini meo obtrectatur inter gentes. Ac mihi uidetur ad hanc maxime sententiam & intellectum nos ducens Dominus illud dixisse ad eos, qui audire poterant: Sitis perfecti,sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Qui enim patrem eorum,qui crediderunt,uerum patrẽ nominauit, utut etiam eos,qui per ipsum genti sunt,bonorum perfectioni, quæ in illo spectatur, similes esse. Dices igitur mihi,& quî fieri possit,ut humilitas humana ad eam,quæ in Deo

Gen. 1.

Esa. 52. Matth. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



conspicitur beatitudinem enitatur? quasi in ipso uidelicet præcepto, rei, quæ fieri nequeat, perplexitas atque difficultas emineat & appareat. Qui enim fieri possit, ut terrenus similis fiat ei, qui in cœlis est? cum ea, quæ in natura consistit differentia ostendat fieri non posse, ut imitando quis eò usque euadat? Aeque enim fieri non posse, ut uel cœlesti magnitudini, & ei, quæ inibi est, pulchritudini facie quispiam adæquetur, uel homo terrenus cœlesti Deo assimiletur. Sed perspicua hac de re oratio est, nimirum, quòd non cum natura naturam, humanam inquam, cum diuina comparari iubeat Euangelium, sed bonas actiones, quoad eius fieri possit, uiuendo imitari. Quænam igitur à nobis proficiscuntur actiones, quæ Dei actionum similes sunt? Ab omni uitiositate atque malitia, quoad eius fieri possit, esse alienos, atque ab eius inquinationibus, tum opere, tum sermone, tum mente uacuos ac puros esse: id reuera diuinæ, & eius, quæ circa cœlestem Deum spectatur, perfectionis imitatio est. non enim mihi uidetur Euangelium elementum cœli, tanquam separatum quoddam domicilium Dei dicere, dum iubet nos ita perfectos esse, sicut cœlestis pater perfectus est: quippe quum numen diuinum in omnibus ex æquo sit, & per omnem itidem creaturam permeet atque peruadat, & nihil, quod ab ente separatum sit, in essentia manere possit, sed æquabiliter pariq; ratione ac modo, unamquamque rem natura diuina amplectatur & attingat, omnia ui comprehensiua intra se continens atque coercens: quemadmodum propheta quoque hoc docet dicens: Siue mente fuero in cœlo, siue subterranea cogitatione penetrans scrutatus fuero, siue ad terminos rerum uim animæ cogitatiuam & imaginatiuam extendero: omnia uideo dextera tua comprehendi. Dictio au-
Psal. 138. tem ad hunc modum sese habet: Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, præsto es: si sustulero alas meas ad diluculum, & diuertero ad extrema maris, etenim illic manus tua deducet me, & dextera tua me detinebit. Igitur ex his discere possumus, quòd non peculiariter cœlestis habitatio Deo separata ac destinata sit: sed quoniam superna natura à uitiositate & malitia pura esse solet, multis in locis hoc scriptura sancta nobis significante per ambages & inuolucra, & ab hac inferna, quæ ex crassiori materia conflata est, uita, ea, quæ ex uitiositate existunt mala designantur, quum hic inuentor uitiositatis anguis circa uitam terrenam serpat atque uoluatur: quemadmodum de eo per uerba inuoluta atque tecta dicit scriptura, quòd super pectus ac uentrem ambulet, & terra uescatur semper. Hoc autem tum figura motus, tum genus cibi nobis explicat, quòd hæc terrena & inferna uita sit, quæ reptationem multiformis uitiositatis in sese admittit, & cibus irrepentis in eam bestiæ fit. Igitur qui cœlestem patrem iubet imitari, à terrenis affectibus uacare ac purum esse iubet: quorum uitatio non mutatione loci, sed ex libera uoluntate ac sola animi destinatione fit. Quocirca si natura ita comparatum est, ut solo motu mentis & appetitu à malo alienemur, nihil laboriosum nobis præcipit Euangelicus sermo: neque enim labor coniunctus est affectioni & ardori mentis: sed licet nobis absque ullo negotio quocunque uelimus per cogitationes accedere. Itaque uolenti facile est, cœlestem uitæ traductionem uel in terra habere, si, quemadmodum Euangelium præscribit, cœlestia sapiamus, cœlestibus afficiamur, & in thesauris cœlestibus uirtutis diuitias deponamus. Inquit
Matth. 6. enim: Ne congerite uobis thesauros in terra, sed congregate thesauros in cœlis,
Luc. 12. ubi neque tinea neque ærugo corrumpit, neque fures perfodiunt & furantur. Quibus uerbis ostendit, quòd nulla uis, quæ beatitudinem illam corrumpere possit, in superna uita uersetur. Nam ille qui ad corruptelam & perniciem huius uitæ multifariam multisq; modis uariam suam malitiam aduersus humanam uitam exercet, uel tineæ in modum mentibus innascitur, partem cuicunque inhæserit, inutilem reddens: uel per uim corrosiuam & corruptiuam, nisi celeriter de parte, quam inuaserit, excussus fuerit, ad proxima quæque serpendo progrediens, quæcunque mouendo se contigerit, ijs uestigium corruptionis imprimit: uel si interiora sana ac tuta sint, per externas circunstantias insidiatur. Aut enim uoluptate perfodiendo



diendo cordis thesaurum inuadit, aut per alium affectum ex animæ receptaculo uirtutem eximit, uel ira, uel tristitia & angore, uel alia simili quapiam perturbatione & affectu rationem subducens. Quoniam igitur Dominus in supernis thesauris, neque tineam neque æruginem innasci dicit, neque ab arte furandi malitiam inesse, quæ doceat ea, quæ [a] commemorauimus, illuc transferenda negotiatio est, ubi non modò compilationi atque diminutioni non obnoxij thesauri semper per manent, uerumetiam seminum in modũ multiplex efficiunt incrementum. Oportet enim prorsus ex natura depositarij magnam fieri remunerationem. Quemadmodum enim nos ex natura nostra facimus, ut tenuia offeramus, quippe quum natura simus tales: ita consentaneum est eum, qui in omni re diues est, ijs, quæ ex natura habet eos, qui sua antè dederint, esse remuneraturum. Ne quis igitur se animo demittat, dum quæ pro uiribus suis potest, diuinis infert thesauris, quasi pro modo eorum, quæ dederit, recepturus, sed speret iuxta pollicitationem eius, qui dixit, quòd magna paruis sit comparaturus: cœlestibus quidem terrena, sempiternis uerò citò peritura permutans, quæ talia natura sunt, ut neque mente percipi, neque sermone explicari possint, de quibus diuina docet scriptura, Quod neque
1. Cor. 8. oculus uiderit, neque auris audiuerit, neque in cor hominis ascenderit, quæ præparauerit Deus diligentibus se. His tibi, ô charum caput, non solum prætermissas literas refarciuimus & compensauimus: uerumetiam quæ posthac prætermittentur ac reliqua fient, per argumentum quærere anticipauimus. Tu uerò mihi uiuas in Domino ex animi tui sententia. hoc autem semper tibi cordi sit atque probetur, quod & Deo gratum & nobis iucundum est.

[a] ὑπονοέσαμεν habetur: ego lego ὑπεμνήσαμεν.

# GREGORII NYSSENI EPISCOPI DE ORATIONE,

*Ad orationem adhortatio, & orationis Dominicæ expositio.*

RANDI nobis doctrinam diuinus sermo tradit, per quam se dignis discipulis orandi scientiam studiose ac seriò requirentibus, quomodo diuinum auditum conciliare per uerba orationis conueniat, exponit. Ego uerò sumpta audacia exiguum quiddam adijciam ijs, quæ scripta sunt: quòd nimirum, non quomodo orare oporteat, præsens conuentus docendus sit, sed quòd omnino oporteat orare. quod ad uulgi aures nondum fortasse peruenit. neglectum enim in uita atq; à pleriscq; omissum sacrum hoc & diuinum opus, oratio est. De hoc igitur, quòd oporteat omnino orationi incumbere, ut inquit apostolus, haud alienũ
Rom. 12. mihi esse uidetur, primum, quantum eius fieri poterit, oratione testari atq; docere, deinde uerò diuinæ uoci modum nobis exponenti, quomodo Domino precationem offerre deceat, operam dare. Video enim, quòd omnibus rebus (cæteris) in præsenti ætate magis studetur: quum alius ad aliud studium animum conuerterit: orationis uerò bonum, studio sibi homines non habent. Negotiationi diluculò institor incumbit merces suas ementibus ante cæteros eundem quæstum exercentes exhibere contendens, ut præuentis alijs, desiderantis emere necessitatem præoccuper, & suum uendat. Similiter etiam emptor, dum prouidet, ne ab alio præuentus frustra requirat id, quo opus habet, non ad orationis, sed ad uenditionis

Universidad de Deusto
Biblioteca



locum, forum uidelicet rerum uenalium, currit. Atque omnibus pari lucri cupidine captis, proximum præuenire contendentibus, per aliarum rerum studia surripitur tempus orationis ad negotiationem translatum. ita artifex & operarius: ita qui dicendi studium sectatur, literisq; ac disciplinis liberalibus operam dat: ita litigator: ita cui iudicandi munus obuenit, quisque in id, quod in manibus habet, studio totus incumbens obliuiscitur operam dare orationi, damnosum ad rem propositam sibi ducens, si circa Deum occupatus sit. Nam qui artem quidem exercet, inutilem quandam & inefficacem rem ad propositum opus, diuinũ auxilium esse putat. idcirco omissa oratione, in manibus spem ponit, oblitus interim eius, qui manus dedit. Similiter etiam ille, qui adhibita cura, orationem egregiè componit, non cogitat de eo, qui sibi orationem dedit: sed quasi seipsum in hanc naturam produxerit, ita suis suorumq; discipulorum studijs intentus est: ac nihil sibi ab auxilio Dei bonorum obuenturum esse existimans, studium oratione præstabilius esse ducit. Ad eundem modum etiam reliqua studia, officia, atque exercitia uitæ cura corporalium ac terrenarum rerum, occupationem animi circa res maiores atque cœlestes excernunt & expellunt. Idcirco abundat in uita peccatum adiectionibus semper in maius augescens, & omnibus humanis studijs implicatum, quoniam obliuio Dei tenet omneis, & orationis bonum rebus seriis ab hominibus non simul adhibetur. Vnà cum negotiatione ingreditur auaritia. Auaritia uerò simulachrorum cultus est. Ita agricola agriculturam necessarijs usibus non metitur, sed ad plura studium semper intrendens, dum alienis finibus usurpandis suos agros latius profert, magnum aditum peccato aduersus illud studium atque institutum uitæ patefacit. Vnde sedatu atque compositu difficiles oriuntur contentiones & lites, de finibus agrorum inter sese mutuas controuersias excitantibus ijs, qui simili auaritiæ morbo tenentur. hinc iræ, hinc impetus ad malum: hinc aliorum aduersus alios conatus à sanguine & cæde sæpenumero initium sumunt. similiter operæ iudiciariæ, dum sexcenta atque infinita iniquitatis & iniustitiæ patrocinia excogitant, uarijs peccatis subseruiunt. Iudex aut sua sponte ad quæstum iustitiæ libram detorquet, aut contra uoluntatem nimia subtilitate ac diligentia superuacua, ueritatem confundentium deceptus, quòd iniustum & iniquum est, decernit, comprobat atque confirmat. Et quid attinet singulatim exponere, quibus rebus multipliciter, multisq; modis peccatum humanæ uitæ commiscetur: cuius peccati nulla alia causa est, quàm quòd ad ea, quæ in manibus habent, & studiosè tractant negotia, diuinum etiam auxilium homines non simul adhibent & assumunt. Quòd si oratio negotium præcesserit, peccatum aduersus animam aditum non inueniet. Dei enim memoria in corde fixa atque fundata, irrita consilia aduersarij manent, iustitia sese mediam ubique controuersijs interponente. prohibet item agricolam à peccato, oratio in exiguo agri modo fructus multiplicans, ne postea amplius unà cum plus habendi cupiditate peccatum ingrediatur. ita uiator, ita qui expeditionem uel nuptias parat. ita quicunque animum ad aliquod negotium adiecit, si cum oratione quodlibet agat, prospero atque felici successu negotiorum à peccando abducetur, nullo aduersario animam ad uitium trahente. sinautem relicto Deo, negocio totus intentus fuerit, omnino necesse est, ut à Deo remotus cum aduersario prorsus uersetur. recedit autem à Deo, qui per orationem sese Deo non coniungit. Ergo hoc prius oratione do-
Luce 18. cendi estis, quòd semper orare & non defatigari oporteat. Per orationem enim cum Deo esse contingit. at qui cum Deo est, ab aduersario remotus est. Oratio pudicitiæ præsidium atque tutamen est, iræ moderatio, superbiæ sedatio atque repressio, iniuriarum tenacis memoriæ expurgatio: inuidiæ profligatio, iniustitiæ sublatio, impietatis correctio. Oratio corporum robur est, abundantia domus, recta iuris ac legum in ciuitate constitutio, regni uires, belli trophæum, pacis securitas, dissidentium conciliatio, coniunctorum conseruatio. Oratio uirginitatis sigillum est, matrimonij fides, uiatoribus scutum, dormientium custos, uigilan-



gilantium fiducia, agricolarum fertilitas, nauigantium salus. Oratio reorum & causam dicentium patrona, nexorum ac uinctorum relaxatio atque solutio, fatigatorum requies, mœrentium consolatio, gaudentium animi delectatio, lugentium solatium, nuptias contrahentium corona, natalitij festi celebratio, morientium funus. Oratio, conuersatio sermocinatioq; cum Deo est: uisum effugientium contemplatio, eorum, quæ concupiscuntur, certa fides: eiusdem cum angelis honoris conditio, bonorum progressus & incrementum, malorum subuersio, peccatorum emendatio, præsentium fructus, futurorum repræsentatio. Oratio Ionæ quidem cetum domum effecit: Ezeciam uerò ex portis mortis ad uitam reduxit: tribus autem adolescentibus in uentum rorantem flammam conuertit: Israhelitis aduersus Amalecitas trophæum erexit, & centum octoginta quinq; millia Assyriorum una nocte gladio inuisibili prostrauit. Atque sexcenta præter hæc ex ijs, quæ iam acciderunt, exempla licet inuenire: quibus palàm sit, nihil ex ijs, quæ per hanc uitam colũtur & in pretio sunt, orationi præstare. Sed tempus fuerit, iam ipsi orationi operam dare, quinimò paululum etiam sermoni adhuc adijciamus, quòd quum multa ac uaria à diuina gratia bona nobis obtigerint, unum hoc ad retributionem eorum, quæ accepimus, habemus, ut per orationem pariter & gratiarum actionem, benefactorem remuneremur. Exilimo igitur, quòd si uel per totam uitam orando atque gratias agendo sermocinationem cum Deo continuemus, tantum ab ea, quam fieri par esset, retributione abfuturi simus, quantum si nec omnino quidem ab initio remunerari benefactorem in animum induxissemus. In treis his beneficium Domini deprehenditur. Si quod præsens est, consideraueris, per ipsum uiuis. si futurum, ille tibi earum rerum, quæ sunt in expectatione, spes est. si præteritum, non esses, nisi prius ab illo factus esses. Id ipsum, quòd natus es, ab illo beneficium accepisti. ac postquam natus es, beneficio afficeris, dum per illum & uiuis, & moueris, ut inquit apostolus. Rerum futurarum spes ab eodem beneficio pendet. Tu uerò solius præsentis compos es. Itaque si uel per omne usque tempus uitæ gratias agere Deo non intermiseris, uix præsentis temporis gratiam expletemporis debita compensentur. Nos autem, qui tantum absumus à potestate debitæ gratiarum actionis, ne in eo quidem, quod à nobis fieri potest, animi gratitudinem præstamus, non dico totum diem, sed ne exiguam quidem diei partem uacationi diuinæ tribuentes. Quis mihi terram substrauit? quis peruiam solertia atque industria naturam humidam fecit? quis fixit mihi cœlum tanquam cameram? quis præfert mihi facem solis? quis emittit fonteis in conuallibus? quis parauit amnibus alueos, per quos decurrant? quis mihi brutorum animalium ministerium subiecit? quis me, quum puluis inanimus essem, uitæ pariter & mentis participem fecit? quis hoc lutum ad imaginem figuræ diuinæ formauit? quis imaginem diuinam per peccatum in me confusam ad pristinum rursus decorem reduxit? quis me pulsum paradiso, & ligno uitæ priuatum, & in barathrum materialis uitæ demersum, ad primam trahit beatitudinem? Non est qui intelligat, inquit scriptura. Nam Rom. 3.
profecto, si hæc perpenderemus, continẽtem & assiduam, per omne uitæ spatium, gratiarum actionem præstaremus. nunc uerò in id solum, quod materiale est, omnis propemodum humana inuigilat natura. huc intentum studium: in hoc occupata animi promptitudo atque alacritas est: circa hæc & memoria & spes uersatur. peruigil & insomnis ad plus habendi cupiditatem in omni negotio, in quo commodum excogitari potest, humana natura est: siue de honore & gloria, siue de copia pecuniarũ agatur: siue ea res pertineat ad iræ morbum, in his omnibus ad commodum natura respicit. Verorum autem Dei bonorum nulla ratio habetur, neque apparentium, neque promissorum.

Sed tempus fuerit, etiam uerborum orationis, quantum eius fieri potest, considerare sententiam. Perspicuum est enim, quòd si didicerimus, quomodo petitionem

Universidad de Deusto
Biblioteca



formare conueniat, licebit nobis quæ uolumus impetrare. Quænam est igitur ea doctrina? Orantes, inquit, ne fitis battologi, sicuti gentiles. Arbitrantur enim se propter multiloquium suum exauditum iri. Ac sententia quidem doctrinæ forsitan per sese perspicua est, utpote nudis uerbis nobis exposita, nec ullam subtiliorem desiderans considerationem, præterquam quod operæ pretium est quærere, quid significet uerbum battologiæ, ut intellecta sententia, uitemus id quod uetitum & interdictum est. Videtur ergo mihi castigare inflationem atque tumorem mentis, eorumq, qui sese uanis cupiditatibus immergunt, reprimere atque compescere ambitionem, & idcirco peregrinam & nouam hanc dictionem excogitasse ad arguendam amentiam eorum, qui uanarum pariter & inutilium rerum cupiditatibus diffluunt atque distrahuntur. Matth. 6.

Nam cordatus, doctus & prudens, & utilitatem sibi propositam habens sermo, proprie sermo dicitur: at quæ per inanem uoluptatem cupiditatibus uanis quasi superfunditur oratio, non amplius λόγος, id est sermo, sed βαττολογία est, (quasi dicas, linguæ uolubilitas, & uanus sermo) ut aliquis Græcè melius explicans dixerit, κενὸν φλυαρίαι: hoc est, quasi dicas, mentis efferuescentia atq; effutitio: λῆρος καὶ φλύαρος, hoc est deliramenta atque nugæ: ac si quod aliud uocabulum eiusmodi significationis est. Quid igitur nobis sermo consulit? Ne idem committamus in tempore orationum, qualis in mente furiosorum ac delirorum absurda perturbatio conflatur. Quemadmodum enim mente imperfecta præditi, non cogitant ut aliquid sibi ex sententia obueniat, sed pro arbitrio felicitates quasdam sibi fingunt, thesauros & nuptias, & regna, magnasq; ipsorum appellationib. cognominatas ciuitates sibi proponentes, in eo se uersari in mente sua imaginantur, quodcunque cogitationum uanitas eis suggesserit: nonnulli uerò etiam uehementius hac uanitate correpti sunt, ac modum naturæ supergressi uel uolucres existunt, uel stellarum in modum lucent, uel monteis in manibus gestant, uel cœlum sibi peruium faciunt, uel ad innumeros usque annos uiuunt iuuenes ex senibus euadentes: ac quæcunque alia talia magis uacordibus, bullarum in modum, uana atque inania figmenta in corde ingenerantur. Vt igitur in rebus gerendis is qui non ea cogitat, per quæ sibi deliberanti aliquid boni contingat, sed uanis cupiditatibus nequicquam immoratur, stultus quidam & miser est, in hæc insomnia occasionem deliberationis aliquid agendi, quod ex usu sit, insumens: ita qui in tempore orationis in ea, quæ animæ conducunt, intentus non est, sed uitiosis & perturbatis animi sui motibus Deum obsequi postulat, nugator quidam reuera atque blaterator est, quippe qui oret, ut Deus suarum ineptiarum & uanitatum adiutor & minister fiat. Quale quiddam (exempli gratia) in medium affero. Accedit aliquis ad Deum per orationem, & non perpensa apud animum sublimitate potentiæ, ad quam accedit, turpibus & sordidis petitionibus maiestatem diuinam dedecorat imprudens. Vt si quis præ nimia paupertate aut rusticitate uasa ex luto fictilia pretiosa putet, deinde ad regem solidas diuitias & dignitates distribuere paratum accedat, atque omissis ijs rebus, quæ à rege peti solent, tanta dignitate præditum roget, ut ex luto subacto atque concinnato efficiat aliquid, quod sibi cordi sit. ita etiam is, qui imperitè utitur oratione, non ad dantis altitudinem sese erigit, sed ad sordidas, humiles & terram sapientes cupiditates suas diuinam potentiam descendere desiderat: atque huius rei gratia uitiosos & perturbatos animi impetus, & motus corda cernenti profert, non ut sanet absurdos animi motus, sed ut auxilio Dei repræsentato prauo impetu, deteriores efficiantur. Quoniam enim ille molestus est, atque odio cor meum laborat, percute eum, ad Deum dicit, modò non illud clamans: Meus animi motus in te sit, ac mea malitia atque nequitia ad te transeat. Vt enim in hominum inter se prælijs non potest aliquis uni parti auxilium ferre, nisi una cum irascente simul in aduersarium concitatus & exacerbatus sit: ita perspicuum est, quòd qui Deum commouet aduersus inimicum, eum roget, ut una irascatur, & iræ socius fiat. Id autē est, in perturbationem incidere

numen



numen diuinum, & affici more humano, atq; ex bona natura in ferinam sæuitiam transmutari. Ita qui gloriæ insana cupidine uexatur: ita qui superbia excellere studet: qui in iudiciali disceptatione ad uictoriam festinat: qui in gymnicis certaminibus ad coronam properat: qui in theatris faustas acclamationes affectat. sæpe autem etiam is, qui propter insanum iuuentutis morbum contabescit: omnes hi non ut eo, quo renentur, morbo liberentur, Deo preces offerunt, sed ut ad finem morbus eorum perducatur, & compleatur. atq; hæc si obtinere non possint, calamitosum quisq; sibi iudicantes, blaterant reuera, ut mentis suæ morbi adiutor fiat, Deo supplicantes, ac quod omnium grauissimum est, ad quàm maxime contrarios motus diuinum numen sibi moueri concupiscunt, in feritatem & humanitatem, efficiam Dei partientes. Quem enim propitiū & mitem sibi esse desiderant, eum asperum & immitem inimicis suis fieri rogant. O blaterantium dementiā. nam si Deus illis immitis, ne tibi quidem prorsus placidus erit. sin autem in te, ut certè speras, ad misericordiam propensus est: quomodo in contrarium mutabitur, ad sæuitiam misericordiam traducens? Sed ad hoc in promptu cōtentiosorum oppositio est. Proponunt: Dauidem deficere peccatores desiderantem, & pudorem & confusionem inimicis imprecantem: Hieremiam, uindictam & pœnas à Deo de aduersarijs sum ptas uidere cupientem: Oseam uuluam sterilem & ubera sicca inimicis dari rogantem. Ac multa talia passim in sanctis scripturis posita colligunt, quòd aduersarijs imprecari, & suæ ipsorum sæuitiæ bonitatem Dei adiutricem assciscere oporteat, concludentes. Verùm nos, ut obiter eorum, qui ex tali occasione in contrarium deducuntur, ineptis ac uanis sermonibus finem imponamus, hoc ad singula, quę memorata sunt, in medium adducemus. Nullus ex uere sanctis, à sancto spiritu diuinitus afflatis, quorum dicta diuina ordinatione ad admonitionem insequentium hominum perscripta sunt, aliquid mali sibi studio habuisse demonstrabitur: sed omnium, quæ ab ipsis dicta sunt, intentio atque consilium spectat ad correctionem & emendationē uitiositatis atq; malitiæ, quæ tunc in natura uigebat. Quemadmodum igitur ille, qui orat, ne sint ægrotantes, ne sint egentes, non hominum interitum, sed morbi & egestatis abolitionem fieri cupit: ita etiam, dum quisq; sanctorum orant, ut id, quod naturæ aduersum & inimicum est, ad interitum rediga- Psal. 6.
tur, suspicionem imperitioribus præbent, quasi aduersus homines sæuiant & exacerbati sint. nam & psalmorum scriptor quum dixit, Tollantur peccatores & iniqui de terra, ut non sint: ut peccatum & iniquitas deficiant, orat. non enim homo hominum hostis est: sed liberæ uoluntatis motus ad nequitiam & malitiam, loco hostis constituit id, quod natura coniunctum est. Vt malum igitur deficiat, orat. at homo malum non est. Quomodo enim malum fuerit id, quod boni simulacrum & imitamentum est? Ita etiam si pudorem & confusionem inimicis imprecetur, ostendit tibi cateruam aduersariorum, qui ab inuisibili inimico stantes, uiam humanam oppugnant. de quib. etiam Paulus planius loquitur, luctam nobis esse dicens aduersus principatus, aduersus potestates & rectores huius mundi, aduersus spirituales improbitates in cœlestibus. Dæmoniacas enim insidias, per quas malitiosa hominibus ad peccatum adhibentur offendicula, congressus iracundi, cupiditatum occasio, inuidiæ, odij, superbiæ, talium ue malorum materia: hæc quum magnus propheta uidet uniuscuiusque animam insidiando circumcursitantia, ad pudorem redigi precatur, qui his inimicis imprecatur. hoc autem nihil est aliud, quam ut ipse seruetur. naturaliter enim accidit, ut is, qui in certamine luctæ uictus sit, ob lapsum suum pudefiat: quemadmodum uictor contrà, propter uictoriam lætatur. ac quòd hæc ita sese habeant, orationis forma declarat. Erubescant Psal. 6.
enim, inquit, & confundantur qui quærunt animam meam. non enim imprecantur ijs, qui damnum in pecunijs afferre per insidias conantur: aut ijs, qui de simibus agrorum controuersiam mouent: aut ijs, qui in caput eius aliquam malitiam designant: sed qui aduersus animam insidias struunt. animæ autem insidiari,

quid

Universidad de Deusto
Biblioteca



quid est aliud, nisi à Deo alienare? porrò non aliter anima humana à Deo alienatur, quàm per uitiosam affectionem. Quoniam igitur numen diuinum perturbationis ac uitij semper expers est, qui in uitio atq; perturbatione semper uersatur, à coniunctione diuini numinis segregatur. ne igitur id sibi accidat, pudorem aduersarijs imprecatur. hoc autem nihil aliud est, quàm uictoriam sibi de hostibus precari. hostes uerò perturbationes & uitia sunt. Sic Hieremias uehementi & ardenti pietatis amore præditus, insano simulachrorum cultui dedito, qui tunc regnabat, & sub ditis eodem cum illo errore inuolutis unaq; peruersis, non proprium aliquod incommodum curat, sed pro communi hominum bono Deo preces offert, rogans ut per impetum, qui aduersus eos, qui impietate se contaminassent, susciperetur, uniuersum genus humanum ad sanitatem reduceretur. Similiter autem etiam propheta Oseas, quum inter Israhelitas uitiositatem atque malitiam tunc fœcundam esse uideret, sterilitate eos condemnat, & acerba peccati ubera arescere uult, ut neque nasceretur, neq; aleretur malum hominibus. Idcirco propheta, Da, inquit, illis, Domine, uuluam sterilem, & ubera sicca. Ac si quis alius in sanctis eiusmodi sermo inueniatur, qui iram aliquo modo arguat, atq; significet, ad eiusmodi omnino sententiam spectat, quæ uitium expellat, non hominem conficiat. Mortem Deus non fecit. Audis sententiam. Quomodo igitur in mortem suorum ipsius inimicorum rogaturus esset Deum, qui à mortis efficacia alienus est? Non delectatur pernicie uiuentium. At qui blaterat, & aduersus suos inimicos humanitatem Dei concitat, hortatur eum, ut calamitatibus hominum delectetur. Verùm iam, inquit, nonnulli etiam principatus & honores, & diuitias consequuti sunt, oratione ad hoc usi, & ob eiusmodi felicitatem, Deo chari esse existimati sunt. Qui igitur prohibes nos, dixerit aliquis, de huiusmodi rebus preces offerre Deo? Enimuerò omnia quidem pendere à diuino consilio, atq; supernè regi hanc uitam terrenam, nemo ignorat, nec quisquam orationi contradixerit. sed talium orationis successuum alias causas didicimus: nimirum quòd non quasi bona prorsus petentibus hæc Deus tribuat: sed ut simplicioribus per hæc fiducia erga Deum stabiliatur & confirmetur, ac paulatim per minores petitiones experiētia atq; reipsa discentes quòd supplices Deus exaudiat, erigamur tandē aliquando ad sublimium pariter & Deū decentium donorum desiderium atq; cupiditatem. Quemadmodum in nostris liberis uidemus: qui initio quidem uberibus maternis adhærent, quantum natura capit, tantum à matre requirentes. Quòd si infans adoleuerit, & aliquam facultatem loquendi adeptus fuerit, mammam quidem respuit, quærit autem aliquid eiusmodi, uel comam apposititiam, uel pallium, uel aliqua talia, quibus infantiū oculi delectantur. sed ubi ad firmiorem ætatē peruenerit, & mens unà cum corpore creuerit, tunc omnibus puerilibus studijs atq; desiderijs omissis, ea, quæ ad perfectam uitam spectant, à parentibus petiturus sit: ita etiam Deus qui per omnia hominem ad sese respicere assuefacit, idcirco sæpenumero ne minoribus quidem petitionib. aures præbere fastidit, ut ad sublimiorum rerum desiderium, per paruarum rerum largitionem eum, qui hoc beneficium consequutus fuerit, inuitet. Et tu igitur, si ille & ille diuina prouidentia nobilis & illustris obscuris parentibus ortus euasit, aut aliquid aliud ex ijs rebus, quæ res per hanc uitam expetuntur, acquisiuit, principatum, uel diuitias, aut claritudinem: cōsidera quónam hæc spectent, nimirum, quòd per eam, quæ circa has res apparet, humanitatem, in rebus magnis tibi potentia Dei demonstratur, ut per hoc, quòd animaduerteris, nec ludicras quidem ac pueriles res frustra à Deo peti, de maiorib. ac perfectioribus patri preces offeras. hæc autem sunt ea, quæ animæ lucrū afferunt. Etenim stultissimum fuerit, siquis accedens ad Deum, à sempiterno temporaria roget, à cœlesti terrena, à sublimi humilia atq; abiecta, ab eo, qui regnum cœlorum largitur, hanc terrenam & humilem felicitatem: ab eo, qui largitur ea quæ eripi non possunt, ad exiguum tempus alienarum rerum usum: quarum necessaria quidē ademptio, temporarius uerò fructus, periculosa administratio est. Pulchrè autem per adiectionem ostendit absurditatem, quum dixit, Sicut gentiles. Nam in res apparentes studium conferre, proprium est eorum, qui nullam sibi futuri seculi spem proponunt, non iudicij metum, non gehennę minas, non bonorum expectationem, non aliud quicquam eorum, quæ tempore resurrectionis sperantur, qui sicuti pecora ad præsentem uitam intenti quodcunque gulæ ac uentri, reliquisq; corporis uoluptatib. indulgere possint, id in parte bonorum locant, uel principatum inter aliquos tenere, & reliquis præstare uideri, uel multis incubare talentis: aut si quid aliud de huius seculi fraudibus est, quibus siquis de futura spe dicat, plane nugator esse uideatur, paradisum & regnum, & cœlestem habitationem, & eiusmodi res exponens. Quoniam igitur proprium est eorum, qui spem non habent, ut præsenti uitæ adhæresçant & addicti sint: rectè superuacua ac uana desideria, quæ uoluptati addicti per orationem se consecuturos sibi esse putant, gentilium esse, Sermo dicit, existimantium se de rebus absurdis assiduè ac sedulò rogando consequuturos esse, ut numen diuinum eis ad res non rectas neque necessarias auxilio sit. Existimant enim, inquit, se propter multiloquium suum exauditum iri. Verùm hæc quidem, quæ cogitare atque perpendere oportet, per ea, quæ scrutati sumus & ostendimus, edocti sumus: qualem autem conueniat offerre Deo precationem, in sequentibus audiamus, gratia Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

*Hiere. 10.*

*Osc. 9.*

*Ibid.*

*Ezech. 18.*

*Locus uidetur esse mutilus & corruptus. πρὸ τοῦ μετὰ habetur utrobiq; πρὸ τοῦ μετὰ, ego lego.*



## PATER NOSTER, QVI ES *in cælis.*

QVVM magnus ille Moyses ad eam sacrorū disciplinam, quæ in monte instituebatur, populum Israheliticum adduceret, non prius eos apparitione Dei dignos iudicauit, quàm indicta obseruatione castitatis, & aspersione aquæ, populo purificationem atque piaculare ac lustrale quoddam sacrificium lege sanxisset. ac ne sic quidem diuinę potentiæ apparitionem sustinuerunt, sed ad omnem faciem & aspectum eorum, quæ apparebant, ad ignem, ad caliginē, ad fumum, ad tubas, attoniti atq; perculsi sunt: & ad sese rursus auersi, legislatorem rogabant, ut is mediator ipsis & internuntius diuinæ uoluntatis existeret: quasi ipsorum uires, ad appropinquandum Deo, diuinamq; apparitionem excipiendam, satis idoneæ sufficientesq; non essent. At noster legislator, Dominus noster Iesus Christus ad diuinam gratiam nos adducturus non montem Sinai nobis caligine obductum & igne fumigantem oratione præmonstrat, neq; tubarum uoces obscurum quiddam atq; terrificum resonantes: neq; tridui castitate, & aqua sordes eluenti animam expurgat, neq; omni concione ad radices montis relicta, uni soli ad cacumen montis caligine gloriam Dei tegente circumfusum, ascensum largitur: sed primum quidem pro monte ad ipsum cœlum, quod per uirtutem peruium hominib. effecit, subducit, deinde uerò non spectatores solùm diuinæ potentiæ, uerumetiam socios & participes facit, & ad cognationem quodammodo superæ naturæ accedentes ducit: neq; caligine præcellentem gloriam abscondit, ut contemplatu difficilis requirentib. sit: sed ęfaro lumine doctrinæ caligine discussa, in lucida ac splendida serenitate puro corde præditis inenarrabilem gloriam conspiciendam præbet. aquam autem ad aspergendum, non ex alienis riuis, sed in nobis ipsis scaturientem largitur: siue oculorum quis fontes dicat, siue puram cordis conscientiam nullum à uitiositate atque malitia limum inuehentem. non solum autem à licita uxorum consuetudine, sed ab omni materiali pariter ac uitiosa affectione institura puritate, ita per orationem homines ad Deum adducit. Hæc est enim uerborum uis, quibus non uoces quasdam, quæ per syllabas pronuntientur, per Sermonem discimus, sed rationem ascendendi ad Deum per sublime institutum uitæ confectam & expeditam. Licet autem per ipsa uerba orationis cognoscere diuinam

*Exod. 19.*

sacrorum

Universidad de Deusto
Biblioteca



sacrorum disciplinam atq; institutionem. Quum oratis, inquit, non dixit, ὅταν μέλλητε προσεύχεσθαι, id est, quū uota facitis, sed ὅταν προσεύχησθε, id est, quum oratis: quasi id, quod ad uotum pertinet officium iam ante præstitum esse cōueniat, prius quàm per orationem Deus adeatur. Sed quæ nam est horum nominū, quod ad significationem attinet, differentia? εὐχὴ, id est, uotum quidē promissio est alicuius rei, quæ pietatis nomine dedicetur & sacris destinetur: προσευχὴ autem, id est, oratio, est petitio bonorum, quæ Deo cum supplicatione offertur. Quoniam igitur fiducia nobis, ut liberè loquamur, opus est, quum supplicaturi pro commodis nostris ad Deum accedimus, necessariò, quod ad uotum pertinet, officium præcedet, ut eo, quod à nobis præstari decebat officio functi, ita deinceps confidenter inuicē à Deo beneficium
Psal. 65. petamus. quamobrem propheta, Vota mea, inquit, persoluam tibi, quæ labia mea
Psal. 49. nuncupauerunt: &, Vota facite, ac persoluite Domino Deo uestro. Ac multis in locis scripturæ eiusmodi, τὸ εὐχῆς, id est, uoti significationem uidere licet, ut cognoscamus, quòd uotum quidem sit, ut modò dictum est, doni pro gratiarum actione offerendi facta promissio: προσευχὴ uerò, id est, oratio eū, qui post promissi impletionem ad Deum fit, aditum significat. Docet igitur nos Sermo, ne prius aliquid petamus à Deo, quàm aliquid ei munus acceptum & gratum obtulerimus. Vouere enim prius oportet, deinde orare. perinde ac si quis dicat sementem prius fieri, quàm fructus percipi oportere. Ergo uoti semina prius deijcere, atque ita ex deiectis seminibus adultas iam atque maturas fruges percipere oportet, per orationem remunerationem accipiēdo. Proinde quasi colloquium cum fiducia fieri non possit, nisi per præcedens aliquod uotum & donum, aditus factus sit, necessariò uotum orationem præcedet. Quasi igitur iam hoc confectum esset, Dominus ad
Matth. 6. discipulos ait: Quū oratis, dicite, Pater noster, qui es in cœlis. Quis dabit mihi alas
Psal. 54. tanquam columbæ, inquit alicubi magnus ille Dauid in psalmis. Dixerim autem etiam ipse, parem uocem emittere ausus: Quis dabit mihi alas illas ad hoc, ut possim unà cum sublimitate præstantiæ maiestatisq; uerborum mente subuolare? ut terram quidem omnem relinquam, transeamq; omnē aerem in medio fusum, assequar autem æthereā pulchritudinem, & ad sidera euadam, & omnem in ijs ordine ac ratione digestum ornatum inspiciam? ac ne in his quidem consistam, sed hęc
*Videtur esse locus corruptus utrobiq;* etiam percurram, & extra omnia, quæ & mouentur & mutantur, euadam, atq; stabilem assequar naturam, immobilem & in seipsa statutam, fixam, fundatam atq; firmatam potentiam, omnia ducentem pariter atq; ferentem, quæcunq; in esse sunt, omnia, inquam, quæ ab inenarrabili uolūtate diuinæ sapientiæ pendent? ut ab omnibus, quæ & alternant & mutantur mente procul remotus in immutabili pariter & immobili animæ statu eum, qui nec mutari nec in alterum peruerti potest, per animi sententiam atq; iudicium prius conciliem & familiarem reddam, deinde uerò maximè familiari & amica appellatione inuocem ac dicam, Pater? Nam quali dicenti opus est animo? quanta fiducia? quali cōscientia? ut ubi Deum, quoad eius fieri potest, per eas appellationes, quæ in illo animaduerruntur, ad intellectum inenarrabilis gloriæ quasi manuductus, mente conceperit atq; didicerit, quòd diuina natura, quodcunq; tandem ea sit, ipsa bonitas sit, sanctimonia, exultatio, potentia, gloria, puritas, æternitas, semper eodem modo atq; similiter sese habens: ac quæcunq; talia circa diuinam naturam intelliguntur, quum & per diuinam scripturam ac proprias cogitationes animaduerterit, deinde talē emittere uocem, & eum, qui talis sit, suum patrē nominare audeat? Perspicuum est enim, quòd si alicuius intelligentiæ particeps sit, non ausurus sit, quum non eadē etiam in se cernat, illam uocem ad Deum emittere, ac dicere Pater. Nam improbæ uoluntatis atq; propositi pater esse is, qui sui natura bonus est, naturaliter non potest: neq; uita contaminati, sanctus: neq; eius, qui huc illuc circumagitur, is qui alius fieri ac mutari nō potest: neq; mortificati per peccatum, pater uitæ: neq; eorum, qui uitijs probrosis & ignominiosis impulsi turpia committunt, is, qui purus & integer est: neq; auari & raptoris, benefactor: nec eorū deniq; qui in aliquo malo deprehenduntur, is, qui in omni bono



bono cernitur atq; consideratur, parens esse potest. Nā si quis expiatione etiānunc opus habens, seipsum inspiciens, & uitiosam conscientiā suam agnoscēs plenā maculis, & scelerū notis inustis, priusquā à tot tantisq; malis expurgatus sit, se Dei cognationi inserat, ac dicat, Pater, iusto iniustus, puro impurus: cōtumelia atq; cōuicium planè ea uerba fuerint, siquidē suæ nequitiæ patrem Deum nominaret. Nam patris uocabulum, causſam ex ipso procreati significat. Ergo si conscientia uitiosa quis prædītus patrem suum Deum dicat, nihil aliud, quàm suorum malorum quasi
2. Cor. 6. principem & authorem eum insimulabit. At nulla communio luci cum tenebris, inquit apostolus. sed cum lumine lumen consociatur: cum iustitia iustitia: cum honestate honestas: cum incorrupto incorruptum. Contraria uerò, cum ijs, quæ eiusdem generis sunt, planè cognationem habent. Non enim potest arbor bona ma-
Matth. 6. los producere fructus. Si quis igitur graui tardoq; corde, ut inquit scriptura, atque mendacium quærens audet orationis uerba usurpare, sciat is, quòd non cœlestem patrem inuocat, sed infernum: qui & ipse mendax est, & eius, quod in unoquoque
Ioan. 8. conflatur, mendacij pater existit. ille peccatum, & peccati pater est. Propterea animi affectibus ac perturbationibus obnoxij, filij iræ ab apostolo appellantur, & qui
Coloss. 3. à uita desciuerit, perditionis filius nominatur: mollis item quispiam & effœmina-
Ioan. 17. tus, filius puellarum transfugientium appellatur. similiter etiam ex contrario, conscientia lauta pura ac luculenta prædīti, filij lucis & diei appellantur, uirium item filij alij, qui ad diuinum robur sese firmauerint. Quum igitur ut patrem Deum in
Ephes. 5. oratione dicamus, Dominus nos docet, nihil mihi facere aliud uidetur, quàm sublimem & altam instituere atq; præscribere uitam. non enim utique mentiri nos uerítas docet, ut dicamus nos esse, quod non simus, & appellemus nos eo nomine, quod natura nobis attributum non sit: sed ut, dum incorruptum & iustum, & bonum, patrem nostrum dicimus, uitæ integritate propinquitatem referamus, eamq; ueram esse ostendamus. Vides quanto nobis opus sit apparatu? quali uita? quanto ac quali studio? ut ad eum modum fiduciæ erecta tandem conscientia nostra ad Deum dicere audeamus, Pater. Nam si pecunias spectes, si circa seculares uitæ fraudes occupatus sis, aut ex hominibus gloriam quæras: si uitiosis cupiditatibus seruias: deinde eiusmodi orationem in ore habeas: quid dicturum esse putas eum, qui uitam tuam intuetur, & orationem intelligit? Nam ego quidem eiusmodi quædam, quasi Deo ad talem dicente, mihi uerba uideor audire: Patrem uocas qui uita corruptus es, eum qui incorruptibilitatis & integritatis pater est? Quur sordida tua uoce contaminas nomen incorruptum? quur falsò tibi uerbum hoc usurpas? Quur naturam impollutam dedecoras? si filius meus esses, meis bonis prorsus etiā tuam uitam insignem esse oportebat: non agnosco naturæ meæ imaginem in te: aduersariorum sunt ista insignia. quæ societas luci cum tenebris? quæ uitæ & mortis cognatio est? quæ necessitudo natura puro cum impuro intercedit? multum interest inter benefactorem & raptorem. Insociabilis inter misericordem & immitem contrarietas intercedit: alius est pater uitiorum, quæ in te sunt. nam mea soboles paternis bonis decoratur. filius misericordis, misericors: integri & puri, integer & purus est: corruptus alienus est ab incorrupto. & ut summatim dicam, ex bono bonus, & ex iusto iustus editur: uos autem non noui unde sitis. Quocirca prius quàm aliquis uita expiatus & expurgatus sit, periculosum est in hac oratione audacem esse, & patrem suum Deum nominare. Verùm audiamus rursus uerba orationis, si quo modo fortè crebriore repetitione, rerum occultarum sententia à nobis animaduerti atque cognosci possit. Pater noster, qui es in cœlis. Enimuerò quòd uita cum uirtute coniuncta Deus conciliandus sit, mediocriter à nobis per ea, quæ suprà dicta sunt, offensum est. sed uidentur mihi hæc uerba etiam profundiorem quandam sententiam designare. hæc enim & patriæ, ex qua excidimus, & cognationis, quam amisimus, recordationem nobis ingenerant. Etenim in illa narratione, quam de adolescente exponit, qui sedem patriam reli-
Luc. 15. querat, & ad porcinam uitam transierat, historicorum more abitionem eius & luxum

Universidad de Deusto
Biblioteca



xum narrando miseriam humanam Sermo ostendit. non autem prius eum ad pristinam felicitatem reducit, quàm sensum præsentis calamitatis suscepisset, & ad sese reuersus pœnitētiæ uerba meditari cepisset. hæc autem aliquo modo cum uerbis orationis congruebant. dicebat enim illic: Pater peccaui in cœlum, & coram te: non adiecturus confessioni peccatum in cœlum, nisi persuasus sibi patriam esse cœlum: quo relicto peccauerat. quapropter etiam eiusmodi confessionis meditatio aditu facilem ei patrem effecit, adeò ut etiam accurreret ad eum, & osculo collum appeteret: (quod rationale iugum significat, per Euangelicam traditionem homini, qui primum præcepti iugum exuerat, & legem custodem repudiauerat, per os iniectum.) atque etiam stola circundaret eum, non alia, sed prima, qua per inobedientiam nudatus erat, simulatque interdicta gustasset, nudum sese conspicatus. Annulus item in digito, per sculpturam palæ imaginis recuperationem signi ficat. munit autem etiam pedes calceamentis, ne nudo calcaneo capiti serpentis appropinquans, incidat in morsum.

Quemadmodum igitur illic reuersio ad patriam sedem paternæ humanitatis adolescenti causa extitit: (patria autem sedes erat cœlum, in quod se peccasse ad patrem dicit:) ita etiam hic mihi Dominus, dum cœlestem patrem inuocandum esse docet, bonam illam patriam in memoriam redigere tibi uidetur, ut uehementiori bonorum iniecto desiderio sistat te rursus in uia ad patriam reducenti. Via autem quæ naturam humanam ad cœlum subducit, nulla est alia, nisi fuga & uitatio uitiorum terrenorum. Porrò fugæ uitiorum ratio mihi non alia iniri posse uidetur, quàm si Dei similes euadamus: Deo autem similem fieri, est iustum pariter ac sanctum, bonum, & eiusmodi uirtutibus præditum fieri: quarum uirtutum, si quis, quoad eius fieri potest, insignia manifesta in sese impresserit, sine labore, nullo q; negotio per se suaq; sponte à terrena uita ad cœlestem locum transferetur. non enim loci interuallo numen diuinum ab humano genere distat, ut aliqua machina nobis atque excogitato artificio sit opus, quo hæc grauis, ponderosa atque terrena caruncula ad incorpoream pariter & intellectualem habitationem traducatur: sed uirtute à uitio, prout intelligentia percipi datur, separata: in solo animi humani proposito situm est, ut quocunque cupiditate inclinatus sit, in eo uersetur. Quoniam igitur nullus labor sumendo atque eligendo bono subest: atque electionem etiam adeptio succellusq; prosper sequitur eorum, quæ sibi quisque sumpsit & elegit: licet tibi statim esse in cœlo, ubi Deum in mente sumpseris. nam si, ut Ecclesiastes inquit, Deus in cœlo est, tu uerò Deo, secundum prophetam, quasi agglutinatus es & adhæres: omnino necesse est, ut Deo coniunctus illic sit, ubi Deus est. Quum igitur præceperit, ut in oratione Deum patrem tuum dicas, nihil aliud, quàm per diuinum uitæ institutum te cœlesti patri similem fieri iubet.

Matth. 5. quemadmodum etiam alibi apertius id mandat, dicens: Sitis perfecti, sicut etiam pater uester cœlestis perfectus est. Si igitur intelleximus eiusmodi orationis sententiam: tempus fuerit animos nostros præparandi, ut aliquando audeamus has uoces sumere in os, ac dicere cum fiducia, Pater noster, qui es in cœlis. Quemadmodum enim similitudinis cum Deo manifesta sunt indicia, per quæ filius Dei fieri quis potest:

Ioan. 1. (Quotquot enim receperunt eum, inquit, dedit eis potestatem, ut filij Dei fierent. recipit autem aliquis in sese Deum, qui boni perfectionem recepit:) ita etiam improbi simulachri sua quædam sunt signa: quibus insignitus filius Dei esse non potest, utpote contrariæ naturæ imaginem gerens. Vis cognoscere improbi simulachri proprias notas? inuidia, odium, calumnia, superbia, auaritia, uitiosa cupiditas, insani gloriæ studij morbus: hæc & eiusmodi sunt, quibus forma aduersarij insignitur atque notatur. Cuius igitur animus eiusmodi maculis & notis infectus & iniustus est, si patrem inuocauerit: uter ei pater auscultabit? nimirum is, qui cognatus est inuocanti, is autem non ille cœlestis, sed subterraneus est. Cuius enim signa proximæ cognationis gerit, ille suam omnino cognationem agnoscet. Quocirca improbi atque scelesti hominis oratio quandiu in improbitate fue-



rit, diaboli inuocatio est. at eius, qui desierit ab improbitate, & uiuit in bonitate, bonum patrem uox inuocabit. Quum igitur accesserimus ad Deum, prius uitam inspiciamus, an aliquid dignum cognatione diuina in nobis geramus, deinde uerò eiusmodi uerbum proferre audeamus. qui enim patrem dicere iussit, mendacium dicere non permisit. Quocirca qui ita uitam instituerit, ut diuinam generis nobilitatem decet, is rectè ad cœlestem ciuitatem spectat, & patrem cœlorum regem, & patriam suam cœlestem nominans beatitudinem. Quònam pertinet illius consilij propositum atque intentio? Ea, quæ suprà sunt, cogitanda: ubi Deus, illic fundamenta habitationis suæ cuique iacienda esse: illic thesauros condendos: illuc cor suum quenque traducere debere. ubi enim thesaurus, ibi etiam Matth. 6. cor est. ad paternam omni tempore pulchritudinem spectandum esse, & iuxta illam, suum unumquenque animum exornare debere. Non est acceptio personarum apud Deum, inquit scriptura. Absint item à tua forma tales sordes. Ab inui- Rom. 2. dia atque ab omni uitij nota purum & integrum numen diuinum est. Ne te qui- Ephes. 6. dem designent eiusmodi uitia: non inuidia, non superbia: non aliud quicquam eo- Coloss. 3. rum, quæ diuinam pulchritudinem polluunt ac fœdant. Si talis fueris, ne uereris familiari & amica uoce Deum inuocare, & patrem tuum uniuersi Dominum nominare: intuebitur te paternis oculis, diuina stola circundabit, annulo ornabit, instruet ac præparabit Euangelicis calceamentis pedes ad superum iter: restituet te cœlesti patriæ per Christum Iesum Dominum nostrum: quem decet gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

## SANCTIFICETVR NOMEN TVVM, ADVENIAT REGNVM TVVM.

*Sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum.*

IESVS quæ futurorum bonorum continet umbram, & typicis quibus- Hebr. 10.
dam ænigmatibus & inuolucris ueritatem præsignificat, quum in occultum ac remotum templi locum, quod ἄδυτον dicitur (ob id, quòd eo præter sacerdotes adire fas non esset) sacerdotem Deo preces ob- Leuit. 8.
laturum introducit, primùm quidem piacularibus quibusdam sacrificijs, & circumspersionibus introiturum purificat & lustrat: deinde ubi eum stola sacerdotali, auro, purpura reliquisq; floridis tincturæ colorib. eleganter & affabrè facta atque elaborata exornauerit: pectoralemq; mitram & fasciam ei iniecerit, ac tintinnabula ex fimbrijs cum corymbis suspenderit: superne quoque tunicam epomidibus constrinxerit, & diademate caput exornauerit: capillumq; largiter infuso unguento imbuerit: ita demum cum ad adytum arcana sacrificia peracturum producit.

At spiritualis legislator Dominus noster Iesus Christus corporalib. legem uelamentis spolians atque denudans, & in apertum proferens ænigmata atque inuolucra figurarum, primùm quidem non unum ex uniuerso corpore segregans, illum solum ad colloquium Dei adducit: sed commune uolentibus sacerdotij beneficium ac munus proponens cuilibet hanc dignitatem ex æquo largitur: deinde uerò non alieno ornatu, qui ex tinctura quadam & superfluo opere textorio exquisitius sit, fictam pulchritudinem sacerdotis ostentat: sed proprio atq; natiuo eum ornamento circundat, pro uaria uestis purpurea uirtutum gratijs excolens. instruit autem etiam pectus non terreno auro, sed integra puraq; conscientia pulchritudinem cordis exornans: atque huic mitræ pretiosorum quoque lapidum fulgores adaptat. hi autem sanctorum mandatorum splendores sunt, ut apostolo uidetur, quinetiam periscelide munit illam partem, cui id indumenti genus ornamento est. prorsus autem non ignoras, quòd pudicitiæ amiculum ornamentum eius partis sit. quum appendisset autem ex fimbrijs uitæ mente comprehensibiles corymbos & tintinnabula: (per hæc autem rectè quis præclara [a] opera uitæ cum uirtute actæ intelle- [a] Locus mutilus esse uidetur utrobiq;.
xerit, ut insigne per hanc uitam iter sit) ex his igitur fimbrijs quum prō tintinna-
Greg. Nyssenus.

 bulo

Universidad de Deusto
Biblioteca



bulo quidem bene sonantem sermonem fidei suspendisset, pro corymbo uerò occultam futuræ spei promptitudinem, eam, quæ duriori uita tecta est, ita demum ad adyton & intimum templi locum producit. Adyton autem hoc non inanimum, neque manu factum, sed arcanum cordis nostri penetrale atque conclaue est, si uerè ἄδυτον, id est, impenetrabile nequitiæ & malis cogitationibus inaccessum sit. ornat item caput cœlesti sensu, non literarum figuram aureæ laminæ imprimens, sed ipsum Deum in principali ratione insculpens. unguentum autem capillo inspergit, quod ab ipsa anima per uirtutes intrinsecus cõficitur. atq; etiam præparat eum, ut uictimam & hostiam per mysticum sacrificium offerat Deo nõ aliud quicquam nisi seipsum. Qui enim ita à Domino ad hoc sacrificium per gladiũ spiritus, quod est uerbum Dei, sensum carnis mortificãs ducitur, [a] is intra adyta Deum placat, seipsum per tale sacrificium immolans, suumq; corpus hostiam uiuentem, sanctam, acceptam Deo sistens. Sed fortasse dicet aliquis, non hæc, prout prima facie appareat, sententiam orationis, quam exponendam suscepimus, continere: sed nos eiusmodi sermones, qui rei propositę, ex proprijs eius uerbis collecti non conueniant, comminisci. Reminiscatur ergo denuò atq; recordetur primam orationis doctrinam. nam qui ita sese parauit, ut liberè Deum patrem suum nominare audeat, is plenè amictus est illa stola, quam oratio descripsit, tintinnabulis resonat, corymbis decoratur: circa pectus præceptorum fulgorib. resplẽdet, gestat humeris patriarchas & propheras loco nominum uirtutib. illorum ad sui ornatum translatis caput corona iustitię ornat, capillum cœlesti unguento delibutum habet, & intra supercœlestia adyta uersatur: quę omni cogitationi prophanæ reuera ἄδυτα, id est impenetrabilia atq; inaccessa sunt. Enimuerò quomodo & exornatum & instructum esse conueniat eum, qui sacerdotis officio functurus sit, mediocriter per ea, quæ tractata atq; explicata sunt, oratio demonstrauit. reliquum fuerit ipsam considerare petitionem, quam eum, qui intra adytum uersetur, Deo offerre iussit. non enim mihi uerba orationis nude exposita, prima facie percepta facilem nobis sententiam præbere uidentur. Sanctificetur, inquit, nomen tuum, adueniat regnũ tuum. Quid hæc ad id, quod mihi opus est? dixerit aliquis homo, uel propter peccata seipsum per pœnitentiam castigans, uel ut peccatum inualescens effugiat, Deum in auxilium uocans, semper in oculis habens eum, qui per tentationes impugnat. hinc ira rationem à constantia, moderatione, atq; officio deducit, illinc rerum absurdarum cupiditates animi uigorem eneruant: ab altera parte auaritia & rei suæ quouis modo augendæ studium perspicaci parti cordis hebetudinem & cæcitatem inducit: fastus, superbia, odium, reliquusq; aduersariorum nostrorum catalogus & numerus, tanquam caterua hostium undiq; se circumfundens, extremorum malorum animæ periculum inducit. & qui hæc firmiori auxilio studeat effugere atq; euitare, quibus uerbis magis proprijs utatur? an non quibus Dauid usus est? Eripiar inquiens ex odio prosequentibus me? &, Auertantur inimici mei retrorsum? &, Da nobis auxilium ex afflictione? & quæcunq; talia sunt, per quæ auxilium Dei contra aduersarios excitare licet? Nunc uerò modus orandi quid continet? Sanctificetur nomen tuum. Si enim hoc à me non dicatur, nunquid fieri potest, ut nomen Dei sanctum non sit? Adueniat regnum tuum. Quid enim à potestate Dei alienum est? qui, ut inquit Esaias, totum cœlum palmo comprehẽdit? qui amplectitur terram? qui humidam naturam in manu continet & comprehendit? qui omnem mundanam simul & supramundanam naturam quasi in ulnis gestat? Si igitur nomen Dei semper sanctum est, ac nihil effugit uim dominationis Dei, sed & omnium rerum potitur, & quod ad sanctificationem attinet, adiectione amplius opus non habet, quippe cui per omnia nihil deest, sed perfectus est: quid sibi uult hoc optatum, Sanctificetur nomẽ tuum: adueniat regnum tuum? An forsitan tale quippiam: Sermo per formam orandi tradit, quòd infirma ad boni alicuius acquisitionem humana natura sit, & idcirco nihil nobis contingere possit eorum, quæ affectamus, nisi diuinum auxilium bonum in nobis conficiat? Porrò caput omnium bonorum est, si per meam

[a] Ἄδυτος est utro bigę, ἀνόρεγο lego.

Psal. 142. Psal. 34. Psal. 107. Esa. 4.



per meam uitam nomen Dei glorificetur. Poterit autẽ nobis ex contrario planior fieri intellectus. Audiui alicubi sacrã scripturam condemnãtem illos, qui in caussã sunt, ut Deo obtrectetur. Væ, inquit, propter quos nomen meum malè audit inter gentes. Hoc autem tale est. Qui nondum sermoni ueritatis crediderunt, eorum, qui fidem mysterij acceperunt, uitã inspiciunt, & obseruant. Quum igitur nomen quidem fidei in aliquibus fuerit, uita uerò nomini quasi obloquatur atque repugnet, quippe uel per auaritiam simulachrorum cultui dedita, uel ebrietatum & comessationum turpitudine fœdata, & more suis in luto luxuriæ immersa: statim in promptu infidelium sermo est: non in uoluntatem & institutum eorũ, qui hoc seculo facultatibusq; malè utuntur, sed in mysterium, quasi talia facere doceat, criminationem uertens. non enim illum & illum, qui diuinis mysterijs initiatus sit, uel conuiciatorem, uel fraudatorem & auarum, uel raptorem, uel aliquo alio tali uitio obnoxium futurũ fuisse, nisi peccare licitum eis esset. propterea graues minas talibus scriptura intentat: dum dicit, Væ illis, per quos nomen meum malè audit inter gentes. Si igitur hoc intellectum est, tempus fuerit id, quod ex contrario dicitur, considerare. Oprare enim atq; precari ante omnia opinor, atq; hoc orationis cõstituí caput oportere, ne propter meam uitam nomen Dei malè audiat, sed glorificetur & sanctificetur. In me igitur sanctificetur, inquit, nomẽ tuæ dominationis, quod à me inuocatur, ut uideãt homines bona opera, & glorificent patrẽ, qui est in cœlis. Quis autem est adeò ferus & rationis expers, qui si inter eos, qui Deo crediderunt, uideat uitam puram, quæ per uirtutem exigatur, ab omnibus peccati inquinamentis uacuam atq; puram, ab omni suspicione mali alienam, temperantia claram, prudentia grauem, fortem & firmam aduersus affectuum ac perturbationũ impetus & incursus, corporis uoluptatibus nullo modo mollẽ & effœminatam, à delicijs, à torpore & ignauia, à tumore fastus quàm maximè remotam, temporalibus facultatib. & reliquo seculari cultu, quantũ necessitas desideret utentem, summo pede terram stringentem, quæ fruendis percipiendisq; uoluptatibus hoc terreo seculo non obruatur, sed superet omnem per sensus adhibitam fraudem, per carnẽ cum incorporea uita certet, unas diuitias uirtutis opes existimet, unam nobilitatem, necessitudinem cum Deo: unam dignitatem, unum potentatum, seipsum in potestate habere, & humanis affectibus nõ seruire, quæ productione materialis huius seculi uitæ doleat & angatur, studeat autẽ atq; nitatur, quemadmodum illi, qui in mari uexantur atq; affliguntur, capere portum requietis. quis igitur si talem uideat, nomen, quod ab eiusmodi uita inuocetur, non glorificet? Quocirca qui in oratione dicit, Sanctificetur nomen tuum, ui uerborũ hæc orat: auxilij tui præsidio atq; adiumento fiam irreprehensibilis & inculpatus, iustus, pius: abstineam ab omni malo facinore: loquens id, quod uerum, faciens quod iustum sit: in rectitudine ambulans: temperantia illustris, integritate decoratus: sapientia atq; prudẽtia ornatus, ad supera aspirãs, terrena despiciens, institutis angelicæ uitæ claréscens. Hæc & eiusmodi breuis hęc petitio continet, quæ per orationẽ ad Deum dicit: Sanctificetur nomen tuum. non enim aliter per hominem Deus glorificari potest, nisi uirtus eius testetur, diuinam potentiam atq; uirtutem esse causam bonorum. Quæ deinceps sequitur oratio, regnum Dei optat aduenire. Nunquid nunc regẽ fieri uult uniuersi regẽ, qui semper est, quod est? qui ad omnẽ mutationem firmus & immobilis est? qui non potest reperire melius quicquam, in quod transeat? Quid igitur sibi uult optatio, quæ regnum Dei euocat? Ac ueram quidẽ huius rei rationẽ nouerint illi, quibus spiritus ueritatis occulta mysteria reuelat. nos autẽ eiusmodi de hoc dicto opinionem atq; sententiam habemus. Vna rebus uniuersis superimposita est ac prędet uera potestas & uirtus, quæ uniuersitatis susceperit imperium, & regnat non uiolẽto quodam atq; tyrannico potentatu, ut quæ metu ac necessitate sub imperium ac ditionem suam obnoxios subiunxerit. Liberam enim ac uacuam ab omni meru nulliusq; dominio subiectam conuenit esse uirturem lubenti animo bonum eligentem atq; sumentem. caput autem omnis boni est, uiuificæ potestati subditum esse. Quoniam igitur humana natura à boni iudicio fraude inducta aberrauit, & ad contrarium

Matth. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nostrum arbitrium inclinauit,& omne malum hominũ uitam inuasit, & in potestatem suam redegit: innumeris modis morte naturæ immixta, (omnis enim malitiæ uitiositatisq; forma tanquã uia quædã & aditus morti aduersum nos exstitit:) Quoniam igitur eiusmodi tyrannidi circumuenti atq; obnoxij fuimus, tanquã per carnifices quosdam uel hostes, incursibus affectuum atq; perturbationũ in seruitutem à morte redacti: rectè precamur regnũ Dei super nos uenire. Non enim aliter prauã corruptionis potestatẽ exuere atq; effugere poterimus, nisi uiuifica uirtus inuicẽ in nobis imperiũ susceperit. Si igitur regnũ super nos uenire petiuerimus, hæc ui uerborum Deum precamur: corruptioni exemptus sim, à morte liberatus sim, soluar à uinculis peccati: ne posthac regnet amplius in me mors: ne amplius aduersum nos efficax sit malitiæ uitiositatisq; tyrannis: ne præualeat aduersum me hostis, neu per peccatũ captiuum me ducat: sed ueniat super me regnũ tuum, ut recedant & remoueantur à me, imò uerò ad nihilũ redigantur, quæ nunc imperiũ tenent & regnant uitia, atq; affectus. ut enim deficit fumus, ita deficient, & ut liquescit cera, ita peribunt. Neq; enim fumus refusus in aerem signũ aliquod suæ relinquit naturæ, neq; cera, quæ in igni fuit, amplius reperitur: sed & hæc quum flammam suo nutrimẽto aluerit, in uaporem & aerem transfunditur, & fumus ad plenã abolitionem redigitur: ita si super nos regnũ Dei uenerit, omnia, quæ nunc dominãtur ac principatum tenent, ad interitũ redigentur. Non enim tenebræ præsentiam lucis sustinent: non morbus sanitate superueniente consistit: non uim suam affectus & perturbationes exercent, impatibilitate & horũ malorũ uacuitate præsente. uana atq; deserta mors est: è medio corruptio excessit, quũ uita in nobis regnat, & incorruptibilitas imperium tenet. Adueniat regnũ tuum. Dulcis uox: per quam hanc planè precationem Deo offerimus: Rumpatur acies opposita: deleatur alienigenarũ phalanx. dirimatur bellũ carnis aduersus spiritum: ne corpus animæ hostis arx & receptaculum sit:

[a] In uno codice erat, ἀθυσίαν τινῶν, in altero ἀθροισθέντων: ego lego ἀθυμούντων.

appareat mihi regius potentatus, angelica manus, cohortes regentiũ:[a] legio à dextris assistẽtium, ut cadant ex opposita parte pugnantiũ decem millia. numero polleat ac uehemẽs est aduersarius, sed tuo auxilio destitutis: acer & inuictus, sed quandiu solus fuerit is, qui bello petatur: quum autẽ tuum regnũ apparuerit, recedit dolor, tristitia, & gemitus: atq; in eorũ locum uita, pax & exultatio succedunt. An forsitan, ut à Luca nobis idem intellectus planius explicatur, is qui orat, ut regnũ adueniat, auxilium sancti spiritus implorat? Nam[b] is in illo Euangelio, pro eo, quod

[b] ἔχει, habetur: ego lego ἔρχεται.

est, ueniat regnũ tuũ, Adueniat, inquit, sanctus spiritus tuus super nos, & purificet nos. Quid temerariæ linguæ homines ad hæc dicent de spiritu sancto? qua mente, qua sententia, quo ue intellectu regiam dignitatẽ ad humilitatem seruilem traducunt? Nam quomodo hostes Dei id, quod Lucas quidem spiritum sanctum dicit, Matthæus autẽ regnum nominauit, ad subditam naturã detrahunt, uice regnantis

[c] Spiritum sanctum.

cum ea, quæ regno subdita est, natura[c] collocantes? Creatura seruit. at seruitus regnum non est. Spiritus autẽ sanctus regnum est. A communione igitur atq; societate creaturæ separatus est. Quod enim regnat, regno subditum non est: quod autẽ regno subditum non est, ne creatura quidẽ est. Nam seruire creaturæ proprium est. Si igitur spiritus sanctus regnũ est, qui fit, ut non confiteantur dominationem, qui ne orare quidem unquam didicerunt? qui ne norunt quidẽ quis sit qui purificet inquinatũ? quis item is, à quo pendeat regni potestas? Veniat sanctus spiritus tuus, inquit, & purificet nos. Ergo propria pariter & eximia peculiaritasq; sancti spiritus uirtus & efficacia est, ut & purificet, & remittat peccata: quemadmodum Euangelicus sermo testatur. Quocirca qui testatur eum habere potestatem remittendi peccata, simul etiam prorsus eum Deitatem habere testatur. Atq; hoc ipsum etiam de

Hebr. 12.

unigenito ait apostolus, quòd posteaquam purificationem peccatorum confecerit, sedeat ad dexteram maiestatis patris. Vnum igitur amborum est opus, & purificantis peccatum spiritus, & Christi, qui peccatorũ purificationem præstitit. Quorum autem una efficientia est, eorum etiam natura prorsus eadẽ est. Quis igitur furor est eorum, qui spiritum sanctum oppugnant, seruire Dominum tradentium?

quibus



quibus ne Paulus quidem, cui fidem habeant, satis idoneus testis est, qui ait: Dominus autem spiritus est? An forsitan dictionem, Aduenias, uim tollendi dignitatem habere existimant? & non audiunt magnum Dauidem etiam patrem ad se trahentem, &, Veni ad seruandum nos, clamantem? Si igitur in patre, uenire[a] salutare est, quomodo in spiritu, uenire probrosum & contumeliosum est? an à peccatis purgare signum esse deminutæ dignitatis existimant? Atqui audi incredulos Iudæos clamantes, quòd remittere peccata solius sit Dei: quum de patre hoc uerbum dicerẽt; Quid hic, inquiunt, loquitur blasphemias? quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? Si igitur pater quidem peccata remittit, filius uerò peccatum mundi tollit: purificat item spiritus sanctus à peccati inquinamentis eos, in quibus fuerit: quid dicent, qui suam uitam oppugnant? Sed ueniat super nos spiritus sanctus, & purificet nos, & capaces faciat sublimium pariter ac diuinorum intellectuum, qui per orationem nobis ostenduntur à uoce Seruatoris, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Rom. 8.

[a] Locus uidetur utrobique corruptus. Luc. 5.

## FIAT VOLVNTAS TVA, SICVT IN COELO, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

AVDIVI quendam medicinæ peritum naturalibus rationibus adductis, quomodo sese sanitas corporis bene uel secus haberet, artificiosè sermocinantem. ac fortassis id, quod dicitur etiam nobis ad bonam animæ ualetudinem tuendam haud alienum fuerit. Eorum enim, quæ in nobis sunt, elementorum alicuius à conuenienti modo deflexionem principium & caussam esse statuebat, ex qua morbus conflaretur: & ex contrario rursus eorum, quę malè ac uitio mota atq; mutata essent, in conuenientem & naturalem modum restitutionem, morbi caussæ curationẽ atq; correctionem esse dicebat: atque idcirco considerare atque dispicere putabat oportere, quid maximè ex ijs, quæ perperam in nobis & inordinatè mouerentur, sui præualentia oppositi elementi uim, quam ad sanitatem simul inferret, infringeret atque debilitaret: ut si quidem calor præualeret, auxilium ei, quod opprimeretur, præbeatur, & reuocetur id quod exciccetur & arescat, ne fortè materia tandem deficiente, euanescat penitus & extinguatur in sese calor, dum ipse circa sese absumitur: similiter etiam siquid ex alijs, quæ per contrarium in nobis considerantur, modum ad redundantiam uergendo excedat, ut id, auxilium ab arte parti, quæ succumbat, ferendo, sistatur ac reprimatur. Quæ si facta fuerint, & nihil æquabili elementorum distributioni atq; æquilibritati officiat, reduci atq; restitui corpori sanitatem, ubi natura, quantum attinet ad temperamentum, non amplius fuerit inæqualis. Quorsum igitur spectat mihi hoc longum orationis principium? Fortasse non aliena spe culatio, neq; longè à proposito argumento seiuncta atque diuersa est. propositum enim nobis est ad considerandum, quid sibi uelit, quod dicitur: Fiat uoluntas tua. Cuius autem rei gratia medici speculamenti meminerimus, deinceps declarabimus & aperiemus. Erat aliquando in sanitate mente comprehensibili genus humanum, tanquam elementis quibusdam, animæ inquam motibus, secundum uirtutis rationem æquabiliter in nobis temperatis. sed posteaquam prævalente ui concupitiua, quæ ex contrario intelligitur, affectio, continentia nempe, ab eo, quod nimium & redundans erat, subacta est: quum non esset, quod immoderatam cupiditatem in res incommodas & indecoras ruentem reprimeret, & inhiberet: exinde lethalis morbus peccatum humanæ naturæ conflatum est. Verus igitur animæ uitiorum & morborum medicus, qui propter malè habentes in uita hominum uersatus est, rationibus ijs, quæ in oratione deprehenduntur, caussam morbi efficientem tollens restituit nos in eam, quæ mente percipitur, sanitatem. Sanitas autem animæ, est diuinæ uoluntatis prosper successus: quemad-

Universidad de Deusto
Biblioteca



modum etiam ex contrario, excidisse bona uoluntate, morbus animæ est in mortem desinentis. Quoniam igitur bona uictus ratione atq; habitatione in paradiso relicta ægrotauimus, quum de inobedientiæ ueneno largiter sumpsimus, & idcirco hoc graui atq; lethali morbo natura succubuit atq; deuicta est: uenit medicus uerus iuxta præscriptum medicę artis per contraria malum sanans: atq; eos, qui idcirco in morbum inciderant, quòd à diuina uoluntate recesserant, rursus coniunctione cum uoluntate diuina à morbo liberat. nam uerba orationis morbi animæ inhærentis curatio sunt. precatur enim quasi quibusdam doloribus animæ pressus qui dicit, Fiat uoluntas tua. uoluntas autem Dei salus hominum est. Quum igitur in hoc consistimus, ut ad Deum dicamus, Fiat etiam in me uoluntas tua, omnino necesse est, prius illam uitam incusare, quæ diuinam uoluntatem transgressa erat, atq; hæc per confessionem commemorare: Quoniam per superiorem uitam malè in me operata est opposita contrariaq; uoluntas, & improbi tyranni minister fui, tanquam carnifex quidam exequens aduersus meipsum sententiam inimici: idcirco meæ perditionis misertus, concede, ut tandem aliquādo etiam in me fiat uoluntas tua. Vt enim in speluncis obscuris illato lumine tenebræ euanescunt, & caligo recedit: ita si tua uoluntas in me fuerit, omnis prauus & importunus animi propositi motus ad nihilum redigetur. Nam sobrietas & modestia lasciuum & uitiosum mentis appetitum extinguet: animi demissio fastum absumet: moderatio superbiæ morbum sanabit: dilectionis uerò bonum magnum numerum oppositorum malorum ex anima expellet. huic enim cedit odium, inuidia, simultas, iræ motus, animosa affectio, insidiæ, simulatio, molestiarum & iniuriarum memoria, uindictæ cupido, efferuescentia sanguinis circa cor, acerbus & truculentus oculus: omnis talium uitiorum grex dilectionis affectione pellitur: ita duplicem simulachrorum cultum eijcit efficacia diuinæ uoluntatis. duplicem inquam, tum circa simulachra,
Psal.113. tum circa argentum & aurum insaniam atq; furorem: quæ sermo propheticus simulachra gentium nominauit. Fiat igitur uoluntas tua, ut diaboli uoluntas extinguatur. Sed quare precamur, ut à Deo bonum nobis animi propositum cōtingat? quia infirma ad bonum est humana natura, posteaquam semel per uitiositatem eneruata est. non enim ita facilè à malo rursus ad bonum homo reuertitur, ut à bono ad malum accessit. quemadmodum etiam in corporibus talis ratio animaduerti potest, quòd non simili, neq; æquè cōmoda ac facili ratione, tum sanum corpus morbo obnoxium fit, tum quòd morbo laborauerit, sanatur. Nam qui paulo antè in sanitate degebat, uel per unum uulnus uenit in periculum mortis: atq; unus ambitus aut accessio febris firmitudinem omnem corporis ac uigorem soluit. & exiguum ac parum uenení gustatum, uel penitus interficit, uel quin id faciat, parum abest: & morsum serpentis, aut aculeum uenenati alicuius animalis, aut lapsum, aut ruinam, aut largius, quàm uires ferre possint, sumptum cibum, aut aliquid aliud eiusmodi statim uel morbus sequitur, uel mors. at morbi profligatio multis solertibus inuentis & rationib. excogitatis, multa cum difficultate, & artib. medicis conficitur, si forte etiam confici possit. Idcirco quum ad malum quidem ac uitium in nobis ruit appetitus, non opus est adiutore, quippe in uoluntate nostra uitiositate seipsam ultrò perficiente. quòd si in melius inclinatio fiat, Deo opus est, qui studium & desiderium ad opus perducat. propterea dicimus: Quoniam uoluntas tua sanitas mentis est: ego uerò carneus sum, uenditus sub peccatū, uirtute tua hæc bona mihi uoluntas contingat:[a] ita iustitia, pietas, à uitijs alienatio. Nam uoluntatis uocabulum generaliter omneis uirtutes in se comprehendit, ac quæ singulatim per bonum intelliguntur, in uoluntate Dei omnia animaduertuntur.

[a] *Videtur locus esse mutilus aut certè corruptus.*

Sed quid sibi uult adiectio uerbi, Sicut in cœlo, & in terra? Videtur mihi Sermo aliquam fortasse profundiorem indicare sententiam, & quandam per contemplationem creaturæ diuini intellectus tradere doctrinam. Quod autem dico tale est. Omnis creatura rationalis partim in incorpoream, partim in corpoream naturam diuisa



diuisa est. Est autem angelica quidem incorporea: altera uerò species, nos homines sumus. Atq; illa quidem, quæ incorporea quum sit, sola mente comprehenditur, ut quæ nimirum à grauante corpore remota atq; seiuncta sit: (de hoc loquor duro, renitenti, ac pondere suo ad terram uergente corpore:) per superam partem obuersatur in leuibus & æthereis locis immorans in agili & expedita natura: altera uerò propter corporis nostri cum terrea natura cognationem, tanquam limi & fecis quoddam sedimentum hanc terrestrem uitā necessitate sortita est. haud equidem scio, quid per hæc diuina uoluntas disposuerit ac destinauerit, siue omnem sibi creaturam consociare atq; conciliare studuerit, ut neq; inferna natura cœlestiū altitudinum, neque cœlum terrenarum rerum penitus expers esset, ut per hominis formationem atq; conditionem utriq; elemento fieret aliqua participatio eorum, quæ in alterutro intelliguntur: quum & anima, quæ mente constat: quæ mens affinis & cognata cœlestium uirtutum esse uidetur, terrenis corporibus inhabitet: & hæc terrea caro in restitutione uniuersorum in cœlestem locum una cum anima transmigret. (Rapiemur enim, ut inquit apostolus, in nubibus, in occursum Do- *ad Thessal. 1. cap. 4.*
mini in aerem: & sic semper cū Domino erimus.) Siue igitur hoc, siue aliquid aliud præter hoc diuina sapientia disponente, in hanc duplicem uitam secta omnis natura rationalis atq; diuisa est, una quidem incorporea, quę cœlestem beatitudinem sortita est: altera uerò, quæ propter affinitatem, quam cum ea habet, in terra per carnem occupata est. Verumtamen boni & honesti studium æqualiter utriusq; naturæ essentiæ simul insitum & attributum est, plenamq; item ac summam in sese potestatem, & ab omni necessitate liberam uoluntatem in utriusq; parem rerum uniuersarum præses effecit, ut animi libero quodā arbitrio atq; proposito regatur, quicquid ratione pariter ac mente honoratum est. Sed superna quidē uita penitus à nequitia atq; uitiositate pura est, ac nihil [a] quicquam exijs, quæ ex contrario intelliguntur, [a] *Locus corruptus utrobiq; uidetur, ego legerim* οὐδὲ ἐφ' ἑνεί
cum illa uita conuersatur atq; communionem habet: sed omnis uitiosus perturba- *γε τῶν ἐν τῇ*
tusq; motus & affectus, quib. rebus genus humanum obnoxium est: per infernam *ἐναντίᾳ, &c.*
uitam uagatur & oberrat. quamobrem eam, quæ in cœlis est sanctarum uirtutum uitam à nequitia atq; uitiositate uacuam, & ab omni peccatorū macula integram ac puram esse nouit diuinitus prodita scriptura. Quicquid autem extra bonum per ipsam ab eo secessionem malum subijt atq; suscepit, circa cōcauam atq; depressam hanc uitam, sicuti quædam fex & limus confluxit: qua ratione inquinatur genus humanum, quo minus diuinum lumen ueritatis intueatur, per eiusmodi tenebras impeditum. Si igitur superna quidem uita ab affectibus & uitijs uacua, integra atq; incorrupta est: uarijs autem affectibus & ærumnis demersa est huius terrenæ uitæ miseria: manifestum fuerit, quòd superna quidem uita, utpote ab omni malo pura, per bonam uoluntatem Dei prosperè exigatur atq; regatur. ubi enim malum non est, bonum prorsus esse necesse est. nostra autem uita, quum communione & usu bonorum exciderit, simul etiam excidit diuina uoluntate. Idcirco per orationem docemur, ita à malo uitam nostram expurgare, ut ad similitudinem cœlestis uitæ instituti, etiam in nobis absq; ullo impedimento uoluntas Dei exerceatur. perinde ac si quis dicat: quemadmodum in thronis & principatibus, & potestatibus, & dominationibus, & omni supramundano exercitu fit uoluntas tua, malitia atque uitiositate nusquam boni actionem impediente: ita bonum etiam in nobis perficiatur & absoluatur, ut è medio sublata omni malitia atque nequitia, uoluntas tua in animis nostris per omnia prosperè succedat. Sed quasi aliquis ex aduerso subijciendo atque opponendo dixisset: Et qui fieri potest, ut illi, quibus ea sors obtigit, ut uitam per carnem exigant, eam, quæ in incorporeis uirtutibus est, puritatem assequantur, quum propter corporis necessarios usus anima innumeris curis demersa sit? idcirco mihi uidetur tanquam discutiens eiusmodi perplexitatem, id quod ad propositum studium difficile uidebatur, sequenti oratione dissoluisse. Certam enim stabilemq; sententiam opinor eum nobis per hæc uerba tradere, quibus quotidianum panem petere nos iubet: quòd nimirum frugalitas

& me-

Universidad de Deusto
Biblioteca



& mediocritas, quantum attinet ad rationẽ uacuitatis affectuum & uitiorum, exæquetur ei facultati, cui natura nihil deest. Non enim angelus in orationibus à Deo petit sibi panem subministrari: quoniam præditus est natura, quæ nihil earum rerum amplius opus habeat: sed homo petere iubetur, propterea quòd id, quod euacuatur eo, quod repleat omnino opus habet. Nam fluxa atq; transitoria uitæ humanæ conditio est, pro eo, quod consumptum & excretum est, id quod renouet, requirens. Qui igitur ad naturæ ministerium respicit, & nihil præterquam necesse est, per uanas curas desiderat atque requirit, non multum infra uitam angelicam erit, dum suâ frugalitate illorum copiam nulla re amplius egentium imitatur. Idcirco quærere iubemur id, quod satis sit ad naturam corporis conseruandam, Panem da, ad Deum dicentes, non luxum, non delicias neq; diuitias, non floridas uestes purpureas, non ornamenta aurea, non lapidum fulgores, non uasa argentea, non agri copiam ac latitudinem, non imperium exercituum, non bellorum & gentium præfecturas, non equorum greges, non boum armẽta reliquorumq; pecorum magnam multitudinem, non mancipiorum copiam, non claritudinem atq; splendorem in foro, non columnas, non statuas, non pannos sericos, non musica acroamata, neq; quicquam tale, per quæ anima à diuina ac potiori cura abstrahitur: sed panem. Vides latitudinẽ & ubertatem philosophiæ? quot sententiæ breui hac uoce comprehendantur? tantum non aperte per hanc orationem clamat intelligentibus: Desinite, ô homines, circa res uanas cupiditatib. diffundi ac distineri: definite laborum aduersus uosmetipsos caussas & materias accumulare. exiguũ est, quod naturæ debes: cibum debes carunculæ tuæ, rem & modicam & paratu facilem, si usum & necessitatem intueris, quur aduersus temetipsum multiplicas tributa? Cuius rei gratia tot debitis teipsum obligatum atq; subiectum is? argentum scrutans, aurum fodiens, & fulgentem materiam requirens? ut tibi per eiusmodi res perpetuus hic tributorum exactor, uẽter luxu atq; delicijs diffluat? cui panis, qui id, quod deest corpori suppleat, debetur. tu uerò ad Indos negotiandi caussa proficisceris, & in Barbarico mari periclitaris, & anniuersarijs nauigationibus teipsum cõmittis, ut reb. illinc importatis & aduectis, cibum condias, non considerans, quòd non ultra palatum sensus condimentorũ progreditur. Similiter item quod usu & aspectu gratum est: quod odore, quod ore & facie placet, momentaneam quandam & citò perituram gratiã ac uoluptatem sensui præbet. à palato uerò promiscua atq; indistincta earum rerũ, quæ immittuntur, differentia est, æqualiter omnia in maleolentiam & fœtorem natura transmutante. Vides finem obsoniorum apparationis atq; confectionis? Vides effectum imposituræ rei culinariæ ciborumq; cõditionis? Panem pete propter uitæ necessarium usum, huius te corpori debitorem natura fecit. Cætera quæ præter hæc, solertia, delicijs ac luxui deditorũ excogitata & inuenta sunt: ea de zizaniorum iuxtà fatorum semine sunt. semen patris familiâs, frumentum est. Matth.13. ex frumento panis conficitur. at luxus atq; deliciæ zizanium est, quod ab inimico iuxta frumentum satum est. Sed homines omisso ministerio naturæ necessario, reuera suffocantur (ut alicubi Sermo dicit) uanarum rerum studijs, & infrugiferi manent, dum in his anima sese perpetuò exercet & occupata est. Forsitan eiusmodi quippiam etiam Moyses per ænigmata atq; inuoluera uerborum philosophari mihi uidetur, qui uoluptatis, quæ gustatu percipitur, serpentem Euæ suasorem adhibuerit. Aiunt enim hanc bestiam, serpentem inquam, si compagi atq; commissuræ quam perrepere conetur, caput subduxerit atq; perpulerit, [a] haud facilè à posteriori parte ab obnitentibus posse retrahi per dorsum, squama naturaliter in contrarium aduersus uim attrahentium resistente: & quod facere non prohibetur ab anteriore parte elabi atq; penetrare nitens, leuitate squamæ labente, id à posteriore parte resoluere atque retrahere tentans, obnitente ui squamarum, assequi non potest: ostendente, opinor, scriptura, quòd uoluptatem introcuntem, & animæ dorso obrepentem cauere oportet, & quàm maximè fieri potest, uitæ compages obturare-

[a] *Locus ualde utrobiq; corruptus, quẽ post multam cunctationem coniecturis adductus ita tãdem reddidi.*
*μὴ αὖσον τῦ ὑ-
μὰ χαδλιως, &c. est in utroq; exemplari: ego lego μὴ αὖ, ἐν τῦ ὑμᾶς χαδλιως, &c.*



obturare. ita enim à cõsuetudine bestiarum uita humana pura seruari possit. Quòd si aliquem aditum aduersum nos nactus fuerit, uita composita nimirum in nobis dissoluta, latitabit per has compages dissolutas serpens uoluptatis, nec propter squamas ex mentis recessibus ac latebris facile eijci poterit. Porrò squamas quum audis, multiplices ac uarias uoluptatum materias & occasiones per ænigma atque inuolucrum uerbi intellige. Vna enim generali uerbo bestia est, uoluptatis affectus. sed uariæ multiplicesq; uoluptatum formæ uitæ humanæ per sensus immixtæ atq; inhærescentes, hæ squamæ serpentis sunt uarietate affectuum quasi maculis distinctæ. Si igitur fugis bestiæ contubernium atq; cohabitationem, caue caput, hoc est, primum mali impetum & incursum. ad hoc enim præcepti Domini pertinet inuolucrum & ænigma: Ipse obseruabit calcaneum tuum, & tu obseruabis caput eius. Ne des aditũ serpenti ad interiora irrepenti, & à primo initio omne suum uolumen simul inferenti. mane atque consiste in usu necessario. terminus esto tibi uitæ solicitudinis, per res obuias & parabiles necessarij usus atque defectus expletio. quòd si tecum quoq; consiliarius Euæ sermocinetur de eo, quod aspectu pulchrum, gustatu suaue sit, & præter panem tale obsonium talibusq; condimentis paratum quæras, deinde per hęc cupidinem & appetitum extra necessarij usus terminos educas, tunc uidebis serpentem latenter ad auaritiam deinceps proserpentem. Quum enim à necessario cibo ad ingluuiem serpserit, ad id, quod aspectu iucundum est, transibit, uasa splendida atque elegantia quærens, ministros item ueros intertexta, folia, tripodas, balneas, & uasa ad lauandum, labra, crateras, haustra atq; ryta, psycteras & refrigeratoria, cyathos, gutturna, candelabra, acerras, atque eiusmodi res requirens. per hæc enim rem suam qualibet ratione augendi cupiditas ingreditur. Nam ne sumptus subsidium & apparatus ad eiusmodi res desit, redditibus opus est, per quos conficiantur & comparentur ea, quæ desiderantur & requiruntur. Ergo flere illum & illum oportet, & plorare contubernalem, multosq;, qui suis rebus excidant, miserabiles fieri, ut per illorũ lachrymas huic magnificentia atque ostentatio mensæ splendescat. Quum autem etiam his se serpens inuoluerit atque implicuerit, & uentrem cibo potuq; ad uoluptatem exquisito impleuerit, post ingurgitationẽ ac repletionem deinceps ad libidinosam rabiem inuoluendo sese delabitur. Id autem extremum est humanorum malorum. Vt igitur nihil horum accidat, facultate panis uitam circumscribit, obsonium quærens, quod ab ipsa natura tibi paratur. Id autem potissimum quidem bona conscientia est, iusto usu panem condiens. Quòd si etiam sensum gulæ demulceri uis, obsonium tibi esto indigentia, &, ut ne satietas satietati addatur, neu crapula infringatur, & hebetetur appetitus: sed cibum tuum præcedant præceptorum sudores. In sudore & Gen.3. labore uesceris pane tuo. Vides Sermonis primam obsonij confectionem? Sufficit tibi ad hunc usum usq; mente occupari. imò uerò huc usque animam solicitudinib. panis illiges. ac dic ei, qui eduxit panem de terra: dic coruos pascenti, qui omni carni cibum dat, qui manum aperit, & omne animal bona uoluntate replet: à te mihi uita est, à te quoq; mihi uitæ subsidium contingat: tu da panem, id est, ex iustis laboribus cibum adipiscar. Nam si Deus iustitia est, non habet à Deo panem, qui ex re fraudulenter & iniustè parta cibum habet. ipse compos uoti es, nisi ex alienis copia atq; facultas, nisi ex lachrymis reditus, si nemo propter tuam satietatem esurijt, si nullus ob tuam repletionem ingemuit. Dei panis maximè talis est, iustitiæ fructus, pacis spica, non permixta neq; inquinata zizanij seminib. Quòd si arans & colens aliena, & iniustitiam in oculis habẽs tabulis insuper scriptis iniustam acquisitionem roboraueris & cõfirmaueris, deinde ad Deum dicas, Da panem: alius erit qui hanc uocem tuam audiat, non Deus. Nam fructum, qui ex iniustitia percipitur, contraria natura producit. qui studet iustitiæ, à Deo panem accipit. at qui colit iniustitiam, ab iniustitiæ inuentore nutritur atque cibatur. Conscientiam igitur tuam intuens, ita panis petitionem Deo offer sciens, quòd nõ est societas Christo Deut.23.

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca



cum Beliar. Et si dona offeras ex iniustitia, compensatio atque remuneratio canis & merces meretricis donum est: etiamsi splendidas, ambitiosas & magnificas largitiones facias, audies prophetam abominantem ex talibus bonis collationem &
Esa.1. contributionem: Ad quid mihi multitudo uictimarum uestrarum? dicit Dominus: plenus sum holocaustis arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum
Esa.66. & hircorum non uolo: incensum, inquit, abominatio mihi est. Alibi immolantem uitulum pro cane mactante reputat. Si igitur à Domino panem habueris, id est, ex iustis laboribus, licet tibi etiam ei primitias de iustitiæ fructibus offerre. Pulchra
Matth.6. autem est item adiectio dictionis, hodie. Panem enim, inquit, quotidianum da nobis hodie. Alia philosophia hic sermo est, ut discas per ea, quæ dicis, quòd diaria ac quotidiana sit uita humana. Id quod præsens est, cuique proprium duntaxat est. futuri uerò spes in incerto manet. nescimus enim quid paritura sit insequens dies. quur misere soliciti sumus de incertis? quur curis futurarum rerum affligimur atq; uexamur? Sufficit, inquit, diei sua afflictio: κακία, (quod sonat, malitiam,) malorum passionem nominans. Quid soliciti sumus de crastino? idcirco per id, quod hodie iubet, interdicit tibi cura de crastino. propemodum hęc tibi per hoc uerbum dicens: Qui diem tibi dat, etiam ea, quæ ad diem pertinent, dat. quis efficit ut sol oriatur? quis euanescere facit & fugat tenebras noctis? quis offendit tibi radium lucis? quis circumagit & uersat cœlum, ut supra terram luminare sit? Qui hæc tibi & tanta dat, nunquid tuo opus habet auxilio, ut præstet carni tuæ id, quod necessitas requirit? quod affert studium ratione carentium ac brutorum animalium natura ad suam uitam? quæ coruorum arua sunt? quæ aquilarum horrea? An non una omnibus uictum suppeditat diuina uoluntas, quæ res uniuersas continet atq; complectitur? Et bos quidem & asinus, aut aliquod aliud animal irrationale suapte natura philosophiam cognitam habet atque edoctum est: atque id quod adest, boni consulit, insequentia uerò nihil curat: nos autem consiliarijs opus habemus, ut intelligamus fragilem atque caducam hanc & diariam uitæ, quæ per carnem transigitur, conditionem? an non docemur aliorum casibus? an non ad propriam uitam
Luc.12. emendamur? Quid diuiti illi profuit multus commeatus & apparatus? qui uanæ spei frustra inhærescebat & inhiabat? diruens, ædificans? congregans, genio indulgens, longos annorum ambitus spei uanitate in horreis simul concludens? an non una nox illam somniatam spem confutauit, quasi uanum quoddam insomnium super re uana confictum? Corporea uita præsentis duntaxat temporis est: at quæ per spem reposita est, animæ propria est. sed hominum amentia circa iudicium utriusq; fallitur, corpoream quidem uitam spe producens, animæ uerò uitam ad præsentium attrahens usum atq; fruitionem. propterea anima necessariò ab ea, quæ & est, & subsistit spe, circa id, quod apparet occupata alienatur. instabilibus autem per spem innitens, neq; huius compos fit, & illud non habet. Doceamur igitur per præsens consilium, quid hodie quidem, quid item in posterum petere oporteat. Panis hodiernæ necessitatis & usus est: regnum beatitudinis, quæ speratur. Panem autem quũ dicit, omnia, quæ corpori necessaria sunt, comprehendit. si hæc petamus, perspicuum menti orantis erit, quòd circa rem quotidianam occupatio sit: sin autem aliquod animę bonum: intelligetur, quòd petitio pertineat ad rem perpetuam & infinitam: quò potissimum spectare precantes iubet: quasi unà cum maiori prima quoq; necessitas & usus conficiatur. Petite, inquit, regnum & iustitiam, &
Matth.6. Luc.12. hæc omnia adijcientur uobis, per Christum Iesum Dominum nostrum, cui gloria & imperium in secula seculorum.

Amen.

REMIT-



REMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICVT
*& nos remittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo.*

PROGREDIENS Sermo uenit ad ipsum extremum punctum uirtutis. præscribit enim per uerba orationis, qualem uelit esse eum, qui ad Deum accessurus sit, qui propemodum non amplius intra terminos humanæ naturæ conspiciatur, sed ipsi Deo per uirtutem assimiletur, ut alius ille ipse Deus esse uideatur, dum faciat ea, quæ Dei solius est facere. Debitorum enim remissio, propriũ ac peculiare Dei munus & officium est. dictum est enim, quòd nemo potest remittere peccata, nisi solus Deus. Si quis Luc.5. igitur in sua uita, diuinæ naturæ insignia imitetur, illud ipsum quodammodo fit, cuius in se euidentia simulachra atque imitamenta ostenderit. Quid igitur Sermo docet? ut primùm per opera fiduciam sumamus, atq; ita abolitionem & impunitatem eorum, quæ aliquando peccauerimus, petamus. Hæc enim planè nobiscum præsenti uoce loquitur, nimirum qui ad benefactorem accedit, benefactor esto: qui ad bonum, bonus: qui ad iustum, iustus: patiens item ac lenis, qui ad lenem ac patientem accessurus sit: ad humanum humanus: & itidem in cæteris omnibus, ad benignum, ad probum & humanum, æquum, lubenter item bona cõmunicantem & impartientem, & cuilibet misericordiam tribuentem, & si quid aliud circa numẽ diuinum cernitur, ad unumquodq; animi sui proposito sese assimilans & accommodans, ita sibi aditum atque fiduciam orationis conficiat. Vt igitur fieri non potest, ut uel malus bono concilietur, uel is, qui in impuris cogitationibus uersatur, cum puro atque integro consuetudinem habeat: ita sæuitia accedentis seipsam ab humanitate Dei seiungit. Qui ergo debitorum nomine obnoxium & obligatum acerbè detinet, suis moribus ac ratione facti sui, ab humanitate diuina seipsum separat atq; seiungit. Quæ enim societas humanitati cum crudelitate, & dilectionis affectioni cum feritate? item in reliquis, quæ ex contrario, oppositione mali facta, intelliguntur: quarum rerum contrarietas insociabilis est: quarum una aliqua correptus à cõtraria prorsus segregatus est. Vt enim ille, qui mortem obijt, in uita non est: & qui uitæ particeps est, à morte remotus & alienus est: ita omnino necesse est eum, qui ad humanitatem Dei accessurus sit, ab omni sæuitia alienum esse. At qui omnium earum rerum, quæ per malitiam ac uitiositatem intelliguntur, expers fuerit, Deus quodammodo per eiusmodi habitum euadit: quippe quum illud sibi confecerit, quod circa naturam diuinam ratio cernit. Vides ad quãtam amplitudinem per uerba orationis Dominus intelligentes euehat, humanam naturam conditione diuina quodammodo mutans, & ut Dij fiant, qui ad Deum accessuri sint, sanciens? quur, inquit, ferulem in modum metu trepidans, & conscientia tua tortus ac flagellatus ad Deum accedis? quur excludis tibi fiduciã in libertate animæ consistentem? quæ ab initio simul cum natura in esse producta est? quid adularis uerbis ei, qui assentationibus falli nequit? atq; deludi non uult? quur officiosa atq; assentatoria uerba affers ad eum, qui opera intuetur? licet tibi quicquid ex Deo commodum est, animo ingenuo atq; libero ad arbitrium habere. ipse tibi sis iudex: ipse te tua sententia absolue ac serua. remitti tibi à Deo debita desideras: tu dimitte, & Deus decreuerit atq; sententiam tulerit. Nam iudicio de proximo, quod in tua potestate est, qualecunq; fuerit, sententia par erit & respondebit. quæ enim apud te statueris, hæc tibi per diuinum iudicium confirmabuntur. Sed quis possit aliquis pro dignitate explicare diuinæ uocis amplitudinem? Superat id, quod intelligitur, eam, quæ uerbis fieri possit, explicationem, Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remisimus debentib. nobis. Nam quæ de hoc animum meum subit cogitare, temerarium quidem est uel mente concipere, temerarium item uel oratione cogitationem & mentis conceptum patefacere atq; aperire. Quid enim est quod dicitur? Quemadmodum Deus bene ac rectè agentibus ad imitandum propo-

*Greg. Nyssenus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



1.Cor.4. situs est,sicut dixit apostolus,Imitatores mei estote,sicut & ego Christi:ita uicissim ego,tuam affectionem Deo ad bonum pro exemplo esse uult: atque ordo quodammodo inuertitur,ut audeamus, quemadmodum bonum in nobis imitatione diuini nominis perficitur,ita sperare futurum,ut Deus nostra facta imitetur, quum aliquid boni confecerimus,ut tu item ad Deum dicas,Quod ego feci,fac:imitare seruum tuum tu Domine,pauperem & egenum,qui regnum uniuersarum rerum obtines,remisi debita:ne tu quidem exigas:supplicem repellere ueritus sum,ne tu qui dem supplicantem summoueas atq; repellas. lætum & alacrem dimisi meum debitorem,talis item tuus fiat:ne tuum debitorem meo debitore tristiorem reddas:ambo pariter & æqualiter exigentibus gratias agant:par ab ambobus remissio decernatur,tuo simul & meo debitori.ille meus est debitor: tuus autem ego.quo animo ego fui aduersus hunc, quamq; de eo sententiam sequutus sum, hæc item apud te obtineat:solui,solue: dimisi,dimitte: magnâ ego proximo exhibui misericordiam: imitare tu Domine serui tui humanitatem. At grauiora mea in te peccata, quàm quæ hic aduersum me commisit.id ego non nego.atq; hoc reputa,quantum excellas in omni bono: æquum est enim, ut uirium tuarum excellentiæ conuenientem misericordiam nobis peccantibus tribuas:exiguam humanitatem ego exhibui.nõ enim amplius capiebat natura.tua uerò munificentia,exiguitate potẽtiæ non prohibetur,quin quantum uelis, tantum largiaris. Verùm diligentius perpendamus propositam orationis dictionem,si quo modo nobis etiam per sententiæ considerationem,quasi manuductis, ad sublimem uitam aliquod adiumentum contingere possit. Scrutemur igitur,quæ sint ea quidem,quibus præstandis humana natura obnoxia sit,quæ item illa contrà, quorum remittendorum nos potestatem habeamus. Nam ex harum rerum animaduersione,mediocris quædam nobis excellẽtiæ diuinorum bonorum cognitio contingere possit. Incipiamus igitur hinc peccata hominum aduersus Deum commissa enumerare. Primùm Deo supplicium homo

ὑπόστ. debuit,[a] quòd ab eo defecit,à quo factus erat,& ad aduersarium transijt, naturalis Domini fugitiuus & desertor factus. deinde quòd libertatem suiq; potestatem ac propriam uoluntatem, cum graui ac noxia seruitute peccati commutauit, & sub corrumpentis potestatis tyrannide, quàm cum Deo esse maluit. quinetiam quòd non intuitus est pulchritudinem factoris,sed ad turpitudinem peccati faciem conuertit, cui malo secundum iudicabitur? diuinorum item bonorum despicientia & improbi illius escarum præferentia, in qua parte supplicij collocabitur? imaginis item abolitio, diuiniq; signi, quod tempore primæ creationis in nobis impressum est, corruptio: ad hæc, drachmæ amissio & à mensa patris recessus, & ad fœtidam porcorum uitam accessus,& expetendarum diuitiarum corruptio, & quæcunque talia delicta,tum per scripturam,tum per cogitationes cernere licet, quænam enumerare oratio possit? Quoniam igitur ob tot & talia delicta nomine pœnæ pendendæ Deo obnoxium est genus humanum, idcirco mihi Sermo per doctrinam orationis nos erudire atq; instituere uidetur, ut nequaquam dum cum Deo colloquimur,quasi pura conscientia precibus confidenter & arrogãter loquamur,etiamsi quàm maximè quis ab humanis delictis procul absit. (Forsitan enim siquis, sicut adolescens ille locuples præceptis uitam suam moderatus sit, aliquid tale de uita sua gloriari,Et hæc omnia seruaui à iuuentute mea:ad Deum dicere potest, & per-

*Aut exemplar mutilatum,aut certè ingẽs parenthesis hæc est.*

suasum habere,quoniam nihil in præcepta deliquerit,sibi non admodum cõuenire debitorum nomine deprecationem,ut quæ solis ijs,qui peccauerint, congruat: & ait eum,qui per scortationem inquinatus sit,eiusmodi uocem decere cuiuis, uel ei, qui per auaritiam simulachra coluerit,necessariam esse ueniæ petitionem:& cuiuis in summa,qui per aliquod delictum animæ conscientiam commaculauerit, bonum & commodum esse ad misericordiam confugere:quòd si Helias ille præclarus fuerit,aut in spiritu & uirtute Heliæ magnus ille inter filios mulierum,aut Petrus, aut Paulus,aut Ioannes,aut aliquis alius ex ijs,de quib.bonũ diuinæ scripturæ testimonium extat: quur is eiusmodi uoce utatur,quæ ipsum à debitis eximat? cui nullum adeò



adeò debitum ex peccato sit?) neu quis ad hæc respiciens cõtumaciter & arroganter loquatur, sicut ille pharisæus, qui ne agnoscebat quidẽ quæ esset ipsius natura. *Luc.18.*
(nam si animaduertisset quòd homo esset, prorsus naturâ à sordib.integram ac puram non esse,edoctus fuisset à sancta scriptura,quæ dicit,quòd non possit inueniri inter homines,qui unum diẽ absq; macula uiuat:)nequis igitur talis in animo eius, *Prouer.24.*
qui per orationẽ accessurus sit ad Deum,affectus ingeneretur, nõ ad bene facta ac *Eccles.7.*
res bene gestas respicere Sermo iubet,sed recordari communium humanæ naturæ debitorum,quorũ quisuis prorsus etiã ipse particeps est,ut qui naturæ cõmunis particeps sit:& rogare iudicẽ,ut abolitionẽ & impunitatẽ delictorum largiatur.Quasi enim uiuẽte in nobis Adamo singulatim omnes homines quãdiũ pelliceas has tunicas circa naturã nostram uidemus,& temporaria folia materialis huius uitæ,quæ nudati proprijs ijsq; splendidis indumẽtis malè nobis ipsis consuimus,quum deliciijs,glorijs, diarijs honoribus, & breui durantib. carnis expletionib. diuinos amictus permutauimus: donec itẽ afflictionis locũ,ad quẽ incolendũ condemnati sumus,intruemur:quãdo ad orientẽ nos cõuerterimus:(nõ quòd Deus illic duntaxat uideatur:qui enim ubiq; est,in nulla parte peculiariter ac separatim comprehenditur:nam ex æquo cõtinet res uniuersas:sed quod in orientalib. partibus prima nobis patria sit.dico autẽ de ea, quã in paradiso habuimus habitationẽ, ex qua eiecti sumus.plantauit enim Deus paradisum in Edem in partibus orientalibus:)quũ igi *Gen.2.*
tur ad orientaleis parteis respicimus,& recordamur,quemadmodum ex lucidis & orientalib.beatitudinis locis eiecti sumus, meritò talẽ uocẽ proferimus,qui à mala *Gen.3.*
uitæ ficu obumbramur,qui ex oculis Dei profecti sumus, qui transfugimus ad serpentẽ qui uescitur terra,& in terra sese inuoluit, & super pectus & uentrẽ suum in ambulat,& nobis ut eadẽ faciamus,cõsulit, nempe ut circa terrenarum rerũ fructũ ac uoluptatẽ occupati simus, & humilibus abiectisq; cogitationib. cor nostrũ implicemus,& uentre inambulemus, id est uoluptariæ uitæ studeamus & operam de *Luc.16.*
mus.in his igitur uersantes,quemadmodũ ille prodigus post longã ærumnam,qua porcos pascẽs cõflictabatur,ubi sicut & ille ad nosmetipsos redierimus,& de cœlesti patre cogitare ceperimus,recte talibus uocibus utimur, Remitte nobis debita nostra,dicẽtes:ut etiãsi Moyses quispiã sit,& Samuel,& aliquis alius uirtute excellens,nihilominus,quatenus homo est,hanc uocẽ sibi cõuenire putet,ut qui cõmunem habeat cũ Adamo naturã,particeps itẽ eiectionis quoq; sit. Quoniã enim, ut inquit apostolus,omnes per Adamũ morimur,cõuenit eam uocẽ,quæ Adamũ nõ *1.Corinth.15.*
mine pœnitentiæ decet,cõmunem esse omniũ,qui cum illo mortui sunt,ut quẽadmodum ait apostolus,abolitione & impunitate delictorũ nobis cõcessa,per gratiã rursus à Domino seruemur.Sed hæc quidẽ perinde dicta sunt,ac si quis rationẽ magis communẽ inspiciens,propositam rem cõsideret,quòd si quis uerã uerbi sententiam quærit,non opinor opus esse in nobis ad cõmunẽ naturã referre cogitationẽ. potest enim sua cuiusq; uitæ cõscientia necessariã facere misericordiæ petitionem. Quũ enim uita à nobis in hoc seculo uariè multiformiterq; exigatur: alia quidẽ iuxta animũ & mẽtem,alia uerò secundũ sensus corporis: difficulter, aut etiã omninò fieri nõ posse arbitror,[a] ut nõ cum uno aliquo affectu quis in peccatũ labatur.quã- *[a] Locus mutilus utrobiq;.*
le quid exẽpli gratia affero in mediũ.Quũ hæc uita,qua per corpus fruimur,in sensus nostros diuidatur:ea uerò,quæ secundũ animũ exigitur,in mẽtis impetu & motu liberæ uolũtatis cõsideretur:quis adeò magno atq; excelso animo? quis tãta prudẽtia præditus? quis tãti spiritus est,ut per utrãq; uitæ rationẽ uitiositatis ac malitiæ contagionem & inquinationẽ effugiat? quis,quod ãd oculũ attinet,expers peccati est? quis quod ad auditum attinet,innoxius? quis ab hac bestiali gulæ uoluptate alienus? quis tactu purus & uacuus ab occasione peccati? Quis nescit inuolucrum & ænigma scripturæ dicẽtis,quòd per fenestras mors ingressa sit? Sensus enim,per *Hier.9.*
quos animus eminens & ad res externas sese exerens,ea quæ placẽt, arripit & apprehendit, fenestras scriptura appellauit, quos sermo morti aditum patefacere dicit.Nam reuera multis sæpe mortibus introeundi locus oculus exitit,dum uel ira-

Universidad de Deusto
Biblioteca



scentem uidet,& ad eandem contrà perturbationem incitatur, uel prospera fortuna præter meritum utentem,& in inuidiam exardescit: uel superbientem,& in odium ruit:uel aliquam materiam boni coloris,dexteriorem ue oris ac formę figuram,& totus ad concupiscendum id,quod placuerit,delabitur. Ita auris morti fenestras aperit,& per ea quę audit,multos affectus ad animum transmittit,metum, tristitiam,iram,uoluptatem cupiditatem,risum effusum,& eiusmodi.porrò gustatus uoluptas,mater,ut dixerit aliquis, singulorum malorum est. quis enim ignorat,quòd gulæ studium radix propemodum sit eorum peccatorum,quę in uita cõmittuntur? Ab hac enim pendent luxus atq; deliciæ, ebrietas, ingluuies, in uictu prodigalitas atq; profusio,abundantia, satietas,commessatio bestialis, & ratione carens impetus ad uitia ignominiosa. Similiter tangendi sensus omnium peccatorum extremum est.omnia enim quæ corpore exercentur à sectatoribus uoluptatis,apprehensionis,quæ tactu fit,morbi sunt,quæ singulatim exponere longum fuerit:simul ne decorum quidem est immiscere grauioribus sermonibus quæcũq; tactus crimina sunt. Porrò multitudinem peccatoruæ, quæ animo pariter ac destinata uoluntate committuntur,quæ nam oratio enumerare possit? Ex interioribus,inquit,proficiscuntur improbæ cogitationes: atq; adiecit earum cogitationum,quibus inquinamur,enumerationem. Si igitur ab omnibus adeò partibus peccatorum retia nobis circumfusa sunt, per omnia sensuum instrumenta, per intimos & occultos ac quasi in corde latentes animi motus: quis gloriabitur, ut in-
Prouerb.20. quit sapientia,se purum habere cor? quis à sordibus expurgatus est? quemadmo-
Iob.14.15. dum Iob testatur: Sordes sunt animæ puritatis uoluptas, quæ multifariã multisq; modis humanæ uitæ commiscetur per animum pariter ac corpus, per cogitationes,per sensus,per motus ex proposito procedentes, per corporis operationes & effectus. quis ergo puram ab hac macula animam habet? qui fieri potuit, ut fastu percussus non sit? qui potuit non esse superbiæ pede calcatus,quem manus peccatrix non commouit? cuius pes ad nequitiam & malitiam non cucurrit? quem oculus immodestus non inquinauit, & auditus stolidus & imperitus non contaminauit,& gustatus ad sese nõ conuertit,& occupatum detinuit? cuius cor ad uanos motus rude & inexercitatum manserit? Quoniam igitur hęc circa nos sunt peiora quidem atq; atrociora ijs, qui in bestialem magis naturam degenerant, moderatiora autem atq; tolerabiliora attentioribus: penitus autem & prorsus omnibus, quibus communis est natura, communia quoq; delicta naturæ sunt: Idcirco Deo per orationem supplicantes,ut dimittantur nobis debita,oramus. Sed irrita atq; inefficax est eiusmodi uox,& ad aures diuinas non pertinet ac penetrat, nisi conscientia unà nobiscum clamet,quòd rectum,bonum, & decorum sit misericordiã impartiri. Nam qui iudicat humanitatem Deum decere: (nisi enim decere putaret,rem indecoram & non cõuenientem aggredi eum atq; suscipere non oraret,) eum æquum fuerit suis factis iudicium de bono atq; decoro stabilire atq; confirmare,ne à iusto iudice eiusmodi quid audiat: Medice cura teipsum. me ad humanitatem hortaris, quam tu proximis non impertiris. remissionẽ debitorum petis: qui sit ergo,ut tu suffoces obæratum? deleri tibi chirographũ aduersus te scriptũ precaris,qui diligenter seruas obnoxiorum pacta atq; contractus: tabulas nouas & abolitionem atque remissionem debitorum petis, qui per usuras æs alienum nutris & auges:tuus debitor est in carcere, & tu in oratorio:ille ob debita cruciatur,& tu remitti tibi debitum uis:exaudiri oratio tua non potest. superat enim sonus & strepitus uocis eius,qui cruciatur.si tu corporale debitum dimiseris,soluentur tibi animæ uincula:si condonaueris,condonabitur tibi: ipse iudex eris, ipse tibi legem feres affectione, qua tu obnoxium prosequutus fueris, superam sententiam per te serens. Tale quippiam mihi uidetur Dominus etiam in alio sermone docere,per modum narrationis hanc sententiam in medium afferens. Vbi rex quidam in narratione introducitur terribiliter pro tribunali sedens, & seruos ad
Matth.17. iudicium cogens,& eorum,quæ unusquisq; administrasset, cognitionem & quæstionem



stionem instituens. quum autem quidam debitor adductus, ac quoniam ad genua accidens loco persolutionis pecuniarum, supplicem libellum obtulerat, humanitatem consequutus esset,deindę ob modicum debitum aduersus cõseruum acerbè sese & inhumaniter gessisset, ea inhumanitate aduersus conseruum iram regis prouocauit:qui quęsitoribus & tortoribus præcepit, ut eum penitus à domo regis alienarent, atq; eò usq; supplicium prorogarent, quoad meritas pœnas dedisset.Nam oboli quidam reuera uiles & numeratu faciles sunt cum innumeris talentis comparati, aduersum nos debita fratrum, si cum nostris aduersus Deum delictis conferantur. Damnosa prorsus est uel iniuriæ occasio ab aliquo præbita, uel serui nequitia, uel etiam insidiæ uitæ corporali structæ. & tu ad ulciscendum eiusmodi incommoda per inflammationem cordis accenderis & irritaris, & nihil non comminiscaris & excogitas,quo ulciscaris eos, à quibus iniuria lacessitus sis. non cogitas, (si aduersus seruum nimirum ira exarserit) quòd non natura, sed uis in seruitutem pariter & dominationem genus humanum scidit atq; diuisit? Nam homini seruire unam rationis expertem naturam, rerum uniuersarum administrator lege constituit & sanxit,ut inquit propheta, Omnia subiecisti subter pedes e- Psal.8.
ius,oues & boues uniuersas,uolucres & iumenta,& pisces. Atq; hæc etiam serua appellat quum in alio loco propheta dicat: Danti pecoribus alimentum ipsorũ, Psal.104.
& herbam seruitio hominum. hominem uerò propriæ ac liberæ uoluntatis gratia ac dono decorauit. Itaq; quantum ad naturæ dignitatem attinet, eiusdem tecũ conditionis is est, qui lege atq; consuetudine tibi subditus est, neq; à te factus est, neq; per te uiuit: neq; corporis pariter & animi efficacias abs te habet acceptas. Quid igitur aduersus eum iracundia tantopere efferuescis, siquis negligentior & omissiori animo, aut fugitiuus fuerit,uel palàm fortassis aduersus te contumacior se exhibuerit? quum teipsum inspicere oporteat, qualis tu aduersus dominũ fueris, qui te formauit? qui te per natiuitatem produxit, & miraculorum mundi participem fecit? qui solem ad fruendum proposuit, & ex elementis omnia uiuẽdi subsidia præbuit,ex terra, ex igni, ex aere & aqua? qui donum cogitandi, animaduertendi intelligendiq; præbuit? qui apprehendendi & defendendi sensum, qui bonum à malo discernendi scientiam dedit? qui fieri igitur potest,ut tu eiusmodi domino obedias? ut eum non offendas? an non à dominatu desciuisti? an non ad peccatum profugisti? an non improbum dominium pro bono amplexus es? an non quantum in te fuit,desertam domini domum reliquisti, quum ubi collocatus eras ad operandum & custodiendum,inde discessisti? atq; enumerata delicta,an non Deo teste, qui ubiq; est & omnia intuetur, aut committis, aut dicis? aut cogitas ea,quæ animo concipere non oportet? Et talis quum sis, & tot nominibus obnoxius, magnum aliquid conseruo largiri te putas, si ad aliquod eius in te peccatum ex animi lenitate conniueas? Si igitur Deo pro misericordia atq; uenia preces oblaturi simus,conscientia fiduciam nobis paremus, ut uitam nostram aduocatam & patronam huic uoci præficiamus, & uerè dicamus: Et nos remisimus debentibus nobis.

Sed quid sibi uult id, quod modò dictis statim adiectum est? necessarium existimo ne hoc quidem præterire inexcussum & inexplicatum, ut scientes quid nã oremus,non corpore,sed animo supplicationem offeramus:Ne nos inducas in tẽtationem:sed libera nos à malo. Quæ nam, fratres, horum uerborum uis est? Videtur mihi Dominus multis ac diuersis uocabulis Malum illum nominare, dum iuxta differentias prauarum efficientiarum & improborum exercitiorum,multis nominibus eum appellat, diabolum, Beelzebul, mamonam, principem mundi, homicidam improbum,patrem mendacij: alijsq; similibus. Forsitan igitur unum aliquod ex ijs,quæ circa eum intelliguntur,nominibus est etiam tentatio. ac confirmat nobis eiusmodi opinionem concordantia atq; conuenientia dictorum. Quum dixisset enim, Ne inducas nos in tentationem: subiunxit, liberari à Malo: quasi res eadem per utrunq; nomen significetur. Nam si is, qui non ingressus est

Universidad de Deusto
Biblioteca



in tentationem, prorsus extra malum est: atq; is, qui in tentationem incidit, in malo necessario uersatur: utiq; tentatio & Malus significatione unum quiddam sunt. Ad quid igitur nos eiusmodi orationis doctrina hortatur? Vt euitemus ac fugiamus eas res, quæ per hunc mundum spectantur. quemadmodum alibi dicit ad discipulos: Totus mundus in malo situs est. Ergo qui extra malum esse uult, necessariò sese à mundo segregabit. Non enim locum habet tentatio animam attingẽdi, nisi tanquam escam quandam hanc mundanam occupationem prauo hamo auidioribus porrigeret. Imò uerò magis aperta nobis sententia per alias similitudines fieri poterit. Sæuũ & infestum ex tempestate atq; procellis sæpenumerò mare est: at non procul ab eo remotis. Vim absumptricem habet ignis: sed subiectæ materiæ. Dirum & atrox bellum est: sed solis ijs, qui prælij participes sunt. Quemadmodum igitur is, qui calamitates bellicorum malorum fugit, precatur, ne incidat in bellum: & qui ignem timet, ne in igni uersetur: & qui mare horrescit, ne nauigãdi necessitas incumbat: ita qui Mali impetum & incursum metuit precetur, ne in eum incidat. Quoniam autem, ut antè diximus, in Malo situm esse mundum Sermo dicit, atq; in mundanis negocijs tentationum occasiones existunt: rectè & cõuenienter qui à Malo liberari precatur, ut tentationibus eximatur, orat. Non enim aliquis hamum deuorauerit, nisi per ingluuiem escam detraxerit. Verùm surgentes dicamus etiam nos ad Deum: Ne nos inducas in tentationem, hoc est in mala seculi: sed libera nos à Malo, qui in hoc mundo uires habet. à quo liberemur gratia Christi, cui potentia & gloria unà cum patre & spiritu sancto nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

*Ioan. 5.*

*In uno habetur Lucæ cap. in altero exemplari Matthæus.*

## EIVSDEM DE BEATITVDINIBVS, MATTHÆI QVINTO.

*VISIS AVTEM TVRBIS ASCENDIT IN MONTEM, ET QVVM consedisset, accesserunt ad illum discipuli eius, & aperto ore suo docebat eos dicens, Beati pauperes spiritu, quoniam eorum est regnum cælorum.*

QVIS igitur in hoc cœtu talis est, qui & Sermonis discipulus sit, & cũ eo, à terrenis cõcauisq; ac humilibus cogitationibus & intellectibus ascendat in spiritualem montem altæ contemplationis? qui mons omnem quidem umbram ex eminentibus nequitiæ utriq; tumulis porrectam effugit: ex omnibus autẽ partibus ueræ lucis radio collustratus, in pura ueritatis serenitate omnia, quæcunq; in concauo coercitorum & conclusorum oculis subducta sunt, ex specula conspicienda præbet. Quæ autem ab hac altitudine cõspiciuntur, quot & qualia sint, ipse Deus Sermo, eorum qui unà secum ascenderunt, beatitudinem explicando prosequitur, tanquam digito quodam ostendens, hinc quidem regnum cœlorum, ex altera uerò parte, supernæ terræ hæreditatem: deinde misericordiam & iustitiam & consolationem, atq; eã, quę cum Deo rerum uniuersarum existit, cognationem: & fructum ex persecutionib. quod est, contubernalem Dei fieri: ac quæcunque alia præterea, si quis ex sublimi specula per spem despiciat, supernè de monte digito mõstrante Sermone in prõptu est uidere. Quoniam igitur ascendit Dominus in montem, audiamus Esaiam clamantem, Venite ascendamus in montem domini. atq; etiãsi laboramus ex peccato, confortemus & confirmemus, quemadmodum prophetia præscribit, manus languidas ac genua dissoluta. Nam si in summum iugum euaserimus, inueniemus qui medeatur omni morbo, omniq; languori, nempe eum qui infirmitates nostras suscipit, & morbos portat. Quocirca curramus etiam nos ad ascensum, ut cum Esaia in summo iugo spei cõstituti contẽplemur ex specula, bona illa, quæ sequutis in altitudi-

*Esa. 2.*
*Esa. 35.*



in altitudinem Sermo ostendit. uerùm etiam nobis Deus Sermo os aperiat, ac doceat nos ea, quorum auditio beatitudo est. Sumatur autem à nobis initium contẽplationis & commentationis, unde doctrinæ dictorum initiũ cepit. Beati, inquit, pauperes spiritu: quoniam eorum est regnum cœlorum. Si quis auarus incidat in tabulas, thesaurum alicubi absconditum indicantes: is autem locus, qui thesaurũ contineat, multũ sudorẽ & laborẽ aspirantib. ad eas opes ostendat: nunquid ad labores oblangueſcet, & in lucro quærendo segnis erit? nullumq; præ studio laborẽ sumere atq; defatigationẽ subire diuitijs dulcius & iucundius existimabit? Nõ ita se res habet: nõ ita est. sed omneis quidẽ ad hoc aduocabit amicos: ex omnib. item partib. ex quib. poterit, auxilijs sibi contractis, multitudine operarũ opes illas abscõditas, suas facturus sit. Hic est ille thesaurus, fratres, quẽ scriptũ indicat. absconditæ aũt præ obscuritate diuitiæ sunt. Igitur nos quoq; qui incorrupti auri cupidi sumus, precum quasi manuum multitudine utamur, ut diuitiæ nobis patefiãt, atq; omnes ex æquo thesaurum diuidamus, & totum eum quisq; acquirat. Talis enim diuisio uirtutis est, ut & in omneis, qui eam amplectuntur & affectant, diuidatur, & cuiq; adsit uniuersa inter participantes non diminuta. Nam in terrenarum quidem diuitiarum distributione, qui plus iusto ad se traxerit, iniuriam facit ijs, qui ex æquis partibus socij sunt: (socij enim partem prorsus minuit is, qui suã plus iusto auxerit:) spirituales autem diuitiæ idem faciunt, quod sol, qui & omnib. uidentib. se impertit, & totus unicuiq; accedit. Quoniã igitur par ab unoquoq; lucrũ ex labore speratur, par ab omnib. afferatur ad id, ꝺ à nobis quæritur. precũ adiumẽtũ. Ac primùm quidem omnium arbitror oportere cõsiderare ipsam beatitudinẽ, & intelligere, quid nam tandem ea sit. Beatitudo, ut mea quidem opinio fert, cõprehensio quædã est omnium earũ rerũ quæ nomine boni intelliguntur: à qua nihil abest eorũ, quæ pertinẽt ad bonorũ desideriũ atq; cupiditatẽ. Poterit aũt nobis ex cõparatione contrarij planius fieri, quid per beatitudinẽ significetur. cõtraria aũt beatitudini miseria est. Miseria igitur est, in acerbis ac tristibus nostraq; uoluntate non accidentib. casibus & calamitatib. ærumna. Affectio item eorum, quæ in ipsis fiunt, in utroq; in contrariũ diducta atq; diuisa est. Nam ei, qui quidem beatus habetur, ob res ad fruendum sibi propositas lætari, sibi placere & exultare licet: ei uerò, qui miser existimatur, rebus sibi præsentibus angi atq; dolere contingit. Porrò quod uerè beatum habendum sit, ipsum diuinum numen est. Nam quicquid id tãdem esse ponamus: beatitudo est illa immortalis & incorrupta uita, ineffabile pariter & inanimaduersibile atq; inexcogitabile bonum, inenarrabilis inexplicabilisq; pulchritudo, à seipsa profecta, à seipsa data & gratia & sapientia & potentia: uera lux: fons omnis bonitatis: rebus uniuersis præsidens ac superimposita potestas: sola amabilis, semper eodem modo sese habens, perpetua exultatio: sempiterna lętitia: de qua si quis dicat omnia quæ possit, nihil dicit eorum, quę rei dignitas postulat atq; requirit. Neq; enim intelligentia mentisq; & ingenij agitatio attingit & assequitur id, quod est. atq; etiam si quid de illo bono uel sublimius & altius cogitare & intelligere ualeamus, nulla tamẽ ratione uel oratione quod cogitatur & intelligitur, enuntiatur. Quoniam autem is, qui finxit hominem, secundũ imaginem Dei fecit eum: secundo loco beatum iudicandum fuerit id, quod per cõmunicationem & participationẽ eius, quæ uerè beatitas est, hoc nomine appellatur. Quemadmodũ enim in præstanti corporis forma, principalis quidẽ ac primaria pulchritudo in uiuẽti uerecq; subsistẽti facie est: secundũ uerò locũ ab hac obtinet id, quod ad imitationẽ eius in imagine atq; simulachro ostẽditur: ita natura quoq; humana, quæ est effigies & imago supernæ beatitudinis, etiã ipsa bona pulchritudine designatur, quũ in sese beatorũ ostẽderit insigniũ significationes & repræsentationes. sed quia peccati sordes pulchritudinẽ imaginis labefactarũt & inutilem reddiderunt: uenit is, qui nos elueret sua aqua uiuenti pariter ac salienti in uitam æternã, ut deposita turpitudine ex peccato contracta, ad beatã formã renouemur. ac quemadmodũ in arte pingẽdi si quis eius rei nõ ignarus fuerit, ad imperitos di-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cere possit, illam pulchram esse faciem, quę ex talibus corporis partib. constet: cui & capillus talis, & oculorũ orbes, & superciliorũ descriptiones, & genarũ positiõnes, & singulatim omnia, quib. formæ præstantia completur, adsint: eodem modo is, qui ad imitationem eius, quod solum beatũ est, animam nostram quasi pingendo reconcinnat, singula, quæ pertineant ad beatitudinem, sermone describit, &
Matth. 5. ait in primis, Beati pauperes spiritu, quoniã eorũ est regnũ cœlorũ. Verùm quid lucri ex ea munificentia accedet, quum sententia, quæ in ijs uerbis continetur, nobis declarata non sit? Etenim in medicina multa preciosa cõparatuq; atq; inuentu difficilia medicamenta infrugifera inutiliaq; ignorantibus manent, donec ab arte audiuerimus, ad quid horũ quodq; utile sit. Quid igitur est, pauperem esse spiritu, per quod regno cœlorum potiri contingit? Duo diuitiarũ esse genera à scriptura didicimus: unum quod probetur & experatur: alterum quod damnetur & improbetur. Expetendæ quidem atq; probandæ uirtutum diuitiæ sunt: criminationibus autem obnoxiæ sunt & improbantur materiales pariter atq; terrenæ: quoniam illæ quidem animæ opes existunt: hæ uerò ad decipienda sensuũ uasa idoneæ sunt. Quamobrem has colligere Dominus uetat, quippe tinearum corruptioni insidijsq; nocturnorum furum expositas. Sublimium aũt rerum diuitijs, quas uis corruptrix non attingit, studere nos iubet. Tineæ autem & furis mentione facta, pernicie animę thesaurorum ostendit. Si igitur diuitijs opponitur paupertas, iuxta analogiam & cõuenientem rationem, duplicem plane paupertatẽ quoq; animaduertere licet: unam quidem reijciendam, alteram uerò, quæ beata iudicetur. Quicunq; igitur à temperantia, sobrietate atq; modestia nudus & inops, aut preciosarum iustitiæ opum, aut sapientiæ, aut prudentię, aut alius cuiusquam preciosarum atq; reconditarũ rerũ egenus, pauper & mendicus, inuenitur: paupertatis nomine ærumnosus, ac miserabilis est ob inopiam rerum preciosarum. at qui spõte sua earum rerum omnium quæ per uitium & nequitiam intelliguntur, inops & egenus est: ac nihil ex diabolicis opibus in suis conclauibus reconditum habet, sed spiritu feruet, & per hunc malorum sibi paupertatem colligit & quærit, ille fuerit is, qui à Verbo in ea, quæ beata habetur, egestate uersari ostẽditur: cuius egestatis fructus est regnũ cœlorũ. Verùm reuertamur rursus ad institutũ, & operã thesauro quærẽdo nauemus, neu desistamus scrutatoria atq; inquisitoria ratione & oratione eruere & reuelare id, quod occultũ est. Beati, inquit, pauperes spiritu. Dictũ hoc qdẽ aliquo modo etiã in superioribus est, & nũc iterũ dicetur, quòd finis uitæ cũ uirtute degẽdæ sit, ut quis numini diuino assimiletur. Atqui id quod passionis & affectus expers, incorruptũ atq; immortale est, undequaq; hominũ effugit imitationẽ. Neq; eñ fieri potest, ut uita affectibus, perturbationib. uitijsq; & casib. obnoxia assimiletur penitus & ex omnib. partib. ei naturæ, quę neq; perturbationes, neq; casus, neq; affectus ullos admittit. Si igitur diuinum numen solum beatũ est, ut id apostolus nominat: beatitudinis uerò cõmunio hominib. per hoc contingit, si Deo assimilentur, imitatio autem expediri & confici non potest: utiq; humana uita beatitudinem assequi non potest. Verùm nonnulla Deitatis propria hominibus quoq; proposita sunt, ut si uelint, illa assequi imitando possint. Quæ nam igitur hæc sunt? Videtur mihi Sermo paupertatem & inopiam spiritus nominare uoluntariam animi humilitatem atq; demissionem, atq; huius exemplum apostoloquum
2. Corinth. 8. ius nobis Dei paupertatem proponit, dum dicit, Qui quum diues sit, propter nos pauper & egenus factus est, ut nos illius egestate diteſceremus. Quoniam igitur cætera omnia, quæ circa naturam diuinam conspiciuntur, superant modum humanæ naturæ: humilitas autem coalita atq; consueta nobis humi repentibus, & ex terra conflatis & in terram defluentibus est: si tu in eo, quod à natura tua non est alienum, & à te præstari potest, Deum imitatus fueris, beatam formam ipse induisti. Ac nemo putet nullius negocij rem esse, ac facilè effici posse, ut quis animo humili atq; demisso sit. Imò contrà nihil ex omnibus, quæcunque per uirtutem aguntur & exercentur, æquè laboriosum & operosum, atq; eiusmodi res est.



Quamobrẽ? quia dormiente homine, qui bona semina acceperat, caput atq; præcipua pars cõtrarij seminis ab inimico nostræ uitæ superbiæ zizanium cõiectum radices egit. Quemadmodum eñ ille se in terram præcipitauit, eodẽ modo miserũ genus humanũ ad cõmunem ruinã secum unà detraxit. ac nullũ aliud naturæ nostræ malũ tale est, qualis est is, qui per superbiã nobis moribus ingeneratur. Quoniam igitur omnibus propemodũ, qui humanæ naturæ participes sunt, uitiũ elationis quodãmodo innatum est: idcirco dominus hinc initiũ beatitudines exponẽdi facit, tanq; primordiale malum quoddam ex habitu nostro superbiã ejiciẽs, dum consulit, ut imitemur eum qui sponte sua egenus fuit, qui uere beatus est, ut in quo possumus, pro uiribus nostra parte assimilati, ex eo, quòd nostra uoluntate egeni pauperiatem secuti fuerimus, etiam beatitudinis cõmunionem attrahamus & adsciscamus. Hoc eñ quisq; sentiat, inquit, inter uos, quod & in Christo Iesu: q
Philip. 2. quum esset in forma Dei, nõ rapinã arbitratus est, quòd Deo par & æqualis esset: sed forma serui sumpta seipsum exinaniuit. Ecquid magis in Deo mendicum, q; forma serui? quid in rege rerum uniuersarũ humilius, quàm in communionẽ inopis ac mendicæ nostræ naturę uenisse? Rex regnantium, & dominus dominantiũ sponte sua formam seruitutis induit: iudex rerum uniuersarum principibus tributarius existit: creaturæ dominus in spelunca diuersatur: qui mundum uniuersum complexus est, non inuenit locũ in diuersorio, sed in præsepio brutorũ animalium abijcitur. purus ille & incorruptus humanæ naturæ sordes non respuit, ac per omnem nostram mendicitatem penetrans, usq; ad mortis progreditur experimentũ. Videte uoluntariæ mendicitatis modum. Vita mortem gustat: iudex in iudicium ducitur: dominus uitæ rerũ uniuersarũ subijcitur iudicis decreto: supra mũdanarũ omnium copiarum rex, carnificum manus non repellit. Ad hoc, inquit, exemplũ modus animi demissionis tibi spectet. Videtur autem mihi fortasse non incõmodum esse eiusmodi uitij inconsiderantiam, absurditatẽ & importunitatẽ spectare: ut cum multa facilitate atq; commoditate, succedente nobis animi humilitate, facilè assequi atq; cõficere nobis beatitudinẽ possimus. Vt enim periti medici causa morbi effectrice prius exempta, ægritudinem facilius uincũt: ita nos quoq; ubi inflationem & tumorem inaniter se iactantium atq; superbientium ratione repressérimus facile, commodũ & expeditũ eis iter animi demissionis efficiamus. Vnde igitur aliquis potius fastus atq; superbię uanitatẽ demõstrauerit? qua ratione alia, q; si naturã ostẽderit quæ nã ea sit? Nã ũ quis ad seipsum, & nõ ad ea, quæ circa se sint, respiciat, non uideo, qua ratione is in eiusmodi uitium incidere possit. Quid igitur homo est? Vis ut ex scriptorum monumentis proferam id, quod plus ponderis & authoritatis in se contineat, ac plus æstimari debeat? At is qui nostra ornat, & inflatius splendidiusq; de nobilitate humana loquitur, ex luto generatã naturã esse dicit: atq; nobilitas & splẽdor superbi cognationẽ cũ latere habet. Quòd si continuã pariter & eã, quæ in prõptu atq; expedito, omnibusq; nota est, generationẽ, pferre uelis: remoue isthec oro, ne loquaris de hac re, obmutescas, ne hiscas:
Leuit. 20. ne reueles, ut lex inquit, dedecus patris & matris tuę: ne sermone publices atq; diuulges ea, quę obliuione atq; alto silẽtio tegẽda sunt. Et nõ erubescis terrea statua, mox puluis futura, qui in modum bullæ breui duraturũ in te tumorẽ contines, te superbia repleri, fastu tumere, uano spiritu atq; cogitatione mentẽ inflatam habere? An non respicis ad utrũq; uitæ humanæ terminũ, unde & initium sumat, & in quid desinat. Verùm superbis ac iactas te nomine iuuentutis, & ad florem ætatis respicis, & gloriaris, & ubi places propter decorem & pulchritudinem, quòd tibi manus supra modum uigeant ad motum, quòd celeres & ueloces ad saltum tibi sint pedes, quòd capillus uentis diffundatur, quòd lanugo maxillas distinguat, quòd tibi uestis purpuræ tinctu supra modum florida sit, quòd panni tibi serici præbijs, uenationibus ue, aut historijs quibusdam uariegati, distincti atque exornati sint, aut forsitan ad talaria adhibita cura in nigro nitentia, & superfluo opere tibularum lineis oblectantia spectes. Ad ista respicis, teipsum uerò non intueris?

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca



intueris? Ostendã tibi tanquam in speculo, qui sis, & qualis sis. Non uidisti in loco publico sepeliẽdis hominib. destinato, naturæ nostræ mysteria? nõ uidisti ossium, altijs super alia temere abiectis, congeriem? caluarias carnibus nudatas, terribilem quendã ac deformem aspectum exhaustis oculis præbẽtes? Vidisti ora ringentia, reliquaq; mẽbra prout fors tulit, diuulsa atq; dispersa? Si illa uidisti, te ipsum in illis spectasti. Vbi signa præsentis floris? ubi coloris bonitas in genis? ubi flos labiorũ? Vbi truculẽta ac torua oculorũ pulchritudo, sub uallo protegumentoq; supercilio rum elucẽs? ubi rectus nasus in medio genarum pulchritudinis collocatus? ubi ad ceruices usq; demissæ comæ? ubi circa tẽpora cincinni? ubi sagittarię iaculatrices q; manus? equitatores pedes? ubi purpura? ubi byssus? ubi paludamentum? ubi balteus? calcaria? equus? cursus? fremitus? omnia, per quæ nunc tibi fastus augetur? dic, ubi hæc, quorum nomine nunc animos tollis & superbis, magnosq; tibi spiritus sumis in illis? quod somnium adeò uanum & non subsistens? quæ nam ex somno talia uisa? quæ umbra adeò tenuis tactum subterfugiens, ut iuuentutis somniũ simul & apparens & protinus præteruolans? Hæc ad eos, qui in iuuentute propter ætatis robur imperfectum minus sapiunt, à me dicta sint. Quid autem dicat aliquis de ijs, qui ætate iam pleni, constituti, confirmatiq; sunt? in quibus ætas quidem stabilis, mores autem & ingenium instabile est: morbus item superbiæ augetur, nomen autem eiusmodi ingenij morbo, spiritus & fastus imponitur. Magistratus autem, quodq; ei adiunctum est, imperium atq; potestas, plerũq; superbiæ materiam & occasionem præbet. Aut enim in ipso magistratu id uitium admittũt, aut hoc uitio impulsi ad eum aspirant, aut sermones de magistratu illati sæpenumerò sopitum iam morbum excitant. Et quę nam eiusmodi oratio sit, quę aures eorum à præconum uoce precluſas penetrare possit? quis ita affectis persuadebit, quòd nihil quicquam omnino differant ab ijs, qui in scena cum põpa prodeunt? Etenim illis quoq; persona quædam ex arte polita atq; ornata, uestisq; purpurea auro intertexta iniecta est, & in curru magnificè inuehuntur. & tamen nullus superbiæ morbus eos ex rebus eiusmodi inuadit: sed quo sensu atq; spiritu erant antequam in scenam prodirent, eundem in animo habitum etiam in pompa conseruant: & postea non ægrè ferunt, neq; anguntur, quòd & de curru descenderint, & habitus ipsis detrahatur & adimatur. At illi qui per tempus magistratus pompam in scena uitæ ducunt, neque id, quod paulo ante præterijt, neq; quod paulo pòst sequetur reputantes, quemadmodum bullæ inflatione intenduntur & intumescunt: eodem modo hi quoq; ad claritudinem uocis præconis intumescunt: & alicuius alienæ personæ formam sibi sumunt, naturalem habitum uultus mutantes, & in seueritatem atque terrorem componentes: sonusq; ab eis asperior ad audientium concussionem & horrorem in feritatem transmutatus excogitatur. non amplius intra terminos humanos se continent, sed in diuinam & porentiam & potestatem se ingerunt & intrudunt. Nam uitæ necisq; se potestatem habere credunt: quòd ex ijs, qui causas apud eos dicunt, alium quidem sententia sua seruant, alium uerò capitis condemnant. Ac ne hoc quidem uident, quis uerè humanæ uitæ potestatem habeat, uidelicet qui & initium & finem naturæ statuit. quanquam hoc solum satis esset ad reprimendum uanum tumorem atq; inflationem, quòd multos magistratum gerentes & in imperio constitutos in ipsa magistratus scena è mediis solijs & tribunalibus raptos & ad sepulchra portatos uiderunt: in quibus lamentatio uoces pręconis excepit. Quomodo igitur alienæ uitæ potestatem habet is, qui à sua ipsius uita alienus est? Et hic igitur si pauper est spiritu, sua sponte respiciens ad eum, qui propter nos pauper & egenus fuit, communemq; naturæ sortem atq; conditionem ante oculos ponens, nihil contumelioſum per falsam illam magistratus tragœdiã atq; fastũ, in cõmune genus statuerit, uerè beatus existimandus, qui temporariam animi demissionẽ atq; humilitatẽ, regno cœlorum permutet. Nec tamen alteram, frater, paupertatis rationẽ reijcias, quæ cœlestium diuitiarũ conciliatrix est. Vende, inquit, omneis tuas facultates, & da pauperibus: & ueni, sequere me: & habebis thesaurum in cœlis. Etenim eiusmodi paupertas non uidetur mihi discrepare ab ea egestate, quæ beata iudicatur. Ecce omnibus, quæ cũq; habebamus, relictis, secuti sumus te, inquit discipulus ad Dominum: quid igitur erit nobis? Et quod est responsum? Beati pauperes spiritu, quoniam eorum est regnum cœlorum. Vis intelligere, quis pauper spiritu sit? qui corporalem opulentiam animę diuitijs permutat: qui propter spiritum egenus est: qui terrenas diuitias ueluti quoddam onus excussit, & abiecit, ut sublimis per aerem sursum rapiatur, ut inquit apostolus, in nube unà cum Deo per cœlestia tendens. Ponderosa quædam res est aurum: onerosa res omnis, quæ diuitiarum causa expetitur: leuis uerò res quædam & sublimia petens est uirtus. Verùm hæc sibi inuicem opposita sunt, ponderosum & leue. Ergo nulla ratione atq; machinatione effici potest, ut leuis sit is, qui sese ponderi materiæ affixit. Si igitur ad superna nos accedere oportet, ab ijs, quæ deorsum trahũt, inopes & egeni simus, ut in supernis uersemur. Quis autem sit modus, quo id efficiatur, præscribit psalmodia: Dispersit, inquiens, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui pauperi impertitus fuerit, in partem eius, qui propter nos pauper fuit, seipsum constituet. Egenus fuit Dominus, ne tu quidem meruas egestatem. Verùm regnum obtinet omnis creaturæ, qui propter nos egenus fuit. Ergo si cum eo, qui egenus fuit, unà pauper eris, cum regnante quoq; unà regnabis. Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: cuius etiã nos digni habeamur per Christum Iesum Dominum nostrum, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

*Matth. 19.*

*1. Thess. 4.*

*Psal. 111.*



## BEATI MITES: QVONIAM IPSI HAEREDITATEM TERRÆ CONSEQUENTUR.

Qui per scalam quandam ad altiora contendunt, quum in primo gradu constiterint, per eum ad superiorem tolluntur. ac rursus secundus ascendentem ad tertium adducit: atq; hic ad proximum: & ille ad insequentem. Atq; ita is, qui ascendit, dum semper ab eo, in quo consistit, ad superiorem gradum enititur, ad summum ascensus fastigium euadit. Ad quid respiciens hinc exordior? Videtur mihi in modum graduum beatitudinum explicationis ordo dispositus atq; digestus esse, facilem per mutuam consequentiam sermoni efficiens ascensum. Nam qui primum gradum beatificationis mente conscenderit, eum per necessariam quandam intellectuum consequentiam proximus excipit, etiamsi prima facie noua mirandaq; commemorare sermo uidea tur. Fieri enim non posse fortasse dicet auditor, ut tanquam in graduum dispositione, post regnum cœlorum hæreditas terræ deprehendatur. sed si quidem oporteret sermonem rerum sequi naturam: magis consentaneum erat, ut cœlo terra præponeretur, quasi hinc illuc ascensuri simus. Sed si oratione uolueres quodammodo facti & erecti fuerimus, superq; dorsa cœlestis testudinis cõstiterimus, inueniemus ibi super cœlestem terram, quæ ijs, qui cum uirtute uitam transegerint, reposita est: ut non uideatur ordo à conuenienti beatitudinum expositionis consequẽtia aberrasse, primùm cœlo, deinde terra nobis in promissionib. à Deo proposita. Quicquid enim apparet, quantum ad sensum corporeum attinet: totum inter se cognatum est. Etsi enim illud quidẽ loci interuallo altum esse uidetur, attamen subter intellectualem, inq; mente sola consistentem naturã est, ad quam fieri non potest, ut cogitatio ascẽdat, nisi ratione prius hæc, quæ sensus assequitur, trãsgressa sit. Quod si appellatione terræ, supernę partes denominãtur, nihil mireris. ad humilitatẽ enim nostri auditus Sermo quasi condescendẽdo sese accõmodat: qui ideirco descendit ad nos, quia nos ad illũ tolli non poteramus. Itaq; per uerba & nomina nota nobis diuina mysteria tradit, his uocib. utens, quas cõtinet humanæ uitæ cõsuetudo. Etenim in proxime præcedenti hanc promissione, inexplicabilem illam in cœlis beatitudinem, regnum appellauit. nunquid eiusmodi quippiam indicans oratione, quale

Universidad de Deusto
Biblioteca



quale continet regnum infernum? diademata quædam lapidum splendore circumfulgurantia? & floridas uestes purpureas iucundum quendā oculis delicatis splendorem reddentes? uestibula? aulæa? sublimia solia? satellitum armigerorumq; ordine circumstantium cohortes? ac quæcunq; alia in modum tragicorum spectaculorum circa eiusmodi uitę scenam addunt hi qui amplitudinem principatus per eiusmodi res in maius extollunt? Sed quoniā magnum quiddam, & supra omnia propemodum, quæ magni fiunt inter homines, regni nomē in uita est: idcirco usus est etiam eo ad supernorum bonorū declarationem. Nam si quidē aliud quippiam excellētius, quàm regnū apud homines esset: per illud potissimū nomē animum prorsus audientis sursum quasi alis additis euexisset & erexisset, ad inexplicabilis & inenodabilis beatitudinis studiū atq; cupiditatem. Neq; enim fieri poterat, ut suis ac propriis uocabulis reuelarētur hominibus illa bona, quę superant & sensum & cognitionem humanā: (neq; enim oculus uidit, inquit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit.) sed ne penitus beatitudo quæ speratur, coniecturā effugiat, pro captu humilis & abiectæ nostræ naturæ ineffabilia illa nobis produntur. Ne igitur eiusdem nominis terræ diuersa significatio, secundū cœlos mētem tuam rursus ad infernam terrā detrahat, sed siquidē à Sermone erectus es per priores beatitudinū expositiones, cœlestemq; conscendisti spem, de illa mihi terra scisciture atq; inquire, quæ non omniū hæreditas est: sed siquis propter uitæ mansuetudinē & lenitatē, illa promissione digni iudicantur, quam etiā magnus ille Dauid, qui præter omnes eos, qui ætate illius in uita uersati sunt, lenis pariter ac patiens fuisse testimonio scripturæ perhibetur, suggerente spiritu [a] præcepisse, ac per fidem iā tunc id, quòd speratur, præoccupasse mihi uidetur, quū dixit: Credo me uidere bona Domini in terra uiuentium. Non enim existimo prophetam hanc uiuentiū appellasse terrā, quæ mortalia omnia producit, & in sese rursus quicquid ex ea prodijt, resoluit: sed [b] uidit & intellexit terrā uiuentiū, quam mors nō inuasit: in qua, uia peccatorū nō trita est: quæ uitiositatis uestigiū in sese nō accepit: quam is, qui zizania seminat, nō prosicidit arato improbitatis: quę tribulos & spinas nō producit: in qua aqua requietis, & locus pascuæ: & fons, qui in quatuor riuos diducitur, & uitis, quæ à Deo summę rerū colitur: & quæcunq; denicq; alia à diuinitus prodita atq; suggesta doctrina per inuolucra uerborū audimus. Si igitur à nobis intellecta est sublimis illa terra, quæ supra cœlos uidetur, in qua ciuitas regis collocata est, de qua magnifica ac gloriosa pronuntiata sunt, ut inquit propheta, haud rectè posthac ordine continuationis beatitudinū expositionis offensi fuerimus. Neq; enim uerisimile esset, opinor, hanc rectè propositam esse terrā spei benedictionis eorū, qui rapientur, ut inquit apostolus, in nubibus in occursum Domini in aerē, & sic semper cū Domino futuri sunt. Quid igitur opus est ijs inferna terra, quorū uita spe suspensa est? rapiemur enim in nubibus in occursum Domini in aerē, & ita semper cū Domino erimus. Sed uidea mus cuius uirtutis præmiū illius hæreditas terræ proposita sit. Beati enim, inquit, mites & lenes: quoniam ipsi hæreditatē terræ cōsequentur. Quid est lenitas? & [c] in qua re lenitatē Sermo beatam iudicat? Non enim uidetur mihi oportere omnia ex æquo uirtutē putare, quęcunq; cū lenitate fiunt, si quietū pariter & tardum per hāc dictionē duntaxat significetur. Neq; enim in cursoribus, lenis est melior acceleran te: neq; in arte pugilū is, qui cū maiore difficultate tardiusq; se mouet, coronā de ad uersario tollit. quinetiā si curramus pro præmio supernæ uocationis, intendēdi celeritatē author est Paulus, dum dicit: Ita currite, ut assequamini: quoniā & ipse per uehementiorē semper motum ulterius nitebatur, ea, quæ post tergū essent, obliuioni tradens: & pugnans, agilis & uelox erat. Obseruabat enim aduersarij impetum & incursum, circa gressum firmus & cautus erat, & quum manus armatas haberet, non in uanum & inane quiddam intentabat telum, quod manib. tenebat, sed aduersarij opportunas atque ad ictus expositas patentesq; partes apperebat, aduersus ipsum corpus, plagas ferens & intentans. Vis cognoscere artem pugilis Pauli? intuere uulnera contrà certantis: aspice liuores & sugillata aduersarij, ut de no-

1.Cor.8.

[a] προγνωμικὸν: aliter προνενοημένον, id est antè animaduertisse. Psal.26.

[b] εἶδεν habetur: ego malim εἴδῃ legere.

Locus corruptus: puto legēdum pro σύνοψιν, συλλόγως. utriusq; dictionis uim exprimere conatus sum. necdum tamen ipse mihi satisfacio.

Theß.4.

Matth.5.

[c] Locus corruptus.

1.Cor.9.

2.Cor.11.



de notas & puncta uicti. Omnino aūt non ignoras aduersariū, nimirū qui per carnem oblectatur, quē per artē pugnandi, unguibus cōtinenti elacerans, suggillat: cuius membra mortificat fame, siti, frigore, nuditate: cui notas & puncta Domini imprimit & inurit: quem cursu à tergo relictū uincit: ne præcurrente aduersario tenebræ oculis suis offundātur. Si igitur Paulus in certaminibus agilis, acer & uelox est: & Dauid inimicos inuadens gressus dilatat: & spōsus in cātico, capreæ, quod ad agilitatē & uelocitatē attinet, assimilatur, montes transiliens, & in collibus saltans: multaq; eiusmodi proferre licet, in quibus celeritas motus, lenitati præferri reperitur: qui fit, ut hic quasi rem pręclaram & eximiam lenitatem Sermo beatā prędicet? Beati enim, inquit, lenes, quoniam ipsi hæreditatem terræ consequentur, illius planè terræ (nimirum) quæ bonorum fructuum fertilis est: quæ ligno uitæ frōdet: quæ fontibus spiritualium donorum irrigua est: in qua uera uitis germinat: cuius cultorem esse patrem Domini audimus. Verūm uidetur eiusmodi quippiā Sermo innuere atq; significare, quòd ualde nimirum facilis in uitium & nequitiam sit lapsus, & res propensa præcepsq; in peius natura: sicuti grauia ac pōderosa corpora sursum quidem uersus, prorsus immota manent: sin autem ab aliquo alto cacumine montis in præceps excutiantur & deturbentur, tanto impetu propria mole cursum incitante, in [a] subiectum feruntur, ut ea celeritas nulla oratione exprimi possit. Quoniam igitur res noxia atq; periculosa in his uelocitas est, beatum omnino habendum fuerit id, quod ex aduerso intelligitur. id autem lenitas est, nimirum aduersus eiusmodi naturæ impetus & appetitus, tardus pariter motuq; difficilis habitus & assuetudo. Quemadmodum enim ignis, qui natura sursum uersus semper mouetur, immobilis in contrarium cursum est: eodem modo uirtus quoque quum ad superiora, sursumq; uersus acer, uelox q; & prompta sit, nihilq; unquā de celeritate remittat, ad contrarium motum tardatur & impedita est. Ergo quia nimia in natura nostra ad mala uelocitas est, rectè in talibus quies & lenitas beata iudicatur. Nam otium & quies atque cessatio à malis, motus ad superna testimonium existit. Commodius autem fuerit per ipsa exempla, quæ in uita communi accidunt, orationem declarare. Duplex uniuscuiusq; uoluntatis motus est, ad arbitrium quò uisum fuerit progrediens, hinc ad temperantiam, illinc ad incontinentiam. Quod autem in parte uirtutis uitijq; formæ dictum est, hoc in uniuerso intelligatur. Scinditur enim prorsus in contrarios appetitus natura atq; ingenium humanum, quum uel iracundia per lenitatem atque benignitatem, uel superbia per modestiam & moderationem, uel inuidia per fauorem, uel odium & simultas per pacificum & amicum affectum ex contrario declaratur. Quoniam igitur uita quidem humana materialis & crassa est: circa materias autem perturbationes & affectus uersantur: atque omnis affectus celerem, uiolentum, irrepressibilemq; habet appetitum & impetum ad explerionem uoluntatis: (pōderosa enim & deorsum uergens materia est) idcirco beatos iudicat Dominus non eos, qui extra affectum & perturbationem apud seipsos uiuunt: (fieri enim non potest, ut in uita materiali, materiæ penitus & affectuum expers uita exigatur:) sed quatenus progrediendi facultas est, uirtutis terminum & modum in uita, quæ in carne transigitur, lenitatem dicit, ac satis ad beatificationem esse ait, siquis lenis & mānuetus sit. Non enim penitus uacuitatem affectuum, & impatibilitatem humanæ naturæ præscribit: (non enim æqui legislatoris est ea iubere, quæ natura non capit nec admittit. Nam id perinde est, ac si quis aquatilia traducat ad aeriam uitam, aut contrà ad aquam deducat ea, quæ in aere uiuunt: sed conuenit ad proprias & naturales uires aptam & accommodatam esse legem.) idcirco ut moderati pariter & lenes simus, non, ut affectuum prorsus expertes, & à perturbationibus omnino uacui simus, beatificatio nos hortatur. nam hoc quidem excedit naturam: illud uerò uirtute conficitur. Si igitur immobilitatem ad cupiditatem beatificatio instituerer, nullius usus esset, nihilq; adiumenti ad uitam benedictio afferret. (Quis enim carni & sanguini coniunctus id assequi posset?) nunc autem non eum, qui

[a] ἀπερισπάστου, est in utroque exēplari: legendum arbitror, ἀπονείμενον.

Universidad de Deusto
Biblioteca



aliquo casu concupierit, sed qui consulto uitium sibi asciuerit & contraxerit, condemnandum esse ait. Nam ut innascatur aliquando talis appetitus, sæpe infirmitas insita naturæ, etiam præter animi sententiam efficit: uerùm non in modum torrentis impetu perturbationis transuersum rapi, sed uiriliter aduersus eiusmodi dispositionem & affectum consistere, & rationibus perturbationem discutere atq; summouere, hoc uirtutis est opus. Beati igitur illi, qui ad perturbatos & uitiosos animi motus, non procliues, præcipites atq; propensi, sed ratione sedati sunt: in quibus ratiocinatio ueluti frenum quoddam impetus reprimens, non sinit animum ad immodestiam, insolentiam ac perturbationem rapi atque efferri. Magis autem id aliquis cernere possit in ea perturbatione, quæ per iracundiam contingit, quàm beata res habenda lenitas sit. Posteaquam enim uel uerbum, uel factum, uel suspicio molestior minusq; iucunda eum morbum commouerit, & sanguis circa cor efferbuerit, & animus concitatus fuerit in ultionem: quemadmodum fabulæ per medicamentorum quandam potionem, in brutorum animalium species naturam transmutari fingunt: ita uirum repentè uidere licet aprum aut canem, aut pantheram, aut aliam quampiam similium ferarum ab ira factum esse. oculi sanguine suffusi sunt: capillus erectus surgit & inhorrescit: uox aspera ac uerbis incitata: lingua perturbatione torpens & non subseruiens motibus intestinis: labia constricta, & non articulatè uerba exprimentia, neq; cohibentia in ore præ perturbatione innatum humorem, sed indecorè spumam simul cum uoce expuentia. tales manus: tales pedes: talis corporis dispositio tota: unoquoq; membro, prout animi motus fuerit, ita dispolito, pariterq; affecto. Si igitur hic quidem talis fuerit: is autem, qui beatitudinem antè oculos habeat, rationibus morbum mitiget ac leniat, constanti sedatoq; uultu, ac submissa placidaq; uoce tanquam medicus quidam ex phrenetide turpiter se gerentem arte curans: an non etiam ipse, comparatione illius cum hoc facta dices: quòd miserabilis quidem & abominandus ille efferatus: beatus uerò iudicandus hic lenis sit, qui non imitatus sit uitium proximi, nec decorum habitum oris peruerterit? Quòd autem ad hanc maximè perturbationē Sermo respiciat, perspicuum est ex eo, quòd secundum animi demissionem, lenitatem nobis præscripsit. Videtur enim alterum cum altero cohærere, ac ueluti matrem quandam eius, qui circa lenitatem uersatur habitus, esse animi demissionis constitutionem atq; tranquillitatem. Nam si ex animo superbiam exemeris, occasionem innascendi uitium iracundiæ non habebit. Cōtumelia enim & ignominia talis infirmitatis irascentibus caussa existit. Ignominia autem non mouetur is, qui sese animi demissione moderatur. Nam si quis cogitationem ab humana fraude uacuam ac puram habeat, & uilitatem naturæ, quam adeptus est, cernat, à quali initio ortus sit, & in quem finem huius uitæ breuis fluxus atque cursus tendat, & carni coniunctas sordes, naturæq; inopiam, quòd ea nimirum per sese sufficiens non sit ad sui conseruationem, nisi copia brutorum animalium suppleat id quod deest: adhæc molestias, luctus, calamitates & omnimodas morborum formas, quibus obnoxia uita humana est, à quibus nemo natura liber & immunis est: hæc si quis diligenter puro animi oculo cernat, haud facilè ad honorum defectus commouebitur & excandescet, quinimò contrà, fraudem ducet esse honorem, quo ob rem quampiam à proximo afficiatur: quippe quum nihil tale in natura nostra habeamus, quod possit cum dignitate & honore communionem habere, præterquam circa animum duntaxat, cuius honor non constat ex ijs rebus, quæ per hunc mundum expetuntur. Nam ob diuitias gloriari, aut genus ostentare, aut ad gloriam spectare, aut supra proximum esse uideri, quibus rebus complentur honores humani, hæc omnia subuersio atque dedecus animæ honoris existunt, ut nemo ratione præditus & consideratus, animæ puritatem eiusmodi aliqua re contaminare sustinuerit. Ita autem affectum & animatum esse, nihil est aliud, quàm in profundo habitu animi humilitatis esse: qua confecta atque expedita, nullum iracundia aditum aduersus animum habebit. porrò iracundia procul summota, quiera placidaq;

*Matth. 5.*



placidaq; uita transigitur: quod nihil aliud nisi lenitas est: cuius finis beatitudo atque cœlestis terræ hæreditas est, per Christum Iesum, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

## BEATI QVI LVGENT, QVONIAM *ipsi consolationem accipient.*

NONDVM in uerticem montis euasimus, sed adhuc circa radices mōtis intellectuum hæremus: etsi duos quosdam iam tumulos transiuimus ad beatam egestatem, atque hac superiorem lenitatem per beatitudines euecti: post quos tumulos ad sublimiora nos Sermo subducit, ac tertium nobis deinceps iugum per beatitudines ostendit. ad quod omni tumore & onere atque tenaciter inhærente, ut inquit apostolus, peccato depositō, nos currere prorsus oportet, ut leues & expediti in cacumine constituti puriori lumini ueritatis per animam appropinquemus. Quid igitur est, quod dicitur, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient? Risum prorsus non tenebit, siquis ad mundum respiciat, & his uerbis uterur irridens atque subsannans Sermonem. Si in uita beati habentur, qui omni calamitate conficiuntur: miseri per consequentiam planè sunt, quorum uita molestijs pariter & ægritudinibus incommodisq; uacat. Atque ita species enumerans calamitatum, risum augebit, & amplificabit, incommoda uiduitatis, & orbitatis ærumnam ante oculos proponens: damna, naufragia, captiuitates ex bellis, iniustas in iudicio sententias, exilia publicationesq; bonorum, ignominias, & infamiæ notas, calamitates contractas ex morbis, cæcitates ac mutilationes, uariaq; corporis uitia atque detrimenta, ac si quid hominibus per hanc uitam accidit incommodi, quod uel corpus uel animum attingat, omnia oratione persequetur: per quæ ut eius opinio fert, ridiculum ostendet Sermonem, quo lugentes beati iudicantur. Nos autem parum curantes eos, qui & humili & pusillo animo diuinos contemplantur intellectus, quantum eius fieri poterit, eas, quæ in hoc dicto altè defossæ iacent, diuitias penitus inspicere conemur: ut uel per hoc planum fiat, quanta sit differentia inter carnalem tertenamq;, & sublimem cœlestemq; intelligentiam. Ac prima quidem facie potest aliquis illum luctum beatum putare, qui propter delicta atque peccata existit, iuxta Pauli de tristitia doctrinam, ubi dixit, non esse unam tristitiæ speciem, sed aliam quidem mundanam, aliam uerò, quæ secundum Deum repræsentetur. ac mundanam quidem tristitiam mortis effectricem esse, alteram uerò per pœnitentiam salutem conficere mœrentibus. Nam reuera nō potest non beata iudicari talis animæ perturbatio, quum animaduerso eo, quod deterius est, uitam uitiosam deplorat. Quemadmodum enim in corporis morbis, quibus aliqua pars corporis, ex uiolenta quadam læsione tabida facta fuerit, indolentia argumento est, mortuam esse, tabidam ac languidam illam partem: sed si arte quadam medica, uitalis denuò sensus corpori restitutus sit, tam is qui laborat, quàm qui curationem administrant, dolente iam parte gaudent, quippe certissimo argumēto utentes, ad sanitatem conuertisse se morbum, eo quòd membrum sentire iam ceperit ea, quæ faciant dolorem: ita nonnulli, postquam amisso sensu doloris, ut inquit apostolus, tradiderint se uitæ peccatrici: quum, quod ad uitam cum uirtute degendam attinet, reuera mortui quidam tabefactiq; sint, nullum eorum, quæ faciunt, sensum habent. Sed siquis Sermo medicus, ueluti quibusdam calidis perurentibusq; medicamentis (futuri inquam iudicij horrendis & acerbis minis) eos perstrinxerit, & terrore eorum, quæ in expectatione sunt, cor penitus exacerbauerit, terrorem gehennæ, ignem qui non extinguitur, uermem non emorientem, stridorem dentium, perpetuumq; fletum, & tenebras exteriores, & talia uniuersa, ueluti calida quædam & acria medicamenta uoluptatis affectibus torpenti interendo, refouendoq;, eò usq; redegerit eum, ut sentiat, in qua uita

*Heb. 12.*

*Matth. 5.*

*2. Cor. 7.*

*Ephes. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



uita uersetur, beatum eum effecerit, sensu doloris animo eius insecto. quemadmo-
2. Cor. 5. dum etiam Paulus eum, qui in cubile patris debacchatus erat, tamdiu sermone uer
berat & castigat, quamdiu peccatum non sentiebat: posteaquam autem obiurga-
tionis medicina motus erat, quasi iam per luctum beatum factum consolari inci-
ἀ ἐγω, est in u- pit, ne nimio dolore, inquit, talis absorbeatur. [a] Erit autem etiam hic nobis intelle-
no: in altero, ctus ad propositam beatitudinis speculationem, & ad uitam cum uirtute transigē-
ἐγω: quam le- dam, non inutilis, propterea quòd redundet quodammodo in hominum natura
ctionē sequor. peccatum. peccati uerò remedium esse luctum ex pœnitentia demonstratum est.
Sed uidetur mihi Sermo profundius quiddam quàm ea, quæ modo dicta sunt, si-
gnificare, per durabilem luctus usum, aliud præter hoc intelligendum esse docens.
Nam si solam propter delicta resipiscentiam indicaret, magis consentaneum, ma-
gisq; conueniens erat, ut eos, qui luxissent, beatos iudicaret, non eos, qui lugе-
rent, quemadmodum exempli gratia, comparatione eius uitæ, quæ cum morbo
transigitur, eos, qui curati sunt, non qui perpetuò curantur, beatos iudicamus.
Curationis enim prorogatio, infirmitatis quoq; perpetuitatem & continuitatem
simul indicat. Atque etiam alia ratione mihi rectum esse uidetur, ut non secūdum
hunc solum intellectum ponamus, quòd Sermo propter peccatum lugentibus
beatitudinem tribuat. Multos enim inueniemus, quorum uita inculpata, nullisq;
criminibus obnoxia, atque ipsius adeò diuinæ uocis testimonio, cuiusque uirtu-
tis nomine commendata fuit. Nam quæ auaritia Ioannis? quis simulachrorum
cultus Eliæ? quod paruum aut magnum in uita illorum, historia nouit delictum?
Quid ergo? utrùm beatitudinis expertes eos esse sermo ponet, qui nec ab ini-
tio prorsus ægrotauerunt, nec remedio hoc, luctu inquam ex pœnitentia, o-
pus habuerunt? an absurdum fuerit, talеis à diuina beatitudine repellere & alie-
nos arbitrari, q uia neque peccauerunt, neque luctu peccatum sanauerunt? an
hac ratione sanè peccare, quàm sine peccato uiuere præstabilius fuerit, si solis pœ-
Matth. 5. nitentibus & resipiscentibus gratia consolatoris tribuitur? Beati enim, inquit,
qui lugent: quoniam ipsi consolationem accipient. Ergo quoad eius fieri pote-
rit, sequentes, ut inquit, Ambacum eum, qui ad sublimia nos euehit, rursus senten-
tiam, quæ contineatur in his uerbis inuestigemus, ut discamus cui luctui conso-
latio sancti spiritus proposita sit. Videamus igitur in uita humana, primum o-
mnium, quid tandem ipse luctus sit, uel ob quas res confletur & contrahatur.
Ergo manifestum id omnibus est, quòd luctus sit, tristis animi habitus & affe-
ctus, qui existit propter priuationem rei alicuius, quæ placet & accepta sit: qui
luctus in ijs, qui cum lætitia uitam transigunt, consistendi locum non habet.
Verbi caussa, prorsus aliquis in uita utitur fortuna: omnia negotia per res iu-
cundas ei secundo cursu fluunt atque procedunt. Vxore delectatur: ob libe-
ros sibi placet: præsidio fratrum munitus & tutus est: authoritate præditus &
honoratus in foro: charus principibus: metuendus aduersarijs: subditis non con-
temnendus: facilis amicis, diuitijs florens, & ijsdem in delicijs & uoluptati-
bus fruens: suauis & iucundus, nullis molestijs pressus, corpore robusto: o-
mnia consequutus, quæcunque per hunc mundum in pretio esse uidentur. Ta-
lis re quaque præsenti prorsus cum delectatione atque lætitia fruitur. sed si ali-
qua mutatio prosperitatis huius inuaserit, aut disiunctionem charissimorum, aut
damnum facultatum, aut aliquam corporis commodorum, ex aliquo aduerso
grauique casu labefactationem adducens: tunc subtractione oblectamenti con-
traria existit affectio, quam luctum appellamus. Ergo definitio eius paulo an-
tè edita uera est, nimirum, quòd luctus sit acerbus, ac dolorem capiens qui-
dam sensus priuationis earum rerum, quibus homines delectantur. Si igitur in-
tellectum est à nobis, quis sit luctus humanus: ea quæ clara ac manifesta sunt, ui-
am nobis quandam ad ea, quæ ignorantur, patefaciant, ut perspicuum nobis fiat,
quis sit luctus ille beatus, quem consequitur consolatio. Nam si priuatio bono-
rum, quæ cuique adfuerint, luctum efficit in hoc mundo, nemo autem ignoti
boni



boni iacturam deplorauerit: ipsum bonum cognoscere prius, quid tandem reuera
sit, haud alienum fuerit, atq; ita deinceps humanam naturam considerare. Per hoc
enim accidet, ut beatum luctum assequamur. Quale enim usu uenit in ijs, qui in
tenebris uiuunt, quum alius quidem in caligine natus sit, alius autem usui externæ
lucis assuefactus, ui quadam eò conclusus fuerit, ut non eodem uterq; modo præ-
senti incommodo commoueatur. (Nam hic quidem, qui nouit, quo cōmodo
priuatus sit, grauem existimat esse iacturam lucis: ille uerò, qui nec penitus qui-
dem cognouit talem uoluptatem, sine molestia uitam transiget propter caliginis
usum consuetum, nullo se bono excidisse putans: atque ex hac re accidet, ut alte-
rum quidem lucis usus desiderium nihil non moliri & excogitare cogat, quo rur-
sus uidere contingat id quo per uim priuatus est: alter uerò propterea quòd id,
quod melius est, ignorat, id quod sibi adsit bonum esse iudicans in caligine uitam
transigens consenescet:) itidem se res habet in proposita sententia atque intelle-
ctu, qui id, quod uerè bonum est, uidere potuit, deinde egestatem humanæ na-
turæ animaduertit atque considerauit, quasi calamitate accepta in animo se pla-
nè afflictabit & excruciabit, eò quòd in illo bono non uersetur, præsentem uitæ
statum luctum esse ducens. Ergo non tristitiam beatam ducere Sermo mihi uide-
tur, sed cognitionem & scientiam boni: cui animi doloris affectus accedit, pro-
pterea quòd id, quod quæritur, uitæ non adsit. Iam uerò consequens & proxi-
mum fuerit inuestigare, quæ tandem illa sit utique lux, qua obscura hæc humanæ
naturæ spelunca, in præsenti uita non illuminatur. Nunquid ad id forsitan, quod
nec expediri, nec explicari, nec comprehendi potest, cupiditas spectat? Quæ e-
nim in nobis cogitatio coniecturaue talis est, ut inuestiget eius, quod quæritur,
naturam? quæ ex nominibus pariter ac uerbis significatio constans talis est, ut di-
gnam in nobis supernæ lucis notitiam ingeneret? quomodo nominabo id, quod
spectari non potest? quomodo suggeram atque exprimam id, quod materiæ ex-
pers est? quomodo ostendam id, quod uisum effugit? quomodo comprehen-
dam id, quod superat omnem magnitudinem? quod sub quantitatem, sub quali-
tatem non cadit? quod effingi, quod assimilari non potest? quod neque loco,
neque tempore deprehenditur? quod excedit omnem experientiam, & omnem
definitiuam imaginationem? cuius opus est uita, omniumq; quæ per bonum in-
telliguntur, substantia? circa quod omnis cogitatio, omnis animi conceptus & in-
tellectus sublimis uersatur? omne nomen altum consideratur? Deitas, regnum, po
tentia, æternitas, incorruptibilitas, gaudiumq; & exultatio, & omne quodcunq; in
altitudine tam intelligitur, quàm dicitur? quo igitur modo, quibusue cogitationi-
bus, eiusmodi nobis bonum ante oculos poni possit, quod spectatur & non cer-
nitur? quod rebus uniuersis facultatem, ut sint, præbet, ipsum uerò semper est, ne-
que ut existat amplius opus habet? Verùm ne oratio frustra laboret in rebus ca-
ptum nostrum superantibus enitendo sese intendens, supernorum quidem bono-
rum naturam, quum fieri non possit, ut eiusmodi quippiam comprehensioni sub-
iiciatur, curiosè & anxiè inquirere desinamus, tantum duntaxat ex quæsitis lu-
crati; ut per hoc ipsum, quòd non possumus perspicere id, quod quærimus, ali-
quam notitiam magnitudinis rerum, de quibus quæritur, in animo formemus &
imaginemur. quanto autem cognitione nostra altius illud esse natura bonum cre-
dimus, tanto magis luctum in nobis intendamus & augeamus, quod tale ac tan-
tum sit bonum, à quo disiuncti sumus, ut ne cognitionem quidem eius capere pos
simus. Veruntamen huius boni, quod superat omnem uim comprehendendi,
nos homines olim participes eramus: ac tantum erat in natura nostra bonum il-
lud, quod superat omnem cogitationem & intellectum, ut alterum illud huma-
num bonum esse uideretur exquisitissima plenissimaq; assimilatione atque imita-
tione, ad imaginem primarij & originalis exemplaris formatum. Nam quæ nunc
de illo per coniecturas speculamur & imaginamur, hæc omnia circa hominem
quoque erant: incorruptibilitas simul & beatitudo: propria, & à nullius alterius

Universidad de Deusto
Biblioteca



arbitrio dominioúe pendens poteſtas: uita nullis negotijs implicata, nullis moleſtijs, nulla ægritudine obnoxia: ſtatioq; auguſtior, atque in locis diuinis uitæ traductio: facultas item aperta ſimul ac pura mente omni uelamento detracto, bonum contuendi. hæc enim omnia nobis liber De creatione mundi per ænigmata paucaq; uerba tecta atque inuoluta ſignificat, dum ait hominem ad imaginem Dei effictum ac formatum eſſe, & in paradiſo uixiſſe, ibiq; ſatis & enatis in delicijs eſſe uſum. Porrò plantarum illarum fructus, uita, cognitio, ſcientiaq; & res ſimiles ſunt. Si igitur hæc in nobis erant, quî fieri poteſt, ut calamitati utique non ingemiſcat, ſi quis hanc præſentem miſeriam cum beatitudine illa, quæ tunc fuit, cómparet, atque ex aduerſo examinet excutiatq; ? altum depreſſum eſt: quod ad imaginem cœleſtis factum erat, in terram redactum eſt: cui regnum deſtinatum erat, in ſeruitutem redactum eſt: quod ad immortalitatem conditum erat, morte corruptum eſt: quod in delicijs paradiſi degebat, in hoc morbis & laboribus obnoxium prædium traductum eſt: quod impatibilitati, nullisq; affectibus & ægritudinibus aſſuetum erat, calamitoſam, fragilem & caducam inuicem uitam accepit: quod nullius dominio ſubiectum, quod ſui iuris, ſuæ poteſtatis, ſui arbitrij erat, nunc à tot ac talibus malis tenetur obnoxium, ut tyrannos noſtros difficile ſit enumerare. Quiuis enim eorum, qui in nobis ſunt, affectus, quum præualuerit, dominus ſubacti & in ſeruitutem redacti exiſtit: ac ueluti tyrannus quiſpiam arce animi occupata, per ipſos ſubditos uexat ac affligit obedientes, miniſtris ad id, quod ei placitum fuerit, noſtris cogitationibus abutens. ſic ira, ſic metus, ſic timiditas, ſic audacia, ægritudinis pariter & uoluptatis affectus, odium, contentio, immiſericordia, fœuitia, feritas inhumanitasq;, inuidia, aſſentatio, iniuriarum tenax memoria pariter & indolentia, & omnes, qui per contrarium in nobis intelliguntur affectus & perturbationes, tyrannorum quorundam ac dominorum, pro ſuo imperio animam ueluti captiuam quandam ſubigentium, enumeratio eſt. Quòd ſi quis etiam perpendat calamitates corporis, quibus natura noſtra conflictatur & implicata eſt: uarias, inquam, & multimodas morborum ſpecies, quorum omnium expers & immune erat ab initio genus humanum, multo abundantiores lachrymas profundet, dum pro bonis res triſteis & acerbas inuicem conſiderat, incommoda commodis comparando opponit. Hoc igitur latenter & occultè docere uidetur, qui luctum beatum eſſe prædicat, nimirum, ut anima uerum bonum intueatur, neúe præſentis uitæ fraude immergatur. fieri enim non poteſt, ut uel ſine lachrymis uiuat, ſi quis diligenter res inſpexerit & conſideauerit, uel non in rebus triſtibus & acerbis uerſari exiſtimet eum, qui huius uitæ uoluptatibus ſeſe immergat. quemadmodum in brutis & rationis expertibus animalibus id uidere licet: quibus miſerabilis quidem naturæ conſtitutio eſt: (quid enim miſerabilius priuatione carentiaq; rationis eſt?) ſenſum uerò calamitatis nullũ habent: ſed per quandam uoluptatem etiam ab illis uita tranſigitur. ſuperbit & ferocit equus: taurus puluerem ſpargit: ſus erigit ſetas: catuli ludunt: uituli ſaltant: atq; unumquodq; animal uidere licet per certa quædam ſigna uoluptatem indicare: quæ ſi rationis oblectamentum aliquo modo cognitum haberẽt, ſtupidam & ærumnoſam ſuam uitam cum uoluptate non tranſigerent: ita ſe res etiã habet in hominibus, qui nullam cognitionem habent illorum bonorum, quibus natura noſtra priuata eſt, ab his per uoluptatem præſens uita tranſigitur. conſequitur autem, ut hi, qui præſentibus delectantur & acquieſcunt, potiora ferè non deſiderent atque requirant. Porrò qui non quærit, non inuenerit id, quod ſolis quærentibus obtingit. Hac igitur de cauſſa Sermo luctum beatum ducit, non quòd eum propter ſeipſum beatum eſſe iudicet, ſed propter id, quod ex illo accedit. Oſtendit autem Sermonis contextus, quòd nomine relationis ad conſolationem, lugere beata res hominibus ſit. Beati enim, inquit, qui lugent: & non repreſſit atque finiuit orationem in hoc, ſed adiecit: quoniam ipſi conſolationem accipient. Quã rem, quũ longè antè animaduertiſſet magnus ille Moyſes (imò uerò, qui hęc in illo diſponebat, Sermo) in

Matth. 5.



in myſticis obſeruationibus paſchæ, panem quidem fermenti expertẽ hominibus in diebus feſtis præſcripſiſſe, obſonium uerò, quo ueſcerentur, intyba agreſtia inſtituiſſe uidetur: ut per eiuſmodi ænigmata atq; inuolucra diſceremus, quòd illo myſtico feſto aliter frui non liceat, niſi ſeculi huius intyba amara ſimplici, & à fermento uacuæ uitæ ſponte noſtra immiſceantur. Propterea magnus quoq; Dauid, tameſi ſummũ humanæ felicitatis faſtigium (de regno nimirũ loquor) circum ſe cerneret, largiter tamen de intybis amaris ſuæ uitæ adijcit, ſuſpirans in eiulatu, ac deplorans prorogationem inquilinatus in carne, deficiens q; præ cupiditate ac deſiderio rerum maiorum, Hei mihi, inquit, quoniã inquilinatus meus prolongatus eſt. In alio uerò loco pulchritudinẽ diuinorum tabernaculorum defixis oculis contuens, præ deſiderio deficere ſe ait, præſtabilius ſibi eſſe ducens illic in extremis collocatum eſſe, quàm in rebus præſentibus primas tenere. Quòd ſi quis pleniùs beati huius luctus uim cõtemplari atq; animaduertere uelit, * conſideret cum in illa narratione, quæ de Lazaro ac diuite (in Euangelio) habetur: ubi eiuſmodi doctrina nobis appetitus declaratur. Memento enim, inquit Abraham ad diuitẽ, quòd receperis bona tua in uita tua. Similiter item Lazarus quoq; mala. Idcirco hic quidem ſolatio fruitur: tu uerò cruciaris. Par enim & conſentaneũ id eſt. quandoquidem ἀβουλίαν, hoc eſt, conſilij contemptus & temeritas, imò uerò κακοβουλίαν, id eſt, prauum conſilium nos à bona Dei circa hominẽ diſpoſitione atq; adminiſtratione abduxit. Nam quũ Deus bonum nullâ permixtione cum malo conſummiſceri: quoniã præ ingluuie ſponte noſtra contrario deguſtato: (dico autem de uerbi diuini contemptu & inobedientia:) nos ingurgitauimus & expleuimus: idcirco prorſus humanam naturam in utrũq; uerſari, & modò res triſteis, modò lætas inuicem experiri oportet. Porrò quũ duo ſint ſecula, duplexq; uita per utrunq; ſeculum peculiariter cõſideretur: atq; itidem lætitia quoq; duplex, alia quidem in hoc ſeculo, alia uerò in eo, quod per ſpem nobis propoſitum eſt, ſpectetur: beatiſſimum fuerit exiſtimandum, ſi quis portionem lætitiæ per uera bona in ſempiternum ſeculum recondat: triſtitiæ uerò munus in hac breui ac temporaria uita expleat non in damno ac detrimento ponens, ſi aliqua rerum earum priuetur, quæ in hac uita ſuaues ac iucundæ ſunt: ſed ſi dum illis fruitur atq; potitur, meliorum ac potiorum bonorum iacturam faciat. Quocirca ſi beatum iudicandum eſt, in infinitis ſeculis, nunquam finienda, ſed in perpetuum duratura lætitia frui, ac prorſus etiam contraria deguſtare naturam humanam oportet: non amplius difficile eſt perſpicere & intelligere ſententiam orationis, quur beati ſint, qui nunc luget: quoniam nimirum ipſi in infinita ſecula ſolatio fruentur. Solatium autem ex conſuetudine, uſu atq; communicatione paracleti, id eſt aduocati & conſolatoris exiſtit. Conſolationis enim gratia peculiare ſpiritus opus eſt: quam etiam nos conſequamur, gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

I
P
* ἐπισκοπέσθω ἀκριβῶς, habetur: ego legẽ ἀκούσῃ. Luc. 16.
Videtur hic deeſſe aliquid. ○

## BEATI QVI ESVRIVNT ET SITIVNT IVSTITIAM: QVONIAM IPSI SATVRABVNTVR.

QVi medicinæ periti ſunt, aiunt eos, qui ex ſtomacho laborãt & cibos faſtidiunt, quũ praui quidam ſucci & ſuperfluí humores ad ſuperiorẽ uentriculi partem confluxerint, ſemper plenos pariter ac ſaturos eſſe ſibijpſis uideri, atq; idcirco per adulterinã ac prauam repletionẽ & ſatietatẽ, naturali in eis appetitu extincto, utile cibũ reſpuere atq; auerſari: ſed ſi aliqua ab arte medica cura eis adhibita fuerit, per acutorũ & incidentium

Universidad de Deusto
Biblioteca



medicamentorũ potionem, ablutis & expurgatis prauis ac ſuperfluis humoribus, qui in cõcauitatibus ſtomachi intercepti atq; cõcluſi fuerint, ita tandem accidere, ut quũ id, quod alienum eſt, naturæ nõ amplius officiat atq; moleſtum ſit, iuuantis pariter ac nutrientis cibi eis redeat appetitus. atq; hoc reſtitutæ ſanitatis eſſe ſignũ, quòd non amplius coacti & inuiti, ſed cupidè & cum appetitu cibũ ſumant. Quid ergo mihi hoc principium uultr? Quoniã ordine progrediens Sermo, qui ad ſupe-
Pſal. 83. riores ſcalæ beatitudinũ gradus nos quaſi manu ducit, qui iuxta prophetæ uocem præclaras aſcenſiones in corde noſtro diſponit, talem nobis poſt antè expeditos
Matth. 5. aſcenſus, quartã aliam præmonſtrat aſcenſionẽ, dum dicit: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniã ipſi ſaturabuntur: rectũ ac cõmodum eſſe opinor, ut expurgata ſatietate & ingurgitatione animæ, quoad eius fieri poteſt, talis & cibi & potus beatũ in nobiſmetipſis appetitũ conficiamus & ingeneremus. neq; enim fieri poteſt, ut uel homo ualeat, ſi alimentum ſufficiens, uires non confirmet & ſuſtentet: uel abſq; comeſtione cibo repleatur, uel ſine appetitu nutriatur. Quoniã igitur bonũ quoddam in uita ſunt uires: hæ uerò ſufficienti ſaturitate conſeruantur: ſatietas autem per comeſtionem exiſtit, comeſtioq; ex appetitu fit: beata res fuerit uiuentibus appetitus, ut qui principium & cauſſa uirium noſtrarum exiſtat. Quemadmodum autẽ circa ſenſibilem hunc uictum affecti ſumus, quũ non eadem omnes appetunt: ſed ſæpe pro generibus eſculentorum ſumentium diuiditur appetitus: atq; alius quidam dulcibus delectatur, alius uerò acria pariter & calefacientia appetit: alius item ſalſis, alius adſtringentibus gaudet. ſæpe autem accidit, ut non ex uſu & commodo appetitus cibi in unoquoq; exiſtat: (nam ſi quis pro temperamenti quadam proprietate ad aliquod uitium propenſus eſt, is æqualium & conuenientium propria quadam ui ciborum morbum nutrit: ſed ſi ea, quæ proſint, appetere ceperit, nutrimento bonam ei ualetudinem conſeruante, prorſus in ſanitate uiuet:) eodem modo in animæ quoq; alimento accidit, ut nõ omnium cupiditates ad eandem rem propendeant & inclinent. Nam alij quidem gloriam, aut diuitias, aut aliquem mundanum appetunt ſplendorem: alijs circa menſam occupatus eſt appetitus: alij inuidiam tanquam uenenoſum aliquem cibum cupidè ſumunt. ſunt item nõnulli, qui appetunt id, quod natura bonum & honeſtũ eſt. Natura autẽ bonum ſemper & omnibus hoc eſt, quod non alterius cuiuſquam rei cauſſã ſumendum, ſed ipſum propter ſe expetendum eſt, quod ſemper eodem modo ſe habet, & nunquam ſatietate frangitur & hebetatur. idcirco Sermo beatos dicit non ſimpliciter eſurientes: ſed quibus ad ueram iuſtitiam cupiditas inclinata atq; propenſa eſt. Quę eſt igitur illa iuſtitia? hoc enim prius opinor oratione detegi atq; declarari oportere, ut pulchritudine eius animaduerſa, ita tandem appetitus in nobis ad rei conſpectæ decorem moueatur. Neq; enim fieri poteſt, ut quis cupidus ſit eius, quod non apparet: ſed ſegnis atq; ignaua quodammodo natura noſtra aduerſus ignotum, & immobilis eſt, niſi auditione uel uiſione aliquam notitiam acceperit eius, quod expetendum ſit. Aiunt igitur nonnulli eorum, qui eiuſmodi res ſcrutati ſunt, iuſtitiam eſſe habitum tribuentem unicuiq; id, quod æquũ eſt, & quo quiſq; dignus eſt. Verbi gratia, ſi quis pecunias diſtribuendi poteſtatem adeptus, ad æqualitatem reſpiciat, & pro modo indigentiæ ſumentium & participantium elargitionem temperet, iuſtus dicitur. item ſi quis iudicandi poteſtate accepta, non ad gratiam alicuius & odium ſententiam ferat: ſed naturam cauſſarum ſequens, & ſupplicio dignos afficiat, & innocentes ſententia ſua abſoluat & ſeruet, reliquarumq; controuerſiarũ uerum iudicium faciat, etiã hic iuſtus dicitur. item qui ſubditis tributa indicit, quũ pro modo uirium tributũ imponit: & paterfamiliãs, & prætor ciuitatis, & gentium rex, ſi quiſq; horum conuenienter & commodè ſubditis præſit, nulloq; impetu atq; appetitu ratione carenti, occaſione poteſtatis moueatur, ſed rectè ſubditis ius dicat, & ad uoluntates & ſtudia ſubditorũ ingenium & conſilium ſuum accommodet & temperet: huiuſmodi omnia rationi ac definitioni iuſtitiæ tribuunt & aſſignant ij, qui habitu tali id, quod iuſtum ſit, definiunt.

Ego



Ego uerò ad altitudinẽ conſtitutionis diuinæ reſpiciẽs aliquid amplius, quàm ea, quæ modò dicta ſunt, per hanc iuſtitiam intelligendũ eſſe exiſtimo. Nam ſi ſalutaris quidẽ ſermo cõmunis eſt, & ad omnem humanã pertinet naturã: non cuiuſuis aũt hominis eſt, in ijs, quæ modò dicta ſunt, officijs ac muneribus obeundis uerſari: (paucorũ enim eſt regnare, præeſſe, imperare, ius dicere, poteſtatẽ pecuniarum adminiſtrandarũ, aut alterius rei cuiuſquã diſpenſationem habere: multitudo uerò ac uulgus in numero ſubditorum & eorum, qui reguntur, ſunt:) quomodo aliquis admittere & aſſentiri poſſit, ueram iuſtitiã eſſe illam, cuius non æqualis ac par condition omni naturę propoſita eſt? Nam ſi iuſtus, prout tradunt diſciplinæ ſapientiũ externorum, æqualitatẽ ſibi propoſitam habet, ad quã potiſſimum ſpectet: excellentia aũt ac dignitas inæqualitatẽ in ſe continet: non poteſt iuſtitiæ reddita ratio definitioq; uera exiſtimari, quippe quũ ſtatim inæqualitate uitæ cõmunis refellatur. Quæ eſt igitur illa iuſtitia, quæ ad omneis pertinet? cuius appetitus cuiuis ad Euangelicã menſam ſpectanti cõmunis propoſitus eſt? ſiue quis diues ſit, ſiue pauper, ſiue ſeruus, ſiue dominus, ſiue patritius, ſiue pecunia comparatus, nulla fortuna, nullo ſtatu, nulla cõditione, nulla circunſtantia neq; augente neq; deminuente iuſti definitionem. Nam ſi id in eo ſolo, qui poteſtate aliqua atq; dignitate cæteros præcedit, reperiatur: quomodo iuſtus erit ille ad ueſtibulum diuitis abiectus Lazarus? qui nullam materiã ad talem iuſtitiam habebat? non imperium, non poteſtatem, non domũ, non menſam, non alium quempiam ad uitam apparatũ, per quem licet illam iuſtitiã ad opus & effectum deducere atq; repręſentare? Nam ſi in imperando, aut diſtribuendo, aut omnino aliquid adminiſtrando iuſtũ eſſe conſiſtit, qui in illis muneribus nõ uerſatur, expers iuſtitiæ prorſus eſt. Quomodo igitur requiete dignus habetur is, qui nihil habuit eorum, per quæ iuſtitia iuxta uulgi opinionẽ deſignatur? Quocirca quærenda nobis eſt illa iuſtitia, cuius compotem fore Ser-
mo promittit illum, qui eam expetiuerit. Beati enim, inquit, qui eſuriunt iuſtitiam: Matth. 5.
quoniam ipſi ſaturabuntur. Multis ac uarijs rebus nobis ad uſum propoſitis, quibus afficitur, quæq; appetit natura, multa nobis opus eſt ſcientia, ut nobis in eiuſmodi eſculentis diſcernamus, quid nutriat, quid noceat, ne id, quod loco cibi ab anima aſſumi uidetur, pro uita mortem nobis & peſtem efficiat. Forſitan autem nõ intempeſtiuum nec alienum fuerit, per aliam quandam Euangelicam quæſtionẽ huius dicti ſententiam diſtinguere atq; explanare. Qui per omnia communem nobiſcum naturam habuit excepto peccato, atq; eorundem nobiſcũ affectuum, incommodorum & afflictionum particeps fuit, famem nõ iudicauit eſſe peccatum, neq; eius incommodi periculum facere recuſauit, ſed affectuum naturæ, quo cibus appetitur, admiſit atq; ſuſcepit. Quum enim quadraginta dies ieiunus permanſiſſet, poſtea eſurijt. dedit enim, quando uolebat, occaſionem naturæ officio ſuo fungendi. Sed tentationũ inuentor, quũ intellexit affectũ famis etiam illum inuaſiſſe, cõſuluit, ut lapidibus exciperet appetitũ. hoc autem eſt peruertere ac detorquere appetitũ à naturali cibo ad ea, quę à natura aliena ſunt. Dic enim, inquit, ut lapides iſti panes fiant. quid enim peccauit agricultura? cuius rei gratia reſpuuntur ſemina, ut cibus ex ijs confectus reprobetur? quur arguitur ſapientia creatoris, quaſi nõ recte per ſemina, genus humanum alat? nam ſi lapis ad cibum aptior atq; cõmodior nunc apparet: nimirũ à debita prouidentia circa uitã humanã Dei ſapientia aberrauit. Dic ut lapides iſti panes fiãt. Hæc etiã nunc dicit ijs, qui à proprio appetitu tentantur, ac dicendo plerunq; eos, qui ad ipſum ſpectant, impellit, ut ex lapidibus panes conficiant. Quum enim appetitus neceſſarij uſus fines excedit, quid id aliud niſi diaboli tunc calumniantis & reijcientis ex ſeminibus confectum cibum, & ad ea, quę à natura aliena ſunt appetitũ prouocantis, conſiliũ eſt? De lapidibus comedunt, quibus fraudis & auaritię panis apponit: qui ſumptuoſas & redundantes, & opiparè ſtructas & cumulatas menſas ex iniuſtę partis bonis ſibi parant: quorũ apparatus cœnarũ, pompa quædã, faſtus & oſtentatio eſt ad ſtuporẽ & admirationẽ uulgi cõmouendã excogitata, quæ uitæ neceſſariũ uſum prætерlabitur & excedit.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quid enim cõmune habet cum usu naturæ necessario, in graui pariter & oneroso pondere argenti expolita materia, quæ esui apta non est? Quid est affectus famis? nónne desiderium eius, quo carere non possumus? Quũ enim per flatus & euaporationes euanuerit & effluxerit nutrimentũ, quo uires refectæ fuerint, rursus adiectione cõuenienti repletur id quod deest. Panis est enim, aut aliquid aliud esui aptum, quod natura appetit. Si quis igitur loco panis aurũ ori admoueat, nunquid necessitati medebitur? Quum igitur aliquis pro rebus esculentis materias esui non aptas requirit, in lapidibus planè occupatus est, quippe quũ aliud, quærẽte natura, in alio ipse uersetur. Dicit natura per famis affectionẽ propemodum uocem emittens, se nunc egere cibo: propterea, quòd denuo oporteat inuicem ingeri corpori nutrimentum quod effluxerit, & per uapores & expirationes euanuerit. tu uerò naturæ dicto audiens non es. nõ enim quod quærit, das: sed ut magnum tibi argenti pondus in mensa sit, curas, & excusores materiæ requiris: & historiam simulachrorum & imaginum, quæ in materia insculpantur, curiosè exquiris, ut habitus & affectus animi tum uehementiores, tum sedatiores, artificio summo planè sculpturis expressi cõspiciantur: ut & iram agnoscas armati, quũ gladium trucidandi causſa tollit, & cruciatum saucij, quum accepto uulnere lethali, animo se demittẽs ac mœrens habitu ipso gemere & eiulare uidetur: impetum item uenantis, & feræ immanitatẽ: ac quæcunq; alia per eiusmodi curiositatẽ & ineptã industriã, homines uani in materia ad usum mensarũ destinata effici studiosè curant. Potum natura desiderat, tu uerò pretiosos tripodas paras, labra, crateras, amphoras, & alia sexcenta, quæ nihil cum eo, quod usus requirit, cõmune habent. An non plane per ea, quæ facis, dicto audiẽs es ei, qui tibi cõsulit, ut ad lapidem respiciasſ? Quid autem attinet, reliqua huius lapidei cibi turpia exponere spectacula? uitiosa & absurda acroamata, quibus ad consequentia mala sibi uiam sternunt, incitamentis libidinũ cibum condientes? Hoc aduersarij de cibo consilium est. hæc pro cõsueto & ordinario panis usu, per hoc quod ad lapides respicere iubet, suggerit atq; proponit. Verùm profligator & peremptor tentationũ, famem quasi malorum causſam non exterminat ex rerũ natura: sed solam superfluitatẽ ac nimiam ineptamq; industriã & curam, quæ de consilio aduersarij unà cum necessario usu introducta est, auersatus, suis finibus gubernari naturam permisit. Quemadmodum enim ij, qui uinum transcolant, non reprobant id, quod in eo utile est, propter immixtos ei furfures: sed colo superflua excernentes, puri usum nõ reijciũt: ita perspicax & solers in examinando atq; discernẽdo ea, quæ ab natura aliena sunt, Sermo subtilitate speculationis famem quidem, utpote uitæ nostræ conseruatricẽ non exterminauit: superfluitates uerò necessario usui cõnexas & implicatas transcolauit & abiecit, quum dixit: illum se nouisse panem nutrientem, qui uerbo Dei naturæ conciliatus sit. Si igitur esurijt Iesus, beatum fuerit esurire, quum ad imitationem illius ingeneretur ac repræsentetur etiam fames in nobis. Si igitur intelleximus, quid sit id, quod esurit & apperit Dominus, fieri non potest, ut nunc propositæ nobis beatitudinis uim non intelligamus. Quis est igitur ille cibus, cuius appetitum Iesus sibi turpem
Ioan. 4. non ducit. Ait ad discipulos post habitum cum Samaritana sermonem: Meus ci-
1. Timoth. 2. bus est, ut faciam quod uult pater meus. non ignota est autẽ uoluntas patris, qui omnes homines seruari, & ad agnitionẽ ueritatis uenire uult. Igitur si ille nos cupit seruari, & uita nostra cibus eius existit, didicimus quis usus sit esusmodi animæ habitus & affectionis. Quis igitur hic est? Esuriamus nostram ipsorum salutem: sitiamus diuinam uoluntatẽ, quæ est, ut nos seruemur. Qua ratione igitur talem nobis famem conficere possimus, nunc didicimus à beatitudine. Qui enim iustitiam Dei desiderat, inuenit id, quod uerè expetendum est: cuius desiderium nõ uno mo
ἀμφίβολον habetur: ego lego ἀπόνως. do eorum, qui per appetitum repræsentantur, expleuit. non enim solum tanquam cibum iustitiæ usum[a] proposuit. Semiperfectus enim esset, si in hac sola affectione consisteret appetitus. nunc autem etiam potabile hoc bonum fecit, ut ardorem & feruorem cupiditatis, per sitis affectionem indicaret. Quum enim in tempore sitis

aridi



aridi quodammodo simus & ardentes, pro remedio eiusmodi affectionis potum sumimus cum uoluptate. Quoniam igitur unus quidem genere ipso cibi pariter & potionis appetitus est: diuersa uerò ad utrunq; horum affectio est: ut summum nobis & extremum boni desiderium præscriberet, beatos iudicat eos, qui duobus his affectibus fame pariter & siti ad iustitiam mouentur: quasi satis idoneum sit id, quòd desideratur, ut se utriq; appetitui inuicem accommodet, atq; esurienti quidẽ nutrimentum solidum, cum siti uerò gratiam ad se attrahenti potabile existat. Bea-
Matth. 5. ti qui esuriunt & sitiunt iustitiã: quoniam ipsi saturabuntur. Nunquid ergo iustitiã quidem expetere beatum iudicandum est: sed si quis erga temperantiam, continentiam, sobrietatem, aut sapientiã, aut prudentiam, aut si qua alia uirtutis species est, similiter affectus est, hunc Sermo beatum nõ iudicat? Verùm talem forsitan quod dicitur, sententiam in se continet. Vnum ex ijs, quæ per uirtutem intelliguntur, iustitia est. Pro consuetudine autem id sæpe diuina scriptura habet, ut facta mentione partis, totum comprehendat: ut cum diuinam naturam per aliqua nomina designat. Dicit enim tanquam ex persona Dei propheta: Ego Dominus: hoc mihi no-
Esa. 42. men æternum, & memoriale generationum generationibus. & rursus in alio loco ait: Ego sum, qui sum. & in alio, Misericors sum. & sexcentis alijs nominibus id,
Exod. 3. quod & altum & augustum est significantibus, solet Deum sancta scriptura nomi-
Ibid. 22. nare, ut per hæc certò sciamus, quòd quũ unum aliquod edat, tota nominũ congeries tacitè cum uno simul exprimatur. Non enim conceditur, nec probabile est, si Dominus dicatur, cum non etiã reliqua esse: sed omnia per unũ nomen exprimuntur. Per hæc igitur didicimus, quòd per partem aliquam multa complecti soleat diuinitùs prodita scriptura. Ergo quũ etiam hic Sermo dixisset, iustitiam ijs, qui beatè esuriant, propositam esse, per hanc, omnem uirtutis speciem designat, ut ex æquo beatus sit, qui & prudentiam, & fortitudinem, & sobrietatem, continentiam, frugalitatem, & si quid aliud per eandem uirtutis definitionem percipitur & comprehenditur, esuriat. Neq; enim fieri potest, ut una aliqua uirtutis species à reliquis disiuncta, ipsa per se uirtus perfecta sit. Nam cum quo non simul aliquid consideratur eorum, quæ per bonum intelliguntur, omnino necesse est, ut contrarium in eo locum habeat. opponitur autem continentiæ quidem & frugalitati luxuria atq; incontinentia: prudentiæ uerò stultitia, & cuiuslibet eorum, quæ in meliorem partem accipiuntur, prorsus est aliquid, quod ex contrario intelligatur. Si igitur non omnia cum iustitia considerarentur, fieri non posset, ut quod relinqueretur, bonum esset. non enim aliquis dixerit stultam iusticiam, aut audacem aut incontinentem, aut aliud quicquã eorum, quę per uitiositatẽ considerantur & intelliguntur. Quòd si ratio iustitiæ ab omnibus, quæcunq; in peiorẽ partẽ accipiuntur, uacua, pura atq; integra est, uniuersum in se bonum planè complexa est. bonum autẽ est, quicquid per uirtutem consideratur & intelligitur. Ergo omnis uirtus hic notatur nomine iustitiæ significatur: quam esurientes & sitientes Sermo beatos iudicat, satietatem eorum, quæ expetuntur, promittens. Beati enim inquit, esurientes & sitien-
Matth. 5. tes iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Quod autem dicitur, eiusmodi quandam sententiam mihi continere uidetur. Nihil earum rerum, quibus uoluptatis gratia studetur in hoc seculo, operam dantibus satietatem affert. sed, ut alicubi per ænigmata atq; inuolucra uerborum sapientia dicit, Dolium perforatum est occupatio circa uoluptates: quò semper sedulò infundentes irritũ & inexplicabilẽ quendam infinitumq; laborem ostentant, qui his rebus student, semper quidem aliquid in fundum cupiditatis infundentes, ac quicquid ad uoluptatem facit, superinijcientes, ad satietatem uerò cupiditatẽ non deducentes. Quis animaduertit ad auaritiæ peruentum esse per id, quòd accesserit auaris id quod quærebant? quis horum insana cupidine captus, ambitionis finem fecit, assequutus ea, quæ expetebat? iam uerò qui uoluptatem expleuit acroamatibus spectaculis ue, aut insanis & furiosis uentris studijs, aut ijs rebus sectandis, quæ uentrem plenum consequi solent: quid sibi ex eo, quòd his rebus frui atq; potiri licuit, superesse de-

prehen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



prehendit? An non omnis uoluptatis ſpecies, quæ corpore percipitur, ſimulatq; appropinquauit, præteruolat? ne breuiſſimũ quidem tempus apud eos, qui illam attigerint, manens? Hanc igitur ſublimem, certam ſtabilemq; ſententiam à Domino diſcimus, quòd ſolum uirtutis ſtudiũ in nobis exiſtens, ſtabilis, fixa, firma, conſiſtensq; quædam res ſit. Nam qui aliquid ex rebus ſublimibus aſſequutus eſt, uerbi gratia, continentiam, temperantiam, modeſtiam aut moderationem, aut pietatem erga numen diuinum, aut aliam quampiam ex ſublimibus pariter & Euangelicis doctrinis, nõ tranſitoriam & temporariam ob unumquodq; eorum, quę conſequutus eſt, & inſtabilem lætitiam habet, ſed conſtantem, permanentem, & omni ſpacio uitæ durantem. Quare? quia hæc quidem ſemper licet agere, ac nullum eſt temporis punctum in omni uitę ſpacio, quod bonę actionis ingeneret ſatietatem. Nam & continentia & puritas animi, & in omni bono conſtantia, & uitatio mali, donec aliquis uirtutẽ ſibi propoſitam habet, ſemper exercentur, & unà cum actione & exercitatione ſeſe producentem & durantem lætitiam habent. In ijs autem, qui abſurdis cupiditatibus ardent, etiamſi ſemper anima eorum ſpectet laſciuiam & incontinentiam, attamen nõ ſemper gaudere licet. Nam & auiditatem cibi immoderatam ſatietas ſiſtit, & bibentis uoluptas unà cum ſiti extinguitur, cæteraq; ad eundem modum & tempore aliquo opus habent, & interuallo, ut extinctus à uoluptate & ſatietate rurſus reuocetur eius, quod delectat & placet appetitus. at uirtutis poſſeſſio quibuſcunq; ſemel firmiter inſederit, non temporis ſubiacet menſuræ, non ſatietate terminatur: ſed ſemper purum, ſyncerumq; & recentẽ, & uigentem ſecundum ſe uiuentibus ſenſum ſuorum bonorum præbet. Quamobrem ijs, qui hanc eſuriunt, Deus Sermo expletionẽ promittit: expletionem, inquam, quæ ſatietate accendat, non hebetet appetitum. Hoc igitur eſt, quod docet ab excelſo intellectuũ monte ſermocinans, nempe, ut ad nullam eiuſmodi rem, cupiditatem noſtram applicemus, cuius nullus expetentibus propoſitus eſt finis. in quibus & uanum & inutile ſtudium eſt. quemadmodũ in ijs, qui uerticem umbræ ſuæ curſu inſequuntur: quorum curſus fertur in infinitum & in inexplicabile, eò ſemper celeriter elabente eo, quod petitur, [a] quò curſus inſequentis contendit. ſed ut ad eas res appetitum conuertamus, in quibus per ſtudiũ certa poſſeſſio ſtudenti acquiritur. Nam qui ad uirtutẽ aſpirat, rem propriam acquirit, bonum quod expetiuit, in ſeſe cernens. Beatus eſt igitur, qui eſurit continentiã, implebitur enim puritate. Repletio autem, ſicut dictum eſt, non auerſationem & faſtidium, ſed intentionem & uehementiam efficit appetitus, & ex æquo utraq; ſimul inter ſeſe augentur. Nam & ſtudium & affectationẽ uirtutis rei affectatę acquiſitio conſequitur: & innatum bonum aſſiduam perpetuamq; lætitiam ſimul in animam infert. Talis enim huius boni natura eſt, ut nõ in præſentia modò fruentem demulceat atq; delectet, ſed in omnibus temporis partibus lætitiã repræſentet. Nam & uitæ rectè tranſactæ memoria, eum, qui id aſſequutus ſit: & præſens uita, dum per uirtutem tranſigitur, & expectatio retributionis & remunerationis delectat, quam remunerationem non aliam quandam eſſe puto, quàm ipſam rurſus uirtutem, quæ & opus rectè facientium eſt, & præmium rectè factorum exiſtit. Cæterùm ſi etiam aliquem audacem attingere ſermonem oportet: forſitan per uirtutis & iuſtitiæ mentionẽ ſeipſum audientium appetitui proponere mihi Dominus uidetur: qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, quinetiã panis de cœlo deſcendens, & aqua uiuens: quam ſitire ſeſe Dauid in quodam pſalmo confiretur hunc beatum affectũ animæ Deo offerens his uerbis: Sitiuit anima mea ad Deum illum ualidum, uiuentem, quando ueniam & apparebo in conſpectu Dei? Qui Dauid mihi uidetur uirtute ſpiritus has magnificas Domini doctrinas iam antè edoctus, etiam expletionem eiuſmodi appetitus [b] ſibi prædixiſſe. Ego enim, inquit, in iuſtitia apparebo in cõſpectu tuo, ſatiabor uidendo gloriam tuam. Hæc igitur, ut mea quidem opinio fert, uera uirtus eſt: bonum quod cum malo permixtum nõ eſt: eſt ea quod omnis intellectus eorum, quæ in præſtantiorem partem accipiuntur, deprehen-

[a] *Locus mutilus utrobiq; eſſe uidetur.*

1. Corinth. 1.

Pſal. 41.

[b] προσσκεῖσθαι *habetur: προσκεῖσθαι, forſitan legendum.*

Pſal. 16.



prehenditur & percipitur, ipſe Deus Sermo, uirtus quæ cœlos texit, ut Ambacum exponit. ac rectè qui hanc Dei iuſtitiam eſuriunt, beati iudicantur. Nam reuera, qui Dominũ guſtauit, ut pſalmodia dicit: hoc eſt, qui in ſeſe Deum recepit, expletur eo, quod & ſitiuit, & eſuriuit, iuxta promiſſionem eius, qui dixit: Ego & pater ueniemus, & manſionem apud eum faciemus, uidelicet, Spiritu ſancto prius inhabitante. Ita mihi uidetur etiam magnus ille Paulus, qui arcanos illos paradiſi fructus deguſtauit, & plenus eorum, quæ guſtauit, & ſemper eſuriens eſſe. Etenim repletum ſe eſſe eius, quod deſiderabatur, fatetur, dum dicit: Viuit autem in me Chriſtus: & tanquam eſuriens, ſemper præteritis omiſſis ad ulteriora aſpirat, dum dicit: Non quòd iam ceperim, aut iam perfectus ſim: curro autem, ut aſſequar & comprehendam. Detur enim nobis, ut ad arbitrium noſtrũ aliquid exempli gratia eſſe dicamus, quod in rerum natura non habetur. Quemadmodum enim in ſenſibili cibo, ſi nihil eorũ, quæ nutrimenti cauſa ſumuntur, pro excremento eijceretur, ſed totum ad adiectionem corporeæ proceritatis aſſumeretur, quotidiano nutrimento per ſeſe adaugente magnitudinem, in multam proceritatem corpora excreſcerent & attollerentur: itidem illa iuſtitia & omnis unà cum ea uirtus, quoniã ſecundum eum, qui mente percipitur, cibi modum comeſta non egeritur, altiores ſemper per ſeſe participantes efficit, ſui ſemper adiectione magnitudinẽ augẽs. Quocirca ſi à nobis intellecta eſt illa beata fames, omni uitioſitatis redundantia per uomitum reiecta, eſuriamus iuſtitiam Dei, ut etiam ad expletionem & ſatietatem eius perueniamus per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Gal. 2.

Philip. 3.

## BEATI MISERICORDES: QVONIAM *ipſi miſericordiam conſequentur.*

IOrſitan aliquid tale eſt id, quod per quandam uiſionem Iacob per ænigma edoctus eſt, quum ſcalam à terra ad altitudinem cœli pertinentem, & Deum ſuper ea ſtantem uidiſſet, quale nimirũ nunc etiam nobis doctrina beatitudinum facit, quæ ſemper ad ſublimiores intellectus per eam aſcendentes erigit & extollit. Nam & illic opinor uitã cum uirtute coniunctam patriarchæ per ſpeciem ſcalæ effingi atq; informari, ut & ipſe diſceret & poſteris traderet, quòd aliter ad Deum erigi atq; extolli non licet, niſi quis ſemper ſuperna contueatur ac ſpectet, & ſublimium rerum deſiderio continenti teneatur, ut non contentus ſit in ijs, quæ rectè iam fecerit, & conſequutus ſit, manere, ſed in damno ponat, ſi ſuperiora non attingat & aſſequatur. Et hic igitur aliarum alias excipientium beatitudinum altitudo efficit, ut ipſi Deo appropinquetur, qui uerè beatus, & ſuper omnem beatitudinem conſtitutus & firmatus eſt. Prorſus autem, ut ſapienti per ſapientiam, & per puritatem puro appropinquamus, ita beato quoq; per uiam beatitudinum conciliamur. Dei enim reuera propria beatitudo eſt. quamobrem etiam Iacob ſuper eiuſmodi ſcalam Deum ſtetiſſe narrauit. Igitur participatio beatitudinum nihil eſt aliud, niſi Deitatis communicatio: ad quam per ea, quæ dicuntur, Dominus nos ſubducit. Videtur ergo mihi per eam, quæ ad conſequentiam propoſita eſt, beatitudinis expoſitionem aliquo modo Deum facere eum, qui & audiat & intelligat Sermonem. Beati enim, inquit, miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Scio in multis locis diuinæ ſcripturæ, nomine miſericordis ſancto uiros diuinam potentiam appellare. ſic Dauid in pſalmis: ſic Ionas in ſua prophetia: ita magnus Moyſes in multis locis ſuæ ſanctionis nominat numen diuinum. Si ergo miſericordis appellatio Deum decet: ad quid aliud te Sermo hortatur, niſi ut Deus fias, tanquam formatus & inſignitus propria nota Deitatis? Nam ſi Deus miſericors à diuina ſcriptura nominatur: quod autem uerè beatum iudicandum ſit, id Deitas

Gen. 28.

Matth. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



est:perspicuum fuerit quid ex consequenti intelligatur,uidelicet,si uel ex hominibus aliquis existat,qui misericors sit, beatitudine diuina dignus habeatur, quippe
Psal.114. quum id assequutus sit, quo numen diuinum denominatur. Misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur. qui ergo non beatum est illud & fieri uocari hominẽ, quo Deus ex eo, quod facit denominatur? Verùm affectare quidem
1.Cor.12. dona maiora in suis scriptis suadet etiam diuinus apostolus.nobis aũt id agendum est, non ut in animũ inducamus appetere res bonas & honestas:(hoc enim sponte insitum est humanæ naturæ, ut ad honestatẽ propensa sit:) sed ne erremus & fallamur in iudicando atq; discernendo, quid bonũ & honestũ sit.in hac enim maximè parte uita nostra peccat,nempe in eo,quod plenè intelligere nõ potest,quid natura bonum & honestũ sit,quid falsõ tale putetur.nam si nuda uitę proposita malitia nequitiaq;,& nõ honesti quadã imagine obducta atq; decolorata esset, genus humanũ ad eã nõ transfugisset.Quocirca intelligẽtia atq; prudẽtia nobis est opus ad propositi dicti cognitionẽ,ut edocti, quę sit uera insiti intellectus pulchritudo,ad eã formemur. Quẽadmodũ enim opinio de numine diuino naturaliter quidẽ insita est omnibus hominibus,sed ignorantia ueri Dei peccatur circa id,quod colitur: (nam alij quidẽ uenerant uerã Deitatẽ,quę & in patre & filio,& spiritu sancto cõsideratur: alij uerò ad absurdas opiniões delapsi,in creatura tale quid esse suspicantur: atq; idcirco quũ in re exigua à ueritate aberratũ esset, impietati aditus patefactus est:)eodẽ modo se res habet in proposito intellectu,nisi uerã sententiã percepimus & assequuti fuerimus, nõ in re exigua nobis à ueritate aberrantibus dam
Matth.5. num acciderit.Quid igit misericordia est,& circa quã rem exercetur? &quomodo beatus est is,qui inuicẽ accipit,quod dat? Beati enim, inquit,misericordes:quoniã ipsi misericordiã cõsequent.Iam uerò quę quidẽ prima facie occurrit,atq; in promptu est dicti sententia ad mutuã charitatem & compassionẽ condolentiamq; hominem inuitat,propter inæqualitatẽ & uarietatem uitæ negotiorum nõ omnibus eadem fortuna,quod uel ad dignitatẽ,uel ad constitutionẽ & cultum corporis,uel ad reliquas facultates attinet,in uita utentibus.Scinditur enim uita plerũq; in contraria,seruitute & dominatione,diuitijs & paupertate,gloria & ignominia,infirmitate, uitioq; corporis & bona ualetudine, & omnibus talibus diuisa. Vt igitur ea pars,cui deest,ad eandẽ commoditatẽ perueniat cum ea,cui quid supersit, & suppleatur id quod deest, ab eo quod redundat: misericordiam aduersus tenuiores & inferiores hominibus præscribit. nam nisi misericordia animum ad eiusmodi motum emolliuerit, nõ poterit alioqui quis in animũ inducere & impelli,ut in calamitate proximũ subleuet.ex contrario ẽm,uidelicet inhumanitate,misericordia intelligitur. Vt igitur ferus,sæuus & immitis appropinquãtibus inaccessus est: ita qui & misericors est,& incommodis proximi condolescit,affectione quasi contemperatur cum eo, qui uel rogat,uel aliqua re opus habet ad id sese dolenti atq; solicito accõmodans,quod mens anxia molestijsq; circũuenta requirit. Ac misericordia, ut eam aliquis definitione cõprehensam interpretari & explicare possit, uoluntaria tristitia est,quę conflatur ob incõmoda aliena. Quòd si nõ plenè quid per eam intelligatur, expressimus, forsitan alia ratione magis dilucidè ac planius explicari possit: Misericordia est erga eos, qui ob res aliquas tristeis ac molestas sese discruciant,cũ dilectione cõiuncta affectio.Quemadmodũ enim inhumanitas & feritas ab odio caussam & originẽ habent:sic ex dilectiõe quodãmodo misericordia enascitur: nec aliunde existeret, nisi ex hac.ac si quis plenè misericordię proprietatem exquisiuerit,intentionẽ & uehementiã inueniet diligẽdi affectionis cũ affectu tristitię cõmixtam. Nam participationẽ quidem bonorũ omnes similiter appetũt & amici & inimici:at ut incõmodorũ,& rerum tristiũ atq; acerbarũ participes esse uelint,eorũ duntaxat propriũ est,qui dilectiõe tenẽtur.atqui ex omnibus rebus,quæ per uitã coluntur & exercentur, constat rem præstantissimã esse dilectionẽ. Dilectionis aũt intentio atq; incrementũ misericordia est.Est igitur propriè beatus existimãdus, qui in tali affectione animã occupatã habet, utpote qui summũ uirtutis fastigium



fastigium contingat.Ac nemo in solis materijs illam uirtutem spectet. sic enim nõ
[a] cuiusq; hominis esset eiusmodi rei successus,præterquã eius, qui opes aliquas haberet ad benefaciendum. quinimò mihi æquius & uerius esse uidetur huiusmodi uirtutem ex studio atq; uoluntate æstimare. Nam qui bonum uoluntate duntaxat in animo sibi proposuit ac destinauit, sed inopia, quo minus id, quod honestũ est, sequatur,prohibitus est,animi destinatione nihilo inferior est eo,qui per opera uoluntatem suam ostendit.Iam uerò quantum uitæ lucrum & commodum sit,si quis sententiam beatitudinis in hanc partem accipiat, superuacuum fuerit exponere, quum uel admodum simplicibus & imperitis manifestæ sint eæ, quæ ex hoc consilio uitæ conflci commoditates possint. Nam si,uerbi gratia, omnibus eiusmodi animi affectus aduersus inferiores innatus esset, non amplius fuerit, quod uel præstet,uel inferius sit: non amplius in diuersa nomina uita diducetur:non molesta homini paupertas erit:nõ seruitus deprimet:non ignominia anget,omnia enim omnibus erũt cõmunia:æquilibritas & æquabilis tributio iuris, tum in faciendo, tum in dicendo in uita hominũ exercebitur:quũ is,cui quid superfuerit, cum eo,cui defuerit,sponte sua se exæquet: quod si accideret, nulla amplius inimicitiarũ materia relinqueretur: cessaret inuidia: mortuũ odium:extorris iniuriarũ tenax memoria: mendaciũ,fraus, bellum(quę omnia soboles atq; propago plus habendi cupiditatis sunt)sublata essent.Illa aũt incõpatibili condolentiæq; experte affectione exterminata,unà planè eijcientur,ueluti cum praua quadã radice etiã uitiositatis germina.in locum aũt exemptorum malorũ succedet bonorũ caterua,pax,& iustitia,omnisq; eorũ,quæ in meliorẽ partem intelliguntur,comitatus atq; sequela. Quid igit magis beatũ fuerit iudicandũ, quàm si ita uiuatur,ut non amplius uectibus & lapidibus uitæ nostræ securitas credatur,sed mutuis officijs muniti simus? Quẽadmodum enim immitis & efferatus insensos & inimicos efficit eos, qui feritatẽ atq; sæuitiam eius experti sint:sic ex cõtrario misereri omnes beneuoli efficimur misericordia participantibus dilectionẽ naturaliter ingenerante. Ergo misericordia, ut definitio quidẽ ostendit beneuolentiæ mater est, dilectionis pignus, uinculũ omnis amicæ affectionis. hac uerò cautione atq; securitate, quid in uita firmius & tutius excogitari possit? Itaq; meritò Sermo misericordẽ beatum iudicat, quũ eo in hoc nomine bona appareant. Cæterùm quòd hoc quidẽ consilium uitę nõ inutile sit,cuiusuis est haud ignorare.mihi aũt aliquid amplius,quàm ea,quę prima fronte intelliguntur,expressione tẽporis futuri sententia per arcana innuere uidetur.Beati enim,inquit, misericordes: quoniã ipsi misericordiam consequentur:quasi in posterũ recondita miserantibus misericordię remuneratione. Ergo prout poterimus omisso hoc facili intellectu, qui prompte primoq; aspectu à uulgo percipitur, ad uelum interius, ratione pro uiribus prospicere conemur.Beati misericordes:quo- Matth.5.
niam ipsi misericordiam cõsequentur.Iam uerò certam stabilemq; sententiã quandam & sublimiorẽ doctrinam, per hæc uerba discere licet: quòd nimirũ is, qui iuxta sui imaginẽ hominem fecit omniũ bonorũ materias atq; subsidia in natura sui operis deposuerit, ut nulla res bona atq; honesta extrinsecus in nos se ingerat & insinuet, sed in potestate nostra sit, ut habeamus, quod uelimus tanquam ex cella quadam penuaria,ex natura bonum promẽtes.per singularia enim & particularia de uniuersalibus docemur,quòd nõ alia ratione potiri quis possit eorũ, quę cupit, nisi ipse sibi bonum largiatur.quamobrẽ Dominus alicubi dicit ad auditores,Re- Luc.17.
gnum Dei intra uos est:&,Quicũq; petit,accipit:&,qui quærit,inuenit:&,pulsanti Matth.6.
aperietur: ut & accipiendi quod desideretur, & inueniendi quod quæratur, & introeũdi quò cupiamus,penes nos potestas sit, & à nostro pendeat arbitrio, quũ uelimus. Vnde per cõsequens simul probatur etiã id,quod ex contrario intelligitur: quòd nimirum etiã inclinatio atq; propensio in malũ nulla necessitate extrinsecus expellente innascitur.sed simul atq; sumpserimus in malum subsistiu, tunc in rerũ natura prouenientes,quũ sumpserimus: extra uero destinatã animi uoluntatẽ ipsum per sese malum secundum propriã substantiã nusquam situm reperitur.Ex his autẽ

[a] uel uitæ utrec bicq; habetur: ego lego ωωντος.

Universidad de Deusto
Biblioteca



libera,plena,ſummaq; poteſtas,quam in natura Dominus naturæ fabricatus eſt,ãperte demonſtratur:propterea, quòd omnia, ſiue bona,ſiue mala ſint,ex noſtra libera uoluntate dependent:& quòd diuinum iudicium incorrupta iuſtaq; ſententia ſequens ea,quę iuxta propoſitũ noſtrum cõmiſſa ac deſignata ſint,cuiq; tribuit id,
Rom.2. quod quiſ ſibi ipſe forte præſtiterit:his quidẽ,qui ut inquit apoſtolus,perſeuerantes in bono opere gloriã & honorem quærunt, uitam æternã:ijs uerò, qui ueritati non obtemperãt,ſed iuſtitiæ morem gerunt,iram, & afflictionem, & omnia,quæcunq; nomina ad acerbam & triſtem pertinent retributionẽ.Quemadmodũ enim artis exactæ,proba,uera certaq; ſpecula,tales uultuum oſtendunt effigies, qualeſcunq; ipſi uultus ſint,hilares quidem alacriũ,demiſſi aũt,obſcuri & inamœni mœrentium ac tetricorum:nec ſpeculi naturã aliquis culpare poſſit,ſi tetra & inamœna repræſentata fuerit effigies,principali forma propter mœrorem collapſa:ita iuſtum quoq; Dei iudicium noſtris affectionibus aſſimilatur: qualiacunq; à nobis
Matth.25. cõmiſſa fuerint,tales nobis de ſuo præbens retributiones. Venite, inquit, benedicti:&,Ite maledicti.Ecqua neceſſitas externa in his eſt, quæ ad dextrã quidẽ collocatis iucundã,ad ſiniſtrã uerò ſtantibus acerbã uocem attribuat? An nõ hi quidem propter ea, quæ fecerunt,miſericordiã conſequuti ſunt:illi uerò, idcirco quòd aduerſus proximos & populares immites & inhumani fuerunt, ſęuũ & immite ſibiLuc.16. pſis diuinũ numen reddiderunt? Dives ille diffluens delicijs atq; luxuria,mendici ad ueſtibulum abiecti atq; afflicti miſertus non eſt.idcirco miſericordiam ſibi præcidit,miſericordia implorata nõ auditus: non quòd una gutta de magno paradiſi fonte dempta,damnoſa eſſet, ſed quia miſericordiæ ſtilla cõmiſceri atq; cõmunicari cum inhumanitate nõ poteſt. quæ enim luci cõmunio cum tenebris eſt? qualia,
2.Cor.6. inquit,ſeminauerit homo,talia metit.quia qui ſeminat in carnẽ,ex carne metet cor-
2.Cor.9. ruptionem.at qui ſeminat in ſpiritũ, ex ſpiritu metet uitam æternã.Sementem eſſe
Gal.6. arbitror hominis deſtinatã uoluntatem:meſſem uerò uoluntati atq; propoſito cõuenientem compenſationem & retributionẽ.Fœcunda ſpica bonorum eſt ijs, qui eiuſmodi ſementem ſibi elegerint: laboriоſa ſpinarum collectio eſt ijs, qui ſpinoſa in uitam ſemina deiecerint. Oportet enim planè metere quemq; id, quod ſemi-
Matth.5. nauerit.ac fieri aliter non poteſt. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.Quæ nam oratio humana profunditatem intellectuum,qui his uerbis continentur,exponere poſſit? Nam abſoluta pariter atq; indefinita uox occaſionem præbet etiam aliquid amplius, quàm ea quæ modò dicta ſunt, exquirendi, eo quòd non adiecerit, qui ſint aduerſus quos repræſentari miſericordiam conueniat:ſed ſimpliciter dixit, Beati miſericordes. Forſitan enim nobis aliquid eiuſmodi Sermo per hæc uerba latenter innuit, ut ſententia miſericordiæ beato luctui conſentanea ſit.nam & illic beatus habebatur,qui præſentem uitam in luctu tranſigit, & hic mihi Sermo uidetur eandem doctrinam indicare. Vt enim in alienis afficimur calamitatibus, quum neceſſariorum noſtrorum amicorum aliqui in improuiſa quædam incommoda inciderint, uel ædibus paternis eiecti, uel ex naufragio nudi ſeruati, uel in poteſtatem prædonum & latronum redacti, uel ſerui ex liberis facti, uel captiui ex fortunatis & beatis: uel cum aliqua alia ſimili calamitate proſpera eorum fortuna commutata, qui paulò antè in aliqua felicitate atque commoditate uitæ conſpicui erant: ut igitur acerba quædam in animis noſtris, dum his condoleſcimus, exiſtit affectio mutua: fortaſſe multo magis in nobis ipſis opportunum fuerit eiuſmodi mentis inſtituere affectionem ac diſpoſitionem propter eam, quæ præter dignitatem in uita noſtra contigit,mutationem. Quum enim reputauerimus, quæ ſit ſplendida illa noſtra ſedes, unde excidimus: quomodo in poteſtatem latronum uenerimus: quomodo in profundo huius ſeculi demerſi nudati ſimus: quales & quàm multos pro eo, quòd liberè & ad arbitrium noſtrum uitam degebamus, dominos aſſiciuerimus: quomodo beatitudinem uitæ, morte atque corruptione interruperimus: nunquid fieri poteſt, ſi has cogitationes ſumpſerimus, ut miſericordia in alienis calamitatibus occupata ſit, &



ſit,& non animus circa ſeipſum miſerabiliter afficiatur,reputans quæ & habeat,& quibus exciderit? Quid enim hac captiuitate mirabilius? pro eo ut alamur in paradiſo, hoc morbis & laboribus obnoxium prædium in uita ſortiti & adepti ſumus: pro illa impatibilitate, infinitas paſſionum & afflictionum ſortes inuicem accepimus: pro illa ſublimi conuerſatione uitaq; communi cum angelis, ad uiuendum cum feris terreſtribus damnati ſumus: angelica pariter & impatibili uita, cum pecuaria beſtialiq; permutata. quis numero facilè comprehendere poſſit acerbos uitæ noſtræ tyrannos? furentes & ſæuientes dominos? acerba domina iracundia: altera talis inuidia eſt, odium, ſuperbiæ uitium, furioſa quædam ac ſæua tyrannis eſt: tanquam pecunia redemptis inſultans atq; illudens libidinoſa cogitatio eſt, quæ abſurdis uitioſis pariter atq; impuris miniſterijs naturam mancipat atq; addicit. quæ uerò tanta tamq; immenſa acerbitas eſt, quam auaritiæ tyrannis non ſuperet atq; præcedat? quæ miſeram animam in ſeruitutem redactam ſemper inexplebiles & inſatiabiles ſuas cupiditates cogit explere: quę cùm ſemper accipit, tum nunquam impletur, ueluti multiceps quædam fera oribus innumeris inexplebili uentri cibum tranſmittens: cui nulla unquam lucrandi ſatietas exiſtit: ſed id quod ſemper accipitur, materies atq; incitamentum plus habendi cupiditatis fit. Quis igitur hac infelici ac miſera uita cõſiderata atq; perpenſa, eiuſmodi calamitates & incommoda non miſeratur? non humano more afficitur & commouetur? Nam idcirco noſmetipſos non miſeramur, quia ſenſu malorum caremus. quale quiddam furore correptis accidit: quorum inſuperabile malum etiam ſenſum eorum, quę patiuntur, inſuper ademit. Si quis igitur ſeipſum agnouerit, qualis & prius eſſet, & qualis in præſenti ſit: (ait autem etiam Solomon alicubi, quòd qui ſeipſos cognoſcant & ſcrutentur, ſapientes ſint) is nunquam deſinet miſerari. talem autem animæ affectionem etiam diuina nimirum miſericordia, conſequetur. Quamobrem ait, Beati Matth.5.
miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. ipſi, non alij. per hoc enim nomen declaratur. ut ſi quis dicat, Beatum eſt, habere curam corporis ſanitatis. Nam qui curã habet, ipſe in ſanitate uiuet: ita miſericors beatus eſt habendus: quoniam fructus miſericordiæ proprium bonum miſericordis, exiſtit: ſiue iuxta nunc repertam à nobis rationem dicta intelligantur: ſiue etiam iuxta eam, quæ antè diſcuſſa atq; explicata eſt. de eo dico, qui in alienis calamitatibus animæ condolentiam & compaſſionem oſtendit. ſimili enim utrunq; ratione bonum eſt, & ſeipſum, iuxta modò dictam rationem miſerari, & condoleſcere infortunijs atq; calamitatibus proximorum. propterea quòd iuſtum Dei iudicium hominis aduerſus inferiores & tenuiores propenſam uoluntatem in ſuprema poteſtate demonſtrat: ut homo quodammodo ſui ipſius iudex ſit, ſibi ipſe ſententiam ferens in ſubditorum cauſſis iudicandis. Quoniam igitur creditur, & uerè creditur futurum eſſe ut omnis humana natura tribunali Chriſti ſiſtatur, ut recipiat quiſq; per corpus præmia paria factis: ſiue bonum, ſiue malum quis fecerit: (dicam forſitan etiam aliquid audacius) ſi fieri poteſt, ut arcana pariter & uiſum effugientia ratione comprehendamus, etiam nunc beatam eorum, qui miſericordiam conſequuntur, remunerationem animaduertere licet. [a] Nam quæ aduerſus eos, qui per hoc ſeculum in [a] Locus utrũbiq; mutilus eſſe uidetur.
uita miſericordiam exhibent, exiſtit in animis hominum beneuolentia, ea nimirum in perpetuum manet apud eos, qui illius gratiæ atq; officij participes fuerint. Quid igitur, ſi benefactor in tempore inquiſitionis agnitus ſit ab ijs, qui beneficio eius uſi fuerint, quomodo ueriſimile eſt eum, dum iucundis & gratis uocibus coram Deo omnis creaturæ excipietur atq; celebrabitur, animo affectum iri? nunquid aliqua alia beatitudine inſuper opus habebit, qui in tam frequenti theatro ob res optimas quaſi præconis uoce celebretur? nam quòd adſint, qui beneficium acceperint, docet Euangelij uox, ubi Rex & iuſtis, & peccatoribus reſpondet. ad utroſq; enim demonſtratiuis uerbis utitur, tanquã digito indicans ſubiectum: Quatenus feciſtis uni ex his fratribus meis minimis. per hoc enim, quod dixit, Ex his, Matth.25.
eorum, quibus benefactum fuerit, præſentiam oſtendit. Dicat nunc mihi, qui in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nimam pecuniarũ materiam futuræ beatitudini præfert: quis auri ſplendor eiuſmõdi? qui pretioſorũ lapidũ fulgores? quis indumentorũ ornatus talis: quale bonũ illud eſſe ſpes ſuggerit atq; proponit? quum rex creaturæ in ſublimi ſolio glorię magnificè præſidens, humanæ naturæ ſeie reuelauerit, & conſpiciendum præbuerit? quum circum ipſum innumerabiles angelorum uiſæ fuerint legiones, atq; adeò quùm in oculis omnium fuerit arcanum & ineffabile illud regnum cœlorum? ac rurſus ex contrario demonſtrata fuerint terribilia illa ſupplicia? in medio uerò hõrum omnis hominum natura, qui à prima creatione uſq; ad rerum uniuerſarũ conſummationem nati fuerint, tum metu, tum ſpe futurorũ ſtet ſuſpenſa atq; ſolicita, in utramq; partem euentus expectatione ſæpe tremens: atq; etiam ijs, qui cum bona conſcientia uixerint, futurum rei euentum ſuſpectum habentibus? quum alios uiderint à praua conſcientia in horridas illas ac tetras tenebras, tanquam ab aliquo carnifice trahi? ſi hic fauſtis pariter ac gratis ab ijs, qui beneficia acceperint, editis uocibus atque acclamationibus fiducia operum magnificus ac ſplendidus iudici ſe ſiſtat: nunquid ſimilem ac parem materialibus diuitijs felicitatem ac beatitudinem illam eſſe exiſtimabit? nunquid montes omneis & campos, & ſaltus, & mare in aurum tranſmutata pro illis bonis ſibi cedi ac tradi paćturus ſit? Ille uerò qui diligenter ſignaculis & clauſtris, ferratiſq; portis & tutis conditorijs mammonam abſconderit, & omni mandato antiquius magiſq; curandum duxerit, ut materia ſibi in occulto defoſſa atque congeſta eſſet, ſi is, inquam, præceps in tenebroſum illum ignem detrudatur: omnibus ijs, qui per hanc uitam
Luc.16. experti fuerint, ſæuitiam & inhumanitatem ei obijcientibus & dicentibus: Memento quòd receperis bona tua in uita tua: concluſiſti ſimul in munimentis diuitiarum miſericordiam, & reliquiſti ſuper terram miſerandi affectum: non portaſti ad hoc ſeculum humanitatem: non habes quod non habuiſti: non inuenis quod non depoſuiſti: non colligis, quod non diſperſiſti: non metes, quorum non deieciſti ſemina: digna ſementi tibi meſſis. acerbitatem ſeminaſti, collige manipulos. coluiſti immiſericordiam: habe quod dilexiſti. non aſpexiſti quenquam condolenter: non aſpicieris cum miſeratione. deſpexiſti eum qui affligeretur: deſpiceris dum peribis. fugiſti miſericordiam: fugiet te miſericordia. abominatus es & faſtidiſti egenum: faſtidiet te, qui propter me egenus fuit. Si hæc atque ſimilia dicantur: ubi aurum? ubi ſplendida uaſa? ſplendida ſupellex? ubi per ſignacula theſauris adhibita cautio? ubi ad nocturnas excubias ordinati canes, aduerſus inſidiantes armorum apparatus? in codicibus perſcripta nominum annotatio? quid hæc ad fletum & ſtridorem dentium? quis illuminabit tenebras? quis extinguet flammam? quis auertet uermem nunquam morientem? Quocirca conſideremus & intelligamus, fratres, uocem Domini tam multa paucis uerbis de rebus futuris docentem: & efficiamur miſericordes, ut idcirco beati ſiamus, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

## BEATI PVRO CORDE: QVONIAM IPSI DEVM VIDEBVNT.

QVod accidere ueriſimile eſt ijs, qui ex aliquo alto uertice montis in uaſtum aliquod pelagus deſpiciunt, id menti meæ accidit ab excelſa uoce Domini, tanquam de aliquo cacumine montis, ad inexplicabilem intellectuum deſpectanti profunditatem. Quemadmodum enim in multis locis maritimis, montem uidere licet circa eam partem qua mare ſpectet, quaſi dimidium abſciſſum, & à uertice ad profundum uſq; directo abraſum: cuius in ſuperiore parte cacumen quoddam proiectum profundo imminet. quod igitur accidere ueriſimile eſt ei, qui à tali tantæq; altitudinis ſpecula



cula in profundum mare deſpiciat: itidem mihi nunc animus quaſi uertigine laborat in magna hac domini uoce ſuſpenſa: Beati puro corde: quoniam ipſi Deum uidebunt. Deus ſpectaculo propoſitus eſt ijs, qui cor expurgatum habuerint. Deum nemo uidit unquam, ut Magnùs inquit Ioannes. confirmat autem eam ſententiam etiam illa ſublimi mente Paulus, qui dixit: Quem nullus hominum uidit, neque uidere poteſt. hæc eſt illa leuis, abraſa atque prærupta petra, quæ nullum in ſeſe intellectuum ſuſtentamentum & firmamentum oſtendit: quam etiam Moyſes itidem inacceſſam in ſuis decretis pronũtiauit, ut nuſquam mens noſtra adire poſſit, quicquid enitentes apprehendere, quoúe ſeſe ſubleuare poterant, per illam ſententiam abraſo: non eſt enim inquit, qui Dominum uidebit, & uiuet. Atqui, uidere Deum, uita ſempiterna eſt. hoc autem fieri non poſſe, ut Deus uideatur, columnæ fidei Ioannes & Paulus & Moyſes affirmant. Vides ne uertiginem, cum qua unà trahitur animus ad profunditatem eorum, quæ in hac oratione conſiderantur? Si Deus eſt uita: qui non uidet Deum, uitam non uidet. quòd Deus uideri non poſſit, tum prophetæ, tum apoſtoli diuino ſpiritu ducti atteſtantur. in quas anguſtias ſpes hominibus redigitur? Verùm ſubleuat atque ſuſtentat Dominus labaſcentem ſpem. quemadmodum Matth.14. in Petro fecit: quem periclitantem, ne ſubmergeretur, rurſus in ſolida atque reſtenti ueſtigijs aqua collocauit. Si igitur etiam ad nos manus Sermonis admota fuerit, & inſtabiles in profundo ſpeculationum, in alterutro intellectu conſtituerit, extra metum erimus, firmiter quaſi manu ducentem nos Sermonem amplexi. Beati enim inquit, qui puro corde prædíti ſunt: quoniam ipſi Deum uidebunt. Promiſſio quidem certè tanta eſt, ut ſuperet extremum terminum beatitudinis. Quid enim aliquis poſt eiuſmodi bonum, aliud deſideraverit, quum omnia habeat in eo quem uiderit? Nam uidere, in uſu ſcripturæ idem ſignificat, quod habere: quemadmodum illud, Videas bona Hieruſalem, idem quod, Pſal.127. inuenias, ſignificante uerbo. Et, Tollatur impius, ne uideat gloriam Domini, per non uidere, non participem eſſe, propheta ſignificante. Ergo qui Deum uidit, quicquid in bonis numeratur, per hoc quod uidit, adeptus eſt: uitam ſine fine, æternam incorruptibilitatem, immortalem beatitudinem, regnum ſine fine, lætitiam continentem, uerum lumen, ſpiritualem & dulcem uocem, gloriam inacceſſam, perpetuam exultationem, omne denique bonum. Enimuero quod in promiſſione beatitudinis per ſpem proponitur, tale ac tantum eſt. ſed quoniam antè demonſtratum eſt, modum uidendi Deum confici per hoc, ſi quis puro corde extiterit: in hoc rurſum mens mea quaſi uertigine correpta æſtuat ambigendo, an ne puritas cordis ſit ex ijs rebus, quæ neque effici poſſunt, & naturam noſtram ſuperant & excedunt. nam ſi per hanc Deus uidetur: Moyſes autem & Paulus non uiderunt per hoc, quod neque ab ſeſe, neque ab alio quoquam Deum uideri poſſe affirmant, ea, quæ nunc à Sermone beatitudini proponitur, res eiuſmodi eſſe uidetur, quæ effici atque repræſentari non poſſit. Quid igitur lucri nobis accedit ex eo, quod cognouimus, qua ratione Deus uideatur, ſi uires rei excogitatæ non adſunt? Id enim ſimile eſt, ac ſi quis diceret, beatum eſſe in cœlo uerſari: quoniam illic conſpicientur ea, quæ in hoc ſeculo non conſpiciuntur. Nam ſi aliqua ratio expediendi itineris in cœlum per Sermonem præmonſtraretur: utile audientibus eſſet didiciſſe, quòd beatum ſit in cœlo uerſari. quandiu autem aſcenſus expeditus non eſt, quid emolumenti affert cognitio cœleſtis beatitudinis, angens duntaxat & malè habẽs nos edoctos, qualibus rebus priuati ſimus, & propter aſcenſum impeditum careamus. Nunquid igitur adiid, quod naturam noſtram excedit, Dominus hortatur, & ſuperat modum humanarum uirium magnificentia præcepti? Non ita ſe res habet. Neq; enim uolucres fieri iubet, quibus alas non produxit: neq; ſub aqua uiuere, quibus terreſtrem * uitam aſſignauit. Si igitur lex in alijs omnibus accipientium uiribus

* Locus utrobiq; que ualde corruptus: quem coniecturas ſequutus ita reddidi.

* Locus corruptus utrobiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



conueniens est, & ad nullam rem, quæ supra naturam sit, cogit: etiam hoc prorsus ex eo quod consentaneum est, intelligemus, non desperandum uidelicet esse id, quod per beatitudinem prænonstratur: sed & Iohannem, & Paulum, & Moysen, & si quis alius illorum similis est, non excidisse hac sublimi beatitudine, quæ ex conspectione Dei accedit: neque illum, qui dixit, Recondita est
2. Tim. 4. mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi iustus iudex: neq; eum, qui recubuit super pectus Iesu: neque eum, qui audiuit à uoce diuina, Cognoui te præter
Ioan. 21. omneis. Si ergo non ambigitur, quin illi, qui contemplationem Dei supra uires esse prædicauerunt, beati sint: beatitudo autem ex conspectione Dei existit, atque Deum uidere contingit, si quis puro corde sit: certè puritas cordis, per quam bearum fieri licet, non est ex ijs rebus, quæ confici non possunt. Qui igitur dici potest, quòd & illi, qui cum Paulo contemplationem Dei supra uires esse pronuntiant, uera dicant, & Domini uox illis non aduersetur, quæ Deum per puritatem cordis conspectum iri pollicetur? Videtur mihi haud alienum esse, si de his rebus paucis digrediendo primùm quædam proponamus, quæ tanquam firma atque nullius probationis egentia sumamus, ut commodè nobis circa rem propositam speculatio procedat. Diuina natura, quicquid ipsa tandem per se secundum essentiam est, superat omnem comprehendendi rationem atque solertiam, quippe quæ coniecturales rationes & excogitationes reijciat, repellat, aspernetur & non admittat: ac nulla adhuc inter homines facultas ad comprehensibilium animaduersionem & cognitionem inuenta est: nullaq; ratio, nullum compendium, nulla uita, nullus apparatus, nullum instrumentum excogi-
Rom. 11. tatum est, quo res inexplicabiles comprehendantur. Quapropter magnus ille apostolus ἀνεξιχνίαστους, id est omni inuestigatione superiores, siue imperuestigabiles uias eius nominat, significans per ea uerba, cogitationibus inaccessam esse illam uiam, quæ ducit ad naturæ diuinæ cognitionem. quasi nullus adhuc eorum, qui uitæ cursum antè confecerunt, aliquod uestigium uel signum cognitioni impresserit, quo signo excogitaretur & perciperetur res, quæ superat omnem cognitionem. Talis autem secundum naturam quum sit is, qui superat omnem naturam, alia ratione & uidetur & percipitur, qui & uideri & comprehendi non potest. multi autem sunt modi talis contemplationis & cognitionis. Licet enim per eam, quæ in uniuerso apparet, sapientiam coniectando cernere eum, qui omnia cum sapientia fecit. quemadmodum etiam in operibus humanis, mente cernitur aliquo modo artifex propositæ cuiusque structuræ, quippe qui artem in opere condiderit. Cernitur autem non natura artificis, sed scientia duntaxat artificiosa, quam artifex in opere expressam reliquit. Eodem etiam modo quum ad ornatum, qui in creatura conspicitur, respicimus, notio quædam in animo nostro informatur non essentiæ, sed sapientiæ eius, qui res uniuersas sapienter fecit. quinetiam si nostræ uitæ caussam considerauerimus, quòd non ex necessitate, sed ex bonæ uoluntatis destinatione ad creandum hominem motus sit, rursus etiam per hunc modum Deum à nobis uisum & animaduersum esse dicimus, quum non naturam, sed bonitatem comprehenderimus. Eodem modo cætera quoque omnia, quæ cogitationem erigunt ad cónsiderationem eius, quod & præstat & excellit, & melius ac superius est, quàm cæteræ res: talia omnia contemplationem & cognitionem Dei nominamus, unaquaque sublimi cogitatione atque consideratione Deum nobis in conspectum adducente. Nam & potentia, & puritas, & eodem modo sese habere, & cum contrario permixtum non esse, ac talia omnia, diuinæ cuiusdam & sublimis opinionis & notionis usum & imaginationem animis imprimunt atque informant. Igitur per ea, quæ modò dicta sunt, ostèditur, quomodo & Dominus uera dicit, qui pollicitus est, Deum ab ijs qui cor purum habeant, conspectum iri: & Paulus non mètitur,
1. Tim. 6. qui in suis scriptis dicit, quòd Deum neq; uiderit quisquam, neque uidere possit.

Nam



Nam qui natura inuisibilis est: dum per quasdam, quæ circa ipsum animaduertuntur proprietates, cernitur, efficientijs & actionibus uisibilis atque conspicuus fit. Verùm non ad hoc solum beatitudinis sententia spectat, ut ex quadam efficacia atque operatione, eum qui operetur, talem esse animaduertere atque existimare possimus. (forsitan enim etiam sapientibus huius seculi per aptitudinem atque concinnitatem mundi supernæ sapientiæ atq; potentiæ animaduersio cognitioq; contingere possit.) sed aliud mihi magnificentia beatitudinis ijs, qui capere & animaduertere possint id quod desideratur, nempe consilium tradere atque suggerere uidetur: porrò consideratio atque intellectus, qui mihi in mentem uenit, per exempla atque similitudines declarabitur. Bonum quoddam in uita humana sanitas corporis est. sed beatum est, non modò scire rationem sanitatis, uerùm in sanitate uiuere. Nam si quis laudes sanitatis persequutus cibum sirmat, qui malos humores & morbos generet, quid huic, dum morbis conficitur, laudes sanitatis prosunt? Eodem igitur modo propositam quoq; orationem intelligamus, quòd non cognoscere aliquid de Deo Dominus beatum esse dicat, sed in sese Deum habere. Beati enim puro præditi corde: quoniam ipsi Deum uidebunt. non enim mihi uidetur quasi ex aduerso spectandum Deum proponere ei, qui animæ oculum habuerit expurgatum: sed forsitan hoc nobis magnificètia dicti suggerit, quod etiam ad alios Sermo apertius exprimit, ubi dixit, Intra uos est Luc. 17. regnum Dei: ut doceamur, quòd qui cor suum ab omni creatura atq; uitiosa affectione expurgauit, in suaipsius pulchritudine, diuinæ naturæ imaginem intuetur. ac mihi uidetur Sermo paucis, quæ dixit, eiusmodi consilium complecti. O uos homines, quibus inest aliqua cupiditas contemplandi id, quod uerè bonum est, quum audieritis diuinam maiestatem supra cœlos elatam & exaltatam, & gloriam eius inexplicabilem, pulchritudinem ineffabilem esse, naturam comprehendi ac percipi non posse: ne prolabamini ad desperationem, quasi non possitis intueri quod desideratis. Nam quod à te capi & comprehendi potest, Dei contemplationis in te modus est: quippe quum is, qui te formauit, tale bonum statim ita naturæ quasi ineſſentiauerit, siue consubstantiauerit & incorporauerit: tui enim fabricatio ni & cōstitutioni Deus suæ naturæ bonorum simulachra similitudinesq; & quasi imitamenta impressit & informauit, ueluti ceram quandam sculpturi figura præformans & fingens. sed uitiositas diuinam imaginem referenti signo circumfusa bonum turpibus uelamentis obductum & occultatum inutile tibi fecit. Si igitur diligenti & accurata uita sordes cordi illitas & obductas rursus abluetis, resplendebit in te diuina pulchritudo. Quemadmodum in ferro fieri soler, quum id, quod paulo antè nigrum erat, per cotem detracta rubigine, splendores quosdam in se ad solem refulgens & nitores edit: ita homo quoque internus, quem cor Dominus nominat, quum sordes rubiginosas, quæ propter prauum situm in forma efflorueruntabsterserit, rursus cum originali & principali forma similitudinem recuperabit, ac bonus erit. nam quod boni simile, bonum prorsus est. Ergo qui seipsum uider, in seipso quod deliderat, intuetur: atque ita beatus sit, qui corde puro præditus est: quoniam dum suam puritatem intuetur, per imaginem, formam principalem animaduertit. Quemadmodum enim ij, qui in speculo solem uident, etiamsi cœlum ipsum fixis oculis non contueantur, nihilo secius, in splendore speculi solem uident, quàm illi, qui ipsum orbem solis intuentur: ita, inquit, etiam uos, etiamsi uires uobis non suppetant ad contemplandum & animaduertendum lumen inaccessum, si ad eum, qui ab initio in uobis constituus est, imaginis decorem ac gratiam reuersi fueritis, in uobis ipsis, quod quæritis, habetis. Puritas enim & uitiorum affectuumq; uacuitas, & ab omni malo alienatio Deitas est. Si igitur hæc in te sunt, Deus prorsus in te est. Quum igitur ab omni uitiositate pura, ab affectu ac uitio libera, atq; ab omni inquinatione seiuncta in te ratio fuerit, beatus es propter acumen atque claritudinem usus: quoniam id, quod effugit usum eorum, qui non fuerint purgati, ipse expurgatus animaduertis, ac materiali

caligine

Universidad de Deusto
Biblioteca



caligine ab oculis animi dempta, per puram cordis serenitatem beatum spectaculum clarè cernis. Hoc autem quid est? sanctimonia, puritas, simplicitas, omnes eiusmodi lucidi diuinæ naturæ splendores, per quos Deus uidetur. Verum quod hæc quidem ita se habeant, ex ijs, quæ dicta sunt, non dubitamus. sed quod ab initio in dubio ponebatur, adhuc in eadem perplexitate Sermo relinquit[a]. Vt enim is, qui in cœlum euasit, participatione fruitur cœlestium miraculorum: sed ascendi modus impeditus efficit, ut nihil nobis prosint ea, de quibus nihil cõtrouersiæ est: ita ex purgatione cordis beatitudinem existere non dubitatur: sed quomodo quis cor ab inquinamentis expurgare possit: eadem prorsus, quæ in ascensu in cœlum apparet, difficultas esse uidetur. Quæ igitur scala Iacobi? qualis inuenietur igneus currus ad similitudinem eius, qui prophetam Eliam in cœlum euexit, quo ad superna miracula cor nostrum erectum, terreum hoc pondus excutiat? Nam si quis necessarias animi affectiones & uitia, cogitatione exactè complexus fuerit, atque perpenderit, nulla uia, nulla ratione, nulla machinatione fieri posse putabit, ut coniuncta mala amoueantur. Protinus à passione, ab affectione, à perturbatione, ab ægritudine natiuitas nostra orditur, & per passionem & affectionem incrementum progreditur, & in passione & affectu uita nostra desinit: atque commixtum quodammodo malum cum natura est, per eos, qui antiquitus passionem, uitium & affectum admiserunt, qui per inobedientiam morbum inuexerunt & introduxerunt. Quemadmodum autem successione atque continuatione subinde nascentium per quamque speciem animalium natura simul traducitur & propagatur, ut iuxta rationem naturæ, quod natum fuerit, idem sit cum eo, unde natum est: itidem ex hominè homo nascitur, ex obnoxio uitijs, perturbationibus, & affectibus, ijsdem obnoxius, ex peccatore peccator. Ergo unà cum nascentibus aliquo modo peccatum existit, simul & nascens & augescens, & cum termino uitæ una desinens. Verùm assequutu nobis difficilem esse uirtutem, immensis & infinitis sudoribus & laboribus, studio atque defatigatione uix parabilem, in multis locis de sacra scriptura didicimus, arctum, & per angustias porrectum iter regni audientes, latam uerò deciuem & expeditam uiam, quæ per uitiositatem & nequitiam, uitam in perniciem abducit. non tamen nulla planè ratione confici & expediri potest sublimem uitam, scriptura affirmat, quæ tot uirorum in sacris libris miracula exposuit. Sed quum duplex sit in promissione uidendi Deum intellectus: unus quidem cognoscendi naturam uniuersitati in supernis præsidentem: alter uerò, per puritatem uitæ cum Deo quasi contemperandi & coniungendi: primam quidem contemplationis speciem impeditam esse, & cõfici non posse, sanctorum uox declarat: secundam uerò per præsentem doctrinam humanæ naturæ Dominus promittit, quum dicit, Beati puro corde: quoniam ipsi Deum uidebunt. Porrò quomodo purum fieri liceat, id per omnem propemodum Euangelicam doctrinam tibi discere licet: nam si ordine deinceps posita præcepta percurreris, manifestum cordis purificatorium remedium deprehendes. Quum enim uitium & nequitiam bifariam diuisisset, eiusq; unam speciem posuisset, quæ per opera designatur, alteram, quæ cogitando concipitur: prius quidem per antiquam legem, eam, quæ per opera proditur, nequitiam punsuit: nunc uerò ad alteram peccati speciem legem spectare facit, non improbum facinus puniens, sed ut ne prorsus quidem malum existat, prospiciens & cauens. Nam ex animi destinata uoluntate nequitiam eximere, est ex magna superfluitate uitam à sceleribus facinoribus efficere alienam. Porrò quum in multas parteis multasq; species uitiositas diducta sit, unicuiq; earum rerum, quæ uetitæ sunt, per præcepta, proprium oppositum remedium atq; curationem. ac quoniam iræ morbus per omnem uitam plerunq; in promptu atq; in procliui est, ab eo, quod magis obtinet ac dominat, curationẽ ordit, iræ uacuitatẽ sanciens in primis: Didicisti, inquit, ab antiqua lege, Non esse cædem faciendam: nunc disce, Iram aduersus proximos & populares ab anima segregandam esse. nõ enim penitus irasci uetuit: (licet enim ob bonũ nõnunquã uti tali animi impetu:) sed

[a] ἄχρις habetur, ego lego κατοκλείνει.

Matth. 5.



sed ob nullum bonum aduersus fratrem ira aliquando concitari: id uerò præceptũ extinguit ac tollit. Quicunq; enim, inquit, irascitur fratri suo temerè nullaq; ratione. nam adiectio dictionis temerè, ostendit tempestiuum & opportunum esse læpe iracundiæ usum: quum uindicãdi peccati causa efferbuerit is affectus. Hæc iræ species Phineeso scripturæ testimonio assignatur, quum cæde delinquentium minas Dei aduersus plebem commoti placauit. Deinceps ad ea, quę per uoluptatem delinquuntur, curando tra«sit, & adulterij petulantem & importunam cupiditatem per interdictum ex corde tollit. ita sigillatim etiam omnia inuenies in sequentibus corrigere Dominum, aduersus unamquamq; uitiositatis & nequitiæ speciẽ sanctionibus obsistentem. Prohibet iniuria pugnam lacessere, ac manus asserre per hoc, quod ne propulsare quidem iniuriam permittit. Exterminat auaritiæ uitium per hoc, quod imperat, ut non modò patiamur nos exui, sed id etiam, quod nobis relictum fuerit, aduersario concedamus. medetur timiditati, iubens nos mortis esse contemptores. Et in summa per unumquodq; interdictum reperies in modum aratri inciforem Sermonẽ prauas peccatorũ radices ex intimo corde nostro effodere: quibus interdictis à spinosis fructibus licet expurgari. Ergo per utrunq; naturã demeretur, quòd & bonũ promittit, & ad quancq; rem propositã suggerit nobis doctrinã. Quòd si laboriosum studium bonarum rerũ esse putas, compara rem cum uita contraria: ac reperies, quanto malitia nequitiaq; laboriosior & molestior fit, si non ad præsentia, sed ad futura respicias. Nam qui gehennæ mentionẽ audierit, is non amplius cum labore & studio se à uoluptatibus cũ peccato coniunctis abstinebit: sed solus metus cogitationi infectus ad expellẽdũ uitia sufficiet. Enimuerò haud incõmodum fuerit animaduerso, quod tacitũ subauditur, uehementiorẽ dehinc concipere cupiditatẽ. Nam si beati sunt, qui puro corde præditi sunt: miserabiles omnino sunt, qui mentẽ sordidatã habent: quoniã faciẽ aduersarij intuebuntur. itemq;, Si ipsa diuina effigies imprimitur uitæ cũ uirtute cõiunctæ, perspicuum est quòd uita uitiosa, forma ac facies aduersarij existit. lã uerò si secũdum diuersas considerationes Deus quolibet eorũ uocabulorũ, quæ circa bonũ intelligũtur, cognominat, lumẽ, uita, incorruptibilitas, & quęcũq; eius generis sunt: prorsus ex aduerso id, quod cuiq; horũ oppositũ est, nequitiæ inuẽtori attribuetur: tenebræ, mors, corruptio, & quæcunq; eiusdem cum his generis & naturæ sunt. Quocirca quum didicerimus quibus rebus & nequitia, & cum uirtute uita coniuncta formentur & insigniantur, proposita nobis iuxta liberum animi arbitrium in utrã partem uelimus declinandi potestate, fugiamus formam diaboli, deponamus prauam personam, resumamus diuinam imaginem, simus puri corde, ut efficiamur beati, diuina in nobis imagine, per purum uitæ institutum impressã per Christum Iesum Dominum nostrum, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Num. 25.

Locus mutilus.

## BEATI PACIFICI: QVONIAM *ipsi filij Dei uocabuntur.*

SACRI testimonij tabernaculi, quod legislator iuxta demonstratam sibi in monte à Deo formam Israelitis fabricatus est, omnia quidem & sancta & sacra sigillatim erant, quæcunq; septis intrinsecus continebantur: ad intimam autem in his partem accedere ac penetrare fas non erat: eaq; sancta sanctorum dicebatur, indicante, opinor, hac amplificatiua nominis formatione, quòd ea pars non etiam pari cum cæteris conditione particeps sanctitatis esset: sed quantum differret à communi atq; prophano consecratum & sanctum, tanto illa pars inaccessa: quoue adire aç penetrare fas non erat, sanctis, quibus circundata erat, sacrior & purior esset. Ad eundem igitur modum ex his, quæ nobis in hoc monte prædemonstratæ sunt, beatitudinibus, arbitror ego omnia quidẽ sacra ac sancta sigillatim, quæcunq; superior diuinus Sermo

compositit

Universidad de Deusto
Biblioteca



composuit & affirmauit: quod autē nunc cōtemplationi atq; cōmentationi propositū est, adyton, id est, inaccessum, reuera ac sanctū esse sanctorū. Nam si uidere Deū ab nulla re superari potest in bono, filiū Dei fieri omnē planè superat felicitatē. quæ nā enim uerborū excogitatio? quæ nā ex nominibus conflata significatio tantæ promissionis donū cōplectetur. Quodcunq; uehementiore mentis intētione aliquis cogitauerit, supra illud prorsus est id, quod significatur: si bonū, uel charū & honorandū, uel sublime nominaueris id, quod in exta beatitudinem hanc per promissionē propositū est, amplius quàm pro significatione illorū nominū, declaratur: superat uotū prosper successus & felicitas, quæ consequitur: supra spem donū, supra naturā gratia est. Quid est homo si cū diuina natura cōparetur? cuiusnam sanctorū proferā uocē, per quā genus humanū extenuatur? secūdū Abrahamū rera ac cinis: secundū Esaiam fœnū: secundū Dauidē, ne fœnū quidē, sed simile fœno est. Nam ille quidē dicit, Omnis caro fœnū: hic uerò ait: Homo quasi fœnū. secundū Ecclesiastem, uanitas: secundum Paulum, miseria est. Quibus enim seipsum apostolus uerbis denominat, his uniuersum genus humanū miseratur. hæc homo: Deus autē quid est? Quomodo dicā, quid, cuius ne uidēdi quidē, nec auribus percipiendi, neq; corde cōprehendendi potestas est? quibus uocibus enunciabo naturā? quod huius boni inter ea, quæ nota sunt, exemplar & similitudinem inueniam? quas nouas formabo uoces ad significandū id, quod & ineffabile & inexplicabile est? Audiui diuinā scripturā magna de superna natura exponentē: sed quid hæc ad ipsam naturā? Quantū enim ego poterā capere, tantū scriptura dixit, non quantū est id, quod significatur. Vt enim eorū, qui respirando aerē ad se trahunt, quisq; pro ea, quæ in ipso est, capacitate, alius quidē plus, alius uerò minus aeris assumit: non tamen is, qui multū in se detinet aerē, totū intra sese elementū redegit, sed & is ex toto quantū poterat, sumplit, & totū nō habet: ita sanctæ quoq; scripturæ de Deo sermones, qui nobis ab ijs, qui sancto spiritu afflati erant, expositi sunt, ad nostræ mentis quidē modū sublimes & magni sunt: atq; adeò superant omnē magnitudinē, sed uerā magnitudinē non assequuntur. Quis cœlum, inquit, palmo dimensus est, & manu aquā, & omnē terrā pugno? Vides ne magnifica uerba describentis inexplicabilē potentiā. Sed quid hæc ad id, quod reuera est? Nam partē aliquā diuinæ efficientiæ talibus magnificis uerbis Sermo propheticus indicauit. ipsam uerò potentiā, unde efficientia existit: (ne quid dicā de natura unde potentia procedit:) neq; dicendo expressit, neq; expressurus fuerat, quinetiā sermone reprehendit eos, qui quibusdā coniecturis diuinum numen quasi adumbrando exprimunt, atq; effingunt, tanquā ex persona Dei talia uerba proferens: Cui me assimilastis? dicit Dominus. Idē uerò consiliū Ecclesiastes quoq; in suis ponit sermonibus: Ne festines efferre uerbū ante faciē Dei. quoniā Deus in cœlo supra, & tu in terra infra: ostēdens, opinor, per elementorū abinuicem distantiā, quantopere diuina natura terrenas superet cogitationes. Huic tamen tali ac tātæ rei, quā neq; uidere, neq; audire, neq; ratione perpēdere licet, is, qui pro nihilo in rebus uniuersis reputatus est homo, qui cinis, qui fœnum, qui uanitas est, cōsiliatur, atq; in locum filij assumitur à Deo rerū uniuersarū. Quæ gratiarū actio huic beneficio par inueniri potest? quæ uox? quę mēs? quę sententia? quis cogitationis motus? quibus insuperabile beneficiū celebretur? Excedit homo suā ipsius naturā, immortalis ex mortali: ex fragili atq; caduco, integer & incorruptus: ex diario atq; temporario, sempiternus: in summa, Deus ex homine euadēs. Nam quū dignus habitus sit, qui filius Dei fiat, dignitatē patris in sese prorsus habebit, atq; omnīū paternorū bonorū hæres existit. O diuitis domini magnificā largitionē. O largā & uberē palmā: ô magnam manum. quanta arcanorū thesaurorū sunt dona? In patrem propemodum atq; ipse est, honoris conditionē humanitate adductus, naturā propter peccatū ignominia notatā atq; dehonestatam recipit. Nam si eius, quod ipse est, propinquitatē & necessitudinem hominibus largitur: nunquid aliud, atq; parem quādam honoris conditionem per cognationē pollicetur? Ac præmium quidē certaminis tantum est, certamen

Gen. 19. Esa. 40. Psal. 36. Eccles. 1. 1. Cor. 15.

Locus mutilus esse uidetur utrobiq;, καὶ τὸ ὅπερ ἐστὶν, habetur: ego lego, καὶ τὸ ὅπερ ἐν ἐμοὶ, uel, ἐν τῷ ὅπερ μοῦσα.

Esa. 40. Eccles. 8.



certamen uerò quod? Si fueris pacificus, inquit, adoptionis decore coronaberis. Mihi etiam opus ipsum propter quod tantam mercedem pollicetur, alterū donum esse uidetur. Quid enim hominibus ex ijs rebus, quibus frui atq; potiri student, uita pacifica dulcius est? Quodcūq; nominaueris ex ijs rebus, quæ res in uita suaues & iucundæ sunt, pace opus habet ad hoc, ut iucundum sit. Nam si omnia suppetant, quæcunq; in uita magni fiunt atq; in pretio sunt, diuitiæ, bona ualetudo, uxor, liberi, domus, parentes, ministri, amici: terra, mare, propriis prouentibus & hoc & illa ditans: horti amœni, uenationes, lauacra, palæstræ, gymnasia: loca delicijs & uoluptatibus capiendis exercendæq; pubi destinata: atq; omnia, quæcunq; uoluptatis inuenta sunt, huc adijciantur iucunda spectacula, atq; musica acroamata: ac si quid est aliud, per quod delicias sectantibus uita suauis existit. si hæc quidem omnia suppetāt, pacis uerò bonum non adsit, quod illarum rerum lucrum est? quid illa prosunt? bello, quo minus bonis fruamur, impediente? Ergo quū ipsa pax fruentibus iucūda est, tum omnia, quæcunq; in uita coluntur, experuntur, & in pretio sunt, dulcia efficit atq; iucunda. Quinetiā si qua more humano nobis in pace calamitas accidat, bono malū cōtemperatū leuius ac toleratu facilius, quibus accidit, existit: bello uerò uitā premente, sensu quodāmodo aduersus eiusmodi acerbarum rerum casus caremus. Cōmunis enim calamitas dolore superat incōmoda singulorū. Ac quēadmodum medici de corporis incōmodis dicunt, quū duo simul in uno corpore morbi cōcurrerint, solius exuperantis sensum existere, ac latere quodammodo mali inferioris dolorē immēsa atq; insuperabili magnitudine prævalētis cetera: itidē incōmoda belli exuperantia acerbitatū efficiunt, ut proprias calamitates homines singulares nō sentiant. Quod si ad propriorum incōmodorū sensum animus quodāmodo torpet, cōmunibus belli malis cōsternatus, quomodo uoluptatis sensu fruetur. [a] Vbi arma & equi? ubi ferrū acutum & tuba sonās? ubi phalanges hastis inhorrescētes, & scuta cohærētia scutis? ubi galeæ cristis ad terrorē compositis nutantes? ubi cōflictus, impressiones, manuū conflictiones, prælia, cædes, fugæ, persequutiones, gemitus, ululatus? ubi terra sanguine madet? mortui cōculcantur & obteruntur? lauci jacent relinquūtur? atq; omnia fiunt, quæcunq; in aspero bello accidere solēt? numquid in his rebus occupato otiū unquā erit, cogitationem ad rei alicuius iucūdæ recordationē conuertēdi? quòd si quādo animū subeat etiā alicuius rei iucundissimæ memoria: nonne recordatio charissimorū in tēpore periculi cogitationē subiens, accessio calamitatis sit? Ergo qui mercedē tibi proponit, si ab incōmodis belli te abstinueris, duo tibi dona largitur. nam unū quidē donum est ipsum præmiū certaminis, alterū uerò ipsum certamē. itaq; si nulla ei rei etiam spes proposita esset, ipsa propter se pax cordatis quidem hominibus præ cæteris rebus omnibus cupidē expetēda atq; amplectenda esset. Per hoc igitur insuperabilē magnitudinem humanitatis agnoscere licet, quòd bonas remunerationes non laboribus ac sudoribus, sed delicijs & animi oblectationibus quodammodo largiri: si modò exhilarantiū rerū caput est pax: quā tam multā cuiq; suppetere uult, ut nō modò quilibet ipse eam habeat, sed ex multa superfluitate nō habentibus quoque impertiatur. Beati ēn, inquit, pacifici. Est autem pacificus is, qui pacem alteri dat: at nemo præbere alteri possit id, quod ipse nō habeat. Vult igitur te priorem esse plenum pacis bonorū, deinde uerò præbere indigentibus eiusmodi boni. Nec uerò nimis curiosè mihi oratio in profundo latentem speculationē exquirat. Sufficit enim nobis ad boni acquisitionem etiam is, qui in promptu est intellectus. Beati pacifici. Multorum morborum curationē Sermo exiguo remedio præstat, per collectionem hanc & uocem generalē singularia ac specialia comprehendens. Quid sit pax primùm consideremus. Quid aliud, quàm cum dilectione cōiuncta aduersus popularem & proximū affectio mutua? Quid igitur est id, quod dilectioni ex aduerso intelligatur? odium, ira, excandescentia, inuidia, iniuriarum renax memoria, simulatio, calamitas atq; clades belli. uides ne aduersus quot & quales morbos, quasi præmuniens remedium una sit uox? Nam pax cuiq; enumeratorū ma-

Matth. 5.

[a] Locus mutilus uidetur utrobiq;.

In uno exemplari ἐπιπεφ- λαβώμ: in altero, ἐπιπεφλαβώμ.

Matth. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



lorum ex æquo repugnat & aduersatur, suicp præsentia abolitionem mali præstat. Vt enim superueniente sanitate, morbus euanescit, ac luce apparente, tenebræ nō relinquuntur: ita quum pax apparuerit, soluuntur omnia, quæ ex contrario conflantur incommoda. hoc uerò quantum sit bonum, nihil opinor opus esse persequi oratione. tu ipse per te reputa atque perpende, qualis sit uita eorum, qui mutuis odijs atque suspicionibus laborant, quorum occursus quidem atque congressus infausti: abominabilia autem atque detestabilia ipsis inter se omnia: ora item uoce carentia, obtutus aduersi: aures ad uocem odio prosequentis & odio habiti obturatæ. quicquid alterutri eorum charum est, id alteri inuisum: atque ex contrario quicquid inimicum & hostile, id aduersario atcp inimico gratum & acceptum est. Vt igitur aromata boni ac suauis odoris fragrantia sui proximum aera replent, ita tibi ex superflua copia abundare gratiā pacis uult, ut tua uita alieni morbi medela sit. Quantum autem id bonum sit, exactius cognoueris, si cuiuscp eorum, qui ex inimica uoluntate in animo existunt, morborum calamitates perdendas. Quis affectus & uitia iræ digne exposuerit? quæ oratio turpitudinem eiusmodi morbi describet? Vides eorum, qui à dæmone uexantur, affectus in ijs, qui ab ira uicti sunt, apparere. reputa ad inuicem comparata, tum quæ iratis, tum quæ à dæmone correptis accidunt atcp contingunt, ecqua sit in his differentia? Sanguine suffusi ac distorti eorum, qui à dæmonio uexantur, oculi sunt: lingua præceps: aspera loquela: acuta ac latratui similis uox. communia hæc tum iræ, rum dæmoni: quassatio capitis: manuum stolidi motus: concussio & quasi æstuatio corporis totius, pedes instabiles: una utriuscp morbi per eiusmodi accidentia descriptio est. tantum duntaxat alterum ab altero uariat, quòd unum quidem uoluntarium malum est, alterum absq; uoluntate ipsorum accidit in quibus existit. At quanto miserabilius est si præter animi sententiam alicui quippiam accidat, quàm si proprio impetu in calamitatem incidat? ac morbum quidem ex dæmone accidentem liquis animaduerterit, non potest non miserari: ex ira uerò prouenientem uæcordiam simulatcp uidit, imitatur, damno sibi ducens, si suo morbo non superauerit eum, qui prior ægrotare ceperit. ac dæmon quidem torquens obnoxij corpus ulterius malum non extendit, quàm ut in aerem frustra furentis manus dililciat. iracūdiæ uerò dæmon nō irritos corporis efficit motus. Quum enim perturbatio præualuerit, & sanguis circa cor supra modum efferbuerit, nigra bile, ut aiunt, ex iracunda affectione per totum corpus diffusa: tunc præ coarctatione uaporum internorum omnia sensuum uasa circa caput in angustum rediguntur: oculi quidem ultra palpebrarum limites protruduntur sanguineo quodam ac draconico obtutu in id, quod offendit, intenti: uiscera autem anhelitu coarctantur atcp premuntur: intumescunt in collo uenæ: lingua efficitur crassa: uox, in angustum redacta arteria, sponte sua redditur acuta: labia suffusione frigidæ illius bilis, quasi concrescunt & congelantur, obnigrescunt atcp torpescūt ad naturalem distinctionem & occlusionem, ut ne saliuam quidem in ore redundantem continere possint, sed unà cum uerbis emittant, coacto sono spumam simul expuente. Tunc igitur & manus & pedes itidem præ motu moueri, uidere licet. Mouentur autem hæc membra non iam amplius frustra; quemadmodum fit in ijs, qui à dæmone uexantur: sed in perniciem eorum, qui inter se per morbum confligunt. Protinus enim aduersus sensoria ictibus opportuna se inuicem pulsantium impetus feruntur. Quòd si forte os in conflictu corpori appropinquauerit, ne dentes quidem otiosi manent, sed feræ in modum ijs, quæ inuaserint, inhæresunt. Et quis singulatim omnia mala, quæ ex ira proueniunt, enumerare possit? Qui igitur prohibet eiusmodi turpitudinem, ob maximum beneficium iure beatus & honorandus nominabitur. Nam si is, qui aliqua corporea molestia hominem liberauerit, honorandus ob eiusmodi beneficium est: quanto magis is, qui animum ab hoc morbo liberauerit, pro benefactore uitæ à cordatis hominibus habebitur? Quanto enim animus corpore præstantior est, tanto magis, qui animis medetur ijs, qui corpora curant, honorandus est. Ac nemo arbitretur, me

*Locus corruptus.*



me iræ iniucunditatem eorum malorum, quæ ex odio designantur, grauissimam & atrocissimam putare. Videtur enim mihi inuidiæ atcp simulationis uitium memorato morbo multo grauius esse: quanto occultum malum etiam aperto atrocius est. Etenim ex canibus eos magis cauemus, quorum necp latratus irā præsignificat: necp ex aduerso incursus est, sed miti pariter ac mansuero habitū non præuidentes, necp circunspicientes nos obseruant. tale est inuidiæ atcp simulationis uitiū in ijs, quibus intrinsecus quidem in profundo cordis odium ueluti ignis quidā latenter fumigat, externus uerò uultus ad amicitiæ simulationem effingitur. Quemadmodum autem ignis, si sub paleis occultatus sit, initio quidem proxima quæcp cremando corrumpit, flāma uerò palàm non editur, sed fumus quidam grauis & acris odoris intrinsecus uiolēter coarctatus euoluitur: quòd si aliquem flatum permeantem nactus fuerit, tūc in claram pariter & apertam flammā excitatur: itidem inuidia quoqp cor quidem ueluti pale: rum quendam aceruum condensatum ignis in modum peredit & absumit: ac morbum quidem præ pudore occultat, non tamen penitus in perpetuum abscondi potest: sed ueluti fumus quidam grauis & acerbus, acerbitas inuidiæ in ijs, quæ circa habitum accidunt, apparet. Quòd si qua calamitas eum, cui inuidetur, inuaserit, tunc illius dolorem uoluptate atque lætitia excipiens morbum prodit. Indicantur autem occulta morbi mala, quandiu latére uidetur, per aperta signa faciei. Quæ enim desperatorum lethalia signa sunt, ea fæpenumerò in eo, qui inuidia contabescit, existunt. Oculi aridi, intra palpebras tabidas & extenuatas recedentes: supercilium contractum: ossa loco carnium translucentia. at quæ nam morbi causa est? Quòd frater nimirum, uel necessarius, uel uicinus in animi tranquillitate ac lætitia uiuit. O nouas iniurias. Crimini dare, quòd non aduersa fortuna conflictetur ille, cuius rebus secundis dolet: non ex eo, quòd ipse ab illo acceperit aliquid incommodi iniuriam æstimans: sed quòd ille sine cuiusquā iniuria, ex animi sui sententia uiuat, & in rebus iucūdis uersetur. Quid passus es infelix? libenter dixerim ad eum: Qua accepta iniuria extabescis acerbis oculis successus prosperos inuidens uicini? Quid habes, quod de eo conquerar: si quod crimini des? si ille corpore decorus? si eloquentia ornatus? si genere superior est? si aliquo magistratu inito, splendidus ac magnificus in dignitate cōspicitur? si aliqua pecuniarum ei copia accessit? si [a] propter prudentiam in uerbis eius authoritas inest? si propter beneficiū à multitudine obseruatur? si ob liberos sibi placet? si uxore delectatur? si ex reditibus atcp prouentibus domus splēdidè atcp magnificè uiuendo clarescit? quur hæc tibi tanquam cuspides telorum in cor incidunt? complodis palmas: digitos cōplicas: cogitationibus angeris: ex intimis præcordijs, doloris significantia ducis suspiria: iniucundus tibi redituum atcp prouentuum fructus: acerba mensa: focus subtristis: paratæ ac faciles aures obtrectantibus ei, qui secunda fortuna utatur. Quòd si aliquid dextri ac faustì dicatur, clausæ sermoni sunt aures. Et quum ita animatus sis, quur simulatione morbū obuoluis? quomodo amicitiæ persona per fictam beneuolentiā in te formatur? quur precans? Talis erat Cain, qui idcirco, quòd Abel probaretur atcp placeret, in rabiē & furorem uersus est. inuidia quidem intrinsecus ad cædem hortabatur. simulatio uerò carnifex erat. amicum enim quendam, mitem ac benignum uultum fingens procul ab auxilio atcp præsidio parentum, illum in campum produxit: atcp ita deinde, cæde inuidiam detexit. Qui eiusmodi igitur morbum eijcit ex uita humana, ac beneuolentia pariter ac pace colligat eos, qui genere coniuncti sunt, & ad amicitiam atcp concordiā homines reducit, an non diuinæ reuera potentiæ opus facit, mala quidem ex humana natura expellens, pro ijs autem bonorum cōmunionem introducēs? Idcirco filium Dei pacificum nominat, quòd ueri filij imitator existit, qui hæc hominum uitæ largitur. Beati igitur pacifici, quoniam ipsi filij Dei uocabuntur. Quinam sunt hi? imitatores humanitatis diuinæ, qui id, quod proprium diuinæ efficientiæ est, in sua uita ostendunt. Tollit & ad nihilum redigit bonorum

[a] *Si propter prudentiam in dicēdo grauis est, multumcp ponderis eius oratio habet? πρσσώπου, habetur: προσέχοντων, ego lego.*

*Locus corruptus utrobiq; Matth. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



largitor & dominus quicquid extra naturã boni, & à bono alienũ est. hoc etiã tibi præscribit opus & officium, eijcere odium, finire bellum, abolere inuidiam, exterminare pugnã: tollere simulationẽ, extinguere intrinsecus in corde urentẽ & incẽdentem iniuriarum memoriam tenacem, contrà uerò in locum eorum introducere quæcunq; subductis contrarijs ex aduerso consistũt. Vt enim recedẽtibus tenebris lux succedit, ita etiam in locum horũ cuiuslibet spiritus fructus succedit, dilectio, gaudium, pax, benignitas, animi lenitas, uniuersus ab apostolo bonorũ numerus collectus. Quomodo igitur non beatus est diuinorum donorum distributor ac dispẽsator? imitator Dei munerum? qui diuinam munificentiã sua beneficentia exæquat? Forsitan autem non ad alienum duntaxat bonum beatitudo spectat: sed, opinor, propriè pacificum appellari, qui eam, quæ intra ipsum est, seditionem carnis & spiritus, atque intestinum naturæ bellum ad pacificam concordiam & consensum adducit, ubi corporis lex, quæ legi mentis repugnat, nõ amplius exercebitur, sed subiugata meliori regno, ministra diuinorum præceptorum existet. Quinimò ne existimemus Sermonem cõsulere, quòd nimirũ in numero binario cõsideranda atq; accipienda sit uita eorum, qui rectè egerint, & rẽ benè gesserint: sed ubi interstitium uitiositatis ex ea, quæ in nobis est, sæpe exemptum fuerit, duo illi contẽperatione cum meliori coalescentes unus existunt. Quoniam igitur simplex & non compositũ esse diuinum numen, & effingi atq; simulari non posse creditur, quum humanũ quoq; genus duplæ cõpositioni per talẽ pacificationem exemptũ fuerit, ac plenè ad bonũ reuerterit, simplex pariter & ab effictione atq; simulatiõe uacuũ, ac reuera unũ effectũ, ut idẽ cũ abscondito sit id, quod apparet, & uice uersa, abscõditum cũ apparente: tũc uerè confirmatur ac rata beatitudo sit, ac tales propriè filij Dei dicuntur, beati iudicati per promissionem Domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

## BEATI QVI PERSEQVVTIONEM PATIVNtur propter iustitiam, quoniam eorum est regnum cælorum.

Psal. 7. & 11.

EREDO quidem sublimis disciplinarum doctrinæ præsentem dictũ commẽtationem ad octauum gradum ducit. ego uerò haud alienum esse dico, si primùm illud ratione atque oratione consideretur, quid sit apud prophetam octauæ mysterium, quæ duobus psalmis præponitur: quid item purificatio, sanctioq; circuncisionis: quæ utraque ut octauo die obseruarentur, lege cautum erat. Forsitan aliquid cognatum habet hic numerus cum octaua beatitudine: quæ tanquam uertex omnium beatitudinum in summo gradu boni ascensus posita est. Nam & illic propheta resurrectionis diem per octauæ inuolucrum & ænigma designat, & purificatio coinquinati hominis reditum ad naturalem puritatem ostendit: & circuncisio mortuarum pellium, quas post inobedientiam uita nudati indueramus, indicat abiectionem: & hic octaua beatitudo restitutionem in cœlos continet eorum, qui in seruitutem quidem delapsi erant, sed rursus ex seruitute in regnum reuocati sunt.

Matth. 5. Beati enim, inquit, qui persecutionem patiuntur propter me: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ecce finis & euentus diuinorum certaminum, & propter Deum susceptorum periculorum, laborum remuneratio, sudorum præmium: quo regnum cœlorum athletæ consequuntur. Non amplius circa rem instabilẽ ac mutationibus uariantem felicitatis spes oberrat. Nam terrenus locus est ex ijs, quę alternatione uariantur atq; mutantur. de ijs uerò quæ per cœlũ & mouentur & apparent, nihil [a] tale iudicamus, ut nõ eodem modo nimirũ ac similiter sese habeant: sed serie atq; ordine cõsequentiaq; suũ quodq; cursum omnia, quę circa cœlũ sunt, peragunt.

[a] *Locus corruptus, ἀστάτῳ habetur: ego lego πάντῃ.*



peragunt. Vides igitur excellentiam doni, quòd non in ijs, quæ mutantur, magnitudinem dignitatis largitur, ne quis mutatiõis metus bonam spem turbet: sed quũ regnum cœlorum dixit, ostendit id donum, quod nobis sub spe propositum est, non esse mutabile, sed semper eodem modo sese habere. Ex iam dictis autem, quæ mihi cum dubitatione quærere in mentem uenit, hæc sunt: primum quidem quur eum, qui spiritu pauper sit, in eundem locum, quò eos, qui propter ipsum persecutionem patiantur, recipiens, parem utrisque remunerationem proponat? (Quorum enim præmium idem est, horum nimirum etiam certamina paria sunt:) deinde uerò qui fiat, ut discretos dextros à sinistris inuitans ad regnum cœlorum, alias eiusmodi honoris causas affingnet? Nam quum illic & condolentiam, & facultatum communicationem & mutuum amorem proferat, neque spiritualis egestatis, neque propter ipsum persequutionis usquam mentionem facit. quanquam multùm hæc secundum eum intellectum, qui prima fronte occurrit, abinuicem disiuncta esse uidentur. Quid enim paupertas cõmune habet cum persecutione? aut his rursus quid conuenit cum dilectionis & condolentiæ effectibus? Cibum indigenti aliquis subministrauit, aut nudum uestiuit, aut tecto uiatorem recepit, aut ægrotum & in carcerem coniectum eo, quo licuit, officio prosequutus est: quid hæc ratione studij & officij cum egestate & persecutione commune habent? hic alienas calamitates curat, aliena incommoda sarcit & sanat: illorum autem utercq; tam egenus, quàm persequutionem patiens officium præstantibus opus habent. sed finis in omnibus par. Pariter enim in cœlum ducit & eum, qui pauper spiritu fuerit, & eum, qui propter ipsum persequutionem passus sit, & eos, qui condolentiam egerint, ad unum illum quasi scopulũ cõuersa atq; conspirantia. Etenim egestas pulsu facilis, & benignitas in pauperes & egenos à paupertate aliena non est. Verùm haud incommodum esse mihi uidetur, præsentem prius inuestigare orationem, atque ita deinceps dispicere atque considerare, qui nam insit in ijs, quæ quæsita sunt, intellectus atque consensus. Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Vnde persequutionem patiuntur & à quo? Atq; ea quidem, quæ in promptu ratio est, martyrum nobis stadium ostẽdit, ac fidei cursum designat. Nam persequutio currentis uehemens studium celeritatis significat. Imò uerò etiam in currendo uictoriam indicat. non enim aliter currendo quis uincere potest, nisi post se reliquerit eum, qui simul currat. Quoniam igitur & is, qui ad præmium supernæ uocationis currit, & is qui propter præmium ab inimico exagitatur, pariter à tergo habent, ille quidem de præmio simul certantem, hic uerò persequentem: (hi autem sunt, qui martyrij cursum, in certaminibus pro pietate susceptis, conficiunt, quos inimici quidem persequuntur, sed non assequuntur:) uidetur caput & summam in spem propositæ beatitudinis, ueluti coronam quandam in postremis proposuisse uerbis. Nam reuera beatum est propter dominum pati persequutionem. Quare? quia à malo exagitari, caussa boni adipiscendi fit. nam abalienatio atque uitatio mali, boni conciliationis occasio fit. bonum autem & supra omne bonum ipse Dominus est, ad quem cursu contendit, qui persequutionem patitur & agitatur. Ergò reuera beatus est, qui inimico ad bonum utitur adiutore. Quoniam enim in confinio boni & mali humana uita posita est, sicut is, qui à sublimi spe delapsus est, in barathro uersatur: ita qui à peccato remotus & à corruptione alienatus est, ad iustitiam pariter & incorruptibilitatem accedit. Itaque persequutionis, qua martyres à tyrannis agitantur, species quidem prout prima fronte apparet, sensui acerba esse uidetur: sed id, quo spectant ea, quæ fiunt, omnem beatitudinem superat. Commodius autem fuerit nos per exempla atque similitudines sententiam animaduertere Sermonis. Quis ignorat, quanto grauius & molestius esse iudicetur, insidijs peti, quàm diligi? hoc tamen quod molestum esse uidetur, sæpe etiam felicitatis per hanc uitam caussa multis existit. quale de Iosepho scriptura indicat: qui à fratribus insidijs petitus, & ab illorũ cõuictu atq; cõtubernio remotus,

Locus de beatitudine & multiplex uti obiq;.

Matth. 5.

Gen. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca



per uenditionem rex eorum, quorum insidijs petitus erat, designatus est, forsitan ad tantam dignitatem non progressurus, nisi inuidia per insidias illas iter ad regnū patefecisset. Quemadmodum igitur si quis futuri scientia præditus Iosepho prædixisset, Insidijs petitus beatus eris, prima fronte credibilia dicere audiēti, & adid quod in præsentia acerbum est, respicienti non uideretur: (nō enim fieri posse putaret, ut mali propositi bonus designaretur euentus) ita nimirum etiā hic quū persequutio, qua fideles à tyrannis agitantur, multū iuxta sensum acerbitatis habeat, efficit, ut ab ijs, qui carni paulo magis obnoxij sunt, ea, quæ per res asperas & acerbas ipsis proposita est, regni spes haud facile admittatur atq; probet. sed dominus naturæ uitio despecto prædicit infirmioribus, qualis laborioſi certaminis euentus
Act.7. sit, ut spe regni temporarium rerū aduersarum sensum facilè deuincant. Idcirco magnus ille Stephanus gaudet lapidibus undiq; petitus, ac ueluti suauē quēdam rorem crebros lapidū ictus, in modum floccorum niuis incidentium, corpore cupidè excipit, ac benedictionibus nefarios homicidas prosequit, pro his ipsis ne peccatū hoc eis imputaretur, orans. quoniā & promissionē audiuerat, & spem cum ijs, quæ apparebant, cōgruere & conuenire uidebat. nā quū audisset eos, qui propter dominū persequutionē palli essent, in regno cœlorū uersaturos esse, dū persequutionē pateretur, uidit id, quod sperabatur. currēti enim ei per cōfessionē quod sperabatur, ostēditur, cœlum apertū, diuina gloria ad certamē currentis de supramundanis partibus despectās, ille ipse, qui in certaminibus athletæ testimonio celebratur. Nā præsidētis certamini statio per ænigma atq; uerborū inuolucrū, auxiliū, quod certanti ferebatur, significat, ut per hoc discamus eundē esse & eum, qui certamina ordinet atq; disponat, & eum, qui cum suis certatoribus & athletis contra aduersarios consistat. Quid igitur beatius fuerit eo, qui propter dominum persequutionem patiatur, cui licet in certamine adiutorē certaminis præsidem habere? Neq; enim facile est, atq; haud scio an etiā prorsus fieri non possit, ut rebus per hāc uitā iucūdis, quæ apparēt, aliquis præferat bonū quod nō apparet, ut facile uel ædibus expelli, uel ab uxore & liberis, à fratribus, sororibus, parentibus & æqualibus segregari, & omnium quæ per uitam iucunda ac suauia sunt, expers esse malit, nisi
Rom.8. ipse Dominus eum, qui iuxta propositū uocatus fuerit, ad bonum adiuuet. Quem enim prænoscit, ut inquit apostolus, hunc & prædestinat & uocat, & iustificat, & glorificat. Quoniā igitur anima per corporeos sensus quodammodo coalescit cū uoluptatibus uitæ, ac per oculos bono materiæ colore delectatur, & auribus facilis atq; propensa est ad iucundas auditiones: itemq; olfactu, gustatu tactuq;, prout cuiq; horum sensuum conuenire, & natura accōmodatum esse solet, unà afficitur: idcirco ueluti clauo quodā sentiēdi ui ad uitæ uoluptates affixa, difficulter ab his, quibus adhærescens coaluerit, auelli solet: & in modum testudinum & cochlearū ueluti testaceo quodam tegmento illigata, impedita ac tarda est ad etusmodi motus, quippe totum simul trahens uitæ pondus. quamobrem quum ita sese habeat, etiā prehensu facilis persequentibus existit, ad bonorum publicationis minas, aut accepto damno in aliqua alia re ex ijs, quæ per hanc uitā expetuntur, facilè conce-
Heb.4. dens & summittens sese persequenti. sed ubi uiuus Sermo, ut inquit apostolus, est ēx & omni gladio ancipite acutior penetrauerit in eum, qui uerè fidē susceperit, & dissecuerit ea, quæ malè coaluerint, & consuetudinis uincula ruperit, tunc, quū tanquā pondus animæ connexum mundanas uoluptates ueluti cursor quidam abhumeris excusserit, leuis & expeditus certaminū stadiū percurrit, ipso certaminum præside, duce & adiutore utens ad cursum. Nō enī spectat ea, quæ reliquit, sed quæ petit: neq; oculū cōuertit ad id, quod à tergo iucundū est, sed ad propositū bonum contendit: neq; damno rerū terrenarum contristatur, sed lucro cœlestium lætatur, propterea omne suppliciorū genus tanquā subsidiū & auxilium propositi gaudij haud cūctanter excipit & admittit: ignē tanquā materiæ purificatorē: gladiū tāquā diremptorē coniunctionis, qua mēs cū materialibus & carnalibus coaluit: atq; in

* Locus utrobique mutilus esse uidetur.

summa, oēs & dolores & labores quicūq; excogitari possunt, tāquā medicamēta noxio



noxio uoluptatis ueneno aduersans cupidè atq; parato animo suscipit. Quemadmodum enim biliosi, quicq; superfluis humoribus abundant, amara remedia haud grauatè sorbent, ut per illa caussa morbi efficiēs expurgetur: ita qui ab inimico agitatur, & ad Deū fugit, excipit rerum acerbarū & aduersarum impetū, ut qui uim habeat uoluptatis efficaciā extinguendi. nō enim gaudere potest qui dolet. Quoniā igitur per uoluptatem intrauit peccatū, per contrarium prorsus expelletur. Ergo qui persequuntur eos, qui Dominum confitentur, & toleratu difficilia tormenta atq; supplicia excogitant, remedium quoddā animis per dolores adhibent uoluptatis rerum asperarum admonitionibus uoluptatis morbum curantes. Ita crucē Paulus excipit: gladium Iacobus: lapides Stephanus: capite deorsum uerso crucifixionem beatus Petrus: omnes qui hos sequuti sunt fidei athletæ uarias tormentorum & suppliciorū species: bestias, barathra, rogos & flāmas, frigoris concretiones & congelationes, carniū ex lateribus & costis lacerationes & auulsiones, capita clauis undiq; confixa, oculorum amissiones, digitorū abscisiones, corporis per crura in utranq; partē disruptiones, per famem excruciationes & confectiones. hæc atq; eiusmodi omnia, tanquam peccati expiationes sancti illi cum lætitia admittebant, ne quod uestigiū cordi per uoluptatem impressum relinqueretur, acerbo atq; doloroso hoc sensu omnia per uoluptatē animæ impressa uestigia delente. Beati igi- Matth.5.
tur, qui persequutionē patiuntur propter me. Hoc autē tale est: (ut etiā alteram rationem cognoscamus & consideremus:) ac si quis Sanitati facultatē ac potestatē dicendi dedisset, diceret etiam illa: Beati à morbo liberati propter me. nam grauiū & molestarū rerum alienatio efficit, ut in me uersentur, qui aliquando ægrotauerunt. Ita uocē excipiamus, quasi ipsa uita nobis eiusmodi beatitudinē proclamet: Beati quos mors persequitur propter me: quasi lux dicat, Beati quos persequūtur tenebræ propter me. Similiter etiam iustitia, sanctimonia, incorruptibilitas & integritas, bonitas, & omnis intellectus & mentis conceptus ex ijs, quæ in meliorem partē & intelliguntur & dicuntur. Dominus * igitur, prout intelligitur, ita tibi dice- * Quæ habetur utre existimetur: Beatus est, quicunq; ab omni re contraria pellitur & prohibetur, à trobiq;: legendum arbitror, &c.
corruptione, à tenebris, à peccato, ab iniustitia, à fraude & auaritia, ab unoquoq; eorum, quę uirtutis rationibus opponuntur, tum factis, tum cogitationibus. nam extrā mala uersari, est intra bona redactū & constitutū esse. Qui facit peccatum, inquit Dominus, seruus peccati est. Ergo qui desciuit ab eo, cui seruiuerit, libertatē, Ioan.8.
sui iuris ac potestatis esse factum, regia uerò dignitas supra se non habet ullam tyrannidem. Ergo si sui iuris est is, qui à peccato alienus est: ac regni propriū est, merum imperium, summaq; ac plena, nullius alterius arbitrio atq; dominio obnoxia potestas: consequenter beatus iudicatur, qui à malo pellitur, ac persequutionem patitur: quippe illa persequutione regiam dignitatem ei conciliante. Ne doleamus igitur, & ægrè feramus, fratres, terrenis nos expelli atq; prohiberi. nam qui hinc migrauerit, in cœlesti regia diuersatur. Duo hæc in creatura rerum uniuersarum sunt elementa habitationi rationalis naturæ attributa, cœlum & terra. Locus eorum, qui per carnem, uitam sortiti sunt, terra: cœlum autem incorporeorum est. necesse est igitur, uitam nostram prorsus alicubi esse. nisi ex terra pulsi & eiecti fuerimus, in terra prorsus manemus. si hinc abierimus, in cœlum traducemur. Vides quò ducat beatitudo, per id, quod triste & acerbum uidetur, tanti boni tibi conciliatrix existens? Quod quum etiam apostolus animaduertisset, Omnis, inquit, di- Heb.12.
sciplina in præsentia quidem non cum gaudio, sed cum tristitia coniuncta esse uidetur: sed postea fructum pacificum iustitiæ reddit ijs, qui per ipsam fuerint exercitati. Proinde fructuum, qui sperantur, flos, afflictio est. Propter fructum igitur etiam florem decerpamus: agitemur ut curramus. currentes autem non frustra curramus, sed ad præmium supernæ nostræ uocationis cursus dirigatur. ita curramus, ut assequamur. Quid est id, quod consequimur? quod nam est illud præmiū? quæ nam illa corona? Non uidetur mihi aliquid aliud esse quodlibet eorum, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



sperantur,præterquam ipse Dominus. Ipse enim est preses moderatorq; certantiū, & corona uincentium. Ille est qui diuidit hæreditatem, ille bona hæreditas est: ille bona portio, ille est, qui tibi portionē largitur, ille est, qui ditat: ille ipse diuitiæ, qui & ostendit tibi thesaurum, & thesaurus tibi existit: qui & cupidum te bonæ margaritæ reddit, & uenalis tibi rectè negocianti mercantiq; prostat. Vt igitur illum adipiscamur (sicut in foro fit) ijs, quæ habemus, comparemus id, quod non habemus. Ne contristemur ergo dum agitamur, & persequutionem patimur: quinimò potius etiam lætemur, quoniam per id, quòd pellimur ab ijs, quæ in terra habentur in pretio, ad cœleste bonum compellimur, secundum eum, qui promisit beatos fore eos, qui propter ipsum agitati persequutionemq; passi sint: quoniam illorum sit regnum cœlorum, gratia Domini nostri Iesu Christi: quoniam ei gloria & imperiū est in secula seculorum. Amen.

# EIVSDEM DE SANCTA CHRISTI NATIVITATE.

Psal.lxxx. [a] ἐμῷ, est in utroq; exemplari: uulgata Psalmorum editio ἐμῷ, habet.

1.Cor.14.

Cantate tuba in nouilunio, inquit Dauid, in insigni die solēnitatis [a] uestræ. Diuinitùs autē proditæ doctrinæ mandata, pro lege prorsus intelligentibus sunt. Ergo quandoquidē adest insignis ille solennitatis nostræ dies, buccinatores diei sacri facti, nos quoq; legē impleamus. Legalis autem tuba, prout iubet apostolus intelligere, sermo est. Ait enim non obscurum oportere edi sonitum tubæ, sed distinctū uocibus ad eorum, quæ dicuntur, declarationē ac perspicuitatem. Igitur nos quoq;, fratres, clarum & qui exaudiri possit, sonū edamus, nihilo quàm corneus ille, magis contemnendū. Etenim & lex in figuris umbræ antè designans, & quasi per picturā repræsentans in scenopegia ueritatē, sonitum tubarū instituit, & in præsentia propositus nobis dies festus ueræ scenopegiæ, id est, tabernaculorū fixionis, mysterium est. In hoc enim quasi figitur humanū tabernaculum ab eo, qui propter nos hominē induit: in hoc ea, quę à morte dilecta erant, tabernacula nostra rursus compinguntur & cōmentantur ab eo, qui ab initio domicilium nostrum ædificauit. Dicamus etiam nos canticū psalmi unà cum uocali & grandiloquo Dauide, quasi in choro canentes: Benedictus qui uenit in nomine Domini. Quomodo uenit? nō quasi nauigio aut uehiculo quodam, sed per uirgineam integritatē, ac puritatem, ad uitam penetrans humanā. Hic Deus noster: hic Dominus apparuit nobis [b] ad constituendam diem hunc festū, [c] intercomponentes, ornantes & cooperientes se usq; ad cornua altaris. Prorsus aūt non ignoramus, fratres, mysteriū, quod his dictis cōtinetur, (mirum) q; omnis creatura unū quoddā Domini creaturę templum sit. sed quoniā ab irruptione peccati, uitio atq; nequitiæ obnoxiorū ora obturata sunt, uox exultationis obmutuit, cōcentus diem festum agentiū dissipatus est, quippe natura humana nō unà cum supramundana natura diem festum celebrante: idcirco prophetarum & apostolorū tubę uenerunt, quas lex idcirco corneas appellat, quòd ex uero unicorni confectæ sint, quæ per uirtutē spiritus, uehementē & concitatum ueritatis sermonem cecinerunt, ut auribus à peccato obrutorū & quasi obturatorum apertis, unus fiat concors dies festus, ἑορτὴ τοῦ συνάσμοῦ, id est, per constipationē & ornationem scenopegiæ inferna creatura cum excellentibus & præeminentibus cæleste supernū altare uirtutibus [d] consonante. Cornua enim eius, quod mente comprehenditur, altaris præeminentes, præstantes & excellentes intellectualis naturæ uirtutes sunt, principatus, potestates, throni & dominationes: cū quibus facta cōmunione diei festi, per eam, quæ per resurrectionem fit, scenopegia coniungitur humana natura, συνάζεσθαι, id est, dum componitur & ornatur per corporum renouationem. συνάζεσθαι enim idem est, quod κοσμᾶσθαι, id est ornari, uel περιβάλλεσθαι, id est, indui & amiciri, quemadmodum harum rerum periti interpretantur.

Psal.117.

[b] εἰς τὸ συστῆσασθαι τὴν ἑορτὴν ταύτην, est in utroq; exemplari: uulgata Psalmorum editio habet συστήσασθε.

[c] in condensis, habet uulgata translatio.

[d] συναχθῆναι, & ἐν utrobiq;: ego lego συναγωγὴν: utrū rectè an secus, dubito.

Adeste



Adeste igitur ad spiritualem choreā, animos nostros excitantes, principem, præsulem, caput atq; antistitē nostro choro cœtuiq; Dauidem præficiamus, & unà cum illo suauem illam, quā modò cecinimus, uocem edamus & iteremus dicētes: Hæc est dies quā fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea: in qua minui tenebræ incipiunt, noctisq; modi augescente radio, ad defectū rediguntur. Non fortuita quædam, fratres, ac temerè contingens huiusmodi circa diem hunc festum ordinatio fuit, ut riunc humanæ uitæ uita diuina appareret: sed mysterium quoddam per ea, quæ apparent perspicacioribus modò non uocem emittens natura exponit, ac docet eū, qui potest intelligere, quid sibi uelit, quòd in aduentu Domini dies crescit, nox deminuitur atq; decurtatur. Ego enim talia quædam dicentē mihi uideor audire creaturā: Quum hæc uides ô homo, intellige id, quòd tibi per apparentia arcanum significatur. Vides noctem ad summā longitudinem progressam esse, atq; ulterius currere atq; proferri desistere, & in contrarium resolui. animaduerte quòd improba peccati nox, quoad eius fieri poterat, aucta, ac per omnem malorum excogitationem, extremam nequitiæ magnitudinem assequuta, hodie ulterius progredi, ac sibi quasi possidendo usucapere prohibita est, atq; dehinc ad defectionem & abolitionem redigitur. Vides lucis radium diutius durare, & solem esse solito sublimiorem. animaduerte ueræ lucis aduentum, quæ radijs Euangelicis omnem habitatū terrarum orbem illuminat atq; illustrat. Quod autem non ab initio Dominus apparuerit, sed in extremis temporibus deitatis suæ manifestationē & apparitionem humanę uitæ largitus sit, uel hanc forsitan aliquis à ratione caussam non alienā animo conceperit, quòd nimirum is, qui uitio sitarīs tollendæ caussa uitæ humanæ se immixturus erat, necessariò expectauit, donec omne peccatū opera inimici radicibus actis germinassent, atq; ita deinde radici securim, ut Euangelium dicit, admouit. Etenim ex medicis ij, qui artem exercent, dum adhuc febris corpus intrinsecus urit, ac paulatim à caussis morbi efficientibus accenditur, indulgēt infirmitati donec ad summū uigorem ægritudo progressa fuerit, nullum à cibis auxilium ægrotanti adhibentes: quū aūt constiterit malum, ac morbus se totus exeruerit atq; prodiderit, tunc demum adhibent artem. itidem is qui animo malè ualentira, totus reuelatus atq; detectus esset, ut nihil latēs & occultū curationis expers maneret, si medicus id solū, quod apparuisset, curaret. idcirco neq; temporibus Noe, quū omnis caro scelere corrupta esset, apparitiōe sua remediū adhibet: quia Sodomiticæ nequitiæ germen nondū enatū erat: neq; tēpore Sodomorū euersionis Dominus apparet: propterea quòd multa etiā nunc reliqua mala ab humana natura occultabantur. Vbi enim hostis Dei Pharao? ubi Aegyptiorū indomita nequitia? ac ne tunc quidē, quum Aegyptiorū, inquā, nequitia uigeret, tempestiuū erat uniuersarū rerū correctori, ut uitę se immisceret: sed oportebat Israelitarū quoq; iniquitatem manifestari: oportebat item Assyriorū regnū & Nabuchodonosoris superbiam latentem adhuc uitæ fieri manifestam: oportebat cædem sanctorum tanquā prauum ac spinosum malæ diaboli radicis germen excrescere. oportebat Iudæorum rabiē aduersus sanctos Dei manifestari: qui interfecerūt prophetas, & lapidauerunt legatos, & tandē inter templū & altare piaculū illud aduersus Zachariam perpetrauerunt. adde ad hanc enumerationē prauorum germinū cædem infantiū ab Herode cōmissam. Posteaq; igitur omnis nequitiæ uis ex mala radice edita est, & uarijs modis in animis eorū, qui per quamq; ætatē improbitate atq; nequitia nobiles & insignes fuerūt, luxuriando creuit: tūc quemadmodū Paulus ad Athenienses ait, quū tempora ignorantiæ Deus quasi conniuentibus oculis dissimulasset ac tolerauisset, nouissimis temporibus aduenit, quū non esset qui intelligeret, & exquireret Deum: quū omnes declinassent, simul inutiles facti essent, quū omnia intra peccatū conclusa essent: quū scelus abundasset: quū ad summū modum nequitiæ caligo creuisset: tūc apparuit gratia, tunc ueræ lucis radius exortus est, tūc iusti ríę sol apparuit in tenebris & in umbra mortis sedentibus: tūc pede nitēs impresso,

Act.17.

multa

Universidad de Deusto
Biblioteca



multa illa capita draconis cõtriuit,& per carnem humanã ad terram afflixit & conculcauit. Ac nemo respiciens ad uitia,quæ nunc uigent in uita, falsam existimet esse orationem: quòd dicimus in postremis temporibus dominum illuxisse atq; apparuisse uitę. Dicet enim forsitan aduersarius,quòd eum,qui expectasset tempora, ad manifestationẽ nequitiæ,ut auctam eam eximeret, ac radicitus & funditus tolleret,totam eam sustulisse decebat, ut nullæ eius remanerent in uita reliquiæ. nunc uerò cædes,furta,adulteria, ac pessima quæq; omni remoto metu committuntur. Nã si quis ad hoc respicit,similitudine quadã insigni eam, quę de his rebus exisit, ambiguitatẽ soluat. Quemadmodum enim uidere licet dum serpentes interficiuntur,non statim unà cum capite posteriorũ partium uolumina emori:sed caput quidem emortuum est: postremæ uerò partes suis spiritibus etiam nunc animatæ uigent,nec uitali motu priuatæ sunt:ita draconis quoq; interfector,quum magna beatitia euasisset,quippe quę unà cum omnibus singulatim hominum ætatibus creuisset,capite cæso,hoc est,malorũ inuentrice ui,quæ multa in sese capita haberet sublata, posteriorũ partium tractum nihil curauit, quòd operam dedisset, ut exercitationis caussa insequẽtibus hominibus in mortua bestia motus relinquereẽ. Quod igitur contusum illud & confractum caput est? id quod unà cum prauo consilio mortem inuexit:quod lethale uenenum homini per morsum immisit. Is igitur qui imperium mortis euertit,uim quæ in capite serpentis erat, ut inquit propheta,contudit atq; cõtriuit:reliquus uerò bestiæ tractus unà cum uita humana satus,quoad humanum genus erit in motibus nequitiæ atq; improbitatis, semper squama peccati uitã undiq; exasperat & indurat: ac potentia quidẽ iam emortuus est, posteaquam caput inutile redditũ est.ubi autem tempus præterierit,& circa eam,quę expectatur,uitę huius consummationẽ constituerint ea,quæ mouentur:tunc ea,quæ in cauda est,extrema pars hostis aboletur.ea autem mors est.atq; ita plena atq; absoluta fiet abolitio uitiositatis, omnibus ad uitam per resurrectionẽ reuocatis, iustis quidem statim ad supernas partes traductis,ijs uerò qui peccatis obnoxij sunt, igni gehennæ traditis. Sed reuertamur ad præsens gaudium, quod angeli pastoribus annuntiant,quod cœli Magis exponunt,quod spiritus prophetiæ per multos ac diuersos prædicat atq; diuulgat,ut etiã Magi gratiæ huius præcones extiterint. Nam qui solem suũ exoriri sinit super iustos & iniustos:qui tam super malos quàm super bonos pluuiam emittit, immisit radium cognitionis & rorem spiritus etiam in ora aliena, ut testimonio aduersariorum ueritas magis in nobis confirmaretur. Audis augurẽ Balaamã,quũ nomine alienigenarũ rei diuinæ operã daret, inspiratione superiori dicentem: Exorietur sydus ex Iacob. Vide ab illo genus ducentes Magos iuxta prædictionem progenitoris sui nouę stellæ ortum obseruantes:quę stella præter naturã reliquarum stellarũ sola tum motus tum status particeps fuit prout horum alterutro opus esset transiens. Nam ex reliquis stellis,quum alię quidem penitus in stabili atq; erroris experte sphæra defixæ atq; immobilem statum sortitę sint:aliæ uerò nunquam moueri desinant:hæc & mouetur,dum Magis dux itineris est,& consistit,dum locum indicat ijsdem. Audis Esaiam clamantem,Puer natus est nobis:filius etiam datus est nobis. Disce ab ipso propheta quomodo natus sit puer:quomodo datus sit filius:nunquid secundũ legem naturę? Negat propheta:non seruit naturę legibus naturæ Dominus.sed quomodo natus sit puellus, dic: Ecce, inquit, uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuelem:quod est,si quis interpretetur,Nobiscum Deus. O miraculum ingens, uirgo mater fit, & uirgo permanet. Vides nouum opus naturæ. in alijs fœminis quandiu uirgo aliqua est,mater non est. posteaquam enim mater facta fuerit,uirginitatem non habet. hic uerò duo illa nomina simul concurrerunt. Eadem enim & mater & uirgo est: ac neq; uirginitas partum prohibuit: neq; partus uirginitatem soluit. Decebat enim eum, qui propter integritatem & incorruptibilitatem uniuersitatis in humana uita uersatus est, initium facere ab ea, quæ natiuitati eius inseruiret, integritate atq; incorruptibilitate. Eam enim, quæ coniugij expers est,

Num.14.

Esa.9.

Esa.7.



est,integram & incorruptã nominare solet hominum consuetudo loquendi. Hoc mihi longè antè per eam, quæ ei per lumen facta est, Dei apparitionem magnus ille Moyses animaduertisse uidetur, quum ignis accenderetur ex rubo, & rubus non conflagraret,neq; consumeretur. Transgressus enim,inquit,uidebo magnam hanc uisionem: non de loco ad locum, opinor, motum significans transgressionis uerbo: sed translatoriã temporis transgressionem. Quum enim,quod intercesserit,medium tempus transisset,id quod tunc in flamma ac rubo per figuram disponebatur,& significabatur, aperte in eo, quod in uirgine contigit,mysterio reuelatum atq; detectum est.ut enim illic frutex & incendit ignem, & non crematur: itidem etiam hic uirgo & lumen parit,& pariendo non corrumpitur. Quòd si rubus Deiparum uirginis corpus per figuram præsignificat, ne te pudeat ænigmatis & inuoluti tectiq; sermonis. Omnis enim caro propter peccatum admissum & à maioribus acceptum,per hoc ipsum duntaxat,quod caro est,peccatum est:peccatum autem à scriptura cognomento spinæ appellatur. Quòd si non longius à proposito rapimur: forsitan etiam eum, qui inter templum & altare trucidatus est, Zachariam non intempestiuum fuerit in testimonium incorruptæ atq; integræ matris adhibere. Sacerdos hic Zacharias erat: non solum autem sacerdos, uerumetiam prophetiæ dono ornatus.uis autem prophetiæ in libro Euangelij præscripta prædicatur,quum diuina gratia uiam hominibus parans ad hoc, ne incredibile putarent, ex uirgine partum edi posse, minoribus miraculis antè exercendo fideles ad assentiendum & credendum assuefacit. sterilis ac decrepita filium parit. id quasi præludium est, & principium exitit miraculi,quod in uirgine subsequutum est.ut enim Elizabet non potentia ac uirtute naturæ mater fit: (quippe infœcunda ac sobolis expers consenuerat:) sed ad diuinam uoluntatem pueri natiuitas refertur: sic uirginei partus incredibilitas per hoc, quòd ea res referatur ad diuinam uoluntatem, probabilitatem in se continet. Quoniam igitur ex uirgine natum præcedit is, qui ex sterili natus est, qui ad uocem in utero Dominum gestantis, Luc.1. prius quàm in lucem prodijsset, in utero materno saltauit: simul ac natus est uerbi præcursor, tunc protinus per inspirationem propheticam silentium soluitur Zachariæ. & quæcunq; uerba Zacharias proferebat, prophetia atq; prædictio futuri erant. Hic ergo, qui spiritu prophetico ad arcanorum & occultorum cognitionem ducebatur, quum uirginitatis mysterium in incorrupto partu animaduertisset, expertem coniugij matrem ab eo, qui iuxta legem uirginibus in templo locus attributus erat, non segregauit, docens Iudæos,quòd rerum uniuersarum creator ac rex omnis creaturæ, sicut res omneis, ita naturam quoq; humanam sibi subditam habet, sua uoluntate eam quò uisum fuerit ducens, ipse contrà potestati eius non obnoxius, adeò ut in eius potestate sit, uel nouam instituere natiuitatem: quæ ab ea, quæ mater fuerit, hoc ipsum ut uirgo sit, ademptura non sit. quapropter eam in templo à choro atque cœtu uirginum non segregauit. hic autem locus erat, id interuallum, quod inter templum & altare intercedebat. Quoniam igitur audiebant regem naturæ, certa ac mirifica quadam ratione ad natiuitatem humanam prodijsse, metu ne regi subditi fierent, eum qui hæc de partu illo testificabatur, interficiunt, iuxta altare sacerdotem sacrificantes. Sed longè aberrauimus à proposito, quum oporteat nos recurrere ad eam, de qua in Euangelio fit mentio, ciuitatem Bethleem. Nam si nos uerè pastores sumus, & pro gregibus nostris excubias agimus ac uigilamus: ad nos prorsus pertinet angelorum uox, quæ annuntiat hoc gaudium magnum. Ergo respiciamus ad cœlestem exercitum: uideamus angelorum chorum: audiamus diuinam eorum canticonem: quis sonus diem festum concelebrantium? Gloria in excelsis Deo, clamant. Quare uox angelorum eam, quæ in altissimis uidetur, Deitatem glorificat? quoniam, inquit, in terra quoque pax, gaudio perfusi sunt angeli ob id, quod apparebat. In terra pax. quæ prius erat maledicta: quæ spinarum tribulorumq; fertilis: locus ac regio belli: locus exilij damnatorum huc pacem recepit.

Exod.3.

Luc.1.

O mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Pſal.84. O' miraculum ingens: Veritas ex terra orta eſt & iuſtitia de cœlo proſpexit. huiuſmodi fructum ſuum terra hominum edidit. atq; hæc fiunt pro ea, quæ eſt erga homines, bona uoluntate, animiq; propenſione ac bono affectu. Deus humanæ contemperatur naturæ, ut unà cum ſublimitate & celſitudine Dei genus humanũ tollatur & erigatur. His auditis tranſeamus in Bethleem. uideamus nouum ſpectaculum: quomodo propter partũ uirgo lętetur, ac ſibi placeat: quomodo contugij expers puella nutriat infantẽ. Prius autẽ quæ nam hæc & unde ſit, ex ijs, quæ rem geſtam de ea memoriæ prodiderunt, audiamus. Audiui igitur arcanã & occultam quandam hiſtoriam, tales de ea memoriæ prodentẽ narrationes. Inſignis quidam in illa exacta ſecundum legem uiuendi ratione, & nobilis propter ſummã uirtutem pater uirginis erat: ſed expers ſobolis conſeneſcebat, propterea quòd coniunx eius ad liberorum procreationẽ apta nõ eſſet. Habebatur autem matribus ab lege quidam honor: cuius honoris ſteriles participes nõ erant. Imitatur igitur hæc quoq; ea, quæ de matre Samuelis narrantur: & ſanctum ſanctorum ingreſſa, ſupplicat Deo, ne legum beneficio priuetur, quę nihil in legem peccaſſet: ſed ut mater fieret ac Deo quod gigneretur, conſecraret. Confirmata autem nutu diuino, donũ quod petijt, accepit. Quum autẽ nata eſſet puella, nomen quidem impoſuit ei Mariam, ut etiam per nomen impoſitũ, diuinitùs datum munus ſignificaretur: quum autẽ puella iam ita grandis euaſiſſet, ut mammæ admoueri eam amplius opus non eſſet, haud cunctata eſt eam ad templũ adducere, ac Deo reddere, atq; promiſſum præſtare. ſacerdotes autem exemplo Samuelis in ſacris puellam interim educare, ſed quum creuiſſet & adulta eſſet, conſiliũ agitare, nequid de ſacro illo corpore ſtuentes, in Deum peccarent. Nam ſubiugare eam legi naturę & addicere quaſi ſeruam, ſi quis eam in matrimonium duceret, res longè abſurdiſſima minimeq; decora uidebatur. Sacrilegiũ enim prorſus exiſtimabatur, ſi homo ius ac poteſtatem in donarium, quod Deo conſecratum ac dedicatum eſſet, haberet. quoniam legibus ſancitum & conſtitutũ eſt, ut uir poteſtatẽ habeat in uxorem: ut autem intra templum unà cum ſacerdotibus mulier uerſaretur, & in ſanctis cõſpiceretur, neq; conſuetum & uſitatũ erat: & ſimul grauitas & honeſtas rei nõ aderat. Deliberantibus igitur eis ſuper hac re, diuinitùs incidit conſilium: ut darent eam quidẽ uiro nomine deſponſationis: is autẽ ad cuſtodiendam uirginitatẽ eius idoneus eſſet. Inuentus eſt igitur Ioſeph talis, qualẽ ratio cõſilij requirebat, ex eadẽ cum uirgine familia attribu: iſq; de cõſilio ſacerdotũ ſibi puellã deſponder. cõiunctio autẽ non ultra ſponſalia progrediebat. Tunc à Gabriele uirgo in ſacris inſtituitur, & initiatur. Verba autẽ initiationis, benedictio erant: Aue, inquit, gratia plena: Dominus tecum. Contrà atq; prima ad mulierem uox edita eſt, nunc ad uirginẽ ſermo fit. Illa in dolore, in partu tolerandos propter peccatum condemnata eſt: in hac per gaudiũ eiicitur dolor. in illa dolores partũ præceſſerunt: hic uerò gaudiũ partui obſtetricatur. Ne
Luc.1. timeas, inquit. Quoniã omni mulieri partus expectatio metũ inijcit: iucundi partus promiſſio metũ eijcit & expellit. Concipies, inquit, & paries filiũ, & uocabis
Ibid. nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorũ. Quid igitur Maria? Audi puræ uirginis uocem: Quomodo fiet mihi hoc? quoniam uirum non cognoſco. Angelus partum denuntiat: & illa uirginitatẽ amplectitur, caſtitatem angelicæ præferens apparitioni: ac neq; rationem expeditam habet, cur angelo non credat: neq; ab inſtituto diſcedit. interdicta mihi, inquit, eſt uiri cõſuetudo. quo pacto hoc mihi cõtinget, quandoquidem uirum non cognoſco? Hæc Mariæ uox demonſtrat eſſe uera, quæ per occultam illam hiſtoriam traduntur. Nam ſi nuptiarũ cauſſa aſſumpta erat à Ioſepho, quomodo angelũ de partu prædicentẽ, quaſi re noua atq; inſolita obſtupefacta auerſata eſſet? quum prorſus ſperaret, ſe quoq; ipſam aliquando iuxta legẽ naturæ matrẽ eſſe futurã? Sed quoniã Deo dicata & conſecratã carnem, ueluti ſanctũ quoddam donariũ intactam ſeruari oportebat. propterea etiã ſi angelus ſis, inquit, ac de cœlo ueneris: etiãſi ſupra hominẽ ſis, quod apparet, attamen ut uirum cognoſcam, fieri non poteſt. quî mater ero abſq; uiro?



uiro? Ioſephum enim ſponſum quidem noui: uirum autẽ nõ agnoſco. Quid igitur ſponſæ conciliator ac præparator Gabriel? quæ nam uela puris & impollutis nuptijs adhibet & obtendit? Spiritus ſanctus, inquit, ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. O' beatum illum uentrem, qui propter excellentiam puritatis animæ bona ad ſe attraxit. Nam in cæteris quidem omnibus uix anima pura Spiritus ſancti præſentiã capiat: hic uerò caro receptaculũ ſpiritus fit. Quinetiã uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quid hoc nomine per arcana ſcriptura ſignificat? Chriſtus Dei uirtus & Dei ſapientia eſt, ut inquit apoſtolus. Ergo altiſſimi Dei uirtus, qui eſt Chriſtus, ſuperuentu Spiritus ſancti in uirginitate informatur. Quemadmodum enim umbra corporum ex forma prægredientium effingitur, eodem modo figura atq; indicia filij Deitatis in uirtute naſcentis elucebunt & apparebũt, imago uidelicet & ſigillũ, & umbra, & ſplendor primarij authoris, qui per mirabilẽ actionum oſtenditur effectum. Verum angelicus nos hortatur nuntius, ut ad Bethleem oratione recurramus, & inſpiciamus illa myſteria, quæ erant in ſpelunca, quur hic puellus faſcijs inuolutus eſt, & in præſepio quieſcit? & uirgo poſt partum, integra atq; incorrupta mater partum amplectitur ac fouet? Repręſentemus nos paſtores uocem prophetæ dicentes: Quemadmodũ audiuimus, ita quoq; uidimus in ciuita- Pſal.47.
te Domini uirtutũ, in ciuitate Dei noſtri. Non & hæc temerè in Chriſto, caſuq; fortuito contigerũt, & memorię prodita ſunt: & nulla rei geſtæ ratio ſubeſt. Quid ſibi uult quòd Dominus in ſpelunca diuerſatur? quòd in præſepio decumbit? quòd tempore tributorum deſcriptionis uitæ ſe ingeſſit? An non manifeſtum eſt, quòd quemadmodũ nos eximit ac liberat à maledictione legis, eò quòd ipſe pro nobis maledictio factus eſt, & noſtras uibices in ſe tranſtulit, ut uibice eius nos ſanaremur: ita tempore quoq; tributi naſcitur, ut nos à malis tributis, quibus humanũ genus à morte uexabatur & obnoxiũ erat, liberaret? Porrò ſpeluncã quum uideris, in qua naſcitur Dominus, ſubterraneam ac lucis expertẽ, hominum cogita uitam: in qua uerſatur is, qui illuceſcit & apparet ijs, qui in tenebris & in umbra mortis ſe- Eſa.9.
dent. Faſcijs aũt conſtringitur, qui catenis peccatorũ noſtrorũ circundatur & oneratur. Porrò præſepe rationis atq; ſermonis expertium animalium domicilium eſt, Eſa.2.
in quo Sermo naſcitur, ut bos agnoſceret poſſeſſorem ſui, & aſinus præſepe domini ſui. Bos ſubditus legi, aſinus oneribus portandis deſtinatum animal: quod peccato ſimulachrorum cultus oneratum atq; grauatum eſt. At brutis quidem conueniens cibus & uictus gramen ac uenum eſt: qui producit enim gramen & fœnum pecoribus, inquit propheta: rationale autem animal, pane nutritur. Quamobrem Pſal.103.
idcirco præſepio, quod eſt habitaculũ brutorũ, is qui de cœlo deſcendit, panis uitę apponitur, ut etiã bruta rationali inuicẽ ſumpto cibo, rationẽ adipiſcantur. Medius igitur inter bouẽ & aſinum in præſepio utriuſq; Dominus eſt, ut ſoluto interſtitio ſepis, ambos in ſeſe creet in unũ nouũ hominẽ, & ab hoc graue iugũ legis auferat, & illũ ſimulachrorũ cultus onere leuet. Verùm tollamus oculos, & cœleſtia miracula cõtemplemur. Ecce enim nõ prophetę ſolum & angeli hoc gaudiũ nobis annunciant: uerumetiã cœli per propria miracula Euangelij gloriam declarãt. Ex luda nobis Chriſtus ortus eſt, quemadmodũ inquit apoſtolus. ſed nõ illuminatur & illuſtratur Iudæus ab eo, qui ortus eſt. peregrini & hoſpites teſtamentorũ promiſſionis & à patrum benedictione alieni Magi erant. ſed cognitione populũ Iſraeliticum præcedunt: qui & cœleſtẽ ſtellam agnouerunt, & regem in ſpelunca latentẽ non ignorauerunt. Illi munera offerunt: hi inſidiantur. illi adorãt: hi perſequuntur. illi inuento eo, quẽ quærebant, gaudent: hi propter natiuitatẽ ſibi indicati turbantur. Conſpicati enim, inquit, ſtellam Magi ſupra locũ, ubi erat puellus, gaudio magno perfuſi ſunt: Herodes uerò audito ſermone turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum eo. Illi quidem tanquã Deo offerũt thus: ac regiam dignitatẽ auro colunt atq; excipiunt: eamq;, quæ circa paſſionẽ certa ratione diſpoſita eſt, ordinationem atq; adminiſtrationẽ prophetica quadã gratia per myrrham denuntiant atq; præſignificant: hi uerò ad unũ omneis infanteis ac pueros interfici iubent. Quod mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca



uidetur nõ sæuitiam solùm atq; crudelitatẽ, uerumetiam extremã arguere amentiã eorũ. Quid enim cæde puerorũ sibi uoluerunt? quo consilio, quáue intentione sanguinarij atq; nefarij tantũ scelus, tantũ piaculum ausi sunt? Quoniã nouum quoddam, inquiũt, signũ cœlestium miraculorũ regis designationẽ Magis indicauerat. Quid igitur, pro uerõne credis ei signo, quo hoc futurũ indicatũ est? An uanũ esse suspicaris id, quod ferebatur & iactabatur? Nam si quidẽ is est, qui cœlos possit secum unà disponere: sub tua manu prorsus nõ est: sin aũt penes te, atq; in tua positũ esse potestate putas, ut ille uel uiuat, uel moriatur: frustra talẽ metuis: nam qui eius cõditionis est, ut tuę potestati subditus sit, quid attinet huic insidiari? quare horrendum illud edictum emittitur? scelesta ac nefaria sententia aduersus infantes? ut miselli puelli trucidarentur? qui quid maleficij cõmiserunt? quam mortis ac supplicij causſam aduersus sese præbuerũt? quibus unũ illud solum crimini datur, q̃ scilicet nati sunt & in lucem prodierunt. atq; eorũ caussa ciuitatẽ carnificibus repleri oportebat, & matrũ turbam, infantiũ cœtum cogi. quũ unà cum eis adessent etiã parentes, & omnes, ut est uerisimile, qui cõmunione sanguinis eos contigerent, ad cladẽ confluerent? Quis oratione calamitates delineauerit atq; descripserit? quis ante oculos ponere narrando clades & funera possit? promiscuã illam lamentationẽ? flebilem concentũ puerorum, matrum, cognatorũ, patrum ad carnificũ minas miserabiliter exclamantiũ? quomodo quis cum ense nudo carnificẽ iuxta infantẽ stantẽ, toruis ac cæde micantibus oculis intuentẽ, atq; alias consentaneas uoces edentẽ, sinistra manu puellum ad se trahentẽ, altera gladium tollentẽ describere possit? ex altera uerò parte cõtrà matrẽ ad se puellum trahentẽ, suasq; proprias ceruices ensis mucroni submittentẽ, ne suis oculis uideat miserũ filium carnificis manibus trucidari? Qua ratione quis affectus patrũ exposuerit? imprecationes, exclamationes, gemitus, extremos filiorum amplexus? quũ multa etiã talia eodem tempore simul acciderent? quis multiplices ac uarias calamitatis facies ac modos deplorauerit? modò enixarũ geminos dolores? acreis naturę faces atq; tormẽta? ut miser infans simul & mãmæ adhæresceret, & per uiscera lethale uulnus acciperet? ut misera mater & papillã ori infantis admoueret, & sanguinẽ filij, sinu exciperet? sæpe aũt alicubi carnifex ruente manu, uno impetu gladij, filiũ unà cum matre transfixit: atq; unum sanguinis flumen extitit, quod tam ex materna plaga, q̃ ex lethali uulnere filij cõmisceretur. Quoniã autem etiã hoc scelesta uox Herodis adiecit, ut nõ solùm aduersus modò genitos infantes funesta capitalisq; sententia proferretur, uerum etiã si quis ad alterũ annũ progressus esset, ut is quoq; de medio tolleretur: (scriptũ
*Matth. 2.* est enim, à bimatu & infra:) alterã ex uerisimilitudine cladem in his ratio cernit: q̃ sæpe tempus interiectum duorũ filiorum matrẽ fecerit eandem. Quale igitur rursus in talibus spectaculum erat? duobus circa matrem unã carnificibus occupatis? uno quidem prætercurrentẽ ad se trahente: altero uerò eum qui mãmæ etiã nunc admoueretur, à sinu reuellente? quõ miserã matrem horum nomine affectã fuisse credibile ac uerisimile est? quũ aduersus duos filios natura quasi findere? ac distrahere, utroq; æqualiter maternis uisceribus ignem accendente? quũ ambigeret qualem aut utrũ ex improbis carnificibus sequeretur, uno quidem hinc, altero aũt illinc ad cædem attrahentibus infanteis? accurrat ad recens natum obscurũ adhuc & indistinctũ ploratum emittentem? at alterum audit iam loquentem ac uoce balbutiente matrem cum lachrymis implorantẽ: Quid agat? quò euadat? quò se uertat? ad utrius uocem clamorẽ referat? Vtrius gemitui opploret? Vtrius morti illachrymabitur? quũ ex æquo naturæ stimulis utriusq; nomine urgeatur? uerùm à lamentationibus ob cædem puerorũ obortis, aures auocemus, & ad hilariora atq; iucundiora magisq; diei festo cõuenientia, mentẽ conuertamus: tametsi uehemen
*Matth. 2.* ter, iuxta prophetiã clamãs Rachel cædem filiorũ deploret. In die enim festo, ut sapiens inquit Salomon, decet obliuisci malorũ. Quis aũt nobis hoc die festo clarior magisue insignis esse possit? in quo noxijs diaboli noctis discussis tenebris iustitiæ sol per ipsam nostrã naturã illucescit naturæ? in quo id quod collapsum erat, excita-



excitatur? quod inimicũ factum erat, ad reconciliationẽ ducitur? quod abdicatum & alienatũ fuerat, reducitur? quod uita exciderat, ad uitã redit? quod captiuitate in seruitutẽ redactum erat, ad regni dignitatẽ resumitur? quod mortis uinculis nexũ & compeditum erat, solutũ ad regionem uiuentium recurrit? Nunc iuxta prophetiã æreæ portæ mortis conteruntur: ferrei uectes, quibus prius genus humanum in mortis custodia cõclusum & coercitũ erat, cõfringuntur. nũc porta iusticię, quemadmodum Dauid inquit, aperitur: nũc per totum terrarum orbem habitatũ, diem *Psal. 23.*
festum celebrantium concors sonus auditur. per hominem mors, item per hominẽ salus. primus in peccatũ lapsus est: secũdus collapsum erexit & restituit. Defendit & purgatur mulier à muliere prima aditũ & locum introeundi peccato dedit, hæc uerò introeũti iusticię subseruiuit & ancillata est. Illa consilium serpentis amplexa *Rom. 5.*
atq; sequuta est: hæc interfectorẽ serpentis præbuit, & lucis autorẽ peperit. illa per lignũ peccatũ introduxit: hæc cõtrà per lignũ, bonum inuexit. lignũ aũt dico crucem. huius uerò ligni fructus semper florens & immarcescibilis incorruptibilisq; uita gustantibus existit. Ac nemo mysterio paschæ duntaxat eiusmodi gratiarum actionem, & beneficiorum laudumq; Dei commemorationem conuenire atque competere suspicetur. Cogitare enim debet, quòd pascha finis administrationis est. Quomodo aũt finis extitisset, nisi principium præcessisset. Vtrum horũ altero magis præcipuũ magisue principale est? Natiuitas uidelicet passionis administratione prior est. Ergo paschalia quoq; bona natalitiarũ laudũ ac benedictionũ pars sunt. siue quis beneficia accepta ab ijs, quorũ in Euangelijs mentio fit, enumeret: siue sanationũ miracula cõmemoret: cibaria ad extremã inopiam redactorũ: mortuorũ ex monumentis reuersionẽ: subitariã & extemporalẽ uini factionẽ, dæmonum eiectiones: uariorũ morborum ac uitiorum ad sanitatẽ traductionẽ: claudorum saltationes: luto oculos sanatos: diuinas doctrinas: constitutiones: per comparationes & similitudines, sublimium rerum institutionem: hæc omnia præsentis diei donum sunt. hæc enim insequutorũ bonorum principium & origo fuit. Igitur exultemus & lætemur in ea, non metuentes hominũ obiectionem, nec cõtemptioni eorũ succumbentes, quemadmodũ propheta quoq; præcipit: qui rationem administrationis irrident, quasi indecorũ esset, Dominũ corporis subire naturã, & per natiuitatẽ sese humanæ uitæ immiscere: ignorãtes, ut uidet, huius rei mysteriũ, quomodo sapientia Dei salutem nobis certa ratione atq; ordine administrauit, & confecit. Sponte nostra peccatis nostris uenditi sumus. mancipiorũ pecunia comparatorum in modum, in seruitutem ab inimico uitæ nostræ redacti sumus. Quid tibi à Domino potissimum fieri cupiebas? Nónne ut ex ea calamitate eripereris? Quid de modo curiosè inquiris? quur benefactori formam benefaciendi præscribis? perinde ac si quis beneficij nomine cũ medico expostuler atq; queratur, quòd non sic, sed aliter curasset. Quod si amplitudinem [a] ordinationis & administratio- [a] οἰκονομίας.
nis præ curiositate inquiris, sufficit tibi tantũ didicisse, q̃ numen diuinũ non unum aliquod solùm bonũ duntaxat sit, sed quodcunq; bonum excogitari potest, illud sit: potentia, iustitia, bonitas, sapientia, omnia quæcunq; Deo cõuenientis significationis sunt, tam nomina quàm intellectus & mentis cõceptus. Considera igitur, an non omnia quæ nominata sunt, circa id, quod nobis contigit concurrerint: bonitas, sapientia, iustitia, potentia? Quòd bonus sit, hinc sciri potest: nimirum, quòd desertorem dilexit. Quòd sapiens sit, hinc liquet, quòd consilium, quo reditus in pristinũ statũ seruitute oppressis cõficeretur, excogitauit: quòd iustus sit argumento est, quòd uim nõ fecit ei, qui nos in seruiturem redegerat, qui emendo sibi iustè cõparauerat: sed seipsum dedit, quasi pretiũ quo redimeret eos, qui capti ac detenti erãt, ut tanquã fideiussor quidam in se translato debito liberaret eum, qui detinebatur ab ijs, quorũ erat in potestate. Quòd potens sit, hinc patet, q̃ nõ detentus est *Psal. 15.*
in inferno, neq; caro eius uidit corruptionẽ. fieri enim nõ poterat, ut author uitæ, corruptioni obnoxius esset. At turpe est ad natiuitatẽ humanam uenisse, atq; periculum carnis affectuũ & afflictionũ subijsse. Beneficij, quo aliud nullũ maius esse

*Greg. Nyssenus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



possit,excellentiam narras.Quoniã enim aliter ex tantis malis eximi genus humanum non poterat,sustinuit omnis impatibilitatis Rex suam gloriã nostra uita commutare.ac puritas quidem in nostris sordibus uersatur:sordes uerò puritatem non
Ioan.1. attingunt:quemadmodum inquit Euangelium, quòd lux in tenebris luceret,tenebræ aũt eam cõplexæ nõ sint. Euanescit enim aduentu radij caligo:caligine sol nõ
2.Cor.5. obscuratur,id quod mortale est,à uita absorbetur,ut inquit apostolus,nõ per mortem uita absumitur. corruptum unà cum incorrupto conseruatur: corruptio autẽ incorruptibilitatem non attingit. Propterea cõmunis omnis creaturæ concentus existit,concordem & consonam omnibus gloriæ prædicationẽ edentibus Domino creaturæ,omni lingua cœlestium,terrestriũ & infernorum clamante,quòd Dominus Iesus Christus est in gloria patris benedictus in secula seculorum.Amen.

## EIVSDEM DE SANCTO STEPHANO PROTOMARTYRE.

QVàm pulchra bonorum cõsequentia est: quàm iucunda lætitiæ successio:Ecce enim diem festum ex die festo,& gratiã pro gratia accipimus. Heri Dominus uniuersi nos pauit: hodie Domini imitator. quomodo hic:aut quomodo ille:ille hominem pro nobis induẽs:hic pro illo hominem exuens.ille uitæ speluncã propter nos subiens:hic propter illum ex spelunca excedens. ille pro nobis fascijs inuolutus: hic pro illo lapidatus.ille mortẽ interimens:hic morti iacenti insultans.Enimuerò,fratres,cõcurramus etiã nos sermone ad theatrũ,in quo magnus ille athleta laborat,& aduersus improbum humanæ uitæ aduersariũ ad certamen accingitur in stadio confessionis. Reuera enim iuxta uocẽ Pauli, mundo, & angelis & hominibus spectaculo fuit magnus ille Stephanus,qui primus Stephano,id est,corona confessionis redimitus & ornatus est:qui primus martyrũ cœtui aditũ fecit:qui primus usq; ad sanguinẽ peccato aduersatus est. ac mihi uidetur supramundanorũ exercitus omnis, & omnes angelorũ legiones,tam ministrantiũ,quàm assistentiũ:ac si quid aliud dignitate præditũ in supernis partibus audimus,quod in principatibus, & uirtutibus,& thronis,& poteſtatibus & dominatiõibus uersetur:& omnis cœlestis cõuentus tũc athletã cũ aduersario confligentem spectaculo sibi proposuisse. Patebat enim ueluti stadium quoddam decertantibus humana uita. tendebant autẽ uterq; alter alteri infesti, hinc quidem improbus humanæ uitæ aduersarius iam inde à lapsu primo conditorum hominũ, usq; ad tẽpora Stephani,uictorijs de hominibus partis exercitatus:illinc uerò magnus ille fidei athleta nihili faciens aduersarij incursum.Arma autem ambobus alteri aduersus alterum erant,inuentori quidem mortis,mortis terror:discipulo autẽ uitæ,confessio fidei. Quis enim non admiratus esset nouã hanc certaminis formã, quum ueritas uita ac morte dijudicabatur,ac documentũ ueritatis mors fuit? nam præco fidei absconditæ ac uitæ,quæ ignorabatur, reipsa prædicationẽ hominibus diuulgabat. per hoc enim quod haud grauatè neq; cunctanter hanc uitã deseruit, rectè rem æstimãtibus demonstrabatur,quòd ea,quæ relinquebatur uita,præstantiori commutaretur. Verùm haud incõmodum fuerit, tanquã in tabula, orationẽ exactè quasi depingere cõcertationẽ,ut per rerũ gestarũ seriem cõmodè miraculorum ratio demonstretur. Nuper enim uiolentus ille ac uehemẽs flatus supernè delatus,dissipatis atq; dissectis omnibus aerijs ac fallacibus dæmonũ copijs domici-
Act.1. lium apostolorũ repleuerat, & linguarũ in modũ ignearũ diuisus pro numero donũ accipientiũ spiritus in unoquoq; resederat: ac iam ad inopinatũ & inauditũ uocis ac linguæ miraculũ eos, qui ex omni gente profecti, Hierosolymis uersabãtur, consternatio confusioq; inuaserat,omnibus qui in uarias ac diuersas linguarũ formas diuisi fuerant,repentè cum discipulis eiusdem linguæ factis,quum nulla præcedente disciplina atq; exercitatione, sed ex inspiratione spiritus repentè atq; ex tempo-



tempore hoc dono repræsentato,facultas loquendi apostolis accessisset. Oportebat enim eos, qui in terrenæ turris extructione cõmunionem linguæ uocisq; concordiã soluerant,in spirituali ecclesię ædificatione rursus ad cõmercium linguę uenire.atq; idcirco sancti spiritus dispensatio rectè gratiã hinc orditur,ut cõmune hominum beneficium in omnẽ intellectum humanæ uocis dispertiretur, ne si in unã linguã solã prædicatio pietatis includeretur, inefficax & inutilis hominibus diuersæ linguę maneret.Iam igitur quum Pharisæi quidem suis etiã ipsorum auribus nõ crederent, ac miraculo rei obstupefactos cæteros errare contenderent irridentes, quasi [a] multum talem uæcordiam atq; furorem apostolis ingenerasset:Petrus autẽ uno orationis complexu,animarũ millia tria quasi uerriculo captas Christo lucrifecisset:ac deinceps semper adiectione eorum, qui salui fierent, ecclesia numero ac multitudine cresceret:itemq; is, qui à natiuitate claudus fuerat, speciosam portam templi rursus ijs,qui salui fierent,aperuisset, cui assidens sui sanationis miraculo animã claudicantes ad fidem adduxerat:quum multi igitur ad prædicationem fidei confluerent, atq; maiorem manum gratiæ ministrantium res postularet: tunc sapientia ac gratia abundans Stephanus à spiritu in auxilium apostolorum uocatur. Ac nemo nomine ministerij motus, secundum eum ab apostolica dignitate locum obtinere suspicetur. quoniam etiam Paulus sese ministrum mysteriorum Christi agnoscit:nec uniuersarum rerum dominum, qui per carnem humanam salutem administrabat, ministerij nomine puduit, quum diceret sese in medio esse tanquam ministrum, qui diuisiones ministeriorum efficit, ut inquit apostolus. Quemadmodũ enim ignis apta comprehensa materia, flammã in altum tollit, & illustriorẽ splendorem efficit:ita etiã spiritus sanctus quum in magna illa Stephani animi indole uersaretur, gratiæ radios clariores efficiebat. quamobrem omnes, in quibus eruditionis atq; scientiæ nonnihil inerat, in sese cõuertebat:ex ijs qui cæteris præstare uidebantur, coitione atq; conspiratione facta, ueluti in phalangas quasdam constipati sic impetũ Stephani sustinere nitebantur.at ille omnibus pariter inuictus erat, siue cum multis solus,siue cum paucis congrederetur.Tunc igitur in speciem quidem Alexandrini, Libertiniq; & Cyrenenses, quiq; undiq; conuenerant homines, cum ueritatis athleta confligebant.qui autem per id,quod apparebat intelligitur, is pater mẽdacij erat,per figuras humanas aduersus eam, quæ à Stephano proferebatur, ueritatem insurgens. Sed ueritas quidem de mendacio trophæũ reportabat, quũ uir ille strenuus omneis propugnatores fraudis in fugã egregiè uertisset:minister autẽ ueritatis, ab hoste ueritatis insidijs petebatur, quasi nõ patefaceret eam,quæ reuera esset,sed eam,quæ nõ esset,fingeret ueritatẽ.Quid hæc moliris aduersus præconẽ? ad diabolum dixerim. Si tibi aliquæ sunt uires,incommoda ueritati, quæ in Stephano elucet. sin autem illa tuis machinationibus sublimior est, quid circa instrumentum ueritatis malignitatem exerces? atq; omisso eo,quod instat & urget,tollis id, quod se præbet,[b] atq; iniuriæ opportunum est. quale quiddã canes faciunt,lapides quibus petuntur,ictu inuadentes,eum,à quo petuntur, non attingentes.Posteaquã igitur mendacium per ea,quæ opponebantur, confutatũ atq; conuictum erat, nec quenquã alium improbus ille postea propugnatorem fraudis inuenire poterat,omnibus ad patefactam ueritatẽ respicientibus, nõ obliuiscitur sui certaminis, atq; efficaciã suam, tam in accusatores quàm in iudices partitur.quum utrisq; sese insinuasset, hos quidem,ut falsa aduersus Stephanum dicerent,impulit, illos uerò,ut animo irato calumniã admitterẽt,induxit. quumq; uarijs modis etiã Iudæis sese inseuisset, omnium aduersus Stephanum furgitur officio,accusatoris,iudicis,carnificis,& reliqui totius ministerij mortis,ignorans cũ quanta ruina post talem aduersus Stephanum sententiã,præceps abiturus esset. Quemadmodũ enim periti athletæ subeuntes corpus aduersariorũ per quandam artificiosam agilitatẽ atq; habilitatem, grauiorẽ lapsum eis struũt:ita magnus quoq; Stephanus humi prostratus, grauem illam contusionẽ aduersarij confecit. Hinc enim in orbẽ terrarũ apostoli currere ceperũt.hoc in omneis parteis sermõis

[a] Act.2. ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦτου τοῦ πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἐπιφανέντος ἐκινήθη.

Act.5.

Act.6.

1.Cor.4.

Ephe.4.

1.Cor.12.

[b] ἀπὸ παρέργου τοῦτο ἐστὶν ἐν παραδείγματος μέρει κείμενον, ὅπερ ἐν ἑτέρῳ χρήσιμον ἦν· ἐν ἑτέρῳ δὲ ἐστὶ παρέργου· ἃ καὶ ἀναγνωσθῆναι δύναται καὶ παραλειφθῆναι, καὶ ἔστιν ἀμείνων ὁ ἀκροατής.

*rat in exemplari, quo usus fuit in altero est παρέργου: quæ lectio tolerari pot, & est facilior. ut sit sensus, Omissa ueritate, quæ est in Stephano, tollis ipsum Stephanũ qui continet ueritatem tanquã uas. sed hæc minus conuenit similitudini, quæ subijcitur.*

*Greg. Nyssenus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



diuulgationis initium est. Nam nisi ab illius cede populus Iudæorum in apostolos
fæuijsset, forsitan solis Hierosolymis Euangelij gratia inclusa esset. nunc uerò agi-
tati à Iudæis, alius aliò gentiũ per orbẽ terrarũ dispersi sunt, undiq; per mysteriorũ
Act. 8. doctrinã diabolũ exturbantes. hoc modo Samaria sermonẽ recipit: hoc modo o-
ibid. biter in uia salus eunuchi à Philippo conficitur. ita magnũ illud ecclesiæ instrumen-
Act. 7. tum Paulus ira minisq; à diabolo armatus aduersus ipsum armatorem tela uertit,
ex omni eum exterminans orbe terrarũ, ut nullum relinqueret locum fidei Christi
inaccessum. hinc Aegyptij, Syri, Parthi, & Mesopotamitæ, Itali & Galli, Illyrij, Ma
cedones Christum agnoscunt, & omneis undiq; gentes sermo percurrẽs ad fidem
adducit. Vides Stephani athleticã scientiam? quàm multis ruinis obtritus sit ad-
uersarius, quum per calumniam aduersario superior fuisse uideretur? Verùm ad
stadium denuo reuertamur. Quibus uerbis populum concitant calumniatores?
Act. 7. Non desinit, inquiunt, uerba contumelioſa loqui aduersus locum hunc sanctum
& legem. audiuimus enim ex eo, quum diceret, Iesus Nazarenus hic demolietur lo
cum hunc, & mutabit instituta, quæ nobis tradidit Moyses. Accusatio quidem dia
boli oratorum talis est. sed quæ nam est audientiũ amentia? cuius criminis nomi-
[a] Malitiam ne fæuiunt? quam [a] nequitiam in his uerbis deprehenderunt? Nam quæ quidem
aduersus eum proferebantur, in posterũ euentura erant. Aiebant enim eum dixis-
se locum euersum iri, & instituta Mosis commutatũ iri. Quod igitur maleficium in
his uerbis cõtinetur, siue uera, siue falsa loquatur? Nam si quidẽ mentitur, id, quod
angit & malè habet, nõ euenier: sin autẽ uera dicit, quæ nam inest iniuria sermoni,
quo prædicit id, quod euenturũ sit? Nam quæ fiunt, prorsus eueniẽt, siue fileamus,
siue loquamur. at ædes prædicentis, quam adfert incommodorum correctionẽ?
Deinde accusatur quidem Iesus Nazarenus: sententia autem, qua pœna atq; sup-
plicium decernitur, aduersus Stephanum fertur. Atqui si is, qui delinquit, iram mo
uet & crimini datur loci & institutorum mutatio: atq; hæc accusator non à Stepha
no, sed ab Iesu fieri dicit: aduersus accusatum prorsus cõmoueri iudices oportebat.
O' iniustã audientium sententiã. Quoniam, inquit, Iesus mutabit leges, lapidetur
Stephanus. quo modo aũt legem Iesus abrogabit, qui ita affectus erat erga legem?
Matth. 5. qui omnia ad confirmationẽ antiquarum legum instituit? qui dixit, Nõ ueni disso-
luturus legem, sed impleturus? qui legem de non interficiendo, per hoc, quòd nec
Matth. 5. prorsus quidẽ irasci quenquã uoluit, discipulis cõfirmauit? qui adulteriũ unà cum
libidine atq; concupiscentia eiecit? qui per id, quod noluit, ut quisquam ulciscatur
eum, à quo antè læsus esset, ne lacessendum quidem iniuria quenquã esse sanxit?
qui per communicationẽ facultatum, auaritiæ uitium exterminauit? Qui fit igitur,
ut hæc neq; cõmemorata, neq; in cognoscendo simul quæsita atq; examinata sint?
Vellem nunc adesse mihi sanguinariorũ illorum iudicum concilium, ac de loci,
quorum nomine fæuiunt infensi, sciscitari. ubi celebre illud templum? ubi incredi-
biles lapidum magnitudines? ubi aurum illud, quod reliquã templi materiam pre-
tio propemodum æquabat? ubi legitima sacrificia? aries, uitulus, agnus, iuuenca,
[b] ὁ ἀκάθαρ- columba, turtur, [b] auertendis malis sacrificari solitus caper? si idcirco Stephanũ ca-
τος χίμα- pitis condemnant, ut ne quid triſtium illarũ rerum eueniret, ostendant quæcunq;
ρος. per cædem illam nefariã sibi conseruauerint. quòd si nihil horum reliquũ est, quo-
rum nomine sententiã illam tulerunt, dicant cuius rei gratia ædes ab ipsis perpe-
trata sit. Verùm uideamus in reliquo certamine, qua ratione sanguinarios ulcisca-
[c] ὃς τοῦτε τοὺς ἐπὶ τῷ λίθῳ κατ- tur is, [c] qui ueluti niualibus floccis crebris incidentibus, ita lapidũ quasi grandinis
αχορυβάντας. imbre obruebatur? quibus contrà iaculis petat eos, qui lapidũ in eum tela emitte-
[d] Propulsando. bant? Cognoscant Iudæi arma Christianorũ, quibus iniuriã [d] ulciscendo magnus
Stephanus usus sui facti exemplo legẽ uitæ sanxit. Nam illi quidem ferina quadã
atq; immani rabie undiq; sanctum circunstantes in unum illum tanquã scopulum
omnes intenti erãt, quicquid ad manum esset, eo uice teli aduersus Stephanũ utẽ-
tes. hic uerò tanquã sacerdos quidã, iuxta legem spiritualem, puram hostiam im-
molans, non alienum, sed suum altaribus admouens corpus, & loco libaminis san-
guinem



guinem spargens per sese Deum, quem in cœlestibus adytis cernebat, delinquẽti-
bus placabat, beneficio nefariã cædem eorum corrupẽsans, clamãs audiẽtibus ho-
micidis, ac dicẽs: Domine ne imputes eis hoc peccatum. atq; hic quidem oratione Act. 7.
peccatum eorum, quod sceleratis manibus suis sanguinarij quasi exarabant, dele-
bat. illi uerò etiam ad orationem exasperabãtur: ac nõ prius eum impetere remise-
rũt, quàm magnus Stephanus ueluti teneris floribus uel rore quodã leui circumfu
sus in dulcem simul ac beatum somnũ [a] delatus est. Verùm uictoria certamẽ præ- [a] Delapsus. Ὑπολύθη est utro
uenit, & ante certamẽ athletã corona uictoriæ decoratũ uidemus. Antequã enim biq;: ego lego ἐπλύθη, siue
certamen speciauerimus, ad finẽ certaminis oratione prouecti sumus. Oportebat ἐπλύθη.
enim, opinor, orationẽ nõ præterire ea, per quæ maximè martyris uirtus ostẽdeba
tur, qualis ad cædẽ propẽsorum cõsilius, & quomodo omnibus ex æquo animus
ad cædẽ cõcitatus: quãta cõgregatis ad malum cõspiratio: qualis cuiusq; obtutus:
qualis habitus, qualis dẽtium motus & affectus esset, sicut diuina scriptura signifi- Act. 7.
cat, quòd dissecarẽtur cordibus suis, & frenderẽt dẽtibus suis in eum: qui in medio
tot ac taliũ stans, cõtraq; omnẽ uim aduersariã, quæ à sanguinariis illis repræsenta
bat, sese cõtra exuscitãs, per omnia magnitudine animi atq; indolis excellebat, iræ
quidẽ lenitatẽ, minis uerò despicientiã: mortis terrori, uitæ cõemptum: odio, dile-
ctionẽ: maleuolẽtiæ, beneuolẽtiam: calũniæ, ueritatis prædicationẽ opponẽs. Nõ
enim uno modo uictor declarabat, sed aduersus omnẽ malitiæ speciẽ, quæ tũc ab
Iudæis repræsentabat, sese per uarias uirtutes distribuẽs cum omnibus & cõfixit,
& omneis superauit. Ita audio in gymnicis quoq; certaminibus eos, qui uiribus cæ
teros antecedũt, aduersus totum sæpe stadium gymnicũ sese certamini offerẽtes &
accingẽtes, de omnibus uictoriæ præmia reportare. Talis martyrũ stadij princeps
erat: qui aduersus omneis aduersarij copias quũ sese opposuisset, aduersus omneis
uictoria clarus designatur. Nã falsam sapientiã per libertinos Cyrenẽses & Alexã-
drinos sapientes aduersus se luctantem, per ueram sapientiam deuicit: terrorẽ per
libertatem loquendi, & ingenuam increpãdi fiduciam: minas per despicientiam,
sæuitiam per beneficẽtiam, mendacium per ueritatem. Illi quidem ad cædem spe-
ctabant, & iam manus lapidibus armabãt, obtutu, anhelatione, dentium collisio-
ne sæuitiam præ se ferentes: hic uerò tãquam fratres aspiciebat, & tãquam patres sa
lutabat. Viri enim fratres, inquit, & patres audite. Illi quidem calumniã probabili-
ter cõfingebãt: huic uerò cõcilium ad eædem propẽsorum pro curia ueritatis erat.
nõ metu præcidebat orationem, nõ languidus fractusq; ac remissus metu pericu-
lorum erat: non mors ei ante oculos uersabatur: sed erecto animo omnia quæ an-
te pedes erant contemnens, tanquam puerulos miserè insipientes regebat ac mo-
derabatur oratione, ad demonstrandum eos in errore doctrinarũ uersari, simul e-
tiam ijs documentis, quibus ab illis ipsis fides derogari nõ poterat, utens. Abrahã
orationi adhibetur, totaq; illius historia paucis ante oculos ponitur: deinde cæteri
sancti, qui successerunt. Ad hæc Moyses ut narus, ut educatus, ut eruditus & insti-
tutus, ut in mõte sacris initiatus & instructus sit, ut Ægyptum flagellaret, Israelem
seruaret, mysterium Domini prædiceret. Quod etiã maximè concitat concilium,
& morbum incendit, quòd etiam Moyses, cuius se nimirum uehemẽter studiosos
esse uideri uolebant, patronus doctrinæ huius demonstraretur, quamobrem etiam
surgentes finem imponũt, qualem & Stephanus desiderabat, & illorũ crudelitatẽ
decebat. Nam ille quidẽ naturam egressus, etiã antequã corpore excessisset, puris
oculis cœlestes sibi portas apertas uider, & id, quod intra adyta apparebat, quùm
ipsam diuinã gloriã, tũ gloriæ splẽdorem cõspicatur, ac paternæ quidẽ gloriæ nul
la describit oratione figura: splẽdor uerò in ea, qua ab hominibus usus erat, forma
ab athleta cõspicit, sic apparẽs, ut humana capere poterat natura. Atq; hic quidẽ
extra naturã humanã cõstitutus, & in angelicũ decorẽ trãsformat [a], ut ipsis etiã ne- [a] Mutat.
farijs homicidis miraculo esset, in angelicã dignitatẽ forma faciei mutata, quũ ui-
dit effugiẽtia aspectũ, tũ eã, quę sibi apparebat, gratiã sublato clamore significauit.
illi uerò cõtinuerũt aures, & narrationẽ usiõis nõ admiserũt, hoc saltẽ ex omnib. Act. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rectè facientes. neq; enim dignæ erant prophanorum & impurorũ aures, quæ diuinæ apparitionis acciperẽt narrationes. atq; ille quidẽ gratiã præsentibus cõmunicabat, narrãdo in cõmune proponẽs ea, quorũ cõtemplatione solus dignus iudicatus erat, Video, inquiẽs, cœlos apertos, & filiũ hominis stantẽ à dextris Dei. hi uerò exclamãtes uoce magna, & cõtinentes aures suas impetũ unanimiter in eũ fecerunt. Rectè adiecit eorũ factis historia clamorẽ, ut ostenderet destinatæ uoluntatis eorũ eũ Sodomitis cognationẽ. Etenim illorũ scelus clamor à iudicante nominatus est. Clamor eũ, inquit, Sodomorũ & Gomorræ ad me ascẽdit. Clamauerũt igitur hi quoq;, ut etiam eorum aduersus Stephanũ clamor audiretur. Non ignorabat autẽ athleta se per crudelitatem cædẽ nefariã perpetrantiũ beneficiũ accipere. Nã orbe lapides undiq; cõijcientiũ quali corona cinctus, ita accepit id, quod agebatur, quasi corona uictoriæ præmiũ in manibus aduersariorũ necteretẽ. quare etiã benigna precatione sanguinarios cõpensat, rogãs ne in cõtrarios euẽtus facinus, quod in ipso perpetrabatur, diuideretẽ, ut sibi quidẽ uitã, aduersarijs aũt exitiũ adferret: sed quibus ipse dignus iudicatus esset, ab ijs ne hostes quidẽ, quasi bonorũ sibi aliqua ex parte authores, excluderentẽ. Sic is, qui Christũ cernit, aduersus hostes sese gerere nouit. Quoniã enim lenitatis præceptorẽ uidebat, recordatus est legum ab eo latarũ inimicos diligere iubentiũ, & benefacere odio prosequẽtibus & pro hostilia facientibus orare. Verùm athleta quidem nõ humanis laudibus celebrat, neq; [a] in certando gloriã ex hominibus conflatã sibi propositã habebat: sed quũ magnificẽtia facinoris egregij totũ mũdũ superauerit, humanarũ quoq; utriũ modos simul prętergressus est, omni laudatiua facultate post se abiecta. Igitur ille quidẽ in omni humano sermõe uictoriæ præmia obtineat: nos aũt historia sua adiuuet ad animarũ salutẽ. Quẽadmodũ enim inter corporeos athletas ij, qui in publicis certaminibus cõtendere desierũt, iuuenes athleticis exercitationibus per artificiosam quandã agilitatẽ & habilitatẽ assuefaciunt, prehẽsiones aduersariorũ frustrari atq; eludere docẽtes: ita nos quoq; opinor oportere per magnũ Stephanum exerceri & assuefieri ad pietatẽ, ut per eum fugiamus atq; euitemus pneumatomachorũ, id est, spiritus sancti hostiũ, correptiones atq; uexatiões. Aiunt enim illi, qui aduersus gloriã sancti spiritus insaniunt, suæ absurditati & importunitati Stephanũ patrocinari, qui cœlũ intentis oculis cõtuitus, uidit gloriã Dei & Iesum stãtem à dextris Dei. Ad euersionẽ igit pietatis doctrinæ in hũc modũ dicunt. si cũ patre & filio spiritũ omnino numerari oportet: qui fit, ut Stephanus in apparitione una cum filio spiritũ quoq; nõ uiderit? Quomodo igitẽ ijs, qui per hæc ipsa uerba supplantantẽ, manũ Stephanus porriget? quo pacto certãdi arte labascẽtes eriget? Sanè ex eodẽ loco exiitit auxilium, quod euertat aduersarij incredulitatem. quæris o pneumatomache, si gloria patris apparuit, & filius à dextris stationẽ obtinens, ubi spiritus? Quòd si in te spiritus esset, nõ prępositũ de eo uerbũ te prętersisset: quemadmodum ij, qui obtusos oculos habent, aurum ante pedes obiectum ignorantes prætereunt. at nunc saltẽ audi, nisi aures fortè contines, sicuti Iudæi faciebãt: quomodo Stephanus supercœlestẽ gloriã uidit? quis ei portas cœlorũ patefecit? nunquid humanarum uirium id opus erat? nunquis ex angelis ad illam sublimitatem infernã naturã euexit? Non hæc ita sunt. non enim ita de eo historia dicit, nempe: Stephanus autem quum uiribus polleret, aut quum abunde ei suppeteret angelicum auxilium, uidit ea, quæ uidit. Sed quid dicit? Stephanus autem quum esset plenus spiritu sancto, uidit gloriam Dei, & unigenitum Dei filium. Nõ enim fieri potest, ut inquit propheta, ut lumen uideatur, nisi per lumen conspiciatur. In lumine enim, inquit, tuo uidebimus lumen. Si igitur non per lumen fieri luminis contemplatio non potest: quomodo si quis extra radios uersetur, solem contueri potest? Quoniam igitur per lumẽ patris, hoc est, per spiritũ sanctũ illinc procedentẽ unigenitum conspicitur lumen: idcirco gloria spiritus prius illuminatus [b] plena mentis comprehensione, & patris & filij gloriam percipit & animaduertit. Nam quomodo alioqui dictum Euãgelicum, Deum nemo uidit unquã, uerũ esse dicemus? qua

[a] Nam nec.

Act. 7.

Gen. 18.

Matth. 5.

Act. 7.

Act. 7.

Psal. 35.

[b] ὁρᾷ πνεύματος ἁγίου τὸ πρὸς υἱὸν τὸν ἀίδιον γέννημα.

Ioan. 1.



qua ratione item apostolum non contraria ijs, quę memorię prodita ac literis mãdata sunt, clamare? quum dicit, Nec quisquã hominũ uidit, neq; uidere potest? Nã si ab humana ui atq; natura, & patris & filij gloria percipi posset, mẽdax & uanus prorsus esset is, qui dixit, homines diuini spectaculi capaces non esse. Atqui neq; illum mentiri, & historiam ueram esse necesse est. Ergo malitia spiritus sancti hostium, manifestò deprehensa apparet. quia testimonio scripturæ probatum est, à simili similia cerni. Nam non in humana natura ac ui manens Stephanus numen diuinum cernit: sed cum gratia sancti spiritus permixtus & contemperatus, per illum sublatus & euectus est ad Dei contemplationem. Quocirca si absq; spiritu neq; dominum Iesum dicere licet, ut inquit apostolus, neq; paternam gloriã contemplari: demonstratum est aperte, quòd ubi spiritus sit, illic etiã filius cernitur, & paterna gloria comprehẽditur. Verùm aliud nobis ex ijs, quæ in historia continentur, impietatis telum à Christomachis, id est, Christi hostibus obijcitur. Aiunt enim inferiorẽ unigeniti dignitatẽ per [a] hæc significari. Nam per hoc, quòd assistat ad dexteram patris, demonstrare conãtur, eum subditum esse patris potestati. Quid igitur Paulus? dicã ad eos. quid itẽ ante illum etiã propheta Dauid? ambo per doctrinã sancti spiritus unigeniti gloriã exponentes? Nam & Dauid ait, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: & apostolus in dextera solij Dei sedere dominum dicit. Si igitur statio diminutionis, sessio prorsus eiusdem sortis, conditionis, & honoris signum est. Aut igitur augusta ac diuina reijciãt testimonia, per quæ sublimitas dextræ significatur: aut etiã hoc piè recipiant. Vna enim cuiusq; dicti magistra ac doctrix gratia sancti spiritus est. Nã Stephanus quidẽ quũ plenus esset spiritu sancto, & uidit ea, quæ uidit: & quæ uidit, loquutus est: Dauid aũt in spiritu dominũ eum uocat, ut inquit Euãgelium. Paulus uerò, sicut ille ipse dicit, per spiritũ loquit mysteria. Si igit unus magister est, qui nullã secum discrepantiã habet: (magi fuerunt) qua ratione quis diuersitatem & discrepantiã doctrinarum suspicari possit? At aliam sessio, inquit, & aliam statio, prout in promptu ac facile est intelligere, sententia indicat. Nec ego nego. Verùm non id, quod in corporibus uerborum significatio ostendit, hoc etiã in incorporea natura fas est existimare. Nã in hominum quidem sessio, in natibus corporis positionem designat, ne semper contentio genuum ac poplitũ in sese corporis pondus sustinẽs laboret. & contrà statio, arduum & erectũ super genua hominem significat, nõ in natibus sedendo quiescentem. In superna autem & excellente natura ab huiusmodi intellectibus & sessio & statio uacua atq; aliena est, utraq; pariter ab ea, quam expeditum atq; in promptu est intelligere, significatione separata. Neq; enim in poplitibus stationem eius, quod incorporeum est, neq; in natibus sessionem eius, quod expers figuræ est, accipiemus: sed per utranq; uocem id, quod in omni bono stabile, & in omni bono immutabile est, pie intelligemus. Nam tam is qui stare, quàm qui sedere numẽ diuinum dicunt, nihil, quod ad sententiam attinet, diuersitate uerborum inter se differunt: ille quidẽ firmiter stare, hic uerò immutabiliter constitutum & in bono fundatum esse numen diuinum censentes. Quemadmodum autem prophęta Dauid & apostolus Paulus in suis utercq; scriptis unigeniti sessionem memorantes, non indicarunt, quòd patre stãte filius in sede sit, licet solius sessionis filij mẽtionem fecissent: eodem modo quum etiam in Stephani historia filij stationẽ audiueris, nulla de caussa nec rectè de patris sessione suspicatus fueris. Quemadmodum enim in Paulo atq; Dauide sedere patrẽ ex eo, quòd filius sedeat à dextris, simul cõstat: tamẽtsi sermo nihil antè de patre docuisset: ad eundẽ modum etiã in historia Stephani, filij statio idẽ etiã in gloria patris simul indicat: sic enim imaginis ratio cõseruari possit: [b] ut quicquid in hac tã intelligitur quã cõspicitur, idem etiã in originali ac principali forma esse crẽdatur. & ut in bono bonum, & in lumine lumẽ, & in omnibus primitiua ac principalis pulchritudo per proprias notas in imagine designat: ita etiã in sessione filij, quemcunque tandem hoc nomẽ intellectum præbet, patris quoq;

[a] Hæc ἀίδιον γέννημα, habetur: ego lego, ἀίδιον πάθος. Psal. 109. Coloss. 3. Heb. 1.

Act. 7. Matth. 22. 1. Cor. 14.

Psal. 109.

Act. 7.

[b] Locus corruptus uidetur utrobiq;, quẽ coniecturæ duas uerti. lego autem ἢ, uel, ἵ, non ἃ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quoq; sessio comprehenditur. similiter & in statione statio, ne ratio imaginis per abolitionē proprietatū ab originali ac primitiuo alienata intercidat atq; dilabatur. Hæc à nobis, fratres, ad propositam quæstionem, quū uisio Stephani talem speculationem in orationē intulisset, obiter considerata, discussa atq; explicata sint. Contingat autem nobis, ut non solùm spectatores Stephani certaminis, uerumetiā repleti spiritu sancto gratiæ participes simus, ad euersionem aduersariorū, ad glorū Domini nostri Iesu Christi, cui gloria, potentia atque imperium in secula seculorum, Amen.

# EIVSDEM IN SEXTVM PSALMVM DE OCTAVA.

Psal. 82.

QVI secundum propheticam benedictionē ex uirtute in uirtutē progrediuntur, atq; præclaros ascensus in cordibus suis disponūt, quum aliquē bonū intellectum [a] apprehenderint, per eum ad sublimiorē intellectū quasi manu ducūtur: per quē animæ conficiē ascensus in sublime. atq; ita [b] qui semper ultra præcedētia cōtendit, nunquā à bona ascensione cessabit, dum semper per intellectus sublimeis, ad supernorū ducit contemplationem & animaduersionem. Hæc dixi, fratres, ad uos sexto psalmo mentē adhibens, & necessariā ordinis consequentiam cernēs, quēadmodū post eam quæ hæreditatē consequit, de octaua nobis sermo adiectus sit. Prorsus autē mysterium octauæ nō ignoratis. Nō enim utiq; cōuenit nōnullorū mentē ad ludæorū labascere & rapi opiniones, qui ad indecoras corporis nostri parteis, mysteriq octauæ excellentiam deducentes, circuncisionis & post puerperiū purificationis legē, ac talia dicunt numero octauæ significari. Nos autē à magno Paulo [c] docti, quòd lex spiritualis sit, etiamsi in memoratis legibus hic numerus contineatur, præscribens & masculo circuncisionē, & mulieri purificationis nomine sacrificium & oblationem, neq; legē reijcimus, neq; humili atq; abiecta mente eam admittimus, sciētes, quòd proculdubio octauo die uera circuncisio fiat, quæ per lapideū cultrū administrat. Intelligis aūt prorsus per lapidē quæ impurū & immundū scindit, ipsum lapidē, qui est Christus, hoc est ueritatis sermo: & quòd tunc humana uita ad diuinioremē & augustiorē formā traducta, finietur sordidus negotiorū uitæ fluxus. Vtaūt omnibus manifestū fiat, quid per talia intelligatur, rē de qua agitur, pro uiribus apertius exponam. Huius uitæ tempus in prima illa institutione creaturæ per unam dierum septimanam cōpletum est. Nam & à die prima rerum uniuersatū opificium institutum est, & cum septima finis creationis fuit. Factus est enim, inquit, Gen. 1. dies unus, in quo prima facta sunt. atq; ita in secundo, secunda: ac deinceps usq; ad sextum, uniuersa. Septimus autem quū terminus creationis extitisset, in se circumscripsit tempus, quod interim dum mundus crearetur, transigebatur. Vt igitur neque cœlum ex illo tempore factum, neq; mundi aliqua pars ijs, quæ ab initio facta sunt, adiecta est, sed constitit in seipsa nullius insuper rei egena diminutionisq; expers in suis modis permanens creatura: ita neq; tempus extitit ullum aliud præter id, quod unà cum fabricatione mūdi designatū est, sed dierum septimana temporis natura definita est. atq; hac de causa, quū diebus tēpus metimur, ab uno incipientes & septimo numerum includentes, rursus ad unū regredimur per ambitū septimanarū, semper totum temporis spatiū remetientes, donec præteritis ijs, quæ moueantur, fluxoq; motu, ut inquit apostolus, aliquādo cessante, uenerint ea, quæ non amplius fluctuant, & agitantē: quæ deinceps alteratio mutatioq; nō amplius attingit in eisdē, eodem modo semper in insequētia secula manente illa creatura, in qua uera humanæ naturæ circūcisio per ademptionem uitæ corporalis, & uera purificatio uerarū sordium fit. Sordes autē hominis peccatū est, quod unà cum humana Psal. 50. editur natura. quoniam in peccatis cōcepit me mater mea: quod peccatum is, qui purificatio-

[a] ὅταν τινὸς ἀγαθῆς νοήματος λάβηται, est in utroque exemplari: ego lego ἀρθῇ ἔφοπτον.

[b] ἀεὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεται.

Rom. 7.

[c] Videtur locus corruptus utrobiq;, desiderariq; dictio διδαχθέντος, quā suppleui.



purificationē peccatorū nostrorū confecit, tunc in uniuersum expurgat absumēs ac tollēs ex rerū natura quicquid uel cruentū uel sordidū uel præputiosum est. Atque ita accipimus legem de octaua. quæ lex purget pariter & circuncidat. propterea quòd septimanario tēpore finito, post septimū instabit dies octauus: qui octauus quidem dicitur, quia post septimum existit: numeri uerò uicissitudinem in sese non amplius admittit. Vnus enim in perpetuum nulla unquam nocturna caligine diremptus permanet. Alius enim eum efficit sol, qui ueram suo fulgore lucē edit. qui posteà quā nobis semel illuxerit, ut inquit apostolus, deinceps occasū non oc- 2. Cor. 4.
cultatur, sed omnia illuminatrice ui sua amplexus perpetuum pariter ac uicissitudinis expers lumen dignis ingenerat, etiam ipsos, qui illius luminis participes fuerint, alios sōles efficiens: quemadmodum in Euangelio Sermo dicit: tunc iusti sul- Matth. 13.
gebunt ut sol. Quoniam igitur in superiori psalmo pro ea, quæ hæreditatem capit, sermonem fecit: hæreditas autē in octaua dignis reposita atq; recondita est: atq; in hac iustum quoq; iudicium Dei, unicuiq; id, quo dignus fuerit, tribuens exercetur. rectē propheta cum mentione octauæ, de pœnitentia simul intulit sermonē. Quis enim terribilis iudicij Christi recordatus, non statim in conscientia sua quasi conuelliturac terrore & angore non cōstringitur? atq; etiam si uitæ melius quàm deterius actę sibi conscius sit: attamen ad [a] exactam diligentiam & rigorem iudicij re- [a] ἀχρὶ τέλους ἀκριβείαν.
spiciens, in quo minimæ quoq; culpæ in quæstionem adducuntur, cōsternatur ac prorsus expectatione terribilium pœnarū perhorrescit, ignorās, quisnam sibi iudicij exitus & euentus futurus sit. Idcirco quasi in oculis habens terribilia supplicia, gehennā illam, & tenebrosum ignē, & cōscientiæ uermē nunquam emorientē, qui animā semper pudore sugillat, ac recordatione malè actæ uitæ cruciatus renouat atq; redintegrat: Deo iam supplex sit, orans ne in illo furore tradatur ad quæstionē & iudiciū, neu per illā iram adhibeatur sibi castigatio propter delicta. (Nam ab ijs, qui acerba castigatione terribilis illius supplicij cōdemnati sunt, furoris esse opus & iræ iudicium illud existimat.) atq; idcirco quasi iā in doloribus atq; cruciatibus cōstitutus, dolētium uoces imitatur, quibus furor esse uidet & ira quicquid ad puniendū impios adhibet. Dicit igit: Nō expecto donec ex illo furore per terribilia flagella de me occultorū delictorū quæstio habeat: sed prœoccupo reuelatione atque spontanea confessione necessitatē ex illa ira mihi imponendā. [b] Quod crucia- [b] ὥσπερ ἐστὶν ἐν ἑτέρῳ ἐκδόσει γεγραμμένον· ἐγὼ λέγω, ὅπερ.
tus facit in illis, qui uerberant inuitis eis occulta scelera manifesta faciens, id à seipso liberū arbitrium facit, seipsum per pœnitentiā & flagellans & puniens, publicans q; atq; diuulgans in occultis absconditum peccatū. Quum dixisset igitē, neq; Psal. 6.
in furore tuo arguas me, neq; in ira tua castiges me, cōgruenter deinceps confugit ad misericordiam, nō tam in liberā uoluntatē & arbitriū, quàm in infirmitatē naturæ causſam mali cōferens. In uitijs me natum, inquit, miseri cordia cura. ex infirmita te enim incidi in morbum. Quæ nam autem infirmitas est? Loco mora sunt ossa mea, atq; à mutua conuenientiq; inter sese compage dissoluta. Ossa autem dicit sanas & [c] constantes cogitationes & ratiocinationes animam cōfirmantes. Sana me [c] εὐφρανατοῦ γεγραπται.
Domine, quoniā ossa mea turbata sunt. Atq; interpretatur sermonis inuolucrum per ea, quæ dictis subiungit, uidelicet, anima mea turbata est ualde. Quid igitur dif- Psal. 6.
fers, inquit, sanationē tu domine? quousq; tandē misericordiā nō adhibes? an non uides q; breuis æui, q; præcipitis fati uita humana sit? præoccupa animā meā conuertendo uitæ nostræ necessitatem, ne quū mors tandē nos inuaserit, omnis ad curandū excogitata ratio nullius usus sit. Non em amplius erit in morte, qui morbū ex uitiositate atq; nequitia sibi contractū per recordationē Dei curare possit. quoniā in terra quidē cōfessio uires habet: in inferno aūt nō itidē. Deinde quasi aliquis dixisset: quomodo curādis delictis misericordiā imploras? qua ratione numē diuinū placaſti? ita dicit, Laboraui in gemitu meo, & lachrymarū flumine eluā ex pec- Psal. 6.
cato constratum lectū. Hæc quamobrem? quoniam in furore, & ira cundia, inquit, Ibid.
turbatus est oculus meus, atq; idcirco uestutus quidam ac [d] marcidus factus sum, [d] ὑφυστέρηκε est in uno, in altero quippe

ro exemplari ὑφεστάλμαι, quæ dictiones quid significent, ego me ingenuè fateor ignorare. puto autem legendum, ὑφυστέρηκε.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quippe quum furor, & iracundia per inimicos in me generata animam putredine infecerit atq; corruperit. Quòd si furor & iracundia sola tantũ terrorẽ ei, qui per eã deliquerit, incutit, quanto magis uerisimile est, salutem desperaturos esse eos, qui non modò per iracundiã in uita cõmissorum, uerumetiã eorũ, quæ cupiditas, quæ fraus atq; auaritia, quæ fastus, quæ ambitio, quæ inuidia, quæ reliquum humanorũ uitiorum quasi apium perpetrat examen, peccatorum sibi consciꝰ sunt? Idcirco ad Psal. 6. Matth. 7. uarij generis inimicos auerso sermone, Discedite, inquit, à me omnes, qui operamini iniquitatem. Ostendit aũt proximè sequenti uersu bonã spem successus prosperi nobis ex pœnitentia prouenientis. Statim enim simulatq; uerba Deo pro pœnitentia obtulit, quũ beneuolentiã Dei erga se sensit, tum gratiam diuulgat ac prædicat, & ob donum sibi [a] placet atq; lætatur, dicens: Exaudiuit dominus uocẽ deprecationis meæ: dominus orationem meã suscepit. Vt igitur in perpetuum apud se maneat id, quod ex pœnitentia bonum ipsi accessit, ac uita nõ altera rursus pœnitentia opus habeat, orat, ut inimici sui pudore castigati auertantur. Nam qui ob id, quod malũ facere ausus sit, erubuit, pudore quasi moderatore utens ad hoc, ne amplius ijsdem malis conflictetur, à tẽtatione similium in posterũ abstinebit. Hæc bonæ ascensionis consequẽtia est. Quartus Psalmus immateriale, incorporeumq; bonum à corporeo carneoq; discreuit: quintus, eiusmodi boni hæreditatem peccatus est: sextus octauæ factæ mentione, tẽpus hæreditatis ostẽdit: octaua iudicij terrorem ante oculos posuit, iudiciũ nos peccatores admonuit, ut pœnitentia terribilia præueniamus: deinde pœnitentia cũ ratione Deo oblata, lucrũ, quod ex ea nobis contingit, denuntiauit, quũ dixit, Exaudiuit dominus uocem cum lachrymis ad eum conuertentis. Quo facto ut bonum illud in posterum nobis illabefactum ac stabile permaneat, orat propheta, ut inimicorum sensuum atq; cogitationũ pudorem abolitio contingat. Non enim alia ratione inimicus aliquis, & iniquus animi conceptus ac sensus extingui potest, nisi pudor eius abolitionem intrinsecus effecerit. Hiatus enim altè depressus atq; munitus pudor ob uitam malè actam exístit, ab homine peccatum ueluti muro per sese dirimens atq; discludens. Dicamus igitur, Erubescant & reuereantur uehementer omnes inimici mei. Inimici autem, uidelicet domestici eius, qui ex corde procedunt, & inquinant hominẽ. quibus celeriter cum pudore auerlis, excipiet nos spes gloriæ, quæ non desinit in pudorem, gratia Domini, cui gloria in secula seculorum, Amen.

[a] ἐπαγγέλλεται, est in utroque exemplari. ego lego, ἐπαγάλλεται.

## ALIA EIVSDEM ORATIO DE SANCTO ET SALVTARI FESTO *Paschæ.*

Gen. 2. VERA quidem sabbati requies, quæ benedictionem Dei accepit, in qua requieuit Dominus ab operibus suis, pro salute mundi mortis efficacia fracta feriatus, iam finem habet, & gratiam suam tum oculis, tum auribus, tum cordi demonstrauit, per hæc omnia, quæ uidimus, quæ audiuimus, per quæ corde lætitiam recepimus à nobis festo peracto. Nam quod oculis cernitur lumen, nocte nobis per lampades in nube ignis præferebatur. Sermo autem per totam noctem aureis nostras circunsonans in phialis, hymnis cantionibusq; spiritualibus, tanquam flumen quoddã gaudij, per aureis in animum influens nos optima spe repleuit. Cor uerò dum & ijs, quæ dicebantur & uidebantur, oblectaretur, inexplicabilis beatitudinis figuram accipiebat, dum per ea, quæ apparebant, quasi manu duceretur ad eum, qui uideri non potest. Itaq; huius rẽ quietis bona per sese fidem facientia ineffabili spei eorum, quæ destinata atque reposita sunt, imago sunt illorum bonorum, quę neq; oculus uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascenderunt. Quoniã igitur hæc lucida nostra cõmixtis lampadum luminibus cum matutinis radijs solis unũ continuũ, nullaq; interpo-



interpositione tenebrarũ diremptũ diem effecit: consideremus & intelligamus fratres prophetiam, quæ dicit: Hic est dies, quem fecit Dominus, in quo opus propositum est, nõ graue aliquod & effectu difficile: sed gaudium, sed lætitia, sed exultatio. Ita dicẽte scriptura: Exultemus & lætemur in eo. O' [a] mãdata præclara, ô dulcẽ cõstitutionem: quis sine mora atq; procrastinatione talibus præceptis nõ obtemperabit? imò quis non in damno ponet uel exiguam iussorum dilationẽ? Lætitia est opus, & exultatio est id, quod præcipitur: per quæ propter peccatũ facta condemnatio rescinditur, & in gaudium tristia cõuertuntur. hoc est sapientiæ notabile dictum. In die lætitiæ, obliuio atq; abolitio malorum obliuionem primæ contra nos sententiæ pronuntiatæ dies hic induxit: imò uerò abolitionem, nõ obliuionẽ. Deleuit enim & quasi erasit omnem penitus memoriam cõtra nos factæ cõdemnationis. Tunc in doloribus partus edebatur: nunc absq; parturitionis cruciatibus natiuitas exístit. tũc ex carne carnes nati sumus: nunc quod natum est, spiritus est ex spiritu. tũc filij hominum, nũc filij Dei nati sumus. tũc in terram de cœlis relegati sumus: nũc is, qui cœlestis est, etiam nos cœlestes fecit. tunc per peccatum mors regnabat: nũc inuicem iustitia per uitam recipit imperium. tũc unus morti locũ introeundi dedit: per unum etiam nũc contrà uita introducitur. tunc per mortem uita excidimus: nunc à uita mors tollitur. tunc præ pudore sub ficu occultabamur: nunc per gloriam ligno uitæ appropinquamus. tunc propter inobedientiam ex paradiso expulsi sumus: nunc per fidem in paradisum admittimur. rursus fructus uitę ad delicias nobis propositus est ad arbitrium. rursus fons paradisi quadripartito ductus per Euangelicos amneis uniuersæ faciei ecclesiæ potum præbet, adeò, ut etiam sulci animarum nostrarum inebrientur, [b] quos is qui sementem sermonis facit, aratro doctrinæ proscidit, ac multiplicantur germina fructusq; uirtutis. Quid igitur ob hæc facere conuenit? quid aliud, quàm imitari montes propheticos & colleis exultationibus. Mõtes enim, inquit, exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium. Venite igitur exultemus domino, qui fregit uires & potẽtiam hostis, & magnum pro nobis crucis trophæũ in ruina aduersarij erexit. ἀλαλάξωμεν, id est, iubilemus. ἀλαλαγμὸς autem, siue iubilus, est in uictoria fausta ac læta acclamatio, quæ à uictoribus aduersus uictos excitatur. Quoniam igitur prostrata est acies hostis, atq; ille ipse, qui imperiũ nefarij exercitus dæmonũ obtinebat, perijt, deletus, & ad nihilũ iã redactus est, dicamus, quòd Deus sit magnus Dominus, & rex magnus super omnem terrã, qui benedixit coronæ anni benignitatis sue, & conduxit nos in hũc chorum & cœtum spiritualem per Christum Iesum Dominum nostrũ, cui gloria in secula, Amen.

Psal. 117. Psal. 113. Psal. 94. Psal. 94.

[a] πραγμάτων est in exemplari: ego lego, προσταγμάτων. ἀμυηξία.

[b] ἐ, est in exemplari: ego lego ἄν.

## EIVSDEM DE ASSVMPTIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, QVAE PATRIO ET VERNACVLO CAPPADOCVM MORE ἐπισωζομένη *dicitur.*

QVAM suauis est & iucundus humanæ uitæ comes prophera Dauid in omnibus itineribus uitæ sese offerens, & omnibus ætatibus spiritualibus commodè sese adiungens, omnem ordinem progredientiũ subleuat. cum ijs, qui iuxta Deum infantes sunt, colludit, cũ uiris unà certat, iuuentutem moderatur, senectutem subleuat atque sustentat. Omnibus omnia fit: militum telum: athletarum institutor: exercẽtium se palæstra, uincentium corona: in mensa oblectatio: in luctu & funere consolatio. Nihil est in uita nostra, quod huius officij expers sit. Quæ uirtus orationis, quam Dauid non adiuuet? quæ diei festi lætitia, propheta eum non exhilarante & iucundũ reddente? Quod nimirum etiam nunc uidere licet. quoniam diem festum, qui alioqui magnus est nobis, maiorem per sese propheta facit, commodè & opportunè & ad rẽ

Greg. Nyssenus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Psal.22. propositam aptè simul inferens delectationem psalmorum. Nam in uno quidem ouem te fieri iubet, quæ à Deo pascatur, quæ nulla re bona careat: cui & herba pascuæ, & aqua requietis, & cibus, & tabernaculũ, & semita, & deductio. omnia denicq; pastor bonus fit, ad omnem necessitatem & usum, suam gratiam cõmodè distribuens. Per quæ omnia instituit ecclesiam, quòd oporteat te primum ouem fieri boni pastoris, quæ per bonam uiuę uocis institutionem ad diuina doctrinarum pascua fontesq; deducaris, ut unà cum eo sepeliaris per baptismum in mortem, & non timeas talem mortem. Non enim mors est hæc, sed mortis umbra, effigies atque simulachrum. Nam si ambulem, inquit, in medio umbræ mortis, non timebo tanquam malum id, quod fiat: quoniam tu mecum es. Post hæc consolatus baculo spiritus: (aduocatus enim & consolator est spiritus:) mysticam apponit mensam e regione dęmonum mensæ paratam. Illi nanq; erant, qui uitam hominum per simulachrorum cultum uexabant & elidebant: quibus aduersa mẽsa spiritus statuitur, deinde inungit & imbuit caput oleo spiritus: & apponens ei uinum, quod exhilaret cor, sobriam & castam illam in animam inducit ebrietatem, auocans & abstrahens cogitationes à temporarijs ad id quod sempiternũ est. Qui enim tali correptus fuerit ebrietate, id quod citò perit atq; moritur, permutat eo, quod est sine interitu atq; immortale, in longitudinem dierum in domo Dei stationem & conuersationem producens. Huiusmodi nobis in uno psalmo largitus ad maiorẽ plenioremq; lætitiam in insequenti psalmo animam excitat. Ac si placet huius quoq;
Psal.23. sententiam uobis in pauca rem contrahentes exponemus. Domini est terra & plenitudo eius. Quid igitur ueluti rem peregrinam & nouam admiraris, si Deus noster in terra uisus & cum hominib. conuersatus est? Creatura enim illius est terra, quoniam & ipse fecit eam. Ergo nihil nouum, neq; quicquam præter decorũ accidit, cùm Dominus in propria uenit. Nõ enim in alieno mundo uersatur, sed in eo, quem ipse condidit atq; constituit, qui in maria fundamenta terræ iecit, & præparauit eam, ut ad transitum fluuiorum apta & accommoda sit. Cuius ergo rei gratia aduenit? Vt ex barathris peccati exemptũ & ereptũ te duceret in montẽ regni, si pro uehiculo ad ascensum usus fueris actione atq; exercitatione uirtutis. Non enim quenq; montẽ illũ licet ascendere, nisi comites habuerit uirtutes, manib. quidẽ innocens factus, nullaq; actione praua coinquinatus: corde uerò purus ad nullã uanitatẽ animã suã cõuertens, neq; dolũ aliquẽ proximo suo struẽs. Huius ascensionis pręmiũ benedictio est. huic Dñs dat repositã ac destinatã misericordiã. hęc est
Psal.23. progenies quęrentiũ eũ, qui per uirtutẽ in altũ ascendũt, & quęrũt facie Dei Iacobi. Reliqua pars psalmodiæ fortassis etiã Euãgelica doctrina sublimior est. Euãgeliũ em̃, quemadmodũ Dñs in terra uixerit & conuersatus sit, exponit. At sublimis hic ,ppheta ipse ex sese egressus, ne onere corporis grauaretur, quũ cœlestib. quæ supra mundũ sunt, se potestatib. immiscuisset, illarũ nobis uoces exponit, quũ ex comitatu Dñi pręmissæ atq; antecursantes ad reditũ tolli iubẽt portas, & patefieri aditus proximorũ terræ angelorũ, quib. uita humana cõcredita est, dicẽtes, Tolli-
Psal.23. te portas uestras, ô principes, & eleuamini portæ æternæ, & introibit rex gloriæ. & ubi intromissus est is, qui res uniuersas in sese cõtinet, cõparẽ & æqualẽ se excipiẽti facit. Nõ em̃ solũ inter homines homo est, uerũ per cõsequens ,prsus quũ est inter angelos, ad illorũ quoq; naturã sese accõmodat. Idcirco ianitores & portarũ custodes opus habẽt eo q̃ ostẽdat, quis sit hic rex gloriæ. Quamobrẽ demõstrant eis fortẽ & potentẽ in bello, q̃ aduersus eũ, q̃ captiuã fecit humanã naturã, conflicturus & ,pfligaturus sit eũ, qui mortis tenet imperiũ, ut ultimo deleto inimico, in libertatẽ & pacẽ reuocetur genus humanũ. Rursus ,pfert similes uoces. Impletum
Ephes.4. est enim iã & peractũ mortis mysteriũ, & de hostib. uictoria parta, trophęũ quoq; de eis erecta est crux: ac rursus ascẽdit in altũ captiuã ducẽs captiuitatẽ, qui dedit uitã & regnũ hęc bona dona hominibus. Ac rursus oportet patefieri illi supernas portas. Nostri quoq; custodes inuicẽ excipiũt, & adiuuãt deductionẽ, et antecedẽtes iubent ei aperiri portas superiores, ut rursus in eis glorificetur. At nõ agnoscitur qui



tur qui sordida nostræ uitæ stola amictus erat, cuius uestimentorum rubor est ex torculari humanorum malorum. Idcirco ab illis hæc uox interrogatoria editur ad eos comites, qui præcedebant: Quis est hic rex gloriæ. deinde hi non amplius respondent, Fortis & potens in prælio, sed dominus uirtutum ac potestatum, à quo pender imperium rerum uniuersarum, qui omnia ad se tanquam ad caput redegit atq; reduxit, qui in omnibus primas tenet, qui omnia in primum statum creationis restituit, ipse est rex gloriæ. Videte quomodo nobis Dauid festum iucundius reddit, dum suam gratiam & festiuitatem alacritati ecclesiæ admiscet. Imitemur igitur nos quoq; prophetam, quibus ea rebus imitatio poterit effici, nempe dilectione Dei, uitæ mansuetudine, aduersus odio persequentes animi lenitate, ut doctrina prophetæ nos ad eam, quæ ad præcepta Dei exigitur, uitæ rationẽ deducat per Christum Iesum dominum nostrum, cui gloria in secula seculorum. Amen.

C. T. T. P. O. B.

## EIVSDEM AD EVSTATHIVM DE SANCTA TRINITATE, ET IN ADVERSARIOS SPIritus sancti, quòd spiritus Sanctus sit Deus.

EST sanè uobis etiam omnibus, qui medicinam tractatis, humanitas curæ: ac mihi si quis uestram scientiam omnibus rebus, quę in uita expetuntur, anteposuerit, rectum iudicium assequuturus, & ab eo, quod antecellat, non esse aberraturus uidetur: si modò uita alioquin omniũ maximi facienda, fugienda & doloribus obnoxia res est, si cum sanitate, cuius uestra ars subministratrix est, ea frui non liceat: tibi uerò præ cæteris egregiè instructa scientia, & quasi ambidextera est, latioresq; tibi humanitatis terminos proponis: ac non intra corporũ curã continens beneficium artis, uerumetiã animi morborum excogitas correctionem. Hæc autem dico non solùm uulgi rumoribus adductus, uerumetiam meo periculo doctus, cùm in multis alijs, tum maximè nunc in hac inimicorum nostrorum inenarrabili malitia. quam mali fluxus in modum aduersus uitam nostram affluentem commodè diiecisti, ac grauẽ hanc cordis nostri phlegmonen consolatoriorum quasi affusione uerborum discussam aboleuisti. Ego enim ad crebros & uarios inimicorum aduersum nos conatus respiciens tacendum esse putabã, silentioq; excipienda quæ inueherentur, ac ne cõtradici quidem ijs oportere, qui mẽdacio, pessimo telo armati sæpe etiã per ipsam ueritatem cuspidem adigerent. Tu uerò rectè feci sti, qui me horratus es, ne ueritatem desererem, sed confutarem calumniatores, ne multi interim læderentur, dum ueritati mendaciũ insultaret. Visi sunt igitur mihi, qui nulla de causa, nulloue prætextu aduersus nos odium susceperunt, haud diuersum facere ab eo, quod est in Aesopica fabula. Nam ille fingit lupum, dum puderet eum, nimirum, si absq; iusta causa uideretur occidere eũ, à quo nulla unq; iniuria lacessitus esset, crimina quædam obijcere agnello: atq; illo omnem facilè calumniosè illatam criminationẽ diluente, nihilo magis impetum remittere lupum, sed iure quidem uinci, dentib. uerò superare. Itidem illi, qui odium nostri quasi aliquam bonam rem expetiuerunt, erubescentes em̃ fortasse, si absq; causa odisse uideantur, causas aduersum nos & crimina fingunt, nec in ullis suis dictis usquequaq; manent, sed nunc hoc, mox illud, rursus aliud inimicitiarum aduersum nos causam esse dicũt, ac nusq; firmiter consistit eorum malitia. Sed quum ab uno aliquo crimine repulsi fuerint, alteri adhærent: & ab illo rursus aliud arripiunt, & si omnia crimina dissoluta fuerint, odisse nõ desistunt. Treis deos à nobis coli causantur, & multitudinis aureis circumsonant, eãq; calumniã ,pbabiliter struere nõ intermittunt. Sed ueritas pugnat pro nobis, & in publico ad omneis, & priuatim in quoscunq; inciderimus demon

Universidad de Deusto
Biblioteca



strantibus, quòd extrema detestatione & execratione dignus cẽseatur à nobis, ac ne Christianus quidẽ esse dicatur, quicunq; treis deos esse dicat. Sed ubi hoc audierint, in prompru est illis aduersum nos Sabellius, & qui ex illo ortus est (animi) morb. nostro sermoni obiectatur. Ac rursum aduersus hoc nos consuetũ ueritatis telũ obijcimus, oltẽdẽtes quòd nõ aliter atq; Iudaismũ huiusmodi quoq; hęresim horremus. Quid igitur, nunquid post tot conatus defessi quieuerũt? Nõ ita est: sed nouarũ rerũ studiũ nobis obijciunt, ita crimen aduersum nos cõponentes. Quum treis hypostaseis siue personas cõfiteamur, unam potentiam, unam bonitatem, & unam Deitatem à nobis dici causantur. Atq; id non extra ueritatẽ dicunt. Dicitur enim à nobis, sed criminantes hoc obijciunt, quòd consuetudo eorum id non habeat, nec scriptura concordet. Quid igitur nos item aduersus hoc? Non arbitramur, æquum esse, ut consuetudo, quæ apud ipsos obtinet, pro lege ac norma rectæ rationis & orationis habeatur. Nam si consuetudo res ualida est ad rectitudinem rationis atq; sermonis probandam, prorsus etiam nobis licebit contrà prætendere consuetudinem, quæ apud nos inualuit. Sin aurẽ hanc illi præscribunt & reijciunt, ne nos quidem illos omnino sequi oportet. Igitur diuino spiritu prodita scriptura arbitra controuersiam inter nos dirimat, & apud utroscunq; inuentæ fuerint sententię consonę uerbis diuinis, ad hos prorsus suffragium ueritatis accedat. Quodnam igitur crimen est? Duo enim simul accusando nobis obiecta sunt. Vnũ quidem, quòd diuidamus hypostaseis, (id est, personas siue proprietates) alterum uerò, quòd non amplius ullum ex nominibus, quæ Deo conueniant, pluraliter numeremus, sed unam, ut dictum est, bonitatem & potentiam & Deitatem, & omnia talia singulariter enuntiemus. Quantum igitur attinet ad diuisionem hypostaseon: in diuersa opinione non fuerint, qui diuersitatem essentiarum esse in diuina natura tradunt. Non enim par est, eos, qui treis dicunt essentias, non etiam treis prorsus dicere hypostaseis. Ergo hoc solùm crimini datur, quòd ea, quę de diuina natura dicuntur nomina singulariter enuntiemus. Sed in promptu nobis etiam aduersus hoc manifesta oratio est. Nam qui damnat eos, qui unã profitentur Deitatem, necessariò uel ei qui plures profitetur, uel ei qui nullã admittit, assentietur. Fieri enim non potest, ut aliquid aliud præter id, quod dictum est, excogitetur. At neq; plures dicere permittit doctrina scripturæ, quæ sicubi meminit etiam singu-
Coloss. 2. lariter Deitatis mentionem facit. Quale est illud: In eo inhabitat omnis plenitudo Deitatis. Et alibi: Nam inuisibilia eius à creatione mundi, dum per opera intelliguntur, perspiciuntur, sempiternaq; eius potentia & diuinitas. Si igitur in multitudinem extendere numerum Deitatum, eorum duntaxat est, qui laborant errore multitudinis Deorum (plures deos nimirum esse suspicantes) in uniuersum uerò negare Deitatem, eorum fuerit, qui nullum numen esse credunt, Græcis ἄθεοι, quasi sine Deo dicti: quæ nam est illa oratio, qua traducimur, idcirco quòd unam profitemur Deitatem? Sed apertius detegunt, quò spectet oratio: (nempẽ) in patre quidem admittere se, quòd Deus sit, filium quoq; similiter honorari Deitatis nomine assentientes: spiritum uerò, qui cũ patre & filio numeratur, non etiã amplius unà cõprehendi Deitatis cõsideratione, sed ex patre usq; ad filium, nec ultra progressam Deitatis potentiam à diuina gloria naturam spiritus segregare. Igitur ad hanc quoq; opinionem nobis etiam paucis respõdendum erit utcũq; poterimus. Quæ nam est igitur oratio nostra? Quum traderet Dominus salutarem fidẽ discipulis, qui uerbo docebantur, patri & filio coniunxit etiam spiritũ sanctum. Quod autem semel coniunctum est, id per omnia dicimus habere coniunctionem. Non enim quod in (uno) aliquo coniunctum est, in alijs separatur. At in uiuifica potentia, per quam ex mortali uita in immortalitatẽ natura nostra trãsformatur, unà cũ patre & filio spiritus assumpta uirtus etiam in multis alijs ut in notione bonitatis, sanctitudinis, æternitatis, sapiẽtiæ, rectitudinis, principalis uirtutis potẽtiæ, atq; adeò ubiq; ius inseparabile habet in omnib. nominib. quę ad superiorẽ uirtutẽ pertinẽtia, ratione ac mẽte cõcipiuntur. Quocirca rectũ esse arbitramur, ut eũ, q in tot sublimi-



sublimibus Deum q; decentib. notionibus patri filioq; cõiungitur, in nulla re separatũ esse existimemus. Neq; em̃ nouimus eorum nominũ, quæ circa diuinã naturã excogitãtur, ratione melioris deterioris ue aliquam differẽtiam, ut pium sit, putare, qui spiritui cõcedant in inferiorib. nominib. societatẽ, ab ijs superiorũ illum dignum iudicari. Nam omnia tum nomina tum notiones & mẽtis cõceptus Deum decentes eiusdem ac patris adinuicẽ cõditionis sunt, & idem inter se ualẽt in hoc, ut nihil circa subiecti significationẽ discrepẽt atq; discordẽt. Nõ em̃ ad aliud quod dã subiectũ boni appellatio, ad aliud sapiẽtis, potẽtis & iusti mẽtẽ ducit. sed quęcunq; nomina proferas, unũ est, quod per omnia significatur: & si Deũ dixeris, eũdem indicasti, quẽ per reliqua nomina intellexisti. Quoniã igitur omnia nomina, quæ de diuina natura dicũtur, parẽ inter se uim habẽt, quãtum ad subiecti attinet demõstrationem, alia secũdũ aliã significationẽ mentẽ ad eandẽ rem deducẽtia: qua ratione, qui in alijs nominib. spiritui cũ patre & filio cõmunionẽ & societatem cõcedunt, à sola eũ Deitate alienũ ducũt? Prorsus em̃ necesse est, aut etiã in hoc dare, aut nec in reliquis quidẽ cõcedere cõmunionẽ & societatẽ. Nã si illis dignus, utiq; ne hoc quidẽ indignus est, q; si (ut illorũ opinio fert,) minor est adeò, ut à patre & filio, quod attinet ad cõmunionẽ nominis Deitatis, separatus sit, nec reliquorũ quidẽ cuius q; Deũ decẽtium nominum particeps esse dignus est. Nã si cõsiderentur & comparentur adinuicem nomina per eam, quæ in unoquoq; cõsideratur, latẽtem significationẽ, reperietur, q; nihilo inferius, incertius, infirmiusue in se cõtineant indicium atq; argumẽtum, q; appellatio Dei. quandoquidem hoc nomine multa quoq; inferiora nuncupantur. quinimò ne in dissimilib. quidẽ reh. scriptura abstinet ab hac æquiuocatione, quũ simulachra Dei appellatione dessignat. Dij em̃, inqt, qui nõ fecerũt cœlũ & terrã, tollãtur, & infrà sub terrã abijcian- Iere. 10.
tur. itẽ, oẽs, inqt, Dij gẽtiũ dęmonia. Et Pythonissa uẽtriloqua diuinationib. suis, Psal. 95.
(& animarũ euocationib.) oblectãs Saulẽ, animas, q̃ requirebantur, Deos uidisse 1. Reg. 28.
se ait. Quinetiã Balaã, qui augur quidã & uates erat, & uaticinia tractabat & exer- Num. 22.
cebat, ut ait scriptura, & à dęmonib. proditã doctrinã auguralẽq; sibi curiositatem cõfecerat, à scriptura Deũ cõsulere memoratur. Ac talia multa ex scripturis diuinis colligere, & in mediũ afferre licet, (adstruendo & arguẽdo,) quòd hoc nomẽ nihil supra reliquas Deum decẽtes appellationes præcipuũ habeat. quia sicut dictũ est, etiam in dissimilib. eodem nomine scriptura abutitur. Sancti aũt nomẽ & immortalis, & recti, & boni nus q̃, cũ quib. nõ oportet, cõmunicari à scriptura didicimus.* Quamobrẽ si in præcipuis nominib. quæ de sola diuina natura pię dicũ- * Deerant in exẽplari supra 16 uersus, quos ex alio exemplo adieci.
tur, societatẽ cũ patre & filio spiritũ sanctũ habere nõ negãt: qua ratione huius solius, quod cõmuni quodã uocabulorũ usu, demõstratum est etiã dæmonijs atq; simulachris accommodari, illũ expertem esse affirmant? At hãc appellationem naturæ demonstratricem uim habere aiũt: aliam aũt à patre & filio spiritus esse naturam, atq; idcirco nec huius quidem nominis societatẽ quicq; ad eũ pertinere. Ostendãt igitur, quibus argumẽtis diuersitatẽ naturæ deprehẽderint. Nam si quidẽ posset ipsa per se diuina natura cerni, & quid eius propriũ, quid ab ea alienum sit, per signa apparẽtia reperiri, rationib. argumẽtis ue alijs ad eorũ, quæ in quæstionem ueniũt, comprehensionem prorsus nõ opus haberemus. sed quoniã illa quidem sublimior est, q; ut à quærẽtibus possit animaduerti: atq; ex certis quibusdam signis, de ijs, quæ nostrã effugiũt cognitionẽ, per cõiecturas ratiocinamur: prsus necesse est, per efficiẽtias & actiones nos deduci ad naturæ diuinæ scrutationem. Quocirca si uiderimus operationes, quæ & à patre & à filio & à spiritu sancto p- ficiscũtur inter se differẽtes, differẽtes operatrices quoq; naturas esse ex diuersitate actionum & operationum existimabimus. (Neq; enim probabile est, nec fieri solet, ut quæ ratione naturæ dissident, in forma operationis inter se conueniant: nec ignis utiq; refrigerat, nec glacies calefacit: sed pro differentia naturarum, operationes quoq; inde procedentes simul abinuicem separantur.) Sin autem unam & patris & filij & spiritus sancti intellexerimus esse efficaciam & operatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nem in nulla re quicq; differētem aut uariātem, necesse est, ut ex pari eadēq; effica
cia atq; operatione unitionem naturæ ratione colligamus. Sāctificat, uiuificat, cō
solatur, & omnia talia pariter pater & filius & spiritus sanctus (operātur.) nec q̄
quam præcipuè spiritus sancti tribuat efficaciæ sanctificatricē potestatē, cùm au-
Ioan. 17. diuerit seruatorē in Euāgelio de discipulis ad patrem dicentē: Pater sanctifica eos
in nomine tuo. Item cætera quoq; omnia eodem modo pariter & exæquo ijs, qui
digni sunt præstātur & à patre, & à filio, & à spiritu sancto, omnis gratia, uirtus, de
ductio, uita, cōsolatio, in immortalitatem commutatio, in libertatem traductio, &
si quod aliud bonū est ad nos usq; descēdens. Quæ aūt supra nos est circa utramq;
creaturā, quę partim mēte ac ratione percipitur, partim sensu deprehēditur, guber
natio, si per ea, quæ à nobis intelligūtur & iudicātur, etiā de supernis aliquā facere
cōiecturā oportet, nec hæc quidē efficaciæ atq; uirtutis spiritus sancti expers est,
unoquoq; pro sua dignitate, atq; necessitate & usu partē cōmoditatū & utilitatū
capiēte. Nā etsi sensum nostrū effugit nostræ naturę in supernis cōstitutio atq; ad-
Locus corruptus in utroq; exemplari. ministratio: tamē ex consequentia meliori ratione aliqui⁹ per ea, quæ nobis nota
sunt, adduceretur ad cōsentiendum etiā in illis operib. uirtutē spiritus uersari (po-
tius) q̄ penitus eū esse summotū à gubernatione eorū, quę suprà sunt. Nā qui illud
quidē dicit, nudū nullaq; probatione subnixū maledictū profert, nulla ratione cō
firmans absurdā opinionē, qui uerò assenserit etiam ea, quæ supra nos sunt, unà cū
patre & filio uirtute spiritus gubernari, eo, quòd in uita sua animaduertit, euidēti
ac perspicuo signo innixus, de his reb. affirmat. Quū enim natura quidē humana
ex animo & corpore cōflata, angelica uerò incorporeā uitā sortita sit, si quidem in
solis corporib. efficax spiritus sanctus esset, animus uerò gratiæ, quæ ab eo profi-
ciscitur, capax non esset: fortassis aliquis ex hoc colligeret, si ea, quæ in nobis est,
intellectualis & mēte cōprehensibilis incorporeaq; natura supra uirtutē spiritus
esset, ne angelicā quidē uitā gratia illius indigere. Sin aūt primaria ac præcipua ra-
tione spiritus sancti donū animi beneficiū est, animiq; nostri cōpositio per eā fui
partē, quæ ratione quidē intelligitur, nō aūt uidetur, cū angelica atq; incorporali
uita aliquo modo cōiuncta est: quis ex ijs, qui cōsentanea uidere sciat, ad assentie-
dum nō adducatur, q̄ omnis eā, quæ ratione ac mēte cōprehenditur, natura sancti
Matth. 18. spiritus dispositione gubernetur? Nā quoniā dictū est, q̄ angeli semper uidēt faci
em patris mei in cœlis, neq; uerò aliter uidere licet hypostasin siue personā patris,
nisi quis p̄ characterē in eū intuitus fuerit: character aūt patris hypostaseos siue p̄
sonę unigenitus filius est: huic uerò rursus nemo appropinquare possit, cuius mēs
spiritu sancto nō fuerit illustrata atq; illuminata: qd ex his demōstratur aliud, præ-
terq; q̄ à nulla actione, quæ à patre & filio, pueniat, spiritus sanctus seperatus sit.
Igitur par eademq; efficacia atq; operatio & in patre & in filio & in spiritu sancto
clarè ac perspicuè demōstrat, q̄ nulla sit differētia uariatióue naturæ. itaq; etiāsi na
turā significet nomē Deitatis, propriè (tñ) hāc appellationē spiritui quoq; sancto
cōuenire ex essentiæ cōmunione colligetur. Verum nescio quomodo ad demō-
strationē naturæ appellationē Deitatis afferunt, qui omnia cōfingunt & cōmini-
scuntur, quasi nō audiuerint ex scriptura diuina, q̄ natura nō sit eius cōditionis, ut
cōstitui, eligi, designari ue possit. at Moyses cōstitutus ac designatus est Ægyp-
Exod. 7. iorum Deus, cùm ita dixerit ad eū, is qui oraculū edebat, Deum te dedi Pharaoni.
Quocirca hæc appellatio potestatis cuiusdā, siue inspectricis, siue operatricis de-
monstrationē affert. At diuina natura in omnib. q̄ excogitātur nominib. sicut est,
ita manet eius conditionis, ut nulla significatione exprimi & efferri possit, ut no-
stra opinio fert. Nā quum benefactorem & iudicem, bonumq; & iustum, & quot-
quot sunt alia talia (nomina) didicerimus, operationum differētias didicimus: e-
ius aūt qui operatur naturā, nihilo magis per efficaciarum & operationū animad-
uersionem cognoscere possumus. Quum enim aliquis & uniuscuiusq; horum no-
minū, & ipsius naturæ circa quam ea nomina intelligūtur, rationē reddit ac defi-
nitionē, nō eandē reddit utrorūq; rationē. quorū autem ratio, definitio ue diuersa,

eorum



eorum natura quoq; differt, est. Igitur aliquid aliud quidē essentia, cuius nōdum
oratio index excogitata atq; inuēta est: alia uerò nominum, quę circa eā, pferūtur,
quæ uel ex efficacia atq; actione aliqua uel dignitate indita sunt, significatio est.
Ac quòd nulla quidem in efficacijs & operationibus differētia sit, ex cōmunione
nominum deprehendimus: communio uerò naturæ manifestè demōstratur, dum
per paritatem operationum ostēditur atq; comprobatur. Siue igitur efficaciæ atq;
actionis & officij nomē Deitas est, sicut unam efficaciam & operationem patris
& filij & spiritus sancti, ita etiam unam dicimus esse Deitatē: siue iuxta uulgi opi-
niones naturæ indicatiuū nomē Deitatis est, quoniam nullā inuenimus in natura
uariationē ac diuersitatē ex identitate efficaciarum & operationū, nō incōuenien
ter neq; absurdè unius Deitatis statuimus & cēsemus esse sanctā Trinitatē. Sin aūt
aliquis statuat hāc appellationē dignitatis esse demōstratiuam, equidē haud scio,
qua ratione illud nomē ad eam significationem trahēs, ueruntamē quoniam mul-
tos licet audire talia dicentes, ne alicūde locum & aditum aduersus ueritatem ad-
uersariorum studium inueniat, ad talem quoq; opinionem, amā cum ijs, qui ita su-
spicātur, circumacti atq; euagati dicimus, quòd etiam si dignitatē hoc nomē signi-
ficaret, secundum hāc quoq; denotationē proprie spiritui sancto ea appellatio ac-
commodabitur. Nā omnē quidē dignitatē regni nomē denotat: Deus aūt noster
Rex, inquit, ante seculum, quinetiam Regis filius, qui omnia, quæ patris sunt, ha-
bet, etiam ipse à sancta scriptura Rex pronūtiatur. Spiritum uerò sanctum unige-
niti unctionē esse diuina scriptura dicit, ex trāslatione eorū, quæ hīc (in terra) fieri
cōsueuerunt, dignitatē spiritus explicās atq; designās. Quemadmodum enim an-
tiquitus in ijs, qui ad regnum promouebātur, signū dignitatis huius erat unctio,
quæ eis adhibebatur: quo facto ex illo tempore traductio & trāsitus quidam erat
à priuata & humili fortuna ad principatus fastigium & celsitudinem, atq; aliud no
mē post unctionem accipiebat is, qui hac gratia ac decore dignus erat iudicatus,
& pro communi homine Christus domini nominabatur: idcirco, quo maximè spi
ritus sancti dignitas hominib. ostēderetur, signum regni & unctio à scriptura no-
minatus est, nimirum, ut nos doceremur, q̄ unigeniti filij Dei gloriæ ac regni par-
ticeps & socius sit spiritus sanctus. Nam ut in Israele non licebat regnū suscipere,
nisi unctio præcessisset: ita ex trāsiatione nominum, quæ apud nos in usu sunt, pa-
rem uim scriptura ostēdit, nimirū quòd nec filij quidem regnū absq; sancti spiritus
dignitate accipiatur: idcirco propriè Christus, id est, unctus dicitur inseparabilis
& indiuisibilis cum spiritu sancto cōiunctionis hoc nomine præbēte demōstra-
tionem. Si igitur Christus quidem unigenitus Deus, unctio uerò spiritus sanctus
est: Dei aūt appellatio regia potestatem ostēdit: signum item & omē regni un-
ctio est: utiq; particeps etiam dignitatis spiritus sanctus est. Quocirca si qui aiunt
Deitatis nomē, dignitatis esse significatiuum: & demōstratum est etiam in hac cō
munionem habere spiritum sanctum, utiq; qui dignitatis particeps est, prorsus e-
tiam particeps erit nominis, quo hæc significatur.

C. T. T. P. Θ. K. C. H. I. X. B.

## EIVSDEM AD ABLABIVM, DE EO, QVOD NON PVTANDVM SIT, TREIS DICI *Deos oportere.*

VOS quidem, qui iuxta internū hominem omni robore uigetis, æquū
erat cum aduersarijs ueritatis decertare, eumq; haud grauatim susci-
pere laborem, ut nos patres præclaris filiorum sudorib. oblectaremur.
hoc em suggerit lex naturæ. sed quoniam inuerso ordine ad nos mittis
impetus cuspidum, quibus aduersarij ueritatem petunt, postulasq; à
nobis senibus clypeo fidei extingui carbones desolatorios, & retundi tela per fal-

Universidad de Deusto
Biblioteca



sam scientiam acuta, suscipimus onus iniunctum, ac ubi ad propensam obedientiam exemplo sumus, ut etiam ipse nobis inuicem parem prębeas in similibus iustis retributionem, siquando te ad talia certamina excitauerimus, ô strenue Christi miles Ablabie. Est autem haud parua quæstio hæc, quam proposuisti nobis, neq; eiusmodi quæ si non conuenienter ac dignè tractata & examinata fuerit, parum detrimenti allatura sit. Necesse est enim ex ui theorematis, secundum eum, qui se prima fronte offert intellectum, in alterutrum prorsus dissimilium duorum incidere errorum, & uel treis dicere Deos (quod nefas est:) uel testimonio nostro nõ comprobare, quòd filio spiritui; sancto Deitas adsit: quod & impiũ est & absurdum. Porrò quod abs te dicitur, tale est: Petrus & Iacobus & Ioannes, cùm in una sint humana natura, tres homines dicuntur. Ac nullo modo absurdum est, natura coniunctos, si plures sint, ex nomine naturæ pluraliter numerari. Si igitur illic hoc consuetudo concedit, ac nemo uetat duos dicere, qui duo sunt, et treis eos, qui supra duos sunt: quo pacto in mysticis decretis treis hypostaseis confitentes, & nullam in ijs circa naturam differentiam agnoscentes, aduersamur quodammodo confessioni, unam quidem Deitatem patris & filij & spiritus sancti dicentes, treis aũt Deos dicere uetantes. Igitur quæstio quidem, quemadmodum modò dicebam, tractatu multum difficilis est: nobiscum uerò, si quidem aliquid tale possimus inuenire, per quod mentis nostræ ambiguitas firmaretur, & non amplius ad absurdum dilemma dubia uacillaret atq; penderet, præclarè ageretur. Sin autem nostra oratio proposita quæstione infirmior arguatur, traditionem quidem, quam à patribus per successionem accepimus, seruabimus in perpetuum firmam & immotam: orationem uerò, quæ fidei patrocinetur, à domino requiremus: quæ si ab aliquo eorum, qui gratia prædi ti sunt, inuenta fuerit, gratias agemus ei, qui gratiam dederit: sin minus id nobis contigerit, nihilo secius in ijs, quæ decreta atq; statuta sunt, fidem stabilem & firmam retinebimus. Quur igitur tandem in nostra consuetudine cùm sigillatim numerauerimus eos, qui in una natura demonstrantur, plurali nomine utimur, tot homines, & non unum omneis esse dicentes: in diuina uerò natura ratio decreti Deorum multitudinem expellit, & hypostaseis numerans, & pluralem significationem nõ admittẽs? Et quidẽ aliquid dicere uideatur, si quis simpliciorib. id, quod in prõptu est, dicat, q; ratio decreti Deorũ, quę à Græcis celebratur, multitudinis similitudinẽ uitãs, deos plures numerare noluerit, ne qua decretorũ quoq; existimetur esse cõmunio, si nõ singulariter, sed pluraliter etiã à nobis numẽ numeraretur ad similitudinẽ cõsuetudinis apud illos obtinẽtis, atq; hoc, siquidẽ integriorib. ac synceriorib. dicatur, forsitan aliquid dici uideatur, apud alios aũt, qui alterũ ex propositiõe sibi firmũ ac stabile manere desiderãt, aut nõ cõfiteri uidelicet Deitatẽ in tribus, aut treis prorsus nominare eos, qui eiusdẽ participes & socij sint Deitatis, nõdum tale est id, quod diximus, ut generare & inducere possit aliquam quæstionis solutionem. Quocirca necesse est pluribus respondere quomodocunq; poterimus inuestigando rei ueritatem. Non enim de rebus friuolis ac uulgaribus quæstio est. Dicimus igitur primum abusum quendã esse cõsuetudinis, ut eos qui natura diuisi nõ sunt, per ipsum naturæ nomen pluraliter nominemus ac dicamus, Multi homines. cui simile est, si quis dicat, Multę naturæ humanæ. Quòd aũt hæc ita se habeãt, hinc nobis planũ fieri possit. Quum enim appellamus aliquem, nõ ex natura eum nominamus, ne quẽ fortè errorẽ cõmunio nominis inducat, unoquoq; qui audiat seipsum appellatũ esse existimãte, quòd nõ propria appellatione, sed ex communi nomine naturæ uocatio fiat: sed propriam ei impositã (significatricẽ dico subiecti) uocẽ proferẽtes, ita eũ à uulgo ac multitudine separamus. ut multi quidẽ sint eandẽ sortiti naturã, uerbi gratia, discipuli, uel apostoli, uel martyres, unus uerò in omnibus sit homo quoniam, ut dictũ est, nõ singularis (alicuius) sed communitatis naturæ est homo. Homo enim est uel Lucas, uel Stephanus. nõ tamẽ si quis homo est, prorsus etiã Lucas uel Stephanus est. Sed hypostaseon quidem ratio per eas, quę in unoquoq; cõsiderantur proprie-



proprietates, dispertitionẽ admittit, & iuxta compositionem in numero cõsideratur. natura uerò una est, ipsa secũ unita, penitusq; ac prorsus unitas indiuidua est, q̃ neq; adiectione augetur, neq; subtractione deminuitur, sed quod est, unũ ens & unũ permanens, etiãli in multitudine esse uideatur, sectionis expers, cõtinua, integra atq; perfecta est, q̃ nõ unà cũ singularib. qui eius participes sunt, diuiditur. Ac quemadmodũ plebs, populus, exercitus, cõcio, singulariter omnia dicũtur, unũquodq; aũt horũ in multitudine esse intelligitur: eodẽ modo secũdũ exactiorẽ & exquisitiorem rationem homo quoq; unus propriè dici posset, etiã si hi, qui in eadem natura demonstrãtur, multitudo sint, ut multo rectius fuerit, lapsam in nobis corrigere cõsuetudinem, & nõ amplius naturæ nomẽ ad multitudinem extẽdere, q̃ cõsuetudini seruiẽtes, errorem, qui hìc latet, etiam ad diuinum dogma trãsferre. Sed qm̃ cõsuetudinis correctio difficilis est: (qui em̃ alicui persuaderi possit, ut nõ multos dicat homines, qui in eadem natura demõstrantur? etenim in omni re cõsuetudo muratu difficilis est) quãtum attinet ad hãc infernam quidem naturã, si obtinẽti cõsuetudini nõ aduersemur, nequaq; tm̃ peccauerimus, cũ nullũ existat detrimẽtum ex prauo nominũ usu. In diuino uerò decreto nõ amplius æquè tutus & à periculo uacuus, promiscuus & indifferẽs nominum usus est. Nõ enim paruũ hìc quod perparuum est. Igitur unus nobis cõfitendus est Deus, iuxta scripturæ testimonium: Audi Israel, Dominus Deus tuus, dominus unus est: etiamsi uox Deitatis permeat sanctam Trinitatem. Hæc autem dico secundum rationem reddita in humana natura: qua didicimus nõ oportere plurali designatione dilatare appellationem naturæ. Sed exactius nobis excutiẽdum est ipsum nomẽ Deitatis, ut per eam, quæ inest uoci, significationem aliquod nobis adiumentum accedat ad declarationem propositæ quæstionis. Vox igitur Deitatis uulgi quidem opinione naturæ peculiariter indita esse uidetur, ac quemadmodum uel cœlum, uel sol, uel aliud quippiam ex mũdi elemẽtis peculiaribus uocibus subiectorum significatricibus denotatur: ita aiũt in suprema quoq; atq; diuina natura, tãquam proprium quoddam nomẽ uocem Deitatis aptè accommodatam esse ei, quod (per eam) declaratur. nos uerò scripturæ documẽta sequẽtes innominabilem & inexuẽtum, siue à scripturis traditum fuerit, aliquid denotãdi uim habere dicimus eorum, quæ circa diuinam naturam esse intelliguntur, ipsius uerò naturæ nõ cõtinere significationem. atq; hæc ita esse, haud magno negocio demõstrari potest. Nam cętera quidem nomina, quæ creaturis imposita sunt, uel absq; aliqua originali notatione, quam etymologiam dicimus, reperiat aliquis fortuitò accommodata esse subiectis, quum contenti essemus quocunq; modo per ijs impositas uoces res significare, ne cõfusa nobis esset rerum significatarum cognitio. Ea aũt, quę idcirco prodita sunt, ut nos deducerent ad Dei cognitionẽ, peculiarẽ unũquodq; cõtinet in se sententiam comprehensam: nec ullam in diuinis nominibus uocem reperias aliquo carentem intellectu. Ex hoc itaq; demonstratur, quòd non ipsa diuina natura per aliquod eorum nominum denoretur, sed aliquid eorum, quæ ei adiuncta sunt, per ea, quæ dicuntur, indicetur. Dicimus enim uerbi gratia, si res ita ferat, numen esse incorruptibile, uel potens, uel quæcũq; alia dicere mos est. sed reperimus cuiusq; nominis peculiarem esse significationem, quam deceat intelligi ac dici de diuina natura, quæ significatio tamen non illud significet, quod natura iuxta essentiam est. Nam ipsum, quodcunq; tandem est, incorruptibile est: dictionis aũt incorruptibilis notio atq; intellectus hic est, quòd id quod est, ad corruptionem nõ redigatur. Proinde quum incorruptibile diximus, id quod in naturam non cadit, diximus: quid autem sit illud, quod corruptioni obnoxium non sit, non expressimus. Eodem modo si uel uiuificum dixerimus, cùm id quod efficit, per appellationem significauerimus, ipsum efficiens, ac naturam effectricem, (eo) uerbo non indicauimus. Item in cæteris omnibus eadem ratione ex ea, quæ insita est augustioribus uocibus, significatione, reperimus aut ea, quæ id, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca



quod nō oportet, de diuina natura sentire interdicant aut quæ sentire deceat, nos doceant, non autem ea, quæ contineant ipsius naturæ significationem. Quoniam igitur uarias supernæ potentiæ efficacias animaduertentes, à qualibet nobis nota efficacia appellationes adaptamus, atq; unam nimirum etiam hanc efficaciam inspectricem & uisitatricem, & ut aliquis dicere possit, θεατικὴν, id est, spectatricem esse cognoscimus: qua omnia inspicit, omnia intuetur, cogitationes uidens, & usque ad ea, quæ spectari non possunt, contemplatrice uirtute penetrans: ἐκ τῆς θέας, id est, uisione & inspectione, θεότητα, id est, Deitatem denominatam esse existimamus, & τὸ θεωρὸν ἡμῶν, id est, inspectorem, contemplatorem nostrum & curatorem, θεὸν, id est, Deum, & à consuetudine, & à scripturarum doctrina appellari arbitramur. Quod si quis concedit, idem esse, τὸ θεᾶσθαι, id est, spectare, & τὸ βλέπειν, hoc est, uidere: atque omnia, ἐφορῶντα, hoc est, inspicientem, θεὸν, id est, Deum, ἔφορον, hoc est, inspectorem & præfectum summæ rerum & esse, & dici: consideret hanc efficaciam, utrùm uni adsit ex ijs, quæ in sancta Trinitate creditę sunt, personis, an ad omneis ea uirtus pertineat. Nam si uera est, τὴν θεότητα, id est, Deitatis explicatio, & ea, quæ uidentur θεατὰ, id est, uisibilia seu spectabilia, & τὸ θεώμενον, hoc est, id quod uidet & spectat, θεὸς, id est, Deus dicitur: nulla iam probabili ratione aliqua personarum, quæ in Trinitate sunt, à tali appellatione separabitur propter insitam uoci significationem. Nam quòd uideant & intueantur, scriptura suo testimonio ex æquo attribuit & patri & filio & spiritui sancto. Protector noster, Aspice Deus, inquit Dauid. Nam ex hoc discimus speciem Dei, quatenus Deus intelligitur [a] habere peculiarem efficaciam uidendi, ex eo quod dixit, Aspice Deus. Quinetiam Iesus uidet cogitationes damnantium, quòd pro potestate peccata hominum condonaret. Videns enim, inquit, Iesus cogitationes eorum. Item de spiritu Petrus ad Ananiam dicit, Quur impleuit Satanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto? ostendens, quòd eorum, quæ in occulto ausus erat Ananias, testis uerax & arbiter esset spiritus sanctus, per quem etiam Petro prodebantur occulta. Atque ille quidem sui ipsius fur erat, fallens omneis, ut putabat, & peccatum occultum habens. Spiritus autem sanctus simul & in Petro erat, & illius mentem ad auaritiam protectam deprehendit, & per sese Petro latentia uidendi facultatem dat, hoc uidelicet non facturus, si occulta uidendi uirtutis expers esset. At nondum, inquiet aliquis, ad id quod quæritur, orationis spectare structuram. Neque enim si datum fuerit commune naturæ uocabulum esse Deitatis, iam (protinus) per hoc probatum fuerit, quòd non oporteat dicere Deos: quinimò contrà ex his magis cogimur dicere Deos. Reperimus enim in consuetudine hominum, non solum eos, qui eandem naturam communem habent, uerumetiam si qui sint eiusdem studij & officij, non singulariter multos nominari. qua ratione oratores multos & geometras dicimus, agricolasq; & sutores: & in cæteris omnibus eodem modo. Ac si quidem naturæ uocabulum Deitas esset, magis congrueret atque conueniret, iuxta antè redditam rationem (omneis) treis hypostaseis singulariter comprehendere, & unum Deum dicere, quippe cùm natura talis sit, ut in partes secari ac diuidi non possit. Sed quoniam per ea, quæ dicta sunt, affirmatum est, quòd officium efficaciamq; & non naturam significet nomen Deitatis: ad contrarium quodammodo sensum ex ijs, quæ affirmantur, oratio redigitur, ut idcirco magis oporteat dicere treis Deos, eos, qui in eadem efficacia uersari uidentur: quemadmodum aiunt dici treis philosophos, aut oratores, aut si quod est aliud ex studio atque officio nomen, cùm plures fuerint socij eiusdem uitæ instituti. Atque hæc diligentius ac magis industriè amplificaui aduersariorum ex oppositio inferens orationem, ut firmius ac certius nobis decretum constabiliatur ualidioribus oppositionibus munitum. Proinde ex integro nobis oratio repetenda est. Quoniam nobis per orationis structuram mediocriter demonstratum est, quòd non naturæ, sed efficientiæ uocabulum Deitatis sit, si quis fortè hanc eius rei causſam afferat, haud absurdè dixerit, quòd in hominibus

*Psal 83.*

*[a] Locus mutilus utrobiq;.*



minibus quidem pluraliter eos, qui eorundem studiorū & officiorū inter se participes ac socij sint, numerentur & nominentur: singulariter uerò numen diuinum tanq; unus Deus & una Deitas dicatur, etiamsi tres hypostaseis ab ea, quæ in Deitate apparet, significatione non secernantur. quippe cùm homines quidem, etiāsi plures eiusdem sint officij sigillatim, quisq; (tamen) seiunctus agit & operatur id, quod sibi sumpserit efficiendum, nihil communicans in sua actione cum ijs, qui eiusdem sunt officij atq; instituti. Nam etsi plures fuerint oratores, studium quidē & officium quum sit unum, idem in pluribus nomen habet: qui autem id tractāt, sigillatim quisq; solus suum negocium agunt: seorsim ille, itēq; alter separatim oratoriam exercentes. Igitur in hominibus quidem, quando quidē discreta cuiusq; est in ijsdē officijs & institutis actio atq; operatio, propriè multi nominantur, quū quislibet eorū intra suos terminos pro ratione sui peculiaris negocij ab alijs separetur. At in diuina natura non ita didicimus, quòd pater faciat aliquid per se solus, quod filius non unà cum eo capessat. Aut filius rursus peculiariter aliquid operetur absq; spiritu. sed omnis actio ad creaturam à Deo perueniens, quæ secundum uarias notiones atq; considerationes nomē accipit, à patre proficiscitur, & per filium progreditur, & in spiritu sancto perficitur. Idcirco in multitudinem operantium nomen efficaciæ non scinditur: quoniam non separatum cuiusq; atq; peculiā, uel ad summæ rerū administrationē & constitutionē pertineat, per treis quidē fit, non tamen tria sunt, quæ fiunt. Intelligemus autem id quod dicitur per unā aliquam rem: ab ipso, inquam, capite beneficiorum. Vitam cōsequuta sunt, quęcūq; in huius beneficij societatem uenerunt. Si scrutemur igitur, unde nobis tale bonū contigerit, ex commonstratione scripturarum reperimus, id nobis contigisse à patre & filio & spiritu sancto. At non quoniam treis personas, ac tria nomina proponimus, treis etiam uitas, separatim unam ab unoquoq; eorum largitam nobis esse arbitramur: sed eadem uita & à patre præstatur, & à filio expeditur, & à spiritus pēder uoluntate. Quoniam igitur ad similitudinem eius, quod modò dictum est, nō diuisim pro numero hypostaseon sancta Trinitas omnem actionem operatur, sed unus quidē bonæ uoluntatis motus, una dispositio est, quæ à patre per filiū ad spiritū usq; deducitur atq; dirigitur: quemadmodum non dicimus treis uiuificantes eos, qui unam uitam præstant, neq; treis bonos, qui in eadem bonitate considerātur nec reliqua omnia pluraliter enuntiamus: eodē modo neq; treis Deos nominare possumus eos, qui hanc [a] θεατικὴν, id est, diuinam siue inspectricem uirtutem & actionem tum in nobis, tum in omni creatura, cōiunctim & nō seperatim per sese inuicem exercent. Vt enim de Deo summæ rerum docti scriptura dicente, quòd iudicet omnem terram, iudicem eum uniuersarum rerum per filium esse dicimus: ac rursus ubi audiuerimus, quòd pater neminē iudicet, nō existimamus pugnare secū scripturā. (Nam qui iudicat omnē terrā per filiū, cui omne dedit iudiciū, hoc facit: ac quicquid per unigenitū fit, ad patrē relationē habet, ut & ipse iudex uniuersarū rerū sit, & neminē iudicet, quippe quū, ut dictū est, iudiciū omne filio dederit, & omne iudiciū filij à patris uolūtate diuersum nō sit: nec rectè quis dixerit, uel duos iudices, uel alterū priuatū ac spoliatū esse uirtute ac potestate iudicādi:) ita etiam in Diuinitatis ratione, Christus Dei uirtus, & Dei sapiētia est: atq; inspectricē ac [b] θεατικὴν, id est, spectatricem uirtutem, quam nimirū θεότητα, id est, Deitatem siue Diuinitatem dicimus, per unigenitum patet operatur, filio autem omnem uirtutem in spiritu sancto perficiente: ac iudicante quidem, ut Esaias dicit, in spiritu iudicij, & spiritu adustionis: operante item secundum Euangelij uocem, quam ad Iudæos edidit. (Dicit enim, Si autem ego in spiritu Dei ejcio dæmonia: à parte totam speciem beneficij comprehendens per eam, quæ circa efficientiam est, unitatem, per quam unitatē mutua opera efficientia exercetur:) unum nomen efficientię in multos dispertiri ac diuidi non potest. Quoniā em una inspectricis & spectatricis uirtutis ratio (est) in patre & filio & spiritu sancto, quemadmodum

*[a] Respicit subtiliter ad etymologiam dictionis θεὸς, id est, Deus, quod à θεᾶσθαι, id est, spectando & uidēdo descendere uidetur.*

*[b] Alludit rursus ad etymologiam nominis θεὸς.*

*Esa. 4.*

*Matth. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



modum in superioribus dictũ est, quæ ex patre quidẽ tanquã à fonte quodã proficiscitur, à filio uerò ad actionem deducitur, & in uirtute spiritus gratiam perficit & consummat: ac non separatur iuxta hypostaseis ulla efficientia, quæ peculiariter ac disiunctim ab unaquaq; hypostasi absq; ea, quæ unà consideratur, perficiatur: sed omnis cura prouidentiaq;, & uniuersarum rerum moderatio, tam earum, quæ circa sensibilem creaturam, quàm quæ circa supramundanam naturam spectantur: eaq; uirtus, quæ & res conseruat, & delicta corrigit, & rectè facta docet, una est, & non treis, quæ quidem à sancta Trinitate peragitur, non tamen pro numero personarum, quæ in fide considerantur, trifariam diuiditur, ut unusquisq; actus & unumquodq; opus, si per seipsum consideretur, aut patris solius, aut unigeniti peculiariter, aut Spiritus sancti separatim sit: sed diuidit quidem cuiq; singulatim bona, ut inquit apostolus, unus & idem spiritus: non autẽ absq; principio boni motus est ex spiritu: sed reperimus quòd ea, quam ante hanc mente percipimus & animaduertimus uirtus, quæ est unigenitus Deus, omnia facit, sine quo nihil eorum quæ sunt ad generationem prouenit: quin & ipse rursus bonorum fons ex patris destinatione ac uoluntate existit. Si igitur omnis res bona, & omne bonum nomen ab ea, quæ principij expers est, potestate ac consilio pendens in uirtute spiritus per unigenitum Deum sine distinctione ac spatio temporis ad perfectionem & consummationem deducitur, nec ulla mora in diuini propositi destinationisq; motu à patre per filium ad spiritum intercedit aut intelligitur: atq; unum bonorum tum nominum tum intellectuũ etiam Deitas est: haud rectè in multitudinem id nomẽ diffundatur: quippe ea, quæ circa efficientiam est, unitate pluralem numeratio-
Rom. 4. nem prohibente. Ac quemadmodũ unus seruator omniũ hominum maximè fidelium ab apostolo nominatus est, & nullus ex hac uoce uel filium dicit non seruare credentes, uel absq; spiritu salutem cõsequentibus existere: sed est seruator omniũ, qui super omneis est Deus, operante filio salutem per gratiam sancti Spiritus: atq; ideo nihilo magis tres seruatores à scriptura nominantur, etiam si absq; controuersia salus existat à sancta Trinitate: eodem modo neq; tres dij (sunt) secundum redditam Deitatis significationem: quanquam conuenit talis appellatio sanctæ Trinitati. Pugnare autem cum aduersarijs, dicentibus non oportere efficaciam intelligere per Deitatem, non admodum mihi necessariũ esse uidetur, quantum ad præsentem sermonis attinet probationem. Nam nos quidem indefinitam & incomprehensibilem diuinam naturam esse credentes, nullam eius animaduertimus comprehensionem: sed omnimodo in infinitate intelligi (eam) naturam censemus & affirmamus. quod autem prorsus est infinitum, non aliqua quidem re definitur, aliqua uerò non: sed omni ratione infinitas effugit definitionem. quod igitur expers est definitionis, ne nomine quidem prorsus definitur. ut ergo permaneat in diuina natura indefiniti intellectus, super omne nomen dicimus esse diuinum numen: ac Deitas unum de nominibus est. Non potest igitur idem & nomen esse, & super omne nomen esse existimari. Veruntamen si aduersarijs hoc placet, quòd non efficientiæ, sed naturæ significatio sit, recurremus ad eam, quam in initio posuimus orationem, quòd consuetudo perperam naturæ nomen ad multitudinis significationem trahat, neq; incremẽto ullo, neq; diminutione, secundum ueram rationem. accedente ad naturam, quum uel in pluribus uel paucioribus spectatur. Ea nanq; sola secundum compositionem numerantur, quæ secundum propriam circunscriptionem considerantur. Circunscriptio autem in superficie corporis, in magnitudine, in loco, in differentia figuræ & coloris comprehenditur. At quod extra hæc consideratur, effugit eam, quæ per talia fit, circunscriptionem. quod autem non circunscribitur, non numeratur: & quod non numeratur, in multitudine considerari non potest. Nam & aurum etiamsi in multas formas & figuras scindatur, unum & esse & dici affirmamus. numos uerò multos ac multos stateras nominamus, nullam auri naturæ redundantiam in multitudine staterum reperientes. Vnde multum quoq; aurum dicitur, cùm maiori pondere uel in uasis, uel numis spectatur:



[a] multa autem aura propter multitudinem materiæ non nominantur, nisi quis ita dicat, [b] aureos multos ueluti Daricos, aut stateras: in quibus nõ materia, sed monera numiq; multitudinis significationem admittunt. nam proprie hos nõ χρυσοῦς, id est, aura, sed χρυσέους id est, aureos dicere licet. Quemadmodum igitur multi quidem aurei sunt stateres, aurum uerò unum est: eodem modo multi quidem singulares in natura hominis ostenduntur, ut Petrus, Iacobus, Ioannes: unus uerò in his homo est. Quòd si scriptura nomen dilatat & extendit ad pluralem significationem, dum dicit, homines per maiorem iurant, &, filij hominum, & cætera similia: iudicandum est, quòd cõsuetudine obtinentis linguæ proprietatis, quam dialecton uocamus, utatur, non legem præscribat, qua sic oporteat potius quàm aliter uerbis uti: nec artificiosam aliquam de uerbis doctrinam instituens hæc dicat, sed secundum obtinentem consuetudinem uerbo utatur, id solum spectans, ut accipientibus utilis sit oratio, nihil admodũ disquirẽs circa dictionẽ, in quibus locis nullum damnum circa sententiam ex uerbis conflatur. (Ac longum fuerit ad dictorum probationem ex scriptura colligere cõstructiones solœcismi speciẽ habẽtes:) in quibus aũt periculũ est, ne detrimentũ patiatur ueritatis aliqua pars, nõ itẽ promiscuus & indifferens usus, nec indiligentia discutiendi & examinandi in uerbis scripturæ reperitur. Idcirco homines quidẽ pluraliter nominare cõcedit, quippe cùm nemo propter huiusmodi figuram uocis ad multitudinem humanitatum suspicione prolabatur, nec multas humanas naturas significari existimet, propterea quòd nomen naturæ pluraliter enuntiatum sit. at uocem Deus cum cautione & obseruatione per singularẽ figuram enuntiat, hoc prospiciens & cauens, ne diuersæ naturę plurali significatione deorũ in diuina essentia subintroducãtur: quãobrem, Dominus Deus, inquit, dominus unus est: quinetiam unigenitũ Deũ uoce Deitatis pronuntiat: ac non dissoluit id, quod unum est, in dualem significationem, ut duos Deos patrem & filium nominet: tametsi uterq; Deus à sanctis prædicetur. sed Deus quidem pater: Deus item filius: unus uerò in eadem prædicatione Deus est: quippe quum neq; naturæ, neq; efficaciæ aliqua differentia in Deitate consideretur. Nam si uariaret & diuersa esset in sancta Trinitate natura, prout suspicantur nonnulli errore decepti, consequenter in multitudinem Deorum numerus dilataretur, atq; una cum diuersitate essentiæ subiectorum diuideretur. sed quoniam omnem circa essentiam diuersitatem reijcit diuina, simplex, & uariare alterarí ue nescia natura, ut una sit, multitudinis significationem in sese non admittit: sed ut una dicitur natura, ita cætera quoque omnia singulariter nominantur: Deus bonus, sanctus, seruator, iustus, iudex, & si quod aliud augustum ac Deo conueniens nomen intelligitur, quod siue ad naturam, siue ad efficaciam spectare quis dicat, non contendemus. Quòd si quis calumnietur orationem, quasi ex eo, quod non admittat differentiam circa naturam, mixtionem quandam & confusionem hypostaseon facientem: hoc ad talem accusationem respondebimus, quòd nos qui diuinam naturam differentiæ uariationis ue expertem esse cõfitemur, eam quæ circa caussam & caussarum consideratur differentiam, nõ negamus, per quod solum discerni alterum ab altero deprehendimus, nimirũ eo quòd credimus aliud quidem caussam esse, aliud uerò ex caussa: & eius quod ex caussa est: rursus aliam differentiã consideramus: nam aliud quidem continenter (& sine medio) ex primo est: aliud uerò per id, quod immediatè & ex continenti est, ut & unigeniti proprietas absq; ambiguitate in filio maneat, & ex patre spiritũ esse nõ dubitetur: filio, qui medius intercedit, & sibi unigeniti proprietatem seruante, & spiritum à naturali ad patrem habitu non arcente. Caussam autem, & id quod ex caussa est dicentes, non naturam per hæc nomina significamus. (Neque enim aliquis eandem caussæ & naturæ rationem reddiderit:) sed eam, quæ est secundum aliqualiter esse, differentiam indicamus. Dicentes enim alium quidẽ caussatũ & à caussa ortum: aliũ uerò sine caussa esse, nõ naturã uerbo caussæ separamus: sed solũ modo neque filium ita se habere, quasi genitus non sit, neque patrem per natiui-

[a] πολλοὶ χρυσοί.
[b] χρυσοῦς πολλοὺς. Ista sunt Grammatica.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tatem & generationem esse indicamus. Prius autem necesse est nos credere, quòd aliquid sit: & tunc quomodo id, q̃d creditũ est, sit, scrutari. Alia igitur ratio est eius, quod quid est: alia itẽ eius, quod quomodo est. Quocirca si quis dicat, aliquid ita esse, quasi non genitum, quomodo sit, ponit: quid autem sit, hac uoce simul nõ indicat. Etenim si de arbore aliqua interrogaueris agricolã, utrùm satiua sit, an spõte prouenerit: ille uerò responderit, uel non satiuam esse, uel plantatam succreuisse: nunquid naturam per eam respõsionem indicauit? Minimè. sed ubi dixerit, quomodo sit, incertam & inexplicatam naturæ rationem reliquit. Ita etiã hic, cùm dicerimus non genitum, quomodo quidem ipsum esse atq; intelligere conueniat, edocti sumus: id autem quod quid est, per eam uocem non audiuimus. Eiusmodi igitur differentiam in sancta Trinitate edentes, ut aliud quidem caussam, aliud ex caussa esse credamus, non tam amplius accusari possimus, quòd per communionẽ naturæ rationem hypostaseων[a] confundamus. Quoniam igitur hypostaseis quidẽ sanctæ Trinitatis caussæ ratio discernit, aliud quidem absq; caussa, aliud uerò ex caussa esse postulans: diuina autem natura & uariationis & diuisionis per omnem considerationem expers esse deprehenditur: idcirco propriè una Deitas, & unus Deus est, & alia omnia Deo conuenientia nomina singulariter efferuntur.

[a] συνουσίων, fortasse συνοικίων, uel συναγέσεων: atq; ita uerti.

Σωφ. T. T. P. Θ. ἡμῖ Σ. ſ. IY. XY. B.

# EIVSDEM AD PETRVM FRATRẽM SVVM, DE DIFFERENTIA ESSENTIAE ET *hypostaseos, id est, substantiæ, siue subsistentiæ.*

QVONIAM complures & essentiæ uerbum & hypostaseων, ex mysticis & arcanis decretis atq; doctrinis non discernunt: sed nihil interesse putant, utrùm essentiam an hypostasin quis dicat, quasi in utroq; nomine una significatio sit: & ideo duplicis hæreseos in contrariũ scissæ error circa significationem harum uocum principia atq; argumenta præbuit: cùm Sabellij quidem sectatores, propter communionem essentiæ sanctæ Trinitatem in unam hypostasin cogant: uice uerò uersa, qui contrario morbo correpti sunt: (Arianos dico) propter differentiã hypostaseων præscriptionẽ quoq; essentiarum introducant. hac de caussa, ne tibi quoq; eadem accidant, uice commentarij, quo docearis & admonearis, de his uocibus tractatum breuem tibi feci. Est igitur, ut paucis res ostendatur, talis eorum quæ dicuntur, cõsideratio. Omnium nominum alia quidem, quæ de pluribus ac numero differentibus rebus dicuntur, magis uniuersalem quandam significationem habent, ut homo. qui enim hoc dixit, communem naturam per id nomen demonstrauit, non tamen ea uoce descripsit eum, qui propriè significatur: alia uerò nomina singularium hominum proprietatum significatiua sunt: per quæ non communio naturæ in uerbo consideratur atq; spectatur, sed rei cuiusdam descriptio nullam cum eo, quod eiusdem generis est, quantum attinet ad proprietatem & peculiaritatem, societatem habens: ut Paulus uel Timotheus. non enim iam amplius huiusmodi uox ad communionem naturæ refertur: sed recedens à comprehensiua significatione circumscriptarum quarundam rerum demonstrationem per nomina præstat. Quum igitur duo uel etiam plures eodẽ tẽpore unà fuerint: uerbi gratia, Paulus, Syluanus, Timotheus: ac de essentia hominum quæratur ratio, non aliam aliquis essentiæ rationem edet in Paulo, aliam uerò in Syluano, aliam itẽ in Timotheo. sed per quas rationes essentia Pauli demonstrata fuerit, eædem reliquis quoq; conuenient: atq; ἐφεξῆς, id est, eiusdem inter se essentiæ sunt, qui eadem ratione essentię describuntur. sed ubi aliquis



aliquis animaduersa communione ad peculiaria ac propria, per quæ separatur alterum ab altero, consideratione & contemplatione conuertit, nõ iam itidem ratio, per quam unumquodq; cognoscitur, atq; discernitur, ei rationi, quæ de alio profertur, per omnia conueniet, etiamsi in aliquibus aliquid reperiatur habere cõmune. Hoc igitur, quod propriè dicitur, uerbo hypostaseos declarari dicimus. Nã qui hominem dixit, dissipatum quendam & conturbatum intellectum per indefinitam significationem auribus intulit, ut natura quidem eo nomine significetur: quæ autem res subsistit, & propriè declaratur eo nomine, non significetur. at qui Paulum dixerit, ostẽdit in re, quæ eo nomine declaratur, subsistentẽ naturam. Hoc itaq; hypostasis, (quasi dicas substantia uel subsistentia,) est, non illa indefinita in omnib. essentiæ subsistentia, nullã propter cõmunionem eius, quod significatur, stationem inueniens: sed ea, quæ id, quod & cõmune & inde scriptũ est, per id, q̃d de quadam re dicitur, per apparentes nimirum in ea proprietates subijcit, circumscribit atq; definit: quemadmodum scriptura quoq; hoc facere consueuit, cùm in multis alijs locis, tum in historia Iobi. Qm̃ enim res eius narratura erat, cùm prius mentionem cõmunis nominis fecisset, dixissetq;, homo: statim seiungit peculiari ac proprio nomine per adiectionem eius, quod dicit, quidam. ac essentiæ quidem descriptionem tanq; nihil utilitatis & commodi ad propositam sermonis rationẽ afferentem reticuit. Quendam autem per propria insignia denotat atq; designat, & locum edens & ingenij morumq; indicia, ac quæcunq; extrinsecus simul cõprehẽsa separatura eũ atq; disiũctura, ac distinctura erãt à cõmuni significatione, ut p omnia euidens ac perspicua fieret descriptio eius, de quo narratio instituebatur, ex nomine, ex loco, ex animi proprietatib. ex ijs, quæ extrinsecus circa eũ cõsiderabãtur. Quod si essentiæ rationẽ edidisset, nulla iã dictarũ rerũ in explicatione dictionis, mẽtio facta fuisset. Eadẽ em̃ ratio fuisset, quæ uel in Baldacho Sauchita, uel Sophare Minæo, & in unoquoq; eorum hominũ, quorũ ibi mẽtio facta est, edi potuisset. Quã igitur in nostris terrenis ac mũdanis reb. differẽtiæ rationẽ tũ in essentia tũ in hypostasi cognouisti, hãc si traducas etiã ad diuinas doctrinas atq; decreta, nõ errabis: quũq; cogitabis quõ se habeat essentia patris, quodeũq; tandẽ tibi tua mens suggerit (Ad nullũ enim certũ ac destinatũ intellectũ animũ figere ac firmare licet, propterea quòd creditũ ac persuasum est, eã essentiã superare omnẽ intellectum:) hoc etiã de filio intelliges: hoc eodẽ quoq; modo de spiritu sancto. Nã non creati & incõprehensibilis ratio una eadẽq; & in patre & in filio & in spiritu sancto est. Non enim aliud quidẽ magis, aliud uerò minus incomprehensibile atq; non creatũ est. Quoniam aũt per propria ac peculiaria signa inconfusum Trinitatis discrimen habere oportet: quod quidẽ cõmuniter in ea cõsideratur: uelut non creatum, inquam, aut supra omnẽ esse comprehensionem, aut si quid tale est, nõ unà cõprehendemus & assumemus ad proprij iudicationẽ: sed solũmodo requiremus ea, quibus uniuscuiusq; notio dilucidè & absq; mixtione ab ea, quę unà cõsideratur, segregetur. Quocirca rectè mihi hoc modo ratio inuestigari uidetur. Quodcunq; ad nos à diuina potentia atq; uirtute bonũ peruenerit, hæc omnia efficientis gratiæ actionem & opus esse dicimus: ut inquit apostolus, Hæc omnia operatur unus & idem spiritus, distribuens singulatim unicuiq; prout uult. Si inquiramus aũt, an à solo sancto spiritu bonorum subministratio accepto initio, ita perueniat ad eos, q̃ digni sint ijs bonis: rursus à scriptura deducimur ad id, ut subministrationis bonorũ, q̃ per spiritũ nobis suppeditanr̃, principẽ, authorẽ & caussam unigenitũ Deũ esse credamus. Omnia em̃ per ipsum facta, ac per ipsum constituta esse, à sancta scriptura didicimus. Quũ igitur etiã ad illam elati & euecti fuerimus notionẽ, rursus per diuinæ doctrinæ suggestionis adminiculũ deducti docemur, q̃ per eã uirtutẽ nobis omnia ex eo, quod nõ est, in id ut sint, pducantur: non tñ nec ex illa quidẽ absq; principio. Sed est quædã uirtus sine generatione existẽs, & absq; principio subsistens, quæ caussa generationis est omnium eorũ, quæ sunt. Ex patre nanq; filius est, per quẽ omnia fiunt. Omnia autem per filiũ fiunt, cũ quo

Locus corruptus.

Locus corruptus & mutilatus. itaq; cõiecturis quelibuſ cuiq; uſus ſum.

1. Cor. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſemper unà ſpiritus ſanctus inſeparabiliter intelligitur & cõſideratur. Fieri eñ nõ poteſt, ut aliquis lilium plena mente cõprehendat, niſi prius à ſpiritu fuerit illuminatus & illuſtratus. Quoniã igitur ſpiritus ſanctus, à quo omnis bonorũ facultas & ſubminiſtratio ad creaturã quaſi ſcaturit atq; emanat, à filio quidẽ cũ quo ſimul ſm̃ediatè nulloſte intercedẽte ſpatio cõprehenditur, pẽdet: à patris uerò cauſſa, unde etiam procedit, ipſum eſſe habet depẽdens: hoc (nimirum) ſignum cõtinet, quo eam, quæ circa hypoſtaſin cõſideratur, proprietatẽ agnoſcamus, nẽpe quòd cũ filio & nõ abſq; eo cognoſcatur, & ex patre exiſtat. Et filius hoc habet inſigne, q̃ ſpiritum, qui ex patre procedit, per ſeſe ac ſecum notum faciat & indicet. nã filius ſolus unigeniti in modũ ex non genito lumine enitescens atq; relucens, nullã, quantũ attinet ad propriã notã & peculiare inſignie, cõmunionem habet, uel cum patre, uel cũ ſpiritu ſancto, ſed dictis ſignis ſolus agnoſcitur. At qui ſuper omnia eſt Deus, præcipuum quoddam & eximium inſigne notamq; ſuæ hypoſtaſeos ſolus habet, q̃d pater eſt, quod ex nulla cauſſa ſubſiſtat: ac per hoc rurſus ipſe quoq; ſignum propriè peculiariterq; agnoſcitur. Hac de cauſſa in eſſentiæ communione non conuenientia atq; incommunicabilia dicimus eſſe ea, quæ in Trinitate conſiderantur, inſignia: per quæ nobis propriè oſtenditur atq; repræſentatur: quippe quum unaquæq; perſonarum in fide traditarum proprijs inſignibus diſcriminatim comprehendatur & intelligatur: ut per dicta ſigna ſeparatio hypoſtaſeωn deprehendatur & comperiatur: quantum autem attinet ad infinitũ, & id quod percipi deprehendíue non poteſt, quodq; ita ſe habet, ut id quod creatum cõditumue non eſt, nulloq; termino comprehenditur, & in omnibus eiuſmodi nulla uel uariatio, uel differẽtia ſit in uiuifica natura: in patre, inquam, & filio & ſpiritu ſancto, ſed quædam continua, & quę diuelli non poſſit, in ijs ſocietas atq; communio cõſideretur, ac per quas cogitationes & conſiderationes aliquis maieſtatem unitatem earum, quæ in ſancta Trinitate creditæ ſunt, perſonarum, contemplatus fuerit & animaduerterit, per eaſdem progredietur indifferentem & non uariantem gloriam cernens in patre, filio & ſpiritu ſancto: nullo inter patrem & filium, uel filium & ſpiritum ſanctum intercedente ſpatio, per quod mentis agitatio quaſi per uacua uagetur: quippe cùm nihil ſit, quod per medium horũ ſeſe inſerat & inſinuet, neq; alia res eſt ulla ſubſiſtens præter diuinam naturam, quæ per interiectionem alieni poſſit eam inter ſeſe diuidere ac diſpertiri: neq; alicuius imaginarij ac non ſubſiſtentis interualli uacuitas, quæ diducat & quaſi hiare faciat diuinæ eſſentiæ inter ſe compoſitionem & aptam cõgruentemq; cohærentiam interpoſitione uacuę cui dirimens continuum: ſed qui patrem mente atq; animi cogitatione percepit, & ipſum in ſe cognouit, & filium ſimul eademq; cõtemplatione animi aſſumpſit. At qui hunc accepit, à filio ſpiritum nõ ſeparauit: ſed conſequenter quidem iuxta ordinem, coniunctim uerò iuxta naturam omnium trium ſimul in ſe ipſo contemperatam fidem mente concepit, & imaginatus eſt. Ac qui ſpiritum ſolum dixit, unà cum hac confeſſione comprehendit & id, cuius ſpiritus eſt: & quia Chriſti ſpiritus eſt, & ex Deo eſt, ut inquit apoſtolus: quemadmodum ex catena qui unam extremitatem apprehendit, alteram quoq; ſummitatem ſimul attrahit: eodem modo qui ſpiritum traxit, ut inquit propheta, per eum filium quõq; & patrem ſimul traxit: ac ſi quis filium reuera acceperit, habebit eum utrinq;, hinc quidem ſuũ patrem, illinc uerò ſuum ſpiritum ſimul adducentem. Neq; enim à patre qui ſemper in patre eſt, abſcindi atq; ſeparari poterit, neq; unquam à ſpiritu ſuo diſiungetur: quippe cùm per eum omnia operetur. Fieri ergo non poteſt, ut aliqua ſectio uel diuiſio ullo modo excogitetur, ut uel filius abſq; patre intelligatur, uel ſpiritus à filio diſiungatur: ſed quædam ineffabilis & quę animaduerti non poteſt, in his deprehenditur tum ſocietas, tum diſtinctio atq; diſcrimen, quum nec differentia hypoſtaſeωn continuitatem naturæ diuellat, nec communio, quę circa eſſentiam conſideratur, proprietatem inſignium tollat & confundat. Ne mireris autem ſi idem & coniunctum, & ſeparatum atq; diſcretum dicimus, & quoddam quaſi per aenigma excogitamus, nouum & à communi ſenſu & opinione abhorrens tum diſcrimen coniunctũ, tũ diſcretam coniunctionẽ. Nã niſi quis cõtentioſius cũ offenſione & calumnia ſermonẽ audiat, etiam in reb. ſenſibilib. fieri poteſt, ut tale quid inueniatur. Atq; accipite ſermonẽ meũ tanq̃ ſignum & umbram ueritatis, nõ tanq̃ ipſam rerum ueritatem. Fieri enim non poteſt, ut id, quod per ſigna conſideratur, per omnia cõgruat atq; cõueniat ijs, ad quæ exemplorũ atq; ſignorũ aſſumitur uſus. Vnde igitur dicimus diſcretum ſimul & concretũ per ea, quæ ſenſibus noſtris cõſpicua ſunt, animaduerti & agnoſci? Iã aliquando in uere arcus, qui in nube apparet, ſplendorẽ uidiſti. illum planè dico arcum, quẽ cõmunis ſermo Irin ſolet cognominare: quẽ aiunt illi, qui hæc callent, tũc fieri atq; cõflari, cùm humor aliquis hæſerit in aere [a] permixtus, ui uentorũ id, quod in uaporib. humidũ, craſſumq; & nebuloſum iam factum eſt, in pluuiam exprimente. Conflari autem atq; exiſtere aiunt hoc modo: Vbi radius ſolis per obliquum, denſam & obſcuram nebulã penetrauerit, deinde recta línea in nube aliqua ſuũ orbem fixerit, quaſi quidam reflexus & reditus ad ſeipſum luminis fit, ſplendore ab humido ſimul ac nitente repulſo. Quoniam enim ea flammeis ſplẽdoribus natura ineſt, ut ſi cui leui & plano occurrant, ad ſeipſos denuo refringantur: figura aũt ſolis, quæ in humido ſimul ac leui aere per radium imprimitur, circularis & orbicularis eſt: neceſſariò iuxta formã ſolaris orbis etiam aer nubi proximus per enitescentem circumſcribitur ſplendorem. Hic igitur ſplendor & ſecum continuus & diuiſus eſt. Quũ enim multicolor multiformiſq; ſit, & obſcurè uarijs quaſi floribus tinctus ſecum commiſcetur, diuerſorũ inter ſeſe colorum cõmiſtionem atq; cõiunctionem oculis noſtris latẽter eximẽs atq; ſubducens, ut cærulei ad rutilum, uel rutili ad purpureum, uel illius ad electrinum terminus, qui per medium tum miſcet per ſeſe, tum [b] indicat diuerſitatem colorum, cognoſci non poſſit. Nã omniũ ſplendores dum ſimul eodemq; tẽpore conſpiciuntur, & procul lucent, & ſigna mutuæ coniunctionis ſubducentes iudiciũ effugiunt, ut fieri nõ poſſit, ut aliquis deprehendat, quatenus progrediat, & ubi conſiſtat id, quod in ſplendore uel ſuluum, uel ſmaragdo ſimile eſt: & unde tale deſinat eſſe, quale cõſpicitur in eo, quod ex lõginquo fulgẽs apparet. Quemadmodum igitur in expoſita ſimilitudine colorũ quidẽ differentias plane diſcernimus, quantũ aũt interuallũ ab uno ad alterum intercedat, ſenſu deprehendi nõ poteſt: eodem modo exiſtimato mihi fieri poſſe, ut de diuinis doctrinis atq; decretis ratiocinemur, proprietates quidem hypoſtaſeωn quaſi quendã florẽ eorũ, quæ in iride procul apparent, in unaquaq; earũ, quæ in ſancta Trinitate creditę ſunt, perſonarum effulgere: eius aũt, quæ circa naturam conſideratur, proprietatis nullam unius ab altera differentiam animaduerri: ſed in communione eſſentię, eas ꝓprietates, per quas unaquæq; perſona cognoſcitur, in unaquaque elucere. Etenim illic quoq; in ſimilitudine, quæ multicolorem illum ſplẽdorem emittebat, una eſſentia erat, quæ per radium ſolis refringebatur: color aũt eius, quod apparebat, multiformis erat: docente nos, opinor, ratione etiam per creaturam, ne nouum in diſquiſitione ac diſceptatione doctrinæ nobis accidat, quum oblata nobis difficili contẽplatione ad aſſenſionem & approbationem eorum, quæ dicuntur, quaſi uertigine laborantes perturbati fuerimus. Vt enim in ijs, quæ oculis apparent, experientia ualidior, quàm ut contradici poſſit, uideatur: ita in ſupereminentibus, captumq; noſtrum ſuperantibus doctrinis quoq; ea comprehẽſione atq; perceptione, quę per ratiocinationes conciliatur, potior ac firmior eſto fides, quæ & in hypoſtaſi ſeparationem, & in eſſentia coniunctionem docet. Quoniam igitur diſceptatio aliud quidem commune quiddam, aliud uerò proprium ac peculiare in ſancta Trinitate conſiderauit: communionis quidem ratio ad eſſentiam reducitur, hypoſtaſis uerò peculiare ac proprium unius cuiuſque ſignum eſt. Sed putat aliquis fortaſſe de hypoſtaſi redditam rationem non congruere, neque conuenire ſententiæ apoſtoli ſcripturæ, ubi de Domino dicit, ſplendor gloriæ eius, & figura hypoſtaſeos, id eſt, ſubſtantiæ ſiue ſubſiſtentię. Nã ſi hypoſtaſin concurſum eſſe expoſuimus pro-

Locus mutilus & ualde corruptus.

1. Corinth. 6.

Ioan. 5.

[a] ἀναπεπυκνωμένου habetur: ἀναπεπυκνωμένου, legendũ fortaſſis.

[b] γραφίσσεται: fortaſſe διαγλύφεται, legendum, id eſt, eũ qui diſtinguit.

Hebr. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



prietatum, quæ circa unamquãq; personam cõsiderantur: ac quemadmodum constat in patre esse aliquid, quod peculiariter in eo cõsideretur, per quod solus agnoscitur: eodẽ itidem modo de unigenito quoq; idẽ esse creditur. qui fit, ut scriptura hoc in loco patri soli testimonio suo assignet nomen hypostaseos, siue substantiæ, filium uerò quasi formam dicit hypostaseos, qui nõ suis, sed patris insignib. exprimatur atq; denotetur? Si em̃ hypostasis proprium ac peculiare signum essentiæ uniuscuiusq; personæ est: patris aũt proprium esse non ambigitur, quòd sit ea cõditione, qua is, qui genitus nõ est: filius uerò figuratur ac designatur proprietatibus patris: utriq; non amplius propriũ ac præcipuũ apud patrẽ manet insigne, ut de eo solo separatim dicatur, nõ genitũ esse: si quidẽ, pprio patris insigni unigeniti quoque essentia denotatur. Verùm nos hoc dicimus: q ad aliã intentionẽ & finẽ hoc loco ab apostolo dirigatur oratio, ad quẽ sensum & intentionẽ respiciens his uocibus usus est, splendorẽ dicẽs & expressam imaginẽ substãtię: quã intentionem si quis exactè ac plenè animaduerterit & intellexerit, nihil inueniet q̃d pugnet cum ijs, quæ à nobis dicta sunt: sed in peculiari quadã cõsideratione sermonẽ esse exornatũ. Non em̃ id agit apostoli oratio, ut per ea, quæ in ijs apparẽt, signa separentur & dirimãtur abinuicẽ hypostases, siue substãtiæ: sed ut uerus & germanus, nulloq; intercedẽte spatio cõiunctus filij habitus ad patrẽ intelligatur. Quoniã em̃ nõ dixit, Qui cũ gloria sit de gloria: (quãq; ueritas ita se habet:) sed hoc tanq; cõfessum certũ & indubitatũ prætermittẽs (nempe,) q nõ alia quędã gloriæ species in patre spectãda, alia itẽ in filio intelligẽda sit, ab ipsius patris gloria existentẽ splẽdorem unigeniti gloriã esse affirmat: similitudine luminis, pbans, absq; ullo interuallo unà cũ patre filiũ intelligi atq; cõsiderari. Vt em̃ ex flãma splẽdor existit, nõ tã posterior secundũ flãmam splẽdor est, sed simul atq; flãma exorta est, lumẽ quoq; cũ ea effulget: ita uult etiã ex patre quidẽ filiũ intelligi, nõ autẽ interualli alicuius extensione atq; pductione à patris substãtia unigenitũ distinguí, sed semp unà cũ causa id, quod existit ex ea, cõprehendi. Eodẽ igitur modo, tanq; explicãs antẽred ditũ intellectũ, etiã substãtiæ expressam imaginẽ dicit, corporalib. similitudinibus ad inuisibiliũ quasi manu nos ducẽs animaduersionẽ atq; cognitionẽ. Nã ut corpus prorsus nõ est absq; forma, sed alia quidẽ formæ, alia uerò corporis ratio est: & si quis horũ alterutrius edat definitionẽ, nõ cõuenerit, neq; cõcurrerit cũ definitione alterius: ueruntamẽ etiãsi ratione separes atq; discernas à corpore formã, natura nõ admittit separationẽ, sed cõiũctim alterũ cũ altero intelligitur: ita putat apostolus, etiãsi ratio fidei incõfusam & diuisam hypostaseon siue substãtiarum differentiã doceat, etiã cõtinuitatẽ & quasi concretionẽ & coalitionẽ unigeniti cũ patre per dicta uerba exprimere & ostẽderẽ oportere, nõ quòd in hypostasi quoq; unigenitus nõ sit, sed q nullũ suæ cũ patre unitionis mediũ admittat: ut q animi oculis imaginẽ & figurã unigeniti cõtuitus fuerit, paternã quoq; substantiã plena mẽtis cogitatione cõprehendat: ita ut una pro altera nõ accipiatur, neq; cõmisceatur ea, quæ in ijs cõsideratur, ppriętas, ut uel patri natiuitas, uel filio absque natiuitate esse assignet: sed, quemadmodũ fieri licet, ut unũ ab altero diśiungendo per se solũ quod reliquũ est, accipiatur. Fieri em̃ non potest, ut qui filiũ nominauerit, patrem quoq; nõ plena mẽtis intelligẽtia cõprehendat, cùm ita se habeat hæc appellatio, ut patrẽ quoq; simul ostẽdat. Quoniã igitur is, qui filiũ uiderit, patrẽ uidet, quẽadmodum dñs ait in Euãgelio: idcirco unigenitũ patris substãtię expressam imaginẽ esse dicit. Ac ut magis intellectus cognoscatur, alias quoq; apostoli uoces simul assumemus, in quibus imaginem Dei inuisibilis & bonitatis eius rursus imaginẽ (unigenitum esse) dicit: non quòd ab archetypo principaliq; forma differat imago secundum bonitatis & inuisibilitatis rationem, sed ut ostenderetur, quod idem cum forma principali est, etiamsi aliud sit. Nõ enim seruari ac teneri ratio naturalis imaginis posśit, nisi ea sit, quæ per omnia perspicuitatem euidentiamq; ac nullam uariationem differentiamq; contineat. Proinde qui pulchritudinem imaginis animaduertit & cognouit, in plena principalis formæ intelligentia uersatur: & q filij

Ioan. 14.



filij quasi formam mente concepit, paternæ hypostaseos effigiem imaginatus est, per hunc illum cernens, non eam (tamen) patris proprietatem, qua non genitus esse dicitur, in effigie perspiciens, (Idem enim nimirum penitus & non aliud atq; diuersum esset:) sed in genito non genitum decus intuetur. Quemadmodũ enim is, qui in puro speculo formæ simulachrum editum cõtemplatus fuerit, perspicuã expressæ atq; repræsentatæ faciei cognitionem adeptus est: eodem modo qui filiũ cognouerit, effigiem paternæ substantiæ per filij notitiam in corde concepit. Nã omnia, quæ patris sunt, in filio conspiciuntur: & omnia quæ filij sunt, patris sunt: quoniam totus quoq; filius in patre manet: ac totum rursus in sese patrem habet. Iraq; filij hypostasis quasi forma ac facies est, qua pater cognoscitur: & patris hypostasis in forma filij cognoscitur, manente ea, quæ in ijs consideratur, proprietate, ad separationem & euidentem atq; perspicuam hypostaseon, (id est, naturarũ subsistentium, siue substantiarum indiuiduarum & personarum) discretionem. Ioan. 14.

Σ. Τ. Τ. Γ. Θ. ϗ C. H. IY. XY. B.

# EIVSDEM AD SIMPLICIVM, DE FIDE.

*Aliter inscribitur: Simplicio tribuno Gregorius de patre & filio & spiritu sancto.*

DEVS per prophetam præcipit, ne ullum Deum nouum, Deum esse existimemus, neq; Deum adoremus alienum. Manifestum est autem, q nouum dicitur id, quod ab sempiterno non est: ac rursus ex contrario, sempiternum dicitur, quod nouum non est. Igitur qui nõ ex sempiterno unigenitum Deum ex patre esse credit, nouum eum esse nõ negat. quod enim non sempiternum, nouum prorsus est. quodcunq; autem nouum est, Deus non est, quemadmodum dicit scriptura: Non erit in te Deus nouus. Ergo q dicit, quòd aliquando filius non erat, is negat eius Deitatem. Rursus alienũ Deũ uetat adorare, qui dicit, Nunq; adorabis Deum alienum: alienus autem collata cũ nostro proprio Deo distinctione consideratur. Quis igitur noster proprius est Deus? Palàm est, quòd uerus Deus. Quis itẽ alienus? prorsus is, qui à natura Dei ueri alienus est. Si igitur proprius noster Deus, Deus uerus est, si unigenitus Deus ex natura ueri Dei non sit, quemadmodum hæretici dicunt: alienus Deus est, et noster Deus non est. Euangelium aũt dicit, quòd oues alieno non obediant. Qui creatũ eũ esse dicit, alienũ à ueri Dei natura facit. Quid igitur facient, qui dicunt q creatus sit? Adorabunt ne eum, qui creatus sit, an non? Nam si non adorant, Iudæos sequuntur negantes adorationem Christi: si autẽ adorant, idololatræ sunt. adorant enim eum, qui alienus sit à Deo uero. Atqui æquè impium est uel non adorare filium, uel adorare Deum alienum. Oportet ergo ueri patris uerum filium dicere, ut adoremus eum, & non condemnemur tanq; Deum alienum adorantes. Aduersus eos autem, qui dicunt illud ex prouerbio, Dominus creauit me, & per hoc putant, se aliquod firmum afferre argumentum ad probandum quòd creatus sit omnium conditor & creator, hæc conuenit dicere, quòd multa propter nos factus sit unigenitus Deus. Etenim quum Verbum sit, caro factus est: & quum Deus sit, homo factus est: & quum incorporalis esset, corpus factus est: atq; his etiam amplius, & peccatum, & maledictio, & lapis, & securis, & panis, & ouis, & uia, & ostium, & petra, & eiusmodi multa factus est, quũ natura nihil horum sit, sed propter nos per dispensationem & administrationem talis euaserit. Quemadmodum igitur quum Verbum sit, propter nos caro factus est: & Deus quum sit, homo factus est: ita creator quum sit, propter nos creatura factus est, quippe quum caro res creata sit. Quemadmodum igitur per prophetam dixit, Sic dicit Dominus: Deut. 5. Exod. 34. Exod. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Esa.49. Qui formauit me ex uētre seruū suū, ita etiā dixit illud per Solomonē: Dns creauit
Eccles.24. me principium uiarum suarum ad opera sua. omnis ēm creatura seruit, ut inquit apostolus. Proinde & is, qui in uentre uirginis formatus est, secundū uerbū prophetæ, seruus est, non dns: hoc est is, qui secundum carnē homo est: in quo Deus manifestatus est: & is, qui illic creat⁹ est in principiū uiarū eius, nō Deus est, sed homo: in quo nobis Deus manifestatus est, ut corrupta ac labefactata uia salutis humanę iterum renouaretur. Itaq; quoniam res duas de Christo statuimus & sentimus, unū quidem diuinum, alterum uerò humanum, in natura quidem diuinum, in administratione ac dispensatione id, quod secundum hominem est: consequenter sempiternum Deitati attestamur, creatum uerò humanæ naturæ allignamus. Quemadmodum enim secundum prophetam, in uentre formatus est seruus, ita etiam secundum Solomonem, per hanc seruilem creaturam in carne manifestatus est.

Porrò quū dicunt, si erat, nō est genitus: &, Si natus est, nō erat: doceātur, ꝙ nō oporteat carnalis natiuitatis proprietates accōmodare diuinę naturę. Nā corpora quidē quę nō erant, gignuntur: Deus aūt efficit, ut ea quę nō sunt, existant: nō ipse ex eo, quod non est, existit. Idcirco Paulus quoq; eū splendorē gloriæ nominat, ut doceamur, ꝙ sicut lumen de lucerna & ex natura lumen edentis est, & unà cum illa est: (simul ēm atq; emicuit lucerna, lumen quoq;, quod ab ea existit, pariter effulget:) ita hic quoq; iubet apostolus intelligere, quòd & ex patre sit filius, & absq; filio nunq; sit pater. nā fieri nō potest, ut gloria sit absq; splendore: quemadmodū fieri nō potest, ut absq; splēdore lucerna sit. Manifestū est aūt ꝙ sicuti splendorem esse, testimoniū est eius, q̄d in gloria est: (Si ēm nō sit gloria, nō fuerit is, q̄ ab hac editur, splēdor:) ita si quis dicat, quòd nunq; erat splendor, demōstrat ꝙ neq; gloria esset, quū non esset splendor. fieri ēm non potest, ut gloria sit absq; splēdore. Vt igitur de splendore dici nō potest, Si erat, nō editus est: &, si editus est, nō erat: ita uanum & absurdum est hæc de filio dicere, quippe cùm filius sit splēdor. Cæterum qui minus & maius de filio & patre dicunt, discant à Paulo, ne metiantur ea, quæ nemo potest metiri. nam apostolus filium dicit effigiem esse patris substantiæ. plānum est igitur, quòd quanta fuerit substantia patris, tanta est etiam effigies substantiæ. fieri ēm non potest, ut minor sit effigies, q̄ substantia, quæ per eam considera-
Ioan.1. tur. Quinetiā magnus Ioannes eadē docet, cùm dicit, In principio erat uerbum, & uerbū erat apud Deū. Ex eo namq; quod dixit, quòd in principio erat, & non post principiū, ostendit ꝙ nunq; absq; uerbo principiū erat. Ex eo uerò q̄d ostendit, ꝙ uerbū etiā erat apud Deū, significauit, ꝙ nihil desit filio in comparatione patris, cui toto nāq; Deo totum simul consideratur uerbum. Nā si quid uerbo deesset in sua magnitudine, ut non posset apud totum esse Deum: prorsus necesse esset, ut exuli maremus absq; uerbo esse eam Dei partem, qua uerbo superior ac maior esset. At qui cum tota Dei maiestate uerbi maiestas simul consideratur: ergo in diuinis doctrinis locum non habet, ut uel maius uel minus esse dicamus.

Nā qui dicūt ꝙ genitū nō genito natura dissimile sit, ex similitudine & exēplo Abelis & Adami discāt haud stultè iudicare. Etenim Adā quoq; secundū naturā & hominum natiuitatem genitus fuit: Abel uerò ex Adamo genitus est. At qui genitus non fuit, ἀγέννητος, id est, non generatus, & qui genitus est, γεννητός, id est, natus dicitur. sed nihil prohibuit Adamum esse hominem, quòd genitus non erat: neque natiuitas Abelem aliud ac diuersum quiddam ab humana reddidit natura. sed tam hic quàm ille homo fuit, etsi hic quidem natus erat, ille uerò absq; natiuitate extiterat. Igitur in diuinis quoq; dogmatibus nullam naturæ differentiam efficit genitum uel non genitum esse, sed quemadmodum in Adamo & Abele una humanitas, siue natura humana, eodem modo in patre quoq; ac filio deitas, seu diuina natura una est. Atq; idem de spiritu quoq; sancto obtrectantes ei dicūt, quod de domino, nempe quòd & ille creatus sit. at ecclesia ex æquo sicut de filio, ita de spiritu quoq; sancto credit, ꝙ creatus non sit: tū quia omnis creatura ex participatione supni boni bona fit: (spiritus sanct⁹ aūt benefactore nihil op⁹ habet, quippe cum



cum natura bonus sit, quemadmodū scriptura testatur:) tum quia creatura deducitur ac dirigitur à spiritu Dei, spiritus uerò beneficiū deductionis ac directionis largitur: natura subdita est, spiritus uerò præest: natura consolationē & exhortationē accipit, spiritus uerò cōsolatur & exhortatur: natura seruit, spiritus uerò liberat: natura sapientiā docetur, spiritus uerò sapientiæ beneficiū largitur: natura beneficiorū ac donorū partē capit, spiritus uerò ad arbitriū suū largitur. Omnia nāq; hæc operatur unus & idē spiritus, distribuēs cuiq; singulatim quemadmodū uult. Ac sexcenta alia scripturarū loca licet inuenire, quib. demōstratur, ꝙ omnia sublimia Deū q̄ decentia nomina, quæcūq; patri & filio à scriptura accōmodantur, ea circa spiritū quoq; sanctū cōsiderantur: incorruptibilitas & integritas, beatitudo, bonū, sapiēs, potēs, iustū, sanctitas: omne deniq; preciosum et honorabile nomē tā de spiritu sancto, q̄ de patre & filio dicitur: exceptis ijs, per quæ hypostases perspicuè, clarè & absq; cōfusione abinuicem separantur. Dico aūt quòd neq; pater neq; filius dicitur spiritus sanctus. cætera uerò quibuscunq; nominib. pater & filius appellantur, ea spiritui quoq; sancto à scriptura adaptantur. Per hoc igitur deprehendimus ꝙ spiritus sanctus est super naturā. quocirca ubi pater & ubi filius intelligitur, ibi spiritus quoq; sanctus intelligitur. nā super naturā pater & filius est: quod spiritui quoq; sancto consequentia sermonis attestatur. Qui igitur supra naturam spiritum sanctum ponit, consequenter & rectum & sanū accepit sermonē & opinionē. Vnam ēm confitebitur naturam non creatam, quę & in patre & filio & spiritu sancto consideratur. Quoniam autem ad demonstrandū, ut putant, ꝙ spiritus sanctus creatus sit, prophetæ uocem nobis proferūt, quæ ita habet: Qui firmat tonitruum, & creat spiritum, & annuntiat in hominib. Christū suum: hoc cōuenit intelligere quod alium spiritum in firmitudine tonitrui propheta creari dicit, & nō spiritum sanctum: tonitruum ēm mysticus sermo Euangelium nominat. Quibus igitur firma ac stabilis de Euangelio fit fides, hi per fidē transeunt ab eo quòd carnes sunt, ad hoc ut spiritus fiant, quemadmodū dicit Dns: Quod natū est ex carne, Ioan.3. caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Deus igitur est, qui per id quod Euangelicū tonitruum firmum credentibus facit, spiritum efficit eum, qui credit: qui autem ex spiritu natus est, & per tale tonitruum spiritus factus est, annuntiat Christum, quemadmodum dicit apostolus, quòd nullus possit dicere, Dominum Iesum Christum nisi per spiritum sanctum. 1.Corinth.12.

## EIVSDEM IN DICTVM APOSTOLI, TVNC ETIAM IPSE FILIVS SVBIICIETVR EI, *qui subiecit ei omnia.*

OMNIA quidē oracula Domini oracula sunt & casta & pura, ut inquit propheta, quum ad similitudinem eius, quæ per ignem fit argenti purgationis, ab omni hæretica opinione expurgata mens oraculorum proprium, quicq; ex natura ueritatis est, acceperit splendorem: sed ante omnia arbitror oportere sancti Pauli placitis omnem attribuere tū splendorem tū puritatem, quippe quū in paradiso initiatus arcanorū cognitionē, & loquentem in se Christū habens ea loqueret, quæ ex ralli ludo profectū & à præceptore atq; doctore Verbo institutū loqui par est. Qm aūt improbi institores diuinū argentū adulterare ac deprauare conātur, immixtione hæreticorū corruptorumq; intellectuū sermonis splendorē obscurantes, & mysteriorū plenos apostoli intellectus uel nō intelligentes, uel malitiosē ad quod eis uidetur excipientes, ad patrocinū malitiæ suæ attrahūt, dicētes ad subuersionē unigeniti Dei gloriæ sibi opitulari apostolicū dictū, q̄d ita se habet: Tunc subijcietur filius ei, qui ipsi omnia subiecit: quasi seruilē quandā humilitatē huiusmodi dictio significet: idcirco necessariū usum est huius rei diligēter excutere atq; examinare rationē, ut ostēdam⁹ aposto-

Universidad de Deusto
Biblioteca



apostolicũ argentũ purũ reuera nulliusq; sordidæ simul & hæreticæ opinionis immixtione coinquinatũ. Scimus igitur in usu sanctæ scripturæ multa significare eã uocẽ, & nõ semper ijsdem intellectibus conuenire: sed nunc quidẽ hoc significare, rursus aliud indicare. Veluti, Serui, inquit, suis dominis subditi sunto. ac de natura rationis experte, q̃ Deus eam homini subiecerit, propheta dicit, Omnia subiecisti subter pedes eius. Item de bello subactis dicit, Subiecit populos nobis, & gentes subter pedes nostros. ac rursus quũ eorũ, qui per agnitionẽ seruantur, mentionem fecisset, tanq̃ ex persona Dei dicit, Mihi alienigenæ subiecti sunt. Cui propinquũ & affine quodammodo esse uidetur, quod à nobis psalmo sexagesimo primo discussum & examinatum est per illud, Nunquid Deo subijcietur anima mea. Atq; ad hęc omnia accedit illud, q̃d ab inimicis nobis obijcitur ex epistola ad Corinthios: Tunc ipse filius subijcietur ei, qui ipsi omnia subiecit. Quoniam igitur ad multos intellectus ptinet huius uocis significatio, nõ alienũ fuerit, horũ unoquoq; per se diuiso atq; discreto cognoscere, ad quod subiectionis significatũ apostoli dictio propriè accõmodetur. Dicimus igitur, q̃ significatũ subiectionis in ijs quidẽ, qui ui eorũ, qui bello superiores fuerint, subacti sunt, inuitos & coactos succubuisse, ac sese submisisse uictoribus ostendat. Nam si quę uires captis accesserint, quę spem ostendãt eos uictis superiores fore, rursus aduersus uictores insurgunt: quippe probrosum & contumeliosum esse ducentes, si inimicis obnoxij atq; subiecti sint. Bruta uerò animalia rationisq; expertes bestiæ, rationalib. alia de caussa subditæ atq; obnoxiæ sunt: idcirco uidelicet, quòd eorũ naturæ maximũ bonorum omniũ ratio deest, ut necesse sit, id quod inferius est, subditũ esse ei, quod felicitate naturæ superius ac plurib. dotib. ornatũ est. At qui legitima quadam ordinatione sub iugo seruitutis tenentur, tametsi natura eiusdẽ cũ reliquis cõditionis sint, quũ tñ legi resistere nõ possint, statui & ordini subditorũ acquiescũt, ineuitabili necessitate ad subiectionẽ cõpulsi. Ea aũt subiectio, qua nos Deo obnoxij efficimur, salutẽ, ppositam habet, quemadmodũ à propheta didicimus, q̃ dicit, Deo subiecta esto anima mea, apud illũ enim salutare meũ. Quũ igitur obijcit nobis ab aduersarijs, apostoli uox, q̃ filiũ obnoxiũ patri fore dicit, proximũ & cõsentaneũ fuerit iuxta distinctã eius uocis significationẽ interrogare eos, ad quod significatũ subiectionis spectãtes, hãc uocẽ existimẽt unigenito filio oportere accõmodare. At nõ est dubiũ, quin nullo eorũ modorũ, quos enumerauimus, filij se subiectionẽ intelligere dicturi sint. Neq; em̃ quũ inimic⁹ esset, bello subactus est, ut rursus aduersus eũ, in cuius potestate est, rebellionẽ speret, atq; in animo habeat: neq; ut accidit in brutis, uerbũ, ppter defectũ boni necessariã habet in natura sua subiectionẽ, sicut oues et boues reliquaq; pecora homini obnoxia sunt: neq; ad similitudinẽ pecuniæ cõparatorũ domiue natorũ mãcipiorũ lege seruus factus sperat aliquãdo beneficia uel gratia à iugo seruitutis se liberatũ iri. At nec secũdũ salutis q̃dẽ, ppositã rationẽ dixerit aliquis unigenitũ Deũ patri subijci, ut hoc modo ad similitudinẽ hominũ salutẽ sibi à Deo cõficiat. nã in natura mutabili, q̃ cõmunicatione atq; participatione bonũ adipiscit, necessariũ est, eã Deo subditã esse, quippe quũ inde nobis ppueniat bonorũ cõmunicatio. At in immutabili & uariare nescia uirtute subiectio locũ nõ habet: in qua uirtute nimirũ omne & nomẽ & intellect⁹ bonus spectatur: uerbi gratia, sempiternũ, immortale & incorruptibile, beatũ, q̃d semp eodẽ modo se habet, q̃d neq; melius, neq; deterius fieri põt. neq; em̃ in bono accessionẽ, neq; ad deterius declinationẽ admittit id, ex quo salus ad alios redũdat, q̃d ipsum seruatore opus nõ habet. Quod nã igit̃ subiectionis significatũ ppabiliter dicẽt se, ppriè intelligere in eo? Ostẽsum est em̃ q̃ omnia, q̃ examinauimus, lõgè absint ab eo, ut ppriè de unigenito Deo uel intelligãt, uel dicant. Quòd si etiã illã subiectiõis speciẽ addere oportet, quã ppdit Euãgeliũ Lucę, q̃ ad duodecimũ annũ usq; ppgressus dñs, parentib. subdit⁹ erat. nec hoc q̃dẽ de eo, q̃ & ante secula fuit & uerbum est, ad uerũ ipsius patrẽ relatũ dici cõueniat. Nã illic quidem qui iuxta nostri similitudinẽ, excepto peccato, in omnib. periculũ fecit, per naturę quoq; nostrę progredi



gredi ætates haud recusauit. ac quemadmodum puellus factus infantibus conuenientem cibum non respuit butyro & melle uescens: eodem modo quum in adolescentulũ euasisset, quod illã ętatẽ decebat & accõmodatum erat, nõ detrectauit, q̃ suã uitã exemplũ disciplinæ atq; modestiæ p̃beret. Qm̃ em̃ in cæteris hominibus eius ætatis imperfecta mẽs est, & iuuẽtus opus habet, ut á perfectioribus ad meliorẽ frugẽ quasi manu ducat̃: idcirco duodecim annos natus matri subijcit̃, ut ostẽderet, q̃ id, quod ꝓficiendo tẽdit ad perfectionẽ, anteq; eã assequutus sit, subiectionẽ tanq̃ ad bonũ quasi manu ducentẽ rectè admittat. At qui in omni bono semp̃ perfectus est, & neq; ꝓgressus facere, neq; deminutionẽ in se suscipere potest, quippe cùm natura eius nihil amplius desideret, ac deminutionis expers sit, cui⁹ rei gratia subijciatur, dicere nõ possint, q̃ omnia dicũt incõsiderate. Nã quòd eo tẽpore, quo in carne cũ humana uersabat̃ natura, in ætate puerili per ea, quæ agebat, quasi lege iuuẽtuti obedientiã sanciebat, hinc pater, q̃ ad perfectã ætatẽ ꝓgressus, iã non amplius potestatẽ matris curabat. Quũ em̃ illa hortaretur eũ in Cana Galilææ, ut in eo quod deerat epulo nuptiali uirtutem suam ostẽderet, & uinũ quo opus erat, conuiuio largiretur: beneficium quidem indigentib. conferre haud recusauit: maternum uerò cõsilium, ut quod nõ amplius in tẽpore sibi suggereretur, reiecit atq; repudiauit, quum diceret, Quid mihi tecum est mulier? nunquid etiam hanc meã ætatem regere uis? an nondum uenit hora mea, quæ liberum arbitrium & suũ ius ac potestatem ętati præbet? Si igitur in uita, quam in carne degebat, iustus & competens ætatis modus genitricis iugum excutit, quem locum subiectio habeat in illius uita, qui ui potentatus sui seculi dominus est, nemo dicere possit. Proprium enim ac peculiare diuinæ atq; beatæ uitæ est, semper in eodem permanere, & exalteratione mutationem non admittere. Quoniã igitur, quod in principio erat uerbũ unigenitus Deus ab omni incremento progressuq; & alteratione alienus est, quo pacto quod nunc non est, posthac fiet? Non enim loquitur apostolus quasi de filio semper subiecto: sed quasi futurum sit, ut circa finem cõsummationis uniuersarum rerum subijciatur. Quanquam si res præclara dignaq; quæ de Deo dicatur, subiectio est: qui sit, ut nunc à Deo absit illud bonũ? Ex æquo enim prorsus utrisq; præclarum est & honestum tum filio, qui subijcitur, tum patri, q̃ subiectionem & submissionem filij suscipit. Deest igitur in præsenti & patri & filio eiusmodi bonũ: & quod neq; pater neq; filius habuit ante secula, hoc in consummatione & completione temporum tum patri, tum filio accedit: hoc quidem subiectionem sustinente, illo uerò adiectionem & incrementum suæ gloriæ per hoc accipiẽte, quod incrementum in præsenti adhuc non habet. Vbi igitur in hoc illa immutabilis & quasi inalterabilis natura? Quod enim posthac aliquid futurum est, nũc autem id non est, mutabilis naturæ proprium est. Siue igitur bonum est subiectio, etiã nunc credere conuenit Deo adesse bonum: siue indigna, quæ de Deo credatur, eares est, neq; nunc, neq; alias subiectionem in Deo esse credendũ est. Atqui apostolus tunc ait filium subditum iri, non nunc subiectum esse. Ergo ad aliam quandam intentionem oratio spectat, ac procul abest ab hæreticorum maleuolentia nominis significatum. Quæ nam igitur est ea oratio? Fortasse per conuenientiam & cõcordantiam eorum, quæ in illo loco conscripta sunt, sentẽtiam magis animaduertere & perspicere quis possit. Nam quoniam obiurgatoriũ & contentiosum aduersus Corinthios instituerat sermonem: qui fidẽ quidẽ in Dominum acceperant, de resurrectione uerò hominum doctrinam fabulam esse putabant, quũ dicerẽt, Quomodo resurgunt mortui? & quo corpore ueniunt, quorũ multis uarijsq; modis ac formis post mortẽ abolita & ad interitũ redacta sint corpora? uel putrefacta, uel à carnifuoris animalib. reptilibus, aquatilibus, uolatilib. quadrupedib. cõsumpta? idcirco multis propositis cõsiderationibus & ratiocinationibus persuadere conatur eis, ne ex suis uiribus diuinam potentiam metiantur, neu quatenus ab homine fieri non potest, itidem de Deo existiment: sed ex notis nobis similitudinibus & signis magnificentiam diuinæ potestatis existiment atque perpendant, atque ita

proponis

Universidad de Deusto
Biblioteca



proponit eis mirificā illā operationē, quæ fit circa corpora seminū, quæ semper à
diuina uirtute renouantur: & ꝙ diuinæ sapientiæ nō defuerit facultas infinitas in
uniuersitate corporū formas inueniendi, ratione præditorū, rationis expertium
* προφερομενον habetur: ego lego προφαινομενον. & brutorū, in aere uiuentium, terrestrium: itē eorum quæ in cœlo nobis * appa-
rēt, solis & reliquarum stellarum, quorum unumquodque cùm diuina uirtute fa-
ctum sit, demonstrat nobis, quòd nec in tempore resurrectionis corporū nostrorū
penuria Deus laboraturus sit. Nam si res uniuersæ non ex aliqua suppetēte mate-
ria ad eam formā, qua conspiciuntur, traducta sunt, sed diuina uoluntas & mate-
ria & essentia operum fuit: multo magis fieri posse affirmat, ut id, quod iam est, ad suā
propriam formā denuo reducatur, ꝙ ut id quod ab initio prorsus non erat, ad sub-
sistentiam & essentiam proueniat. Quū igitur in sermonibus quos ad eos habuit,
ostendisset, ꝙ primo homine propter peccatū in terram resoluto, & idcirco terre
no uocato, cōsequens erat, sicut ille fuerat, itidem eos, qui ex illo descendissent,
omneis terrenos et mortaleis esse, qui ex tali orti essent: necessariò secūdā etiā intu
lit cōsequentiā, per quā homo rursus ex mortali in immortalitatē restituitur ac re
formatur: eodēꝙ modo bonū ex uno in omneis diffusum naturæ innatū esse dicit,
2. Corinth. 15. quemadmodū etiā malū unà cū successione posterorū dilatatū per unū in multi
dinē diffusum erat. His aūt uerbis est usus huius rei doctrinā confirmans: Primus,
inquit, homo de terrā terrenus: secundus ex cœlo. qualis terrenus ille, tales itē ter-
reni: qualis cœlestis ille, tales etiā qui cœlestes sunt. et quēadmodum gestauimus
imaginē terreni, ita geremus etiā imaginē cœlestis. His igitur ac talibus rationib.
cōfirmato de resurrectione sermone, ac per alia multa quū hæreticos syllogismis
& collectis rationib. quasi illaqueasset, quib. ostēdebat eū, qui resurrectionē homi
nū non crederet, ne Christi quidem admittere resurrectionem per nexum eorum,
quæ inter se coniuncta sunt, molitur ineuitabilem ac necessariam conclusionem,
1. Corinth. 15. dicens: Quòd si resurrectio mortuorum non est, ne Christus quidem resurrexit;
si Christus autem non resurrexit, uana est etiam in eum fides. Quum em uera pro-
positio sit, quòd Christus ex mortuis resurrexit, huic quoꝙ coniunctum omnino
uerum esse oportet, mortuorum uidelicet esse resurrectionem: quippe per particu
larem demonstrationem uniuersale quoꝙ simul demonstratur. item ex contrario,
Si quis in uniuersum falsum esse dicat, quod sit resurrectio mortuorum, ne particu
lare quidē uerū prorsus inuenietur, quòd Christus ex mortuis resurrexerit. Quod
em in uniuersum fieri non potest, nec in aliquo quidem planè fieri poterit. Atqui
hoc ijs, qui sermonem acceperunt, persuasum est, nec contradici potest, quin Chri-
b Videtur aliquid desiderari. stus ex mortuis resurrexerit. b ergo necessariò in particulari resurrectiōis Christi fi
de, uniuersalis quoꝙ uim persuasiōis habebit. Quū igitur eos hoc modo rationi
bus collectis concludēdo ad susceptionē eius doctrinæ cōpulisset ex eo, quod ad
xisset, quod si nō est: (quod enim in uniuersum non est, nec in aliquo quidem esse
potest. Sin autem hunc resurrexisse credimus, de hac re fides uniuersalis homini
resurrectionis demonstratio atꝙ documentum est:) quumꝙ id, quo omnis de hac
doctrina probatio concluditur, sermoni adiecisset, nempe, Quemadmodum per
Adamum omnes moriuntur, ita per Christum quoꝙ omnes uiuificabuntur: aper-
tè detegit huius rei mysterium, quò spectet in sequentibus per necessariam quan-
dam consequentiam ad finem eorum, quæ speramus dirigens sermonem. Scopum
c γινομενον habetur: ego lego, λεγομενων. igitur quò spectant ea quæ c dicuntur, hic est. (Exponam autē prius dictionem ea
sententiam scriptorum, atꝙ ita deinde proponam apostoli sermonem, antè à no-
bis expositæ sententiæ atꝙ intellectui conuenientem.) Quis igitur sermonis est
scopus, quem in illa parte diuinus tradit apostolus? Quòd aliquando natura ma-
li ad id, quod non est, redigetur, penitus ex eo, quod est deleta atꝙ sublata: & om-
nem rationalem naturam diuina atꝙ immortalis bonitas in se continebit, nemi-
ne eorum, qui à Deo facti sunt, regno Dei excidente: quum omni rebus immixta
uitiositate ueluti corrupta quadam materia per purgatorij ignis fornacem resolu-
ta atꝙ consumpta, uniuersum quod à Deo originem & generationē habuit, tale





factum fuerit, quale erat ab initio, quum nondum uitiositatē susceperat. Id aūt fieri
dicit hoc modo. Fuit, inquit, in mortali atꝙ corrupta hominum natura pura atque
immortalis unigeniti Deitas. ex omni aūt humana natura, cui Diuinitas cōmixta
fuit, ueluti primitiæ quædam communis massæ extitit is homo, quem Christus as-
sumpsit, per quem coaluit & accreuit Deitati omnis humana natura. Quoniā igi-
tur per illum, qui, ut inquit propheta, peccatum non fecit, neꝙ inuentus est in ore
eius dolus: omnis uitiosa natura abolita est: atꝙ unà cum peccato simul etiam ea,
quæ peccatum affectatur, mors per eundem confecta atꝙ è medio sublata est: (nō
est em alia generatio atꝙ origo mortis, præterꝙ peccatum:) ex illo initium cepit
tū uitiositatis abolitio, tū mortis destructio. deinde quasi quidā ordo per quandā
consequentiā adiectus est rei gestę. Quod em semper, quod ad boni attinet succes
sionē, uel magis à primo distās, uel magis contiguū ei reperitur, prout unūquodꝙ
uel dignitate uel uirtute preditū fuerit: ita sequitur id, quod præcedit. Itaꝙ post ho
minē, qui in Christo est, qui naturæ nostræ primitiæ & quasi primus fructus fuit,
quū receperit in se Deitatē, qui etiā primitiæ, quasiꝙ primus fructus dormientiū
fuit, & primogenitus ex mortuis, quū soluisset dolores mortis: post illū igitur ho-
minē, qui prorsus à peccato disiunctus & alienus est, atꝙ imperium mortis in sese
fregit, omnemꝙ principatū ipsius, potestatem & uires dissoluit, si quis talis, qualis
Paulus, reperiatur, qui quoad eius fieri poterat, alienando & auertendo se à malo,
Christi imitator fuit, is in tēpore aduentus primitias proximè sequetur: atꝙ hunc
rursus (dico aūt exempli gratia) Timotheus fortè, quantū poterat, in sese præce-
ptorē imitatus, aut alius quispiā talis. ac sic deinceps dū paulatim boni remissio &
diminutio fit, quicunꝙ à tergo semper præcedentium & anteuertentiū reperiunt,
quoad subsequentiū series ad illos peruenerit, in quibus malo redundante, minor
boni portio reperitur: eadem ratione atꝙ ꝓportione ab ijs, qui uitiositatis minus
habebunt, consequentiæ serie ad eos, qui in malo excellunt, progressum & ordinē
eorū, qui in melius rediguntur faciente, donec ad extremum mali terminum boni
progressus uitium abolēdo peruenerit. quod nimirum spei finis est, ut nihil bonis
contrariū relinquatur, sed per omneis diuina uita permeans atꝙ peruadens, mor-
tem penitus tollat è medio rerum, ante eam sublato prius peccato: à quo, sicuti di-
ctum est, regnum in homines mors habuit. Omni igitur praua potestate atꝙ prin
cipatu in nobis euerso, nulloꝙ amplius affectu naturæ nostræ dominante, necesse
est omnino, nullo alio imperium obtinente, omnia subijci principatui, qui super
omnia est. Dei autem subiectio perfecta atꝙ absoluta à malo alienatio est. Quo-
circa ubi ad imitationem primitiarum à malo expediti omnes fuerimus, tunc tota
massa naturæ primitijs commixta atꝙ unum continuum corpus effecta, solius bo
ni principatum in sese recipiet. atꝙ ita toto naturæ nostræ corpore cum diuina &
immortali natura contemperato, illa, quæ filij dicitur subiectio per nos fit, quippe
quum ea, quæ in corpore eius perfecta fuerit, subiectio ad eum referatur, qui in no
bis gratiam subiectionis effecit. Sententia igitur eorum, quæ à magno Paulo tra- Rom. 5.
dita sunt, (ut nimirum existimamus) hæc est. Tempus autem fuerit etiam ipsa apo 1. Corinth. 15.
stoli adijcere uerba, quæ talia sunt: Quemadmodū em per Adamum omnes mori-
untur, ita per Christum qꝺoꝙ omnes uiuificabūtur: unusquisꝙ aūt in suo ordine:
primitiæ Christus: deinde qui sunt Christi in aduentu eius: deinde finis, quū tradi-
derit regnum Deo & patri: quum aboleuerit omnem principatum, & potestatē et
potentiam. Oportet enim eū regnare, donec posuerit omneis inimicos subter pe-
des suos. Vltimꝰ hostis aboletur mors. Omnia em subiecit subter pedes eius. Quū
aūt dicat, quod omnia a subiecerit, perspicuum est, excipiendū esse eū qui subiecit
ei omnia. quum aūt b subiecerit ei omnia, tunc & ipse subijcietur ei, qui subiecit ei
omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Apertè nāꝙ in fine dictorū uitiositatis abo-
litionem atꝙ interitum oratione demonstrat, dum dicit in omnibus esse Deum, ꝙ
omnia unicuiꝙ sit. Perspicuū est em, quod tunc uerū erit, in omnib. esse Deū, quū
nihil mali in reb. conspicietur. nā utiꝙ uerisimile non est, etiā in malo Deū uersari.

a ὑποτεταχεν, in uulgatis codicibus noui testamenti, alias ὑποταγησεται, subiecta sint.
b ὁταν δε ειπῃ ὑποτεταχθαι, ὑποτα ξῃ, subiecta fuerint.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Itaq; aut non in omnibus erit, quum aliquid mali relictum fuerit in rebus: aut si re-
uera in omnibus eum esse credere oportet, huius rei fide facta simul demõstratur,
nullum esse malum. fieri enim non potest, ut in malo Deus uersetur. Omnia aũt in
rebus (uniuersis) Deum fieri, simplicitatem & ũiformitatem uitæ, quæ à nobis
speratur, demonstrat. Nam non amplius uitam nobis ad similitudinem præsentis
uitæ corrogari atq; cõferri, his uerbis demõstrat, uidelicet omnia nobis Deũ fieri,
unaquaq; earũ rerũ, quæ huic uitæ necessariæ uidentur, per quandã competentem
mensurã et ꝓportionẽ in usum magis diuinũ distributa, ut et cibus nobis sit Deus,
quemadmodũ Deũ comedi consentaneũ atq; probabile est: potus itẽ, indumentũ
& tegmentũ, aer, locus, diuitiæ, fruitioq; atq; commodũ earũ, pulchritudo, sanitas,
uires, prudentia gloria, beatitudo, ac quicquid pro bona portione reputatur, quo
natura indigeat, ad id, quod Deo congruũ atq; cõueniens est, dictorũ relata signi-
ficatione, ut per hoc discamus, quòd qui in Deo fuerit, omnia habet per id, quod il
lum habet. nihil aũt aliud est, habere Deum, q̃ uniri cũ Deo. Atqui non aliter quis
unitus esse possit, q̃ si eiusdẽ cum eo corporis factus sit, quemadmodũ hoc Paulus
nominat. Nã omnes, qui per cõmunicationem uni corpori Christi coniungimur,
unum eius corpus efficimur. Quum igitur per omnia bonum permeauerit, tũc ue-
rum corpus eius subijcietur uiuificæ potestati: atq; ita huius corporis subiectio, q̃
ipsius filij dicitur esse subiectio, qui cum suo corpore, quod est ecclesia, cõtempe-
ratus est, quemadmodũ apostolus dicit ad Colossenses his uerbis: Nũc gaudeo in
afflictionib. meis, et inuicẽ suppleo defectus afflictionũ pro [a] Christo in carne mea
ꝓ corpore eius, quod est ecclesia, cuius ecclesiæ ego factus sum minister iuxta or-
dinationem. Ad Corinthiorum item ecclesiã, Vos, inquit, estis corpus Christi, &
membra ex parte. Apertius autem Ephesiis huius rei doctrinã per illa uerba pro-
ponit: Veritati aũt studentes in charitate adolescamus in eũ per omnia, qui est ca-
put: nempe Christus, in quo totũ corpus, si coagmentet & cõpingat per omnem
cõmissurã subministrationis, iuxta actionẽ et operationẽ in mensura unius cuiusq;
partis incremẽtũ corporis efficit ad ædificationẽ suiꝓpsius in charitate. Quasi Chri-
stus seipsum ædificet per eos, qui per fidẽ quoq; tẽpore ipsi adiungũtur: qui rũ de-
mum seipsum desinet ædificare, quũ ad suã mensurã corporis eius incremẽtũ atq;
perfectio peruenerit, ac nihil amplius defuerit, quod per structurã corpori adijci-
atur, omnibus iã super fundamentum prophetarũ & apostolorum constructis, ac ꝓ-
fidem adiectis, quũ, ut ait apostolus, omnes occurrerimus ac peruenerimus ad u-
nitatem fidei & agnitionis filij Dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plẽi-
tudinis Christi. Si igitur ipse, quum sit caput, reliquum corpus suum per eos, qui
quoq; tempore adijciuntur, ædificat coagmentans & constituens omneis ad quæ-
quisq; natura aptus est, iuxta mensurã efficaciæ, ut uel manus, uel oculus, uel pes,
uel auris, uel aliud quippiam iuxta fidei suæ proportionem fiat unusquisq; eorum,
qui corpus complent. atq; hæc faciẽs, seipsum, ut dictum est, ædificat: planum per
hæc fuerit, ꝙ quum in omnibus uersetur, in sese recipit omneis, qui per cõmuni-
nem corporis cum eo uniũtur, & membra sui corporis facit omneis, ut multa quã-
dem sint membra, unum uerò corpus. Quocirca qui secum nos uniuit, & nobiscũ
unitus, ac per omnia unum nobiscum factus est, omnia nostra sua propria ac pecu-
liaria facit. caput aũt nostrorum bonorum in hoc cõsistit, si diuino numini subdi-
& subiecti simus, quum omnis creatura secum cõcordauerit, & omne genu tã cœ-
lestium q̃ terrestrium & infernorum ei flectetur, & omnis lingua confitebitur, ꝙ
Dominus sit Iesus Christus, tunc omni creatura ad unũ corpus redacta, & omnis
per obedientiam inter sese in ipso coalitis, sui proprij corporis erga patrem subie-
ctionem ad seipsum refert. Nemo autem id quod dicitur, tanq; rẽ nouam ac pere-
grinam admiretur. nam & nos consuetudine quadam id, quod per corpus nostrũ
fit, animo imputamus: ut ille, qui ob uberes fructus, qui in agro eius prouenerant,
cum animo suo loquebatur, Ede, bibe, lætare, carnis repletionem ad animũ refer-
ita illic quoq; ecclesiæ corporis subiectio, ad eum, qui corpus inhabitat, referri.

ac quoniam

Coloss. 1.
[a] In uulgatis codicibus noui testamenti scrib. Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν: nunc gaudeo super afflictionibus meis pro uobis.

Ephes. 4.

Philip. 2.



ac quoniam quicquid in ipso fuerit, seruatur: salus autem nobis per subiectionẽ sig-
nificatur, quemadmodum psalmorum scriptura intelligendum proponit: conse-
quenter in hoc loco apostoli discimus, ut nihil extra eos, qui seruentur, esse creda-
mus. Atq; hoc per subuersionem mortis & filij subiectionem scriptura significat:
propterea quòd hæc adinuicem conueniunt, ut & tandẽ aliquando mors non sit,
& omnes in uita uersentur. uita autem Dñs est, per quem secundum apostoli opi-
nionem omni corpori eius contigit, ut ad patrem adducatur, quum tradiderit re-
gnum nostro Deo ac patri. Corpus autem eius est, ut dictum est sæpe, omnis hu-
mana natura, cui admixtus est. ac per hunc eundem intellectum Dominus etiam
mediator Dei & hominum nominatur à Paulo. Nam qui in patre est, & inter ho-
mines uersatus est, in hoc exequitur & implet mediationis & intercessionis suæ
munus, quod secum omneis unit, & per se cum patre: quemadmodum Dominus
ipse inquit in Euangelio ad patrem uerba faciens: ut omnes unum sint, sicut tu in
me, & ego in te: ut eodem modo illi quoq; in nobis unũ sint. Quibus uerbis aper-
tẽ hoc demõstrat, quòd dum nos secum unitos reddit, qui in patre est, per seipsum
eam, quæ cum patre est, coniunctionem & commissuram nostri efficit. Atq; etiam
ea, quæ sequuntur in Euangelio, concordant cum ijs, quæ dicta sunt: nempe, Glo-
riam quam dedisti mihi, dedi eis. Gloriam enim hic eum dicere opinor spiritum
sanctum, quem per afflatum dedit discipulis. Fieri enim non potest, ut aliter, qui
dissident abinuicem uniantur, nisi per unitatem spiritus coalescant. si quis enim
spiritum Christi non habet, hic nõ est eius. Spiritus autem gloria est, quemadmo- Rom. 9.
dum in alio loco ad patrem dicit, Glorifica me gloria, quam habebam ab initio a- Ioan. 17.
pud te, antequam mundus esset. Deus enim uerbum, qui ante mundum gloriam
patris habebat, quandoquidem in extremis diebus caro factus est: atq; oportebat
etiam carnem per contemperationem cum uerbo illud fieri, quod est uerbum: &
id fit accipiendo illud quod ante mundum uerbum habebat: id autem erat spiritus
sanctus: (nihil enim aliud ante secula fuit, præterquã pater & filius & spiritus san-
ctus:) idcirco etiam hîc dicit, Gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, ut per eam me-
cum, & per me tecum uniti sint. Videamus aũt etiã reliqua, quæ deinceps in Euan
gelio adiecta sunt: Vt sint unum, quemadmodum nos unum sumus: tu in me & Ioan. 17.
ego in ipsis. quoniam ego & tu unum sumus, ut sint consummati in unum. Nam
hæc uerba nulla opinor indigere explicatione, ut ad propositum intellectum, &
sensum accommodentur, cum ipsa dictio apertè harum rerum sententiam expo-
nat: Vt sint unum, quemadmodum nos sumus. Fieri enim aliter non potest, ut o- Ioan. 17.
mnes unum sint, quemadmodum nos unum sumus, nisi separati ac liberati ab om-
nibus ijs quæ abinuicem dispertiuntur atque diducunt eos, uniti fuerint in nobis,
qui sumus unum, ut sint unum, quemadmodum nos sumus unum. Id autẽ, ut ego
sim in eis, quo pacto fit? Fieri enim non potest, ut ego sim solus in eis, sed prorsus
etiam tu: qm̃ ego & tu unum sumus: atq; ita erunt consummati & perfecti in illõ
uno, q̃ in nobis perfecti fuerint. Nos em̃ illud unũ sumus. Eiusmodi autẽ gratiam
apertius significat in sequentibus hoc modo prolatis: Dilexisti eos, sicut me dile-
xisti. Nam si pater diligit filium, atq; in filio omnes uersamur, qui per fidem, qua
credimus in eum, corpus eius efficimur: consequenter qui filiũ suum diligit, dili-
git etiam filij corpus, sicut ipsum filium. at nos illud corpus sumus. Planus igitur
per ea, quæ dicta sunt, ac perspicuus redditus est apostolicus sensus & intellectus,
quòd per eam, qua patri filius subiungitur, subiectionem, significetur tum salus
tum cognitio, quibus omnis humana natura & seruabitur & agnoscet Eum qui re-
uera est. planior autem ac magis perspicua nobis res fieri poterit ex alijs quoq; a-
postolicis intellectibus: ex quibus unum duntaxat in medium adducam, metu ne
longius sermonem producam, testimoniorum multitudinem uitans. Ait enim ali
cubi in suis epistolis Paulus, Cum Christo crucifixus sum: uiuo autem nõ amplius Galat. 2.
ego, sed uiuit in me Christus. Si igitur Paulus non amplius uiuit, qui mundo cru-
cifixus est, sed Christus in eo uiuit: quicquid à Paulo uel fit uel dicitur, meritò in

Greg. Nyssenus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



eum, qui uiuit in illo, Christum refertur. Etenim uerba Pauli à Christo proferri ait
2. Corinth. 13. is, qui dixit: An probationem quæritis in me loquentis Christi? Quinetiam quas
propter Euangelium res feliciter ac prosperè gessit, non suas esse ait, sed eas gratiæ
Christi inhabitanti in se assignat. Quocirca si is, qui uiuit in illo Christus & efficere & loqui ea, quæ ipse ait, per consequens dicitur: atq; ipse Paulus omissis & relictis ijs, quibus prius obnoxius erat, (quum esset maledicus, persequutor & contu-
1. Corinth. 15. meliosus) ad id quod solum uerè bonum est, spectat, eiq; se dicto audientẽ & obtemperantem præbet: nimirum etiam subiectio Pauli, qua Deo subditus fuit, ad eum, qui in ipso uiuit, relationem habet, qui in Paulo & loquitur & operatur bona. caput autem omnium bonorum est, si Deo subditi atq; subiecti simus. At quod ratio in uno deprehendit, hoc uniuersæ quoq; hominum creaturæ rectè accommodabitur, quum, ut inquit Dominus, in toto mundo Euangelium fuerit. Nã ubi ueterem hominem cum actionibus & concupiscentijs eius omnes deposuerint, & Dominum in sese receperint: necessariò qui in ipsis uiuit, bona, quæ ab illis fiunt, operatur. Omnium autem bonorum supremum est salus, quæ nobis per abalienationem & abstinentiam à malo cõtingit. Atqui non alio pacto à malo disiungi atq; separari poterimus, quàm si per subiectionem cum Deo contemperati fuerimus. Itaq; ipsa quoq;, qua Deo subiungimur subiectio, ad eum, qui in nobis uiuit, relationem habet. Siquid enim honestum est, ipsius est, & si quod bonum est, ab
Ierem. 32. ipso est, ut quidam propheta ait. Quoniam igitur demonstratum est, rem & honestam & bonam esse subiectionem: hoc quoq; bonum prorsus illius est, unde omnis boni natura proficiscitur: quemadmodum propheta dicit. Ac nemo ad communem nominis subiectionis abusionem respiciens, uocabulum aspernetur. Solet enim sapientia magni Pauli ad id, quod usum fuerit, ad arbitrium suum uerbis uti, & ad suę sententiæ seriem atq; complexum, uerborum significationes adaptare, etiam si ad alios quosdam intellectus consuetudo abusum dictionum trahat.
Philip. 2. Nam unde sumpsit usum uerbi ἐκένωσεν, id est, exinaniuit seipsum: & illud, Gloria-
Rom. 3. tionem meam nemo inanem redder: item q̃, Inanis facta est fides: &, Ne inanis red-
2. Corin. 4. datur crux Christi? Ex quo usu hæc ad suum traduxit sermonem? Quis item iudi-
1. Corinth. 1. cabit eum, quòd dixerit ὀμαρόμενοι ὑμῶν, id est, cupidi uestri & erga uos propensi, per quam dictionem dilectionis habitum & affectum ostendit. Quomodo per di-
2. Corinth. 13. ctionem μὴ πάρεσι φίνεσθαι, id est, perperam agere, & procacem ac temerarium esse, charitatem à superbia uacuam demonstrat? Studium item contentionis & ulciscendi cupiditas, quo pacto per uerbum ἐριθίας, ab eo significatur? quũ perspicuum sit omnibus, quòd ex ἐριθείας, id est, lanificio, ἡ ἔριθος, id est, ancilla propriè quę lanam tractat, ex ipsa scriptura nominatur: atq; exercitium & studium lanæ, nomine ἐριθίας significare solemus. attamen omissis frigidis etymologijs, quibus uerbis ei usum est, animi sui conceptum exprimit atq; exponit. Etenim multa quoq; alia, qui diligenter scrutatus fuerit, in scriptis Pauli deprehenderit, quæ non seruant usui consueto: sed quæ per propriam quandam considerationem ab eo cõsuetudinem nihil curante, pro arbitrio proferuntur. Sic igitur in hoc quoq; loco subiectionis significatum alio sensu præter communes intellectus à Paulo accipitur. Idq; hinc demonstrari potest, quod neq; in hoc loco subiectio inimicorum, quorum mentionem fecit, coactum quid & non uoluntarium in se habet, quemadmodum dixerint hi, qui consuetudini seruiunt: sed apertè per uerbum subiectionis salus in ipsis declaratur. Eius autem rei argumentum est, quòd in hoc loco diuisum & distinctum est nomen inimicitiarum in duplicem significationem. ex inimicis enim alios subiectum iri, alios abolitum iri dicit: atq; abolebitur quidem, quæ naturæ inimica est, mors: & quæ circa eam sunt peccati tum imperium, tum potestas, tum uis: subijcientur autem, qui alia ratione hostes Dei dicuntur, qui à regno
Rom. 5. ad peccatum transfugerunt, quorum etiam in epistola ad Romanos meminit, ubi dixit: Nam si quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Quam enim hîc uocat subiectionem, illic reconciliationem nominat, unam rem, quam in animo habebat



bebat & intelligebat, utroq; nomine indicans, nempe salutem. Vt enim ex subiectione salus contingit: ita alibi quoq; dicit, quòd reconciliati seruabimur per uitam eius. Igitur huiusmodi quidem inimicos Deo & patri subijci dicit: mortem uerò & eius imperium non amplius fore dicit: id enim dictio, καταργηθήσεται, id est, abolebitur, significat, ut per hoc appareat, quòd malorum quidem potentatus penitus tolletur: qui autem propter inobedientiam inimici Dei uocati sunt, hi per subiectionem amici Domini fient, cùm paruerint dicenti: Christi nomine a- 2. Corinth. 5.
gimus, quasi adhortante per nos Deo, Christi nomine obsecramus, reconciliamini Deo: & secundum eam, quę in Euangelio facta est, promissionem, non amplius in seruorum, sed in amicorum numero à Domino, si reconciliati fuerint, habebuntur. Id autem quod dicit, Oportet enim eum regnare, quoad posuerit inimi- 1. Corinth. 15.
cos subter pedes suos: piè, ut opinor, faciemus, si per uerbum regnare, excellere, ac uirtute præstare intellexerimus. tunc enim rem strenuè gerere desinet, qui potens est in prælio, quum abolitum & è medio sublatum fuerit quicquid bono aduersatur: quum omne suum regnum coactum obtulerit Deo & patri, & secum uniuerit uniuersa. Nam tradere ipsum patri regnum, idem quod ad sententiam attinet, ualet, ac si diceret, eum adducere omneis Deo, per quem habemus adductionem in uno spiritu ad patrem. Quum igitur omnes, qui olim inimici erant, diuino in se uestigio recepto, scabellum Dei facti fuerint, & mors abolita erit: (quũ enim non erunt, qui moriantur, ne mors quidem erit omnino:) tunc per nostri omnium subiectionem, (per quam non seruilis humilitas intelligitur, sed regnum, sed immortalitas, sed beatitudo,) Paulus Deo subiectum iri dicit eum, qui in nobis uiuit, qui bonum nostrũ per sese perficit & absoluit, qui facit in nobis id, quod sibi bene placitum & acceptum est. Hæc pro modo nostri ingenij ex magna Pauli sapientia, quantum in hac parte capiebamus, animaduertimus, ostendere uolentes, hæreticarum doctrinarum defensores non considerasse intentionem Pauli, quò respiciens præsentem intulit sermonem: ac si in hac quęstione quidem per ea, quæ dixi, abunde tibi satisfactum, ac plena fides facta est, Deo habenda gratia est: sin autem aliquid tibi deesse uidebitur, accipiemus lubenti & alacri animo supplementum eius, quod desideratur, si fortè nobis ea uel à te per literas indicata, uel à spiritu sancto per nostras preces arcanorum facta fuerit detectio.

## EIVSDEM DE DORMIENTIBVS, ORATIO.

QVI in illis qui ex hoc seculo excedunt, eam quæ necessariò contingit, naturæ nostræ uicissitudinem, calamitatem esse ducunt, luctuq; se macerant propter eos, qui ab hac uita, ad incorpoream eamq; quæ mente comprehenditur, uitam transeunt, non considerasse mihi uitam nostram, quæ nam ea sit, sed communi uulgarium hominum affectui obnoxij esse uidentur. qui per consuetudinem quandam ratione carentem, quod præsens est, qualecunque id etiam fuerit, quasi bonum amplectuntur, quanquam eum, qui ratione ac mente ratione carenti naturæ præpositus est, ad hoc solum ꝓpensum & inclinatum esse conueniebat, ut id sumat & eligat, quod iudicio rationis bonum, sumendum & expetendum apparet, non autem id prorsus expetat, quod ex consuetudine quadam iudicio carenti & temerario affectu iucundum, & animis hominum acceptum uidetur. Quocirca rectè mihi facturus esse uideor, si aliqua ratione excogitata à consuetarum rerum affectu atq; habitu deductos eos, quoad eius fieri potest, ad meliorem, eamq; quæ rationis participes decet, mentem eos traduxero. Sic enim fieri poterit, ut ex hominum uita quasi elabatur &

Universidad de Deusto
Biblioteca



eximatur ſtulta, abſurda, nullaq; ratione nixa, conſuetudo, cui uulgo homines in caſibus & incommodis ſtudent ac dediti ſunt. Sed ita nobis ad propoſitum argumentum oratio, quam inſtituimus, apta atq; accommodata fuerit, ſi primùm quidem, quale nam ſit id, quod uerè bonum eſt, examinetur: deinde id, quod propriè eſt eius, quam in corpore degimus, uitæ conſideraverimus: ad hæc ſi per comparationem ex aduerſo opponantur præſentibus ea, quę per ſpem nobis repoſita ſunt. Sic enim ſpeculatio nobis ad id, quò ſpectat oratio, progrediatur, ut à more conſueto ad id quod rectum ac decorum eſt, mens uulgi traducatur. Quoniam enim cunctis hominibus naturalis quidam ad id, quod bonum & honeſtum eſt, ineſt habitus & affectus, & ad hoc mouetur omnis uoluntas recti & honeſti, prætextum omnibus rebus, quibus in uita ſtudetur, prætendens: hac de cauſſa dum homines confuſè ac temerè nulloq; habito delectu iudicant de eo, quod re uera honeſtum & bonum ſit, pleraq; peccata committi ſolent. Nam ſi quidem perſpicuum ac manifeſtum omnibus eſſet id quod uerè bonum eſt, nũquam aberraremus ab eo, cui natura bonitas eſt, neq; ſponte ac uoluntate noſtra malorum experientia conflictaremur, ſi quidem res non eſſent falſa quadam honeſti imaginatione decoloratæ. Igitur ante omnia, hæc ratione conſideremus, quid ſit uerè bonum, ne quando huius errore rei pro eo, quod melius eſt, expetatur atq; ꝓbetur id, quod peius eſt. Cenſeo igitur quaſi definitionem quandam atq; ſignum & imaginem eius, quod quærimus, orationi proponere oportere: per quas res certa ac firma nobis contingere poſſit boni & honeſti contemplatio atq; cognitio. Quod nam eſt igitur uerę bonitatis inſigne? ut non ſolùm ad aliquid commodum & utilitatem habeat, neq; certis quibuſdam temporibus uel utile uel inutile appareat, neq; alicui quidẽ bonum, alteri uerò tale nõ ſit, ſed quod & per ſeipſum ſecundum propriam naturam bonum eſt, & cuiuis et omni tempore eodem modo ſeſe habet. hoc eſt, meo quidẽ iudicio, certum ac uerum ſignum, quo quid bonum ſit, iudicari poſſit. Quod enim neq; omnibus, neq; ſemper, neq; per ſeipſum abſq; externa circumſtantia bonum eſt, in boni natura propriè reputari ac iudicari non poſſit. quapropter multi eorũ qui abſq; ſcrutatione & examinatione rebus attendunt, in elementis mundi bona eſſe imaginati ſunt: quorum nullum ſi quis diſquirat & excutiat, deprehenderit & per ſeipſum, & ſemper, & cuilibet bonum inueniri. Mixta eſt enim ei, quod in uno quoq; horum eſt, utili & commodo in contrarium quoq; efficacia atq; operatio. Veluti aqua ſalutaris quidem eſt ijs, quæ in ea aluntur, pernicioſa uerò terreſtribus, ſi ſe ſuperfuderit & inundauerit. Item eodem etiam modo aer quibus in eo uiuere natura attribuit, ſalutaris eſt: ijs uerò, quæ uitam a quatilem ſortita ſunt, exitioſus ac pernicioſus reperitur, quum in eo aliquod animal fuerit ex ijs, quæ ſubmerſa eſſe conſueuerunt. Sic etiam ignis quum ad nonnullas res nobis utilis ſit, pluribus author corruptionis & exitioſus eſt. Quinetiam ipſum ſolem reperias aliquis, neq; cuilibet, neq; ſemper, neq; circa omnia bonum eſſe ijs, qui eius participes ſunt. Sunt enim nonnulla, in quibus admodum noxius eſt, dum & ſupra iuſtum modũ efferueſcit, eoq; immoderato æſtu arefacit & exiccat ſubiecta, & cauſas ſæpe morborum efficit, atq; ijs, qui ei malo magis obnoxij ſunt, oculorum inſuper morbum infert, & per putrefactionem humidorum tum noxia, tum iniucunda ac moleſta in corrupta humorum putredine gignit atq; producit. Quocirca ſicut dictum eſt, ſolum ex omnibus tanquam bonum præoptare atq; eligere oporet, quod ſemper et omnibus ſimiliter in boni conſpicitur natura, ſemper idem eſt, & ad externas circumſtantias non mutatur. Nam de alijs, quæ per quandam anticipationem & præſumptionem ratione minus ſubnixam bona hominibus uidentur, circa corpus, inquam, & res externas, ueluti uires, pulchritudo, ſplendor generis, pecuniæ, potentatus, claritudines, atq; omnia talia, quaſi per ſeſe omnibus manifeſta tacere opinor oportere, ac non fruſtra ac temere per ea, de quibus conſtat ac nihil cõtrouerſiæ eſt, moleſtiam ſuperinducere orationi. Quis enim neſcit, quàm



quàm citò tum pulchritudo, tum uires deſicere ſoleant? uel quàm facilè potentatus aliò traduci, uel gloria parum ſubſiſtere queat? uel quàm uanum ſit homines pecunijs ſtuderè? à quibus uel propter coloris præſtantiam, uel raritatem in quibuſdam materijs bonum ineſſe putatur. His ita à nobis articulatè diſtinctis & explanatis, conſiderandum fuerit de præſenti uita: de hac nimirum dico, quæ per carnem exigitur & exercetur, utrum ne res talis ſit, quæ in imagine atq; figura boni conſideretur, an etiam aliter ſe habeat. Quod enim de ea oratio deprehenderit, id planè deducet atq; docebit mentem conſideratorum quomodo ſentire & affectũ eſſe oporteat circa migrationem ab hac uita. Eſt igitur corporis noſtri uita, tum impletio, tum euacuatio, quæ dupliciter fit: una quidem per ſumptionem cibi & potus: altera uerò per aeris tum attractionem, tum exhalationem & exinanitionem. ſine quibus ea, quæ in carne agitur, uita natura conſiſtere non poteſt. Tunc enim homo uiuere deſinit, cùm horum contrariorum inuicem ſucceſſio naturæ non amplius fuerit moleſta. Cõſiſtit enim poſthac & ceſſat omnino talis efficientia atq; operatio, nulla re externa in mortuis uel influente, uel euaneſcente, ſed ad cognata elementa, ex quibus conſtat, corpore diſſipato ac reſoluto, in reliquũ deinceps tempus in otio natura quieſcit, ubi cuiq; elemento cognatum & conuenientum quaſi acclinauerit & admouerit, terræ uidelicet terreum, aeri item propriũ, humido quoq; ſuum, calido item id, quod eõdem pertinet. Nam quũ moles, quæ ex diuerſis conſtat, nõ amplius ut coacta atq; connexa fuerit, ſed unumquodq; ex ijs, quę in nobis ſunt, ſponte ſua ad ſedem ſuam reuerterit, deſinit dehinc natura ui in ſeſe continere diuerſi generis rerum concretionem & coalitionem. Quòd ſi quis etiam ſomnum & uigiliam ad huius uitæ ſpeciem & imaginem unà cum ſuprà dictis aſſumat, non alienum à ueritate ſermonem intulerit. Laborat enim etiam per hæc natura, dum ſemper ad contraria inuicem diſtrahitur, & nunc quidem ſomno ſoluitur: rurſus uerò per uigiliam intenditur & uegetatur, per quæ utraq; ad id ut euacuetur & impleatur, præparatur. Si igitur tum impletio, tum euacuatio uitæ noſtræ proprietas eſt, haud alienum & non incommodum fuerit, antè dictam iudicij de bono figuram & imaginem nunc ex aduerſo cum uitæ proprietatibus comparare & examinare, ut uideamus utrum uerum bonum ſit hæc uita, an etiam aliquid aliud præter hoc. Quòd igitur impletio per ſe quidem in natura boni collocari ac iudicari meritò non poſſit, perſpicuum id omnibus eſt ex eo, quod etiam contrarium ei (uacuationem dico nimirum) bonum eſſe exiſtimatur. Nam in ijs, quæ ſibi inuicem ex aduerſo conſtituta & oppoſita ſunt, fieri non poteſt, ut boni ratio atque definitio ex æquo oppoſitis quadret & accommodetur: ſed ſi hoc bonum ſui natura ſit, oppoſitum ei malum prorſus erit. Atqui hic ex æquo ab utroque horum natura utilitatem capit. ergo nec impletio, nec euacuatio eiuſmodi eſt, ut boni definitionem admittere poſſit. igitur aliud quippiam præter bonum eſſe impletionem demonſtratum eſt. Neque enim tale cuiuis, nec quouis tempore, nec iuxta omnem formam ſumendum & expetendum eſſe inter omneis conuenit atque conſtat. Nam non ſolùm ijs, quæ uim nocendi in ſe habent, exaturari pernicioſum eſt, uerumetiam in ijs, quæ conueniunt & commoda ſunt, immoderata ſumptione præterire utilitatem, periculorum ſæpe ac mortis cauſſa exiſtit. ac ſi quando dum conſtitutio corporis ex nimia humorum abundantia laborans requirat euacuationem, aliqua alia inſuper redundantia priorem onerauerit & aggrauauerit, coaceruatio ea malorum fit ad inſanabiles morbos progrediens. Ergo neque cuiuis, neque [a] ſemper bonum aliquod eſt impletio, ſed & ad aliquid, & aliquando, & ſecundum quantitatem & qualitatem ex eo utilitas exiſtit. Ita quoque repererit aliquis etiam id, quod ex contrario intelligitur (euacuationem, inquam,) & periculoſum ſuſtinentibus eſſe, ſi modum excedendo utilitatem prætereat, ac rurſum non inutiliter nec incommodè fieri, ſi &

[a] *wärer nit hätte: ego lego, wäre.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



temporis & quantitatis & qualitatis ad euacuationis utilitatem assumpta ratione ad aliquid eorum, quæ prosunt, contingat. Quoniam igitur huius qua uiuimus, uitæ species cum figura boni [a] non congruit per consequentiam eorum, quæ iam dicta sunt, concessum, certum & extra controuersiam fuerit, quòd ex huiusmodi uita traductio atque migratio, nullius boni priuatio sit. Perspicuum & manifestum est enim, quòd id quod & uerè, & propriè primariaq; ratione bonum est, neque euacuatio, neque impletio sit: quæ & aliquando, & ad aliquid, & in aliquibus utilia esse demonstratum est: quibus non inest eius, quod uerè bonum est, imago atque figura. Quoniam igitur id, quod uerè bonum est, ei quod non uerè bonum est, opponitur: atque horum duorum absque medio contrarietas est: consequens fuerit, ut credatur, eos, qui eo, quod haud uerè bonum est, priuantur, hinc traduci ad id, quod natura bonum est, quodq; omni tempore & cuilibet, & per omnia bonum est, neque iuxta temporum uices, neque ad aliquid, neque in aliquibus, neque propter aliquid, sed semper itidem ijsdemq; modis sese habens. Ad hoc itaq; bonum animus humanus à carnali uita transit, præsentem uitæ conditionem ac statum cum alio quodam commutans: quem qualis sit, illi qui etiam nunc cum carne commixti contemperatiq; sunt, plenè & exactè cernere non possunt, sed ex subductione earum rerum, quæ per hanc uitam notæ sunt, fieri potest, ut per similitudinem & conuenientiam rerum adinuicem collatarum, aliqua coniectura capiatur. Neque enim amplius anima crassitudini corporeæ implicita, neque in æquipollentia inter sese oppositorum uiuet elementorum: (quorum æqua ac par inter se pugna, tum constitutionem nostri, tum sanitatem efficit. nam contrariorum alicuius uel redundantia, uel [b] deminutio morbum & infirmitatem naturæ efficit:) in qua nihil uel contrahitur dum euacuatur, uel grauatur & molestè fert, dum oneratur, quin etiam ijs molestijs prorsus eximitur, quæ ex aere accidunt (de frigore loquor & æstu) & omnibus quæ ex contrario intelliguntur, defungitur ac liberatur: atque ibi constituitur, ubi ab omnibus necessarijs laboribus libera, uacua atq; soluta uita est: non in agris colendis affligitur, labores maritimos non sustinet, per mercatoriam cauponationem nihil indecorè agit: & ab ædificatoriæ, textoriæ, atque ab illiberalium & ad ignem exerceri solitarum artium ærumnis & miserijs remota atque exempta placidam & quietam uitam degit, quemadmodum Paulus ait, non equestri, non nauali prælio decertans, non pedestri acie stataria q; pugna & collatis signis manus conserens & confligens, non in apparatu armorum occupata, non tributa exigens, non fossas ducens, non mœnia extruens: sed ab omnibus eiusmodi libera & immunis est, neque negocium habens, neque facessens: in qua uel seruitus & dominatus, uel paupertas, uel nobilitas & ignobilitas, uel priuatorum humilitas & magistratuum, principum optimatiumq; ac præfectorum dignitas, & omnis talis inæqualitas locum non habet. Eximitur enim ab omnium harum & talium rerum necessitate uita illa immaterialis & incorporea, quæ nulla re amplius opus habet: in qua id quod continet atque conseruat animæ substantiam, non humidi & sicci nutrimenti usus, sed diuinæ naturæ cõtemplatio est. pro eo autem, quem ex aere haurimus & ducimus spiritum, ueri ac sancti spiritus esse communionem non ambigimus: quarum rerum fruitio atq; delectatio non ad similitudinem huius uitæ uicissitudine uariata per habitum & priuationem tum ingerendo, tum excernendo, sed semper impletio, ac nunquam satietate impletionem circumscribendo atq; definiendo fit. Non enim graues, sed inexplebiles sunt intellectuales delitiæ, omni tempore participium cupiditatibus insatiabiliter affluentes & abundãtes. Idcirco beata quædam, integra ac immortalis est illa uita, quę iam non amplius errore inducta in uoluptatibus, quas sensuum uasis & instrumẽtis percipimus, bonum inesse iudicet. Quid igitur inest in re triste, quur nos animo uehementius ob demigrationem necessariorum demittamus? nisi fortè quis hoc molestum & acerbum ducit, quòd ad eam,

[a] *Videtur desiderari in utroque exemplari negatiua dictio, ὐ.*

[b] *ἢ φθορὰ, est in utroque exemplari: ego lego, ὑφεσις.*



eam, quæ passionibus, calamitatibus & incommodis uacat, à turbis & molestijs immunis est, uitam traducuntur, quæ neq; plagarum & ictuum dolores admittit, non minas ignis horret, non uulnera ferro illata metuit, non ex terræmotibus, naufragijs, captiuitatibus calamitates pertimescit, non crudis uelci solitarum bestiarum impetus & incursus, non serpentium uenenatorumq; morsus & aculeos perhorrescit: in qua neque fastu quisquam inflatur, neque humilitate pessundatur & obteritur, neq; audacia efferatur, neq; timiditate trepidat atq; consternatur, neque ira intumescit animi excandescentia feruens ac furens, neque terrore concutitur dum resistere ac sustinere impetum ualidioris ac potentioris non potest: in qua neq; cura neq; solicitudo inest: quibus rebus animi regum afflici & angi solent: nimirum, qua ratione leges ferantur, latæue sint, quibus moribus sint ij, quibus magistratus mandati sunt, qualia decreta & edicta proponantur, quantum annuum tributum ac uectigal cogatur. neq; curat si multi continentes imbres fuerint, qui immoderata ac nimia sui effusione labores agricolarum obruant atque demergant: neque si grando spem agricolarum fefellerit atque frustrata sit, neque si siccitas & uredo inualescens exarefacit quicquid germinat & enascitur, ad se quicquam pertinere putat: quinetiam ab reliquis uitæ incommodis omnino secura est. nam & orbitatis tristitia atque demissione non angitur illa uita: nec uiduitatis incommoda locum habent: cessant item uariæ corporis infirmitates: tum inuidia aduersus eos, qui secunda ac prospera fortuna utuntur: tum contemptus & despectus infortunatorum, & huiusmodi omnia ex illa uita eiecta & exterminata sunt. Æquabilis autem quædam, tum in dicendo, tum in cæteris rebus tributio per omnem libertatem pacificam una cum populo animarum uersatur & exercetur, illud unoquoque tenente, quod ex libera animi uoluntate & arbitrio sibi parauerit. Quod si temeritate quadam atque consilij negligentia aliquid deterius ab aliquo pro eo, quod melius est, apparatum fuerit, eiusmodi rerum mors caussa non est, [a] quippe quum libera uoluntas iure suo sumat & eligat, quod uisum fuerit. Qui ergo de caussa anguntur & indignantur qui excedentem è uita lugent ac defleant? Atqui si ab omni perturbatione atque affectu purus, uacuus & prorsus exemptus esset is, qui una cum corpore & uoluptatem & dolorem exuit, iustiore de caussa ille ipse superstites lugeret: quibus idem usuenit, quod in carcere detentibus, quibus rerum tristium consuetudo atque assiduus usus caliginis efficit, ut placida atque non iniucunda præsentia uideantur. Ac forsitan etiam illi ignorantia splendoris ac nitoris tenebris exemptos excipientis, miserantur, ac dolent eorum uicem, qui ex carcere eijciuntur. Nam si nouissent ea spectacula, quæ sub diuo sunt, ætheream pulchritudinem, & altitudinem cœli, luminarium splendores stellarumq; choream, & ambitus solis, & lunæ cursum, & multiformem ex terra germinantium pulchritudinem atque decorem, iucundum item aspectum maris leui & æquabili splendore per lenem ac lucidum afflatum inborrescentem, & sese sciteé ac iucundè erigentem, præterea tum priuatorum tum publicorum in urbibus ædificiorum pulchritudines, quibus splendidæ, illustres, magnificæ que ciuitates ornantur: si hæc igitur & eiusmodi cognouissent illi qui in carcere destituti essent, non eos, qui ex custodia producerentur, tanquam eos qui bono aliquo priuarentur, deflerent ac deplorarent. Quemadmodum ergo uerisimile est eos, qui ex carcere euasissent, de ijs, qui adhuc inibi coercerentur atque detenti essent, cogitaturos atque sensuros esse, quasi miserabili uita conflictantibus: ita mihi uidentur etiam illi, qui ex huius uitæ custodia emittuntur, siquidem omnino fieri posset, ut lachrymis offenderent erga miseros & afflictos condolentiam, lamentaturi ac defleturi eos, qui in doloribus huius uitæ diutius detinerentur: quòd non uideant immateriales & incorporeas, quæ supra mundum in cœlo sunt, pulchritudines, thronos, principatus, potestates, dominationes, exercitus angelicos, & ecclesias sanctorum, superam ciuitatem, & supercœlestem descriptorum conuentum. Nam quæ super hæc est pulchritudo, quam à mendacio uacuus &

[a] *λυτ' ἐξουσίαν τὸ δοκῦν ἐλόμενον τὸν ἀπιόντα, habetur in utroque exemplari: pro ἐλόμενον, ego lego, ἐλομένου.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



cuus & alienus ſermo puros corde uiſuros pronuntiauit, quum omni ſpe maior præſtantiorq; eſt, tum omnem ex animi intẽti cogitatione atq; conſideratione captam ſuperat coniecturam. Non autem id ſolum noſtri nomine gemitibus ac miſeratione dignum ab hac uita traductis uideretur: uerumetiam, quòd quũ tot rebus acerbis ac doloribus uita undiq; circumuenta urgeatur, tanta quædam hominibus aduerſus uitia & incõmoda inſita eſt affectio atq; acquieſcentia, ut nõ tanq; neceſſarium quoddam munus impetum & incurſum eorũ ferant, uerùm ut in perpetuum ea permaneant, omni ſtudio laborent atq; cõnitantur. Nam cupiditas ea, qua & circa potentatus & immodicas opes acquirendas, & harum rerum, quibus ueſcimur ac fruimur, ingluuiem efferimus: ac ſi quid eſt aliud, quod expetitur, & ſtudioſe affectatur: quarum rerum gratia arma ſumuntur, bella conflantur, mutuæ cædes fiunt, & omnis, quæ conſultò exercetur, miſeria atq; fallacia, nihil aliud q̃ quædam calamitatum congeries eſt, quæ dedita opera conſultoq;, & ex libera animi deſtinatione ac uoluntate cum ſtudio & animi promptitudine in uitam hominum inuehitur & importatur. Sed lachrymæ quidem in mortuos non cadunt: quoniam nec alia quidem ulla perturbatio atq; effectus: mens autẽ & ſpiritus quũ ſint, utpote carne & ſanguine liberati, ea natura præditi ſunt, ut nec ab ijs, qui craſſitudine corporis obſiti & obruti ſunt, cerni, nec p ſe homines admonere poſſint, ut falſo de rebus iudicare deſiſtant. Noſtra ergo nobiſcum mẽs pro illis coiloquatur, ac, quoad eius fieri poteſt, extra corpora cogitatione conſtituti, atq; animum ab ea, qua erga materiam afficitur, coniunctione abducentes, in hunc modum dicamus, O homo quiſquis naturæ particeps es, attende tibijpſi iuxta præceptum Moyſis, ac plenè & exactè noſce teipſum, qui ſis, ratione diſcernens quid nam tu rè quidem tu ſis: quid uerò circa te animaduertatur, ne quando quod extra te eſt,
1. Corinth. 4. uidens teipſum intueri ac cernere exiſtimes. diſce à magno Paulo, qui exacta diligentia naturam conſiderauit & inſpexit: qui dicit alium quidem noſtri hominem externum, alium uerò internum eſſe: & illo pereunte & ad corruptionẽ recidente, hunc renouari. Ne igitur quum eum, qui corrumpitur, uides, teipſum cernere arbitreris. Erit enim aliquando illud quoq; à corruptione & interitu liberum, quum in regeneratione id quod mortale, fragile ac diſſolutu facile eſt, transformatum & reconcinnatum fuerit in id, quod & immortale eſt & indiſſolubile. ſed nunc quidem fluit, dilabitur & corrumpitur id, quod de nobis extrinſecus apparet.
2. Corinth. 4. Ergo non hoc ſpectare oportet, quoniam nec ad aliud quidem quicquam eorum, quæ uidentur, intueri oportet, quum Paulus ita dicat: Non conſiderantibus nobis ea, quæ uidentur, ſed quæ non uidentur: Quæ enim uidentur, temporaria ſunt: quæ autem non uidentur, ſempiterna: ſed ad inuiſibilia, quæ ſunt in nobis, contemplatione & ſpeculatione conuerſa, illud uerè nos eſſe credere oportet, quod effugit ſenſuum animaduerſionem atque cognitionem. Simus igitur iuxta prouerbialem orationem noſtri ipſorum cognitores & exploratores. Nam noſſe ſeipſum quaſi expiatio ex ignorantia commiſſorum peccatorum exiſtit. Sed non facile eſt ſeipſum intueri, ſiquidem uerè ſe quis cernere uelit, niſi aliqua ratio excogitata efficiat, ut fieri poſſit id, quod fieri non poteſt. Quod enim natura fecit in oculis corporeis, qui cætera omnia uidentes ſui ipſorum non uidentes permanent: eodem modo anima quoque cætera omnia perſcrutans & quæ extra eam ſunt, curioſè inquirens & inueſtigans, ſeipſam cernere non poteſt. Ergo quod in oculis fit, hoc etiam anima imitetur. Etenim illi, quoniam à natura potentiam ac uim non habent ad ſui ipſorum contemplationem uiſiuam efficaciam inuertendi, ſe' que ipſos intuendi in ſpeculo formam & figuram ſui orbis conſpicati per imaginem ſeipſos intuentur: ita anima quoque ad ſui imaginem reſpicere, & quicquid in figura atque ſimulacro, cui aſſimilata eſt, conſpicata fuerit, id tanquam ſuijpſius proprium ſpectare oportet. Sed paulum quiddam de ſimilitudine uariare & inuertere conuenit, ut ſermoni ſententia accommodetur. Nam in ea quidem, quæ in ſpeculo conſpicitur, forma, imago ad



go ad principale exemplar effingitur atq; formatur: in animæ uerò figura, rem inuerſam animaduertimus. Iuxta diuinam enim pulchritudinem, animæ ſpecies effingitur & aſſimilatur. Quocirca quum ad principale ſuijpſius exẽplar anima reſpicit, tunc plenè & exactè ſeipſam intuetur. Quod igitur eſt illud diuinum decus, cui anima aſſimilata eſt? non corpus eſt, non figura, nõ ſpecies & forma, nõ quantitas, nõ durities, nõ ponderoſitas, nõ locus, nõ tempus, non aliud quicq; tale, per quæ materialis creatura cognoſcitur: ſed omnibus his & talibus ſubtractis intellectuale quiddam & immateriale, & tactum effugiens, & incorporeum atque dimenſione carens, prorſus intelligere oportet id, quod relinquitur. Si ergo tale ſignum principalis & originalis exemplaris deprehenditur, omnino conſequens eſt, iuxta ſpeciem illam formatam animam per eadem ſigna atq; figuras cognoſci, ut etiam hæc & immaterialis & forma carens inuiſibilisq; & intellectualis & incorporea ſit. Conſideremus igitur & expendamus quando magis ad originalem principalem' que pulchritudinem accedat & appropinquet humana natura: utrùm, dum in carne uiuimus? an quum extra hanc fuerimus? Sed cuiuis perſpicuum id eſt, quòd quemadmodum caro utpote materialis, materiali huic uitæ accommodata eſt: itidem anima quoque tunc particeps eſt intellectualis & immaterialis uitæ, quum eam, qua continetur & coercetur, materiam excuſſerit. Quid ergo in his eſt, quod calamitoſum exiſtimari debeat? Nam ſi quidem corpus eſſet id, quod reuera bonum eſt, carnis amiſſionem grauiter nos ferre oporteret, quaſi ab illo bono excideremus, quippe quum una cum corpore prorſus etiam proprietas & ſocietas boni amitteretur. ſed quoniam intellectuale & incorporale eſt id bonum, quod omnem cogitationem exuperat, cuius ad imaginem facti ſumus: conſentaneum fuerit, ut credamus, quum per mortem ad incorporale tranſimus, appropinquare nos illi naturæ, quæ ab omni corporali craſſitudine ſeparata eſt, & ueluti laruam perſonam quandam deformem ac turpem carneum amictum exuentes ad propriam redire pulchritudinem, in qua ab initio formati ſumus iuxta imaginem principalis exemplaris creati atque effecti. Ea autem ſententia atque cogitatio non triſtitiæ animiq; deiectionis, ſed lætitiæ materiam & occaſionem conſideratis [a] præbuerit, quòd homo neceſſario hoc munere & officio defunctus, non amplius exinde in alienis uiuit, ubi cuique elemento quidem ſuum, quod ab illis utendum corrogaſſet, reddiderit, ad propriam uerò ac naturalem, puram & incorpoream ſedem reuerſus fuerit. Peregrina enim quædam & extranea reuera incorporeæ naturæ materia corporis eſt: cum qua neceſſariò in hac uita conſerta & implicata, dum externæ uitæ rationi aſſueſcit, affligitur atque uexatur. Nam elementorum mutuæ connexionis & implicationis, tanquam linguæ aliquibus inter ſe differentibus & peregrinitate morum abinuicem abalienatis hominibus, ex diuerſis gentibus unum populum conſtituentibus, dum unumquodq; ad cognatum & ſui generis proprium à ſua abſtrahitur natura, ui coacta ac diſcors ſocietas & communio exiſtit. mens autem, quæ his inſita atq; contemperata eſt, quum non compoſita, ſed ſimplici & uniformi natura ſit, in peregrinis & alienis uiuit, quippe nulla cognatione & affinitate contingit eam turbam quæ ex elementis conſtans eam continet atque coercet: quæ mens quum neceſſitate quadam ſuam corpori, quod ex pluribus partibus conſtat, inſeuerit naturam, ui cogitur ſeſe quaſi cum alienigenis unire. Quum autem elementa naturaliter pro ſui [b] abinuicem diſſolutione ad ſibi quodque cognatum & proprium abſtrahantur: dolet atque diſcruciatur neceſſariò ſenſus dum diſſoluitur & ſcinditur ea coalitio atque concretio. Coit autem atque conſpirat cum ſenſu uis animæ cogitatiua ex conſuetudine ad id, quod ſemper angit & moleſtia afficit, ſeſe inclinans. Quando ergo mens extra præſtum, quod in connexione atq; conflictu ſibi inuicem oppoſitorum elementorum committitur, conſtituta fuerit, tum angi ac diſcruciari deſinit. Poſt eaquam enim uel frigidum à calido prævalente uictum fuerit uel uicè uerſa, calor fugerit immodicum frigus: & humidum ſuperatum ceſſerit aridò

[a] Pro λεγομένων, quod in utroq; exemplari habetur, ego lego λελοιπόσιν.

[b] Pro τῶν, lego ἑαυτῶν.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rit aridò & siccò: uel soliditas aridi & sicci per abundantiam humoris dissoluta fuerit: tunc per mortem soluto bello, quod in nobis est, pacem mens agitat, ubi cum pum in quo prælium committitur (corpus inquam) reliquerit: & quum extra aciem, quam aduersus se inuicem elementa instruunt, euaserit, suo arbitrio per sese uiuit uires suas in conflictu corporis defatigatas per otium colligens et recipiens. Hæc igitur & huiusmodi cum ijs, qui in corpore uiuunt, mens modò non uocem emittens uerba facit atq; sermocinatur: ô homines. Neq; in quibus uersamini, certò scitis, neq; quò transibitis & redigemini, adhuc didicistis. Id enim quod præsens est quale natura sit, nondum ratio potuit excogitare: sed ad solam uiuendi consuetudinem spectat, quum scire non possit, quæ nam corporis natura: quæ uis sensuum: qui instrumentalium membrorum apparatus: quæ uiscerum dispensatio: quæ seipsam mouens neruorum efficiẽtia sit: quo pacto ex ijs, quæ in nobis sunt, aliud quidem in ossis naturam concrescit: aliud uerò in lucidum oculi splendorem redigitur & quasi transubstantiatur: quo modo ex eodem cibo & eodem corpore hoc quidem in crines attenuatum diducitur, illud uerò in ungues in extremis digitis dilatatur: aut quo pacto semper qui in corde est, ignis per arterias incẽditur, & in totum corpus differtur: aut quo modo id quod bibitur, ubi in latitudinem corporis diffusum fuerit, & formam & qualitatem mutat, & per quandam alterationem sua sponte in sanguinem redigitur: quarum rerum omniũ usq; in præsens tempus cognitio abscondita est, adeò ut uitam nostram in qua uiuimus, ignoremus. Sed eam, quæ à sensu separata est uitam, qui cum sensu uiuunt, nullo modo prorsus cernere possunt. Qui enim per sensum uiderit aliquis id, quod extra sensum est: Quum igitur utraq; uita pariter ignoretur, hæc quidem idcirco, quòd ad id, quod apparet, solum nos respicimus: illa uerò, propterea quòd eousq; sensus non pertingit, nec eam assequitur: quid uobis accidit, quatue re moti estis, ô homines, qui hanc quidem tanquam bonam, licet ignoretur, amplexamini, illam uero tanquam molestam & acerbam atq; metuendam timetis & horretis nulla alia de caussa, nisi propter hoc solum, quòd nescitis qualis sit. quanquam alia quoq; multa uel ex ijs, quæ per sensum nobis procul apparent & ignorantur, non formidamus. Nam quæ sit eorũ natura, quæ in cœlo apparent: aut quid sit illud, quod mundum poli ex contrario circumagit: aut quid sit quod terræ soliditatem stabiliat ac firmet: quo pacto item aquarum fluida natura semper existit ex terra, & terra non consumitur: atq; alia talia multa quum ignoramus, tum earum rerum ignorantiæ metu dignam non iudicamus. Quinetiam ipsam, quæ omnem mentem superat, diuinam ac beatam & incõprehensibilem naturam esse quidem eam credimus: sed in quo ipsius esse deprehendatur, nondum aliqua per coniecturam cognitio inuenta est. Attamen id, quod ignoratur, ex toto corde & animo, atq; ex totis uiribus diligimus, quod cogitatione & ratione percipi non potest. Quam igitur ob causam quasi secundum hanc, laboriosa nos excipiente uita, temerarius iste, nullaq; ratione subnixus existit terror: ob solam ignorantiam metuentibus nobis quod nescimus: quemadmodum in infantibus accidit, qui ad uanas suspiciones pertrepidi resiunt & expauescunt. Nam si quis rerum ueritatem intueri uelit, primùm incipiat de re cogitare: deinde qualis sit eius natura reputat atq; perpendit, utilis ne, plauenda atq; admittenda: an aliqua aspera, acerba, atrox, quam fugere & declinare debeamus: At quod prorsus incertum est, & ignoratur qui cordatus aliquis atrox, asperum & molestum iudicet, solum consuetudinis recessum quasi alicuius feri uel ignis impetum & incursum suspectum habens: Quanquam per hanc uitam palam & apertè docemur, consuetudinem non semper esse spectandam, sed ad id quod bonum & honestum est, cupiditates nostras semper traduci atq; transferri debere. Neq; enim in illa imperfecta specie, quam embryon appellamus, semper uiuunt ij, qui ad ueram formam effinguntur, sed quandiu in uiscer:bus fuerint, incundam eis & commodam conuenientemq; natura facit eam, quam in utero uita degunt. neque posteaq; in lucem editi sunt, ad mammam semper permanent: sed quatenus



quatenus id ætati imperfectæ bonum [a] & commodũ est. nam postea ad aliam uitæ consequentiam ac uicissitudinem transeunt, nullo modo propter consuetudinem ad ubera permanere uolentes. Deinde post statum infantium, alia adolescentulorum, alia ætate prouectiorum studia & officia sunt, ad quæ consequenter homo transit absq; molestia unà cum ætatis uicissitudine consuetudinem mutans. Quẽadmodum igitur si uox quædam inesset in eo, qui in materno utero alitur, indignaretur quòd per natiuitatem uisceribus ejiceretur, ac grauia se pati clamaret, qui ab ea uita atq; ab ea statione, in qua lubenter degerer, auelleretur: (quod nimirum etiam facit, simul ac natus fuerit, cum prima respiratione lachrymas emittens, quasi conquerens & lamentans, quòd à consueta uita separetur:) itidem mihi uidetur illis, qui ad mutationem uitæ præsentis sese discruciant & anguntur, idem accidere, quod embryis, dum semper in hac materiali iniucunditate, à qua separantur uiuere uolunt. Posteaq; enim dolor mortis ad alteram uitam hominibus quasi obstetricatus fuerit, ipsi quidem, ubi ad lumen illud transiuerint, & de puro spiritu hauserint, per experientiam cognoscunt & intelligunt, quantum illa differat ab hac uita: illi uerò, qui in hac humida, languidaq; ac putrida uita relinquuntur, embrya prorsus & non homines miserantur eum, qui antea excesserit ex his, quibus continemur angustijs, quasi aliquo bono priuatum atq; spoliatum, nescientes quòd ad similitudinem recens nati infantis, oculus quidem aperitur, ubi euaserit eum, quo nunc continetur, & coercetur: (intelligere autem prorsus oportet oculum animi, quo perspicit rerum ueritatem.) Aperitur item ea pars corporis, quæ sensum audiendi continet, per quam arcana uerba exaudit, quæ non licet homini loqui, ut inquit apostolus. Aperitur item os, & haurit purum & materiæ expertem spiritũ, per quem roboratur & confirmatur ad uerum sermonem & uocem, quæ ratione ac mente percipitur, quum permixtum fuerit sono diem festum celebrantium in choro sanctorum. Eodem item modo gustatum consequitur diuinum, per quem, iuxta canticum psalmi, cognoscit, quòd suauis & bonus sit Dominus. At per odorandi efficaciam, suauem Christi capessit odorem. facultatem quoq; tangendi assumit animus, dum ueritatem attingit, & Sermonem contrectat, iuxta testimonium Ioannis. Si igitur hæc & huiusmodi post eum partum, qui per mortem editur, hominibus reposita sunt, quid sibi uult luctus, tristitia atq; mœstitia: respondeat nũc nobis, qui ad rerum naturam respicit, an præstabilius esse putet corporalibus sensuum instrumentis circa boni dijudicationem errare, quàm nudo animi oculo ipsam rerum intueri ueritatem. Hic enim necessitas quædam animæ incumbit in consideratione atq; opinione boni, alieno iudicio seruiendi. Quandoquidem ẽ perfecta animi uis in corpore puerili locum non habet: sensoriorum autem efficientia protinus perfecta unà cum puero nascente editur: hac de caussa, quod ad iudicium boni attinet, à sensu mens præoccupatur, & quod sensorijs uasis uisum & iam existimatum est esse bonum, & per consuetudinem præoccupatum, animus nulla habita examinatione & exploratione approbat & admittit, bonum illud esse credens, quod anticipatum attestatus fuerit sensus, in coloribus quibusdam & succis & huiusmodi nugis ac deliramentis bonum imaginans, quibus non amplius ubi ex corpore excesserimus apparentibus, omnino necesse est id, quod uerè bonum est, cum quo animus natura conciliatus & coniunctus est, eidem sese offerre & apparere. Neq; enim uisus amplius, bonitate coloris inescabitur, ubi fuerit oculus non amplius erit: neq; in aliquo alio eorum, quæ dulcedine sua sensus capiunt atq; demulcent, uoluntatis æquilibritas occupata erit, omni corporali sensu extincto. sed sola intellectuali efficientia, immaterialiter & incorporaliter mente comprehensibilem pulchritudinem amplectente, absq; ullo impedimento proprium bonum natura recipiet: quod neq; color, neq; figura, neq; distantia, neque quantitas est, sed quod omnem coniecturalem præterit imaginationem. Quid igitur: (forsitan inquiet aliquis præsenti uitæ offensus) quare nobis corpus, & cuius rei loco est: si quidem oratio uitam, quę absq; corpore exigitur, rem meliorem

[a] *Videtur deflerari utrobiq; coniunctio, hæc.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



esse demonstrauit? Ad quem dicemus, quòd ne hoc quidem paruum sit commodum, quod ex his rebus prouenit ijs, qui possint ad omnem naturæ respicere administrationem ac dispensationem. Nam beata quidem est reuera illa angelorum uita, quæ corporis mole nihil indiget. Veruntamen ne hæc quidem ad illam inutilis est. Via enim ad id quod speratur, per præsentem uitam fit. quemadmodum in germinibus licet uidere, in quibus fructus initio sumpto à flore per ipsum eousq; progreditur dum fructus euadat, tametsi fructus non sit flos. Quinetiam segetes ex seminibus enascentes non protinus in spica apparent, sed herba primùm germen existit: deinde ab hac, culmus peremptο gramine coalescit, & sic in capite spicæ fructus maturescit. Veruntamen hunc necessarium ambitum & uicissitudinem agricola non incusat, quur, inquiens, flos fructum antecedit? aut cuius rei gratia gramen ex semine prius exoritur? si quidem & flos defluit, & gramen nequicquam arescit, nihil commodans & conferens ad uictum humanum. Si quis enim mirificum naturæ opus considerat, inteligit, quòd non aliter, tum ex seminibus, tum è germinibus fructus perfici & consummari poterit, nisi hæc artificiosa uicissitudo uiam ei faciat ad perfectionem. Etsi enim gramen, quod primùm ex seminibus editur, in nostro cibo nullius est usus, non idcirco tamen ea res superuacanea atq; redundans est. Nam qui cibo quidem indiget, ad suum usum, & ad id, quo ipse opus habet, respicit: at naturæ ratio nihil aliud spectat, quàm ut per ordinatam uicissitudinem ad perfectionem frugum fœtum producat. quamobrem primùm multipliciter per subiecti grani inhæresci radices, per quas sibi conueniens per humorem attrahit alimentum: deinde gramen producit, ad arcendam aeris iniuriam, protegumentum radicis herbam parans, quæ res fructus quidem non est, sed adiumentum quoddam et uia fit frugum perfectionis: primùm quidem per sese expurgans insitam semini uim, tanquam superfluitatem quandam frugum natura gramẽ ante omnia excernente: deinde uelamen radici existit aduersus ea, quę ex aere uel per frigus, uel per æstum incommoda accidere solent. ubi autem aliquot iam actis radicibus semen firmius effectum fuerit, tunc gramine posthac neglecto, quippe quum radix iam non amplius protegumenti indigeat, ad productionem & erectionem culmi omnis confertur & applicatur uis, mechanica quadam solertia fistulæ similem structuram artificiosè excogitante natura: cuius culmi directum germen tunicis quidem crebris alijs alias excipientibus undiq; obductũ est: (in his enim humidum & infirmum initio culmum uinculis per medium roboris gratia succinctum innutriri oportet:) ubi autem ad iustam & competentem longitudinem excreuerit, tunc comam culmus producit, extrema tunica spicam in sese ostendente: quæ in multas aristas crinium in modum diuisa comam abscõdit, dum ad basim aristarum, quasi folliculis & uaginis (quæ ἐλύτρα uocantur) alitur incluſa. Si igitur neq; propter seminum radices, neq; propter gramen, quod initio ex semine existit, neq; propter spicæ aristas offenditur & queritur agricola, sed in quolibet horum usum quendam uidet necessariũ, per quem artificiosè progrediens natura per excretionem inutilium uim fœcundam expurgans, frugem ad perfectionem producit: commodum etiam tibi fuerit, per uias necessarias natura nostra ad suum finem progrediente non offendi, sed arbitrari iuxta similitudinem, quæ in seminibus ostensa est, id quod quoq; tempore fit, esse prorsus ad aliquid utile atq; necessarium, non tamen id esse, cuius gratia nati sumus. Non enim ad hoc à creatore nostro facti sumus, ut infans imperfectus in utero essemus: neq; uitam infantium recens natorum sibi propositam habet natura: neq; ad cæteras respicit ætates, quas semper alias alijs identidem mutando induit, unà cum tempore speciem immutans: neq; ad eam quæ per mortem corpori accidit, solutionem: sed omnia hæc & huiusmodi uiæ per quam ambulamus, partes sunt: propositum autem ac finis itineris, quod per hæc facimus, hic est, nimirum, ut in antiquũ statum restituamur: quod nihil est aliud, quàm cum diuino numine similitudo.
Ac quemadmodum in similitudine spicæ rationi naturæ necessarium quidem etiam



etiam gramen, quod initio producitur, uisum est, ueruntamen propter illud agricultura instituta non est: neq; tunicas, & aristas, & culmos, & ea, quibus culmi cinguntur genicula proposita sibi habet studium agriculturæ: sed cibum, quo nutrimur, qui per illa progreditur ad perfectionem: eodem modo uitæ quoq; finis quidem, qui expectatur & speratur, beatitudo est: quęcunq; autem circa corpus nunc conspiciuntur, mors, senectus, iuuentus, infantia, & illa nostri imperfecta figura, quæ ἔμβρυον dicitur: omnia hæc ueluti gramina quædam, & aristæ, & culmi, uia, cõtinuatio, series atq; progressio, & facultas sunt eius, quæ speratur, perfectionis: ad quam, si recte sapis, respiciens, neq; his rebus offenderis & infensus eris: neque tamen uel ægritudine afficieris, uel cupiditate capieris, ut uel angaris si ab his seiungaris, uel ultrò transfugias ad mortem. Quòd si adijcere orationi oportet etiam hoc, non inutile forsasse fuerit, etiamsi extra consequentiam atq; propositi seriem esse uideatur, quòd nimirum natura semper in meditatione mortis occupata sit, ac per temporũ uices progredienti uitæ mors prorsus quasi cohæreat atq; coalescat. Nam quum semper ea pars uitæ, quæ præterijt, ad futurum moueatur, ac nunquã ad id, quod retrò & à tergo est, resoluatur: mors est quòd quoq; tempore coniunctim atq; cohærenter sequitur efficientiam uitalem. In tempore namq; præterito omnino desinit omnis motus & actio uitalis. Quoniam ergo mortis proprium est, ut à negocijs & operibus cesset ac uacet: atq; id à tergo semper uitalem efficaciam assectatur: à ueritate non alienum erit, si quis dicat, huic uitæ mortem connexam & quasi implicatam esse. Atq; aliter item aliquis reperire poterit huiusmodi opinionem per ueritatem nobis confirmari, ipsa experientia testimonium sententiæ perhibente, quòd non est idem cum hesterno, qui hodie est homo, secundũ id, quod materialiter subiectum est: sed prorsus aliquid ex eo semper mortificatur, & olet, & corrumpitur, & ejicitur, ueluti ex domo aliqua (de hac corporis loquor structura) cadaueroſum ac funestum fœtorem efferente natura, ac terræ mandante id, quod iam uitalem potentiam excesserit. Quapropter iuxta magni Pauli uocem, Quotidie morimur, non ijdem semper in eodem permanentes corporis domicilio, sed identidem alij ex alijs euadentes tum per incrementum, tum per excrementum, quasi in nouum corpus semper mutati. Quur igitur morte quasi re noua ac peregrina perturbamur? cuius meditationem cõtinuam atq; exercitationem hanc, quam per carnem degimus, uitam esse demonstratum est? Quinetiam si de somno & uigilia dixeris, de alio mortis cum uita loqueris conflictu, quum sensus in dormientibus extinguatur, ac rursus uigilia per sese repræsentat nobis eam, quam speramus, resurrectionem. Sed nondum per ea, quæ dicta sunt, propositum nobis declaratum est, quippe opinio, quam obiter intulimus, ad aliam speculationem, orationem prouexit. proinde ex integro propositum resumamus, nimirum, quòd ne corporis quidem natura inutilis sit ad eam, quam expectamus bonorum spem. Nam si quidem essemus, quod ab initio fuimus, prorsus pellicea tunica insuper opus non haberemus, resplendente in nobis ea, quam cum diuino numine haberemus similitudine. Sed imago diuina, quæ in nobis apparebat in initio, non alicuius figuræ & habitus, uel coloris proprietas erat: sed quibus diuina pulchritudo consideratur, ijs homo quoq; ornatus erat, per impatibilitatem & affectionum immunitatem, & beatitudinem, & immortalitatem originalem ac principalem imitans gratiam atq; decorem. Posteaq; autem fraude inimici uitę nostrę ad bestialem & brutam naturã homo sua sponte propensus fuit: inuitos quidẽ abstrahere [a] ab eo, q̃d deterius est, ac ui traducere ad id, quod præstabilius est, inconsideratis quidem & ijs, qui rem non examinauerunt atq; perpenderunt, utile esse uidetur, ei uerò, qui naturam effinxit, inutile uisum est & iniustum, maximi boni damnum, per huiusmodi dispensationem & administrationem inferre naturæ. Quandoquidem enim homo diuina forma prędit̃us fuit, & beatus sui potestate et arbitrio honoratus: (sui em̃ potestatem habere, & alterius dominatui obnoxiũ nõ esse, proprium diuinæ beatitudinis est. at per necessitatẽ ipsum hominẽ ad aliquid

[a] ἀναγκαστικῶς γὰρ οὐ χρὴ τοὺς ἀκουσίους ἀπάγειν ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἀναγκαῖον. *Greg. Nyssenus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



traduci uiolenter, ademptio dignitatis esset. nam si sua sponte humanam naturam ex sui arbitrij motu ad aliquam rem incommodam & inhonestam incitatam violenter & coacte ab ijs, quæ placuissent, abduxisset, ademptio excellentis atq; præstantis boni, ea actio esset, & priuatio honoris, quo pares Deo homines efficiunt. cum Deitate nanq; comparanda res est, propria sui potestas:) Vt igitur ea quoq; potestas naturæ maneret, & malum abesset, hanc diuina sapientia rationem inuenit, nempe, ut sineret hominem, in quibus uoluisset, uersari, ut gustatis malis, quæ concupiuisset, & experientia doctus, qualia qualibus mutasset, sua sponte per cupiditatem recurreret ad primam beatitudinem omni uitiosa atq; irrationali propensione tanq; onere aliquo naturæ, remota, uel in præsenti uita per sobriam & attentam uiuendi rationem ac philosophiam, uel post transmigrationem ab hac uita per purgatorij ignis fornacem expurgatus. Quemadmodum enim si quis rei medicæ peritus, & omnem scientiam & salutarium & noxiorum medicamentorum ex arte tenens adolescentulo consulat ea, quæ usus & res desideret, & consulendo prohibere non possit & ætate & prudentia imperfectum, quin cupidius aliquem pestiferum fructum uel herbam appetat: sed quum uarium & omne genus auxiliarium medicamentorum habeat apparatum, permittat puero noxijs uti, ut facto periculo eorum, quæ faciunt dolorem, utilitatem paterni consilij doctum, & sanitatis cupidum, rursus per amuleta & auxiliaria remedia puerũ reducat ad bonam ualetudinem, ex qua per importunam noxiorum appetentiã exciderat: eodẽ modo dulcis ac bonus naturæ nostræ pater, qui nouit tam ea, quibus seruamur, quã quibus perimus, indicauit quidem homini noxium, & ne uteretur eo, cõsuluit: sed quum appetentia deterioris prævaluisset, non defuerunt ei auxiliaria medicamenta, quibus ad pristinam bonam ualetudinem homĩnẽ denuo reduceret. Nam quia hanc materialem uoluptatem homo animi lætitiæ prætulisset, uisum est ei aliquo modo succurrere appetentiæ, per pelliceam tunicam, quam ei propter propensionem ad deterius circumdedit: per quam tunicam naturę brutę & irrationalis proprietates homini admixtæ sunt: [a] quorum brutorum animalium indumentum rationali naturæ paratum & accommodatum est per sapientiam eius, qui per contraria administrat ac disponit meliora. Omnes enim in sese ferẽs & cõtinẽs ppriates pellicea illa tunica, quas habebat, dum ratione careni circundata esset naturæ uoluptatem, iracundiam, ingluuiem, inexplebilem cupiditatem ac similia, uitia facit humano arbitrio propensionis & inclinationis ad utrumlibet, uel ad uirtutem, uel ad uitium materia existens. Nam dum in his affectibus homo per hanc terrestrem uitam sui arbitrij motu uiuit. Si quidem ab eo, quod ratione caret, proprium discernat, & per uitam cultiorem & elegantiorem semetipsum respiciat, per rationem in potestate habens ac superans temeritatem & studium irrationale, cõsequetur, ut præsens uita sibi immixtam uitiositatem expurget. Sin autem ad rationem carentem affectuum impetum & motum inclinatus fuerit irrationalium pelle aduestrice utens ad affectus & uitia, alio posthac ad id, quod melius est, consequendum utetur consilio, ubi post excessum ex corpore cognouerit, quid differat à uitio uitus, dum diuinitatis particeps esse non poterit, nisi purgatorius ignis immixtas animo sordes expurgauerit. Hæc sunt, quæ usum corporis necessarium nobis faciunt: per quod tum liberum arbitrium seruatur, tum rursus ad bonum reditus nõ prohibetur neque impeditur: sed hoc circuitu atque hac uicissitudine nobis sponte ac uoluntate nostra ad meliorem uitæ statum propensio fit: alijs quidem iam ex hoc tempore, quo in carne uiuunt, à uitijs abstinendo & affectus coercendo spirituales uitã assequentibus: (quales fuisse tum patriarchas & prophetas audimus, & qui tum cum ipsis, tum post eos per uirtutem ac sapientiæ studium recurrerunt & euaserunt ad perfectionem: de discipulis loquor, & apostolis, & martyribus, & omnibus, qui uitam præclaram & cum uirtute coniunctam materiali uitæ prætulerunt: qui etiamsi numero inferiores & pauciores sint præ multitudine eorum, qui ad deterius defluunt & delabuntur, nihilominus testantur fieri posse, ut aliquis

[a] Locus corruptus uidetur utrobiq;



quis per carnem, uirtutem assequatur:) reliquis uerò per eam, quæ in posterum adhibebitur, institutionem atq; disciplinam, in purgatorio igni abijcientibus & amittentibus affectum, quo materiæ dediti atq; coniuncti sunt, & ad eam, quæ ab initio naturæ attributa est, gratiam atq; decorem per studium ac desiderium bonorum sponte sua redeuntibus. Non enim in perpetuum apud naturam permanet alienarum rerum cupido: quippe quum expleri quisq; & exatiari soleat eo, ꝙd suum ac proprium non est, cuius in se initio communionem non habuit natura. solum autem id, quod cognatum & coniunctum est, desiderabile & amabile in perpetuum permanet: quandiu in seipsa natura non peruersa nec deprauata manet. Quòd si qua contigerit ei per uitiosam & flagitiosam uoluntatem degeneratio ac deprauatio, tunc ei rerum alienarum studium atq; cupido ingeneratur, quarum usus & uoluptas non naturam demulcet, sed uitium & morbum naturæ delectat: ubi uerò morbus & uitium abscesserit, etiam cupiditas atque desiderium eorum, quæ præter naturam sunt, simul recedit, ac rursus ei quod suum & commodum cõueniensq; est, desiderabile fit. Id autem tum purum, tum materiæ expers, tum incorporale est: quod si quis proprium eius, quæ super omnia constituta est, Deitatis esse dixerit, non errabit. Quemadmodum enim, ubi acrior aliquis fluxus uisiuum spiritum turbauerit, corporeis oculis iucundior ac gratior caligo est, propter crassitudinis cum tenebris cognationem: sed si per curationem aliquam discussum ac dissipatum fuerit id, quod spiritum turbauerat, rursus lux si puræ ac lucidæ pupillæ immisceatur, amica & commoda fit: eodem modo quandoquidem in modum fluxus per fraudem aduersarij in uisiuam ac speculatiuam animi partem uitiositas affluxit, sponte sua ratio ad tenebrosam & obscuram uitam per morbum caligini conciliata declinauit ac degenerauit. Quicunq; enim mala agit, odit lucem, ut diuina uox ait. Malo autem ex rebus uniuersis euacuato, & ad nihilum iterum redacto, denuo cum uoluptate natura lucem contuetur, ubi id, quod animi puritatem turbidam reddebat, è medio excesserit. Demonstratum est igitur per suprà dicta, quòd uanum & ineptum sit naturæ carnis infensum esse. nõ enim ab hac malorum caussa dependet. nam profectò in omneis ex æquo, qui carnalem sortiti sunt uitam, uires & imperium habuisset. sed quoniam quisq; eorum, qui uirtutis ergò celebrantur, & in carne erat, & uitiositati obnoxius non erat: per hæc manifestum est, quòd corpus non sit caussa uitiorum & affectuum, sed optio liberaq; uoluntas, procreans uitia atque affectus. Nam corpus quidem suæ naturæ cõuenienter & aptè mouetur, dum ad ea, per quæ conseruatur, ad suijpsius constitutionem atq; permansionem, impetu motuq; proprio gubernatur. Verbi gratia, cibo & potu opus est ei, ut ex uiribus eius id quod per meatus euanuerit & effluxerit, rursus suppleatur, cui deest. ad hoc mouetur appetitus. rursus per nascentium successionem mortalis quum sit natura corporis, efficitur immortalis. idcirco etiam ad hunc impetum & motum, corpus idoneum & aptum est. Insuper ad hęc nudum à tegumento pilorum corpus factum est. cuius rei gratia externo cultu & amictu opus habemus. Quinetiam quum & frigus, & æstum, & imbrium iniuriam sustinere non possemus, ædium refugia tegumentaq; quæsiuimus. Hæc & eiusmodi, si quidem considerate atq; adhibita ratione necessitatem quis intueatur, horum unumquodq; non curiosè inspiciens, non potest non probare, quippe pro fine appetitus, usus necessarij scopulum, quò spectet, sibi proponẽs, domum, uestem, coniugium, uictum, per quodq; horum curans & farciens id, quod deest naturę. at minister uoluptatum uias uitiorum necessarios usus facit: pro uictu quidem, luxum atque delicias requirens, pro amictu uerò, cultus elegantiam eligens atq; præoptans, pro ædium usu, magnificentiam, pro liberorum autem procreatione, legibus uetitas & interdictas spectans uoluptates. propterea tum auaritia patentibus ac latis portis in uitam humanam quasi comessabunda inuehitur, tum mollities & fastus & inepta largitas, & multiformis luxus prodigalitasq; & similia, quasi quidam rami & stolones, uirgulta stirpesq; aridæ iuxta necessarios usus

Universidad de Deusto
Biblioteca



enatæ germinauerunt: propterea quòd appetitus terminos neceſſitatis præterij, & in inutilia ſtudia latè diffunditur. Quid enim commune habet cum utilitate eibi argentum ſculptum auro lapidibuſq; quaſi floribus diſtinctum atq; nitescens aut cuius rei gratia pallium opus habuit aureo filo, purpura florida, & textili pictura per quam prælia & feræ, & huiuſmodi res in tunicis, cæteriſq; indumentis à texentibus pinguntur, quibus auxilians auaritiæ morbus innaſcitur & inhæret. Nam ut conſequantur opes & eum, qui ad has res pertinet, apparatum, materias rerum concupitarum ab auaritia conficiunt. at auaritia perfidiæ aditum patefacit: quæ ſecundum Solomonem, pertuſum dolium eſt, quod ſemper inde hauſtibus deficit & uacuum inuenitur. Non igitur corpus malorum occaſiones, ſed deſtinata uolũtas ingenerat, dum id quod ſpectat neceſſitas & uſus, ad abſurdarum & uitioſarum rerum ſtudium atque cupiditatem detorquet. Deſinant igitur homines temerarij & inconſiderati corpori maledicere atq; obtrectare, quo poſthac per regenerationem (ubi tum ſuperflua, tum inutilia, quantum attinet ad uſum uitæ futuræ, mors expurgauerit) in auguſtiorem ſpeciem transformato animus exornabitur. non enim eadem in futura quoq; uita uſui erunt, ad quas res nunc idonea & apta ſunt: ſed proprius & conueniens erit uſui illius uitę corporis noſtri apparatus congruenter & competenter ad bonorum participationem diſpoſitus: quale quiddam uerbi gratia dico. præſtat enim inſigni quadam & nota ſimilitudine & exemplo declarare mentis conceptum. Ferri gleba rudis utilis eſt æris ac ferri fabricæ & excuſoriæ arti, ſi incus artificis facta ſit. ſed ubi ad aliquod tenuius inſtrumentum & opus ferrum redigi atq; traduci oportet: tunc per ignem diligenter expurgata gleba, omne terreum & inutile detrahitur. quod huius artis opifices ſcoriam nimirum appellant. atque ita quæ quondam incus erat ad tenuem redacta materiam, uel thorax, uel aliud quippiam tenuium operum ſit, ubi in fornace conflata eiuſmodi excremento fuerit expurgata, quod quidem excrementum, dum quondam incus erat, quantum ad eum uſum, ad quem tunc accommodatum erat, pro excremento non habebatur. Conferebat enim nonnihil etiam ſcoria ad pondus ferri immixta glebæ. Iam intelleximus exemplum ac ſimilitudinem. tantea, quam in ſimilitudine uidimus, ſententia ad propoſitam rationem & opinionem traducenda eſt. Quæ igitur eſt hæc? Multas nunc ſcorioſas qualitates natura corporis habet, quæ in præſenti quidem uita ad aliquam rem utilitatem conferũt: ſed ad eam quæ poſthac ſperatur, beatitudinem prorſus aliena & inutilia ſunt. Quod igitur in igne circa ferrum accidit, fornacę quicquid inutile eſt, excernere, id corpori per mortem contingit, dum omne detrahitur & reijcitur excrementum, per eam, quæ in mortificatione fit, ſolutionem. Iam uerò quæ ſint ea, à quibus corpus in poſterum expurgatur, meditatis atq; conſideratis utique manifeſtum eſt: quæ ſi in præſenti uita non adſint, damnum huius uitæ ſit. Veruntamen perſpicuitatis gratia etiam à nobis paucis dicentur. Eſto nobis exempli gratia pro gleba quidem appetitus, qui naturaliter in omnibus exercetur: pro ſcoria uerò hæc ad quæ nunc impetus ac motus ſuos habet appetitus, uoluptates, diuitiæ, gloriæ, cupiditas, potentatus, ſpiritus, animiq; & arrogantia, faſtus & ſimilia horum omnium & ſimilium mors exacta plenaq; expiatio eſt. quibus omnibus nudatus & expurgatus appetitus ad id, quod ſolum expetendum, concupiſcendum & amabile eſt, efficacia ſua conuertetur, ubi non penitus extinxerit, ſed ad immaterialem & incorporalem bonorum uſum traduxerit naturaliter nobis inſitos impetus & motus ad eiuſmodi res. Illic enim ueræ pulchritudinis amor inceſſabilis interminatus & infinitus, illic laudabilis ſapientiæ theſaurorum auaritia, & honeſta pariter ac bona ambitio, quæ per participationem & communionem regni Dei contingit: honeſtus item affectus inexplebilitatis, qui nunquam, quod ad bonum deſiderium attinet, imminuitur rerum ſuperarum ſatietate. Proinde quum didiceris quòd conuenientibus temporibus artifex uniuerſarum rerum glebam corporis

*Epheſ.6.* in arma claritudinis transformabit, thoracem iuſtitiæ, ut inquit apoſtolus, & gla-



dium ſpiritus, & galeam ſpei, & omnem Dei armaturam conficiens, diſſige proprium corpus iuxta præſcriptum apoſtoli, qui ait, quòd nemo ſuum corpus odit. Corpus autem purgatum, non quæ excernitur & reijcitur, ſcoriam amare oportet. Verum enim [a] eſt, quod diuina uox dicit: Quòd ſi terrenum noſtrum domicilium habitationis diſſolutum fuerit, tunc id inueniemus ædificium à Deo factum domicilium non manufactum æternum in cœlis, dignum quòd habitaculum Dei ſit in ſpiritu. Neque uerò quis mihi figuram, habitum, & formam deſcribat illius non manufacti domicilij ad ſimilitudinem earum figurarum, quæ nunc apparent in nobis, & proprietatibus nos abinuicem diſcernunt. Quum enim non ſola reſurrectio nobis à ſacris oraculis prædicata ſit, uerumetiam, quòd oporteat immutari renouatos per reſurrectionem, ſacra ſcriptura promittat, omnino neceſſe eſt prorſus abſconditum eſſe & ignorari in [b] quid immutabimur, quippe quum nullum exemplum, nullaq; ſimilitudo eorum, quæ ſperantur, in præſenti uita conſpiciatur. Nam nunc quidem quicquid craſſum & durum eſt, natura deorſum fertur: tunc uerò ad hoc ut in ſublime feratur, tranſmutatio corporis fit, ſic dicente ſcriptura, Poſtquam mutata fuerit natura in omnibus, qui reuixerint per reſurrectionem, rapiemur in nubibus in occurſum Domini in aerem, & ſic ſemper cum Domino erimus. Si igitur in immutatis pondus corpori non durat, ſed unà cum incorporea natura in ſublime feruntur, qui ad diuiniorem conditionem & ſtatum fuerint traducti, quoniam reliquæ quoque corporis proprietates ad aliquid diuinius unà tranſmutantur, color, habitus, figura ac lineamenta, omniaq; cætera ſingulatim, nullo modo prorſus hac de cauſſa neceſſe eſſe uidemus, ut in immutatis per reſurrectionem eiuſmodi conſpiciatur differentia, qualem nunc propter eorum, quæ alia aliis ſuccedunt, uiciſſitudinem neceſſariò habet natura: neq; tamen quòd non erit pro certo licet pronuntiare, ignorantibus nobis ad quid hæc per immutationem redigentur atque tranſibunt. Sed quin genus quidem omnium erit unum, quum unum corpus Chriſti omnes facti fuerimus uno ſigno notati, nõ dubitamus, in omnibus ex æquo diuina imagine reſplendente. quid autem nobis in locum eiuſmodi proprietatum in immutatione naturæ accedet, magis arduum difficiliusq; eſſe cenſemus, quàm ut quauis cõiecturali ratione percipi poſſit. Sed ne prorſus intacta nobis & ſine tractatione de hac re quæſtio relinquatur, hoc dicimus, quòd quum ea, quæ circa maſculum & fœminam eſt differentia, ad nihil aliud, quàm ad liberorum procreationem naturæ conducat, fortaſſis aliquam conſecturam dignam ea, quæ à Deo promiſſa eſt, bonorum benedictione atq; munificentia, ex huius quæſtionis tractatione excipere atq; colligere liceat: nimirum quòd generatiua naturæ uis atque facultas in miniſterium illius partus tranſibit, cuius particeps fuit magnus Eliſaias, cum dixit, A' terrore tuo Domine, in utero *Eſa.26.* [c] conceepimus & parturiuimus & peperimus ſpiritum ſalutis tuę, in utero [c] geſtauimus ſuper terram. Nam ſi bonus eſt eiuſmodi partus, & procreatio liberorũ cauſſa ſalutis exiſtit, quemadmodum ait apoſtolus, nunquam ſpiritum ſalutis gignere deſinet, ſi quis ſemel per huiuſmodi partum, multiplicationem bonorum ſibi produxerit. Quinetiam ſi quis ſignum atque figuram, qua notati & inſigniti ſumus, eãdem dicat nobis, ubi reuixerimus rurſus unà adfuturam eſſe, ne ad hoc quidem noſtra prompta & expedita mẽs eſt, ut uel ſic, uel aliter rem ſe habere ſuſpicemur. Nam ſiue quis dicat fore, ut in eadem ſpecie reuiuiſcamus, in multam perplexitatem diſputatio incidet, propterea, quòd non idem ſecum ſemper, quod ad figuræ ſpeciem attinet, homo permanet, dum & ætatum uiciſſitudine, & morbis aliàs ad aliam ſpeciem tranſfiguratur. Aliter enim infans, & adoleſcentulus, & puer formatur aliter ſit, & in media ætate conſtitutus: aliter ſenex & decrepitus. nihil horum eodem modo cum altero ſe habet. quin etiã morbo regio quaſi rubigine infectus, et q aqua intercute intumuit, qui tabe exiccatus atq; aridus eſt, quiq; ex ꝗdã prauo temperamento multis carnibus obſitus & onuſtus eſt. in quo bilis, ſanguis,

[a] ἀκριβῶς γὰρ φησιν ὁ φησιν ἡ θεία φωνή, habetur in utroq; exẽplario ego lego, ἀκριβῶς γὰρ ἐστιν ὁ φησιν ἡ θεία φωνή.

[b] Videtur hic deeſſe διὰ in utroq; exemplari: aut certè pro τὸ, legendum τῷ. 1. Theſſ. 4.

[c] In duobus exẽplaribus eſt, ἐκυήσαμεν: in tertio, ἐκυΐσαμεν: quã lectionẽ ſequor pro ueriore. 1. Corinth. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca



pituita redundat, quum quisq; horum, prout intemperies in eo superat, ita formetur, neq; durare hæc post quam reuixerimus, recte quis existimauerit, immutatione omnia in diuiniorem & augustiorem statum excolente ac transformante: neq; qualis in nobis species efflorescet, facile animaduerti ac iudicari potest, quum ea bona, quæ per spem nobis proposita sunt, & oculum, & auditum, & mentem lu-
a Hic uidetur altera periodi pars desideratur. perare credantur. [a] aut fortasse si quis dixerit, aliquam certam ingeniorum & morum proprietatem speciem esse, qua quisq; agnoscatur, non à re penitus aberraue-rit. Quemadmodum enim nunc in aliqua re immutatio uariatioq; eorum, quæ in nobis sunt, elementorum, figurarum in unoquoque differentias efficit, quum pro redundantia uel defectu ac diminutione contrariorum elementorum alicuius & effingatur & coloretur formæ proprietas: ita mihi uidentur ea, quæ tunc cuiusque formam propriam repræsentent, non hæc fore elementa, sed uel uitij, uel uirtutis proprietates: quarum rerum certa quædam inter sese commixtio efficit, ut uel sic, uel aliter species notetur & designetur. quale quiddam nimirum etiam in præsenti ferè uita fit, quum externa uultus dispositio in occulto latentem indicat animi dispositionem, unde facilè agnoscimus eum, qui uel animi ægritudine tenetur, uel ira percitus, uel cupiditate solutus est: & ex contrario hilarem, sedatum, eum qui uenerando insigni continentiæ atque modestiæ decoratur. Quemadmodum igi-
b ἀπείμονον in utroq; : ego lego, ἀγνώμονον. tur in præsenti uita, quædam certa dispositio cordis, forma fit, & pro [b] incumbenti & urgenti animi motu atque affectu species & uultus hominis effingitur: ita homo mihi uidetur, ubi natura ad diuiniorem statum redacta atque immutata fuerit, pro moribus & ingenio formam accipere, ut non aliud quippiam sit, aliud appareat, sed quod est, hoc etiam esse noscatur, ueluti modestus, & temperans, iustus, mitis, purus, ad dilectionẽ procliuis, pius: ac rursus in his uel omnibus bonis præditus, uel uno solo ornatus, uel in pluribus inuentus: uel qui in hoc quidem inferior, in alio uerò superior est. his enim & huiusmodi, quæ uel circa id quod præstantius, uel contrarium est, considerantur, proprietatibus, quasi in diuersas formas singulatim homines abinuicem separantur ac discernuntur: donec ultimo
1. Corinth. 15. nimico abolito, ut ait apostolus, & uitio ex rebus uniuersis, quæ sunt, penitus expulso, una diuina in omnibus pulchritudo effulgeat, qua initio formati fuimus. ea autem est lumen & lux, puritas, integritas & incorruptibilitas, & uita & ueritas, & similia. Neque enim par est [c] aliter diei lucisq; filios & esse & uideri. luminis autem & lucis, puritatis & incorruptibilitatis nulla uariatio, nulla differentia ab eo, quod sui generis est, inuenietur: sed una gratia, decor unus in omnibus relucebit, quum illij lucis facti sicut sol splendebunt, iuxta ueracem Domini uocem. Quinetiam, omnes consummatos atque perfectos fore in unum, iuxta promissionem Dei uerbi, eandem continet sententiam, nimirum unam & eandem in omnibus appariturum esse gratiam atque decorem, ut eandem quisque proximo oblectationem referat, dum & delectatur alterius pulchritudinem intuens, & uicem delectat, nullo uitio, transformante speciem in aliquam turpem figuram.
c Videtur hic in utroq; apographo deesse uel dictio, ἄλλων, quam supplendi, uel alia plura uerba: neq; enim alioqui sententia constabit. Sap. 3. Hæc nobis mens nostra pro mortuis disseruit, illorum, quod à nobis fieri potuit, uoces fingens: nos autem magni Pauli uoce consilium apud eos, qui lucta
1. Thess. 4. sese consiciunt, circumscribamus atque finiamus. Nolo uos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Si quid igitur de dormientibus per ea uerba, quibus conditionem eorum nobis oratio philosophico more persequuta est, quod cognoscere operæprecium sit, didicimus, non amplius degenerem istam ac seruilem tristitiam admittamus, sed si oportet etiam contristari, illam eligamus tristitiam, quæ laudabilis, præclara & cum uirtute coniuncta est. Quemadmodum enim uoluptatis aliud
d Pro ἀλογὸν quod in utroq; apographo habetur, ἀρετὴν lego. quidem genus bestiale & irrationale, aliud uerò purum & immateriale est: itidem id quod oppositum est uoluptati, in uitium & [d] uirtutem diuiditur. Est igitur quædam etiam luctus species, quæ beata iudicatur, & ad comparationem uitutis non reijcienda: quę contraria est irrationali isti & seruili mœrori. Nam qui in hoc uersa-



tus fuerit, postea pœnitentia ductus seipsum reprehendet, quasi officium & modestiam egressus, quum ab affectu ac perturbatione uinci se pateretur. Luctus autem qui beatus habetur, ijs, qui per ipsum uitam præclaram & cum uirtute coniunctam degunt, eiusmodi tristitiam habet, cuius pœnitere quenquã atq; pudere non possit. Luget enim reuera qui in animo conscientiaq; sua uoluerit illa bona, quibus excidit, quum immortali illi beatitudini, quam, priusquam ad malum potestate abuteretur, in potestate habebat, hanc caducam mortalemq; & sordidam uitam comparando opposuerit. & quo grauius ob huiusmodi uitam luxerit, tanto magis maturat & accelerat sibi desideratorum bonorum comparationem. Nam sensus & conscientia boni amissi, incitamentum studij rei desideratæ fit. Quocirca quum etiam salutaris luctus sit, quemadmodum oratio demonstrauit, audite & intelligite, qui facilè delabimini ad affectum tristitiæ, quoniam tristitiam non prohibemus, sed pro damnata, bonam suademus. Ne igitur afficiamini tristitia mundana, quæ mortem operatur, quemadmodum inquit apostolus, 2. Corinth. 7. sed diuina: cuius tristitiæ finis animæ salus est. Nam lachrymæ, quæ temere ac frustra propter dormientes funduntur, fortassis etiam caussã cõdemnationis sunt ei, qui malè administrat id, quod utile est. Si enim hac de caussã tristem hanc affectionem in natura instituit is, qui omnia sapienter fecit, ut esset ea tum uitiositatis, quæ antea obnoxios tenuisset expiatio, tum uiaticum bonorum, quæ sperantur, participationis: forsitan is, qui frustra & inutiliter lachrymas effundit, deferetur & accusabitur apud dominum suum, iuxta Euangelicum sermonem, quasi malus dispensator dissipans inutiliter creditas sibi diuitias. Quicquid enim ad bonum aliquam affert utilitatem, loco diuitiarum est, in numero charissimarum ac pretiosissimarum rerũ habendum. Nolo ergo uos ignorare, fratres, de dormientibus hæc, 1. Thess. 4. quæ didicimus: & si qua alia præterea à spiritu sancto perfectioribus disciplina reuelatur, ne contristemini sicut & reliqui, qui spem non habent. Nam soli infideles solent uiuendi spem præsenti uita quasi termino certo circumscribere, atq; idcirco mortem pro calamitate ducunt, quoniam id, quod nobis persuasum est, non sperant. Nos uerò, qui magno resurrectionis ex mortuis fideiussori, ipsi domino omnis creaturæ credidimus, qui ideo quoq; mortuus est & resurrexit, ut re ipsa & opere resurrectionis doctrinæ atq; sermoni fidem faceret, indubitatam bonorum spem habeamus, quæ si præstò fuerit, mœstitia propter mortuos locum non habebit. Deus autem noster & Dominus Iesus Christus, qui consolatur humiles, atque demissos, consolabitur corda uestra, & confirmabit in sui dilectionem per miserationes suas: quoniam ei gloria in secula seculorum. Amen.

## EIVSDEM DE INFANTIBVS, QVI PRAEMATVRE ABRIPIVNTVR, *ad Hierium.*

DICENDI quidem uim, qua quisq; præditus fuerit, omnes & oratores & rerum scriptores (haud difficulter) tibi, ô uir optime, ueluti in stadio quodam per amplitudinem miraculorum tuorum discurrentes utique demonstrabunt. (Etenim præclarum & egregium copiosumque dicendi peritiæ propositum argumentum erigere, & unà cum magnitudine rerum quasi in altum tollere, & magis quodam modo grandiloquam atque sonoram efficere solet orationem.) Nos uerò tanquam equi uetuli extra stadium argumenti manentes aurem duntaxat ijs, quæ propter te fiant, orationum certaminibus præbebimus, si fortè etiam ad nos usque uehementi impetu & incitato curru [a] per tua miracula agitans orationem aliquis sonus perueníre
a In duob. quib. initio fum usus exemplaribus, ἀληπτε, est: in tertio, quod postea nactus sum, αἰρματι, habetur: quã lectionẽ sequor.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uenire possit. Sed quoniam accidit,ut etiamsi propter senectutem extra certamina maneat equus, sæpe tamen fremitu pulsuq; ac sonitu lasciuientium insultantiumq; ad alacritatem erectus & caput tollat,& ueluti in certamine uersans,tum ardorem in oculis,tum in spiritu flatuq; animos ostentet, & crebro motu pedum ungulas identidem solo illidat, cui sola alacritas ad certamina adest, facultas autem currendi antè lapso tempore absumpta est: eodem modo nostra quoq; oratio propter senectutem extra certamina manens, & stadio cedēs eruditione florentibus, solam ubi alacritatem & uoluntatem in gratiam tuam certandi ostēdit, siquidem ita floreret,ut qui nunc eloquentia uigent. Sed quam ostendo,prompta uoluntas & animi propensio,non eò pertinet,ut ex tuis rebus aliquid exponere uelim. (id enim uehemens,copiosiaq; & elaborata uix assequatur oratio,quin multa non assequatur,quæ pro dignitate rei non tractet,quę immensam & omni imitatione superiorem hanc morum & ingenij concordantiam & consonantiam ex contrarijs rebus compositam & contemperatam susceperit explicandam. quo pacto, sicut palpebrarum prominentibus pilis,quasi uallo obiecto, puritatem & uehementiā radiorum natura obumbrans & frangens temperatum ac dilutum splendorem oculis infert,quo placidus sol pro eo modo,quem usus poscit, cū umbra quam palpebræ faciunt,contemperatus existat: ita morum grauitas atq; maiestas cū moderata animi demissione commixta non auertat oculos inuentium, sed iucundum efficiat obtutum, ut neq; grauitatis ac seueritatis splendor obscuretur, neq; latens in animo uis propter humilitatem despiciatur, sed alterum æqualiter in utroq; tū in celsitudine ac sublimitate comitas & humanitas, tū in humilitate uice uersa gratuitas & seueritas animaduertatur.) Alius hæc exponat,& animum istum complu ribus oculis insignitum, laudibus prosequatur, forsitā enim pilos capitis numero æquant animi oculi undiq; pariter & ex æquo certum & acutum cernentes, ut & ex longinquo prospiciant,nihilq; fugiat ac lateat eos ex propinquo,nec experientiam utilitatis & commodi magistram expectent, sed aliud quidem oculis speculari uideant,aliud uerò per memoriam cernant, aliud item in præsentia undiq; circūq; circa animaduertant: omnia uerò simul & eodem tempore omnibus huiusmodi actionibus absq; confusione conuenienter & aptè mens sese distribuens accōmodansq; efficiat & operetur. uenerādas item paupertatis diuitias admiretur, si quis nostra ætate est,qui eiusmodi rem cum laude & admiratione celebrare sciat.ac fortasse etiamsi prius non erat, at nunc propter te paupertatis quoq; desiderium florebit,tuaq; tenuitas atq; frugalitas ingentibus Crœsi auri ponderibus beatior habebitur.quem nam enim uel terra uel mare ambo suos prouentus benignè impartientes ita beatū reddiderunt, ut tuam uitam animus iste materialium facultatum & mundanarum opum contemptor? Vt enim illi,qui à ferro rubiginē abstergunt & abradunt,splendidum id & ad argenti decus accedens efficiunt: ita tibi uitæ radius,dum semper à rubigine pecuniarū diligenter expurgatur,clarior euasit. Hæc quoq; eloquentibus ac dicendi facultate præditis relinquantur: & quod pulchre calles,in quib. rebus ex sumptione,& acceptione,quàm ex abstinentia lucri plus laudis ac gloriæ quis ferre possit. Liceat enim mihi cum bona uenia tua dicere, qui non omnia lucra despicis atq; contemnis: sed quæ nemo superiorum adhuc attingere & assequi potuit,ea ambabus manibus solus complexus es. Pro uestē enim aliqua preciosa,pro mancipijs,pro pecunijs ipsas hominū animas captas, & in dilectionis thesauro depositas tenes. hæc scriptores & oratores, quibus huiusmodi res pulchrè describere ornamento est,exponant.nostra autē senilis oratio tantùm sese moueat & excitet,ut pederentim persequatur à tua sapientia nobis proposi tam quæstionem,nempe,quid statuere & iudicare oporteat de ijs, qui præmaturè abripiuntur, in quibus natiuitas morti propemodum coniungitur: quas res etiam sapiens ille inter externos Plato, quum multa ex persona eius, qui reuixisset, de iudicijs, quæ illic apud inferos exerceantur, philosophico more disseruisset, reliquit inexplicatas, ut quæ maiores uidelicet essent, quàm quæ sub ratiocinationem



nationem & coniecturam humanam cadere possent. Si igitur aliquid quidem tale est in ijs,quæ perpendimus atq; scrutati sumus, quod soluat propositæ quæstionis ambiguitates,amplecteris & approbabis,nimirum inuentam rationem: sin minus,senectuti prorsus ignosces,solamq; animi nostri propensionem, qua tibi gratum facere cupimus,approbabis. Etenim Xerxem illum, qui uniuersam propemodum,quæ sub sole est,terram una castra fecit, & omnem terrarum orbem secū mouit,quum aduersus Græcos expeditionem fecit, tenet fama, pauperis cuiusdā munus cum uoluptate accepisse.id autem donum aqua erat, eaq; non in fictili uase ferebatur,sed in caua manuum palma continebatur. sic ergo tu quoque pro ea, qua præditus es,animi magnitudine, prorsus illum imitaberis, cui pro munere uoluntas fuit,si nostrum donum & exiguum & aqueum fuerit inuentum. Quemadmodum in cœlestibus miraculis apparentes pulchritudines ex æquo quidem uidet,siue eruditus,siue rudis & idiota fuerit,is,qui in cœlum suspicit: sed aliter de illis cogitat is, qui à philosophia ad contemplationem earum uenit: aliter item is, qui solis sensibus id, quod apparet, permittit. hic enim uel radijs solis delectatur, uel pulchritudinem siderum miraculo dignam iudicat, uel numerum lunaris cursus in mense obseruat. At is, qui animo perspicax, & per eruditionem ad contemplationem cœlestium purgatus & excultus est, omissis his, quibus ratione minus utentium sensus delectatur,rerum uniuersarum harmoniam,hoc est,consentientē & quasi concinentem conspirationem,copulationem atq; coagmentationem intuetur,& ex circulari atq; in orbem redeunte motu eam,quę ex contrarijs fit,aptitudinem & congruentiam cōtemplatur: quo pacto orbes interiores reuolutione motuq; contrario,atq; inerrantium cœlorq; inhærentium et infixarum stellarū ambitus rotundus,retrò uersentur atq; ferantur: quomodo sidera,quæ in ijs conspiciuntur,multiformiter figurentur,tum in appropinquationibus,accessibus,cōgressibus ue,tum recessibus,digressibus,distantijs, elongationibus ue,tum subiectionibus atq; defectibus,& obliquis transcursibus indeficientem, indesinentem, stabilem,perpetuamq; illam concordantiam & harmoniam semper æqualiter & eodem modo efficientia.à quibus ne minimi quidem sideris situs, quem non contēplentur,prętermittitur: sed omnia parem curam prębent ijs,qui per sapientiam ad supera mentem traduxerunt: eodem modo tu quoq;,ô charum mihi caput,quum administrationem Dei in rebus uniuersis consideras,omissis illis, circa quæ uulgi mens occupata est, (de diuitijs loquor,& delicijs, & uanæ gloriæ cupiditate, quæ res planè radiorum in modum quasi fulgure præstringētes eos, qui ratione minus utuntur,obstupefacere, atq; perculsos, attonitos & consternatos reddere solent) nec ea quidem,quæ minima uidentur ex ijs,quę in rebus uniuersis considerantur, inexcussa relinquis,cōsiderans, dispiciens & scrutans inæqualitatem humanæ uitæ non eam duntaxat, quæ circa diuitias & paupertatem consideratur, uel dignitatum & generum differentias: (nosti enim hęc pro nihilo esse,quibus essentia nō est secundum propriam subsistentiam,sed in uana opinione eorum, qui rebus nō entibus,quasi subsistentibus inhiant: nam siquis adimat ei, qui gloriæ splendore inflatus est,opinionem & existimationem eorum, qui has res intueri solent, nihil relinquetur ei, qui magnos sibi ob res uanas spiritus sumit, & inepte inflatus est, etiamsi uel uniuersa pecuniarum materia penes eum defossa sit.) sed tibi curæ est scite,quum reliqua diuinæ administrationis, quò quidq; spectet eorum quę fiunt, tum qua de causa alij quidem in longam senectutem uita prorogetur, alius uerò hactenus uitæ particeps sit, quatenus per respirationem aerem hauriat, & protinus uitam finiat. Nam si nihil eorum, quæ in mundo sunt,non à Deo est, sed omnia à diuina uoluntate pendent, ac sapientia prouidendiq; uirtute præditum numen diuinum est: prorsus etiam his aliqua ratio subest, quæ sapientiæ Dei simul & eius curæ qua prospicitur ac prouidetur rebus uniuersis, insignia ferat. Quod enim temere ac sine ratione fit, opus Dei non fuerit. Dei namq; proprium est, quēadmodum inquit scriptura, omnia cum sapientia facere. Quod igitur sapienter

factum

Universidad de Deusto
Biblioteca



factum in illo est? Prodijt homo per natiuitatem in uitam: hausit aerem: à gemitu uitam inchoauit: lachrymas naturæ muneris uice impendit: primitias uitæ soluit, & libamina fecit de fletu, priusquam alicuius rei in uita iucundæ particeps fuisset, priusquam sensus uegetatus & firmatus esset: etiam nunc membrorum compage atq; coagmentatione solutus, tener ac diffusus, inarticulatus artubus nondum compositis atq; formatis, & ut summatim dicam, priusquam homo factus esset (siquidem hominis proprium donum rationis est: at hic rationis nondum capax erat) hic qui nihilo plus habebat, quàm is, qui materno utero continetur, præterquam quòd in aere fuit, in ea ætate quum sit, per mortem soluitur, uel expositus, uel suffocatus, uel sponte per infirmitatem uiuere desinēs. quid de eo cogitare oportet? quomodo item de ijs, qui hunc exitum uitæ habuerunt, sentire? an illa quoq; anima iudicem uidebit? tribunali cum alijs sisterur? subibit actæ uitæ iudicium? accipiet pro merito retributionem & compensationem? uel igni purgata, iuxta Euangelij uerba, uel in rore benedictionis refrigerata atq; refocillata?

1. Corinth. 3.

## EXPLICATIO.

*Hinc planè manifestum est, quòd purgatorium ignem pater hic tormenta cruciatusq; dicit, quibus post mortem quisque eorum, qui peccauerunt, & ante mortem non, ut dignum & par erat, pœnitentiam egerunt, in flamma afficiuntur: iuxta pa-*
Luc. 16. *rabolam Euangelicam de diuite & Lazaro. Perspicuum est enim, quòd huius hic parabolæ meminit, dum dicit, uel igne purgata (hoc propter diuitem) uel in rore benedictionis refrigerata (hoc propter Lazarum) at illa iusti iudicis sententia: Abibunt*
Matth. 25. *hi quidem ad æternum supplicium, iusti uerò ad uitam æternam: nondum ante iudicium locum habet in his.*

Sed haud scio quomodo hæc de huiusmodi anima cogitare oporteat. Nomen enim retributionis & remunerationis aliquid oportere prorsus antè præbitum esse significat: at ei, qui omnino non uixit, materia aliquid præbendi prærepta est, in quibus autem datio non est, nec compensatio quidem & retributio propriè nomen habitur. Vbi autem retributio non est, neq; bonum neq; malum, quod uel speretur, uel metuatur, propositum est. Id enim nomen eorum, quæ in alterutram partem intelliguntur, compensationem & retributionem promittit: quod autem neq; in bono neq; in malo inuenitur, in nulla re prorsus est. sine medio est enim eiusmodi oppositionis contrarietas, boni & mali inquam, quorum neutrum contingere eo, qui non alterius exemplum & specimen præbuerit. Quod igitur in nulla re est, nec esse quidem prorsus aliquis dixerit. Quòd si quis tale & esse, & in bonis esse, dicat, Deo bona talibus dante, non reddente: quam huius attributionis causam afferet? ubi iustitiam in hac attributione simul inesse oratione demonstrabit? quomodo autem hanc opinionem cum Euangelicis uocibus concordantem ostendet? Illic quidem tanquam ex negocio contractio regnum eos, qui digni habentur, consequuturos esse dicit. quoniam enim hoc & hoc, inquit, fecistis, æquum est, ut regnō loco remunerationis accipiatis. hic uerò quum nullum neq; factum neq; uoluntas subsit: qua ratione & occasione quis dicet, etiam his à Deo contingere id, quod ex retributione & compensatione speratur? Quòd si quis sine ulla excussione & examinatione huiusmodi opinionem amplectetur, quasi prorsus in bonis futurus sit is, qui hoc modo prodierit in uitam, ex hac opinione meliore conditione beatiorque esse uidebitur, qui uitæ particeps omnino non est, quàm qui uixit, si quidem ille procul dubio bonorum particeps erit, etiamsi barbaros parentes habeat, & iustis legitimisq; nuptijs conceptus non sit: illius autem uitæ, qui id, quod natura capit atq; consueuit, uiuendo tempus exegerit, prorsus uel maior, uel minor cōsummatio uitiositatis admiscebitur: aut si penitus à communione mali uacuus erit,



multis ei ad hoc ipsum sudoribus & laboribus opus erit. Nō enim absq; negocio, qui uirtuti student, eam assequuntur: neq; absq; labore hominibus contingit, ut à malis uoluptatis alieni sint: adeò ut prorsus oporteat eum, qui diutius in uita futurus sit, altero ex duobus molestis implicatum conflictari, uel nunc in laborioso exercitio uirtutis decertantem, uel tunc propter uitam per malitiam & nequitiam transactam, in retributione tristium & acerbarum rerum cruciatus & dolores tolerantem: in præmaturis autem nihil est eiusmodi. sed protinus eos, qui in immatura ætate ex hac uita translati sunt (si modò uera eorum, qui ita suspicantur & credūt, opinio est) bona sors atq; conditio excipit. Ergo ex consequenti rationis carentia, etiam ipsa ratione esse præstantior & optabilior ostendetur: & uirtus nullius precij per hæc apparebit. Nam si nullum damnum ac detrimentum, quantum ad usum & participationem bonorū attinet, accidit ei, qui particeps uirtutis nō fuit, uanum & inutile eius studium fuerit, quum status & ordo rationis expers priores partes in iudicio Dei obtineat. Hæc & huiusmodi omnia, quum animo agitares, hortatus es me, ut huius rei rationem scrutarer, ut per consequentem & consentaneam quæstionem ac disputationē nobis in aliqua firma opinione de hac re mens statueretur. Ego uerò animaduertens quanta difficultas ac perplexitas insit in ea quæ nobis ad considerandum & contemplandum proposita quæstio est, conuenire quidem opinor etiam præsenti commentationi apostolicam uocem, qua ille usus est in arduis & mentis cogitationi inaccessis & incomprehensibilibus quæstionibus. O altitudo, inquiens, diuitiarum & sapientię & cognitionis Dei: quàm insecrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit mentem Domini? sed quoniam rursus apostolus ait, proprium spiritualis esse, omnia scrutari, indagare, exquirere & examinare: atq; commendat eos, qui à diuina gratia in omni ratione omnię cognitione ditati sunt: recte me facturum esse censeo, si quo ad eius fieri poterit, inquisitionem & inuestigationem non negligam, neq; quod in his quæritur, ita despiciam atq; cōtemnam, ut id absq; scrutatione atq; contemplatione prætermittam, ne ad similitudinem argumenti propositæ quæstionis, oratio quoq; de ea re imperfecta euanescat, uel etiam ante tempus ueluti infans aliquis modò natus, prius quàm in lucem prodeat & augescat, tanquam morte quadam, in quæstione ueritatis deficientium ignauia atq; socordia intereat atq; corrūpatur. Haud igitur incommodum existimo non statim à fronte & in initio more oratorum in iudicijs decertantium cum oppositionibus implicari atq; confligere, sed quodam orationi impositio ordine, per consequentia propositæ quæstionis producere commentationem. Quis nam igitur est ille ordo? Nosse primùm unde natura humana & cuius rei gratia procreata sit. Si enim hæc nos non fugerint, nec à propolita quidem nobis commentatione aberrauerimus. Iam uerò superuacuū fuerit oratione probare, quòd quicquid secundum Deum in rerum natura, tum mente percipitur, tū uidetur, ex ipso Deo essentiam habeat: quum nemo, opinor, eorum, qui utcunq; rerum ueritatem contemplati fuerint, huiusmodi opinionem oppugnaturus sit. Constat enim inter omneis ex una caussa pendere res uniuersas, nullamq; rem ipsam ex sese essentiam habere, neq; sui ipsius principium & causam esse, sed unam quidem esse naturam nō creatam & sempiternam, quæ semper similiter & eodem modo sese habeat, omni interuallari intellectu superior, incrementi diminutionisq; expers, quę ultra omnem terminum esse conspiciatur & intelligatur: cuius opus sit & tempus & locus, & his consequentia omnia, [a] ac si quid ante hæc cogitatio comprehendit, tum sola mente comprehensibile, tum supramundanum: unum autem ex ijs, quæ facta sunt, naturam quoq; humanam esse dicimus oratione quadam diuinæ doctrinæ duce ad hoc utentes: quæ ait, omnibus à Deo ad generationem productis, hominē quoq; super terram creatum esse, cuius natura ex diuersi generis rebus contemperata sit, diuina intellectualiq; natura ad eam, quæ cuiusq; elementi ei contributa est, portionem admixta: hunc aūt idcir eo factum esse à creatore, ut esset diuinæ atq; superæ uirtutis animatum quoddam

[a] Videntur aliqua uerba hic desiderari in apographo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



simulachrum. Commodius autem fuerit etiam ipsam in medium afferre dictionem, quæ talis est: Et fecit, inquit, Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum. Porrò causſam creationis huius animalis, quidam eorum, qui ante nos fuerunt, hanc reddiderunt, quòd quum bisariam diuisa sit omnis creatura, quemadmodum inquit apostolus, in uisibile scilicet, & inuisibile: per inuisibile quidem, id quod mente percipi potest, & incorporeum: per uisibile autem, sensibile & corporeum significatur. Quum igitur in hęc duo diuisa sint omnia quę sunt, in sensibile, inquam, & in id, quod per mentis agitationem & cogitationem consideratur & intelligitur: atq; angelica quidem & incorporea natura (quæ ex inuisibilibus est) in supramundanis & supercœlestibus partibus domicilium habeat, propterea q; ea sedes illi naturæ conueniens & accommodata sit: nam sicut natura intellectualis tenuis quædam, pura, ponderis expers & agilis est, ita corpus quoq; cœleste, tenue, leue & semper mobile est: terra autem, quæ extremum nimirum ex sensibilibus est, quum ad hoc apta atq; accommodata non sit, ut in ea degant ea, quæ sola mente comprehenduntur (quam enim communionem habeat id quod leue est, ac sursum fertur, cum eo, quod graue ac ponderosum est?) ne terra penitus expers ac uacua esset ab intellectuali & incorporea conuersatione, idcirco prouidentia meliori, quum intellectuali diuinæq; animæ naturæ terrena portio circundata & obducta esset, aiunt humanam conflatam esse naturam, ut per eam, qua cum pondere corporis coaluit coniunctionem, aptè atq; accommodatè uiueret anima in elemento terræ, quæ nonnihil cognationis & affinitatis habet cum natura carnis. Hæc autem omnia huc spectant, ut nimirum in omni creatura per intellectualem naturam glorificaretur & celebraretur ea uirtus & potestas, quæ supra præsidet rebus uniuersis, tum cœlestibus, tum terrestribus, per eandem efficientiam (dico autem per hoc, ut ad Deum respiciant) ad eandem intentionem inter sese coniunctis. Porrò efficientia respiciendi ad Deum, nihil est aliud, quàm uita intellectuali naturæ conueniens & accommodata. Quemadmodum enim terrena corpora terrenis cõseruantur cibis, ac corpoream quandam in his uitæ speciem deprehendimus, quæ in brutis pariter & ratione præditis exercetur: ita ponere oportet esse quandam etiam mentis intellectu comprehensibilem & inuisibilẽ uitam, per quã in sua essentia natura conseruatur. Quòd si carnis alimentum affluere ac diffluere solitum, per transitum ipsum uim quandam uitalem subministrat quibus ingesta fuerit: quanto magis participatio eius, qui reuera est, qui semper manet, atq; eodẽ modo semper se habet, in sua essentia conseruat eum, qui particeps eius fuerit? Si igitur hæc propria cõueniensq; intellectuali naturę uita est, si Dei particeps sit, nequaq; per contraria participatio cõtigerit, nisi aliquo modo id, cuius participatio est, cognatum fuerit ei, quod appetit & particeps esse cupit. Vt enim oculo usus atq; fruitio splendoris contingit ex eo, quòd naturalem in sese splendorem habet ad apprehensionem ac perceptionem eius, quod eiusdem generis est: ac neq; digitus, neq; aliud ullum corporis membrum usum exercet, propterea quòd nullus in alio quopiam membrorum à natura inditus sit splẽdor: ita plane necesse est etiam in participatione Dei quiddã cum eo, cuius fruitio atq; participatio est, cognatum esse in natura fruentis. Idcirco scriptura dicit, secundũ imaginem Dei hominem esse factũ, ut per id quod simile est, simile, opinor, uideret. Deũ aũt uidere, uita animæ est: quemadmodum in præcedentibus dictum est. Quoniam aũt eius, quod uerè bonum est, ignorantia, ueluti nebula quædã perspectiuæ animæ facultati tenebras offudit: nebula uerò densata nubes facta est, adeò ut per profunditatem ignorantiæ radius ueritatis penetrare nõ possit, necessariò unà cũ priuatione lucis etiam uita ipsius defecit. Dictum est enim ueram animæ uitam, per boni participationem exerceri: ignorantia uerò Dei contemplationi atq; cognitioni officiente uita excidisse animam, quæ Dei particeps non sit. Porrò nemo nobis necessitatem imponat originem ignorantiæ exponendi, unde hæc, inquiens, & à quo? sed ex ipsa significatione nominis intelligat, quòd scientia atq; ignorantia indicet, animam

Genes. 2.



animam aliquo modo sese ad aliquid habere. Nihil autem eorum, quæ ad aliquid & intelliguntur & dicuntur, substantiam exprimit atq; demonstrat. Alia enim est eius, quod ad aliquid dicitur, & alia substantiæ ratio. Si igitur scientia substantia non est, sed mentis circa aliquam rem actio, multò magis certum atq; extra controuersiam est, ignorantiam longè abesse ab eo, ut substantia sit. Quod autem secundum substantiam non est, nec omnino quidem est. Absurdum igitur & uanum fuerit de eo, quod non est, unde sit, curiosè inquirere. Quoniam igitur uitam quidem animæ, Dei participationẽ esse sermo dicit: eaq; participatio in eo uersatur, ut quãtum ei licet, & capit, scientia prædita sit: ignorantia autem non alicuius substantia, sed eius, quæ per scientiam fit, actionis interitus atq; peremptio est: ac necessariò consequitur, ut ubi participatio Dei non exercẽtur, priuatio & alienatio uitæ fiat (id autem malorum fuerit extremum:) consequenter omnis boni factor curationẽ mali in nobis operatur. Bona enim res curatio est. at modũ curationis prorsus ignorat, qui non respicit ad mysterium Euangelicum. Quum igitur malum esse demonstratum sit, si à Deo, qui est uita, alienati simus: curatio eiuscemodi infirmitatis erat, Deo rursus coniungi atq; conciliari, & in uita uersari. Quum ergo hæc uita per spem humanæ naturæ proposita sit, non propriè dici potest remunerationem eorum, qui bene uixerunt participationem & usum uitæ fore, & supplicium uice uersa. sed quod dicitur simile est ei, quàm de oculis in medium afferimus similitudini. Neq; enim ei, qui oculos purgaros habet, præmium quoddam & honorarium esse dicimus eorum, quæ cerni possunt animaduersionem: aut oculis laboranti, contra, condemnationem quandam & pœnalem sententiam, quòd non compos sit efficientiæ uidendi. Sed ut necessariò consequitur, ut is, qui secundum naturam dispositus est, uideat, is uerò, cuius ex morbo natura uitiata ac depraua ta est, uisionem non exerceat: eodem modo beata quoq; uita cognata ac propria est eorum, quibus animæ sensoria purgata sunt: in quibus autem ignorantiæ uitium, quasi quædam lippitudo participationi ueri luminis officit, necessariò sequitur, ut non participes sint eius, cuius participationem & usum uitam esse dicimus participantis. His igitur à nobis hoc modo distinctis & explicatis, tempestiuum fuerit propositam nobis oratione tractare atq; discutere quæstionem. Huiusmodi autem quiddam erat, quod proponebatur. Si pro eo, quod iustum est, bonorum remuneratio atq; retributio sit, in quibus uersabitur is, qui infans in tenera ætate uitam finiuit, neq; boni in hac uita neq; mali quicquã conatus & exorsus, ut per hæc ei pro merito retributio fiat? Cui ad consequentiam eorum, quæ examinata sunt, respicientes respondebimus, quòd bonum, quod expectatur, secundum naturam quidem humani generis proprium est: dicitur autem secundum quendam intellectum idem etiam retributio, atq; eadẽ rursus similitudine sensus hic explicabitur. Ponãtur enim in oratione nostra duo quidam, qui in morbũ quendam inciderint oculorum, quorum unus maiori cum studio magisq; sedulò sese curationi permittat, omnia, quę ab arte medica adhibeantur, quantumuis etiam dolorem facientia, sustinens: alter uerò à balneis et nimio uini usu sese minus abstinere possit, nullum medici consilium quod ad sanitatem oculorum pertineat, admittẽs. Dicimus igitur ad finem & euentum utriusq; spectantes, utrunq; suæ uoluntatis dignos recipere fructus: hunc quidem priuationem, illum uerò usum & fruitionem lucis. quod eũ necessariò sequitur, id per abusionem, retributionem & compensationem nominamus. Hæc etiã ad ea, quæ de infantibus quæruntur, dici possunt, quòd illius uitę usus atq; fruitio, propria quidem humanæ naturæ sit: sed quum ignorantię morbo omnes propemodum, qui in carne uiuunt, correpti sint: qui quidem idoneis & cõpetentibus curationibus sese expurgauerit, & ueluti lippitudinẽ quandam à perspectiua ui animæ ignorantiã quasi deriuauerit, abluerit atq; sustulerit, dignũ studio lucrum consequutus in ea, quæ secũdum naturam est, uita uersatur. qui aũt ea, quæ per uirtutem adhibentur, purgatoria fugit remedia, curatuq; difficilem sibi p fallaces uoluptates ignorantiæ morbum efficit, præter naturam dispositus & affectus

Universidad de Deusto
Biblioteca



ctus alienus est ab eo, quod secundū naturā est, & expers sit eius uitæ, quæ nobis proprie conuenit & accommodata est. At puellus infans simplex omnisq; malitię expers, nullo etiamnunc oculorum animi morbo participationi lucis officiente, in eo, quod naturale est, uersatur, sanitate, quæ per purgationem contingit, non indigens: quippe nec ab initio quidem prorsus in animum morbum admisit. Ac mihi præsens uitæ ratio per quandam conuenientiam atq; proportionem affinis & propinqua esse uidetur ei uitæ, quam expectamus. Quemadmodum enim prima infantium ætas mamma ac lacte nutrita educatur: deinde alius conueniens ei, cui adhibetur, excipit cibus, qui idoneus ac proprius sit eius, qui enutritur donec ad perfectam peruenerit ætatem: ita opinor etiam animam per ea quæ semper cōperentia sibi atq; accommodata sint, ordine atq; consequentia quadam participē fieri eius uitæ, quæ secundum naturam est, quantam capit ac potest, de ijs, quæ in beatitudine proposita sunt, partem capientem. quemadmodum etiam id à Paulo didicimus, aliter nutriente eum, qui iam per uirtutem creuerit, aliter infantem & imperfectiorem. nam ad huiusmodi quidem dicit: Lactis potu uos alui, & nō cibo: nondum enim poteratis. ad eos autem qui iam impleuerant mensuram ætatis, quæ ratione ac mente percipitur, Perfectorum autem est, inquit, solidus cibus, qui per habitum sensoria habent exercitata. Quemadmodum igitur dici non potest, in similibus esse uirum & infantem, etiamsi neuter eorum morbo aliquo implicetur: (quo pacto enim in paribus uersari delicijs possint, qui earundem rerum participes non sunt?) sed morbo quidem nullo affligi, & in hoc, & in illo similiter dicitur, quamdiu passionis & afflictionis uterq; expers est: sed fructus deliciarū non amplius ab ijsdem similiter percipitur. (Nam huic quidē licet uel orationibus delectari, uel rebus præesse, uel cum laude ac gloria magistratus gerere, uel beneficiendo hominibus egentibus claresceere, uel si res ita tulerit, cum uxore, quæ cordi sit, matrimonio iunctum esse, ac domui præesse: ac si qua alia per hanc uitā una cū his iucunda licet inuenire, tum acroamata, tum spectacula, uenationes, lauachra, gymnasia, conuiuales animi delectationes, ac si quid aliud eiusmodi est. At infanti delitiæ sunt lac, nutricis ulnæ, quieta ac placida motio, quæ & somnum inuiter & demulceat. nam imperfectę ætatis ea natura est, ut quę superet hanc, oblectationē non capiat) eodem modo, qui per uirtutem in hac uita animas nutriuerunt, &, ut inquit apostolus, mentis suæ sensuum instrumenta exercuerunt, si ad incorpoream illam uitam traducantur, pro ratione habitus ac potentiæ, quæ in ipsis insit, diuinarum deliciarum participes erunt, uel maiorem uel minorem, secundum præsentē cuiusq; potentiā propositorum partem capientes. At anima, quę uirtutem nondū gustauit, eorū quidē malorū, quę ex improbitate ac nequitia oriuntur, ut quæ ab initio prorsus in malitiæ morbū nō inciderit, expers manet: illius aūt uitæ, quā Dei tū cognitionē tū participationē esse, oratio superior definiuit, tantā in initio partē capit, quantæ capax est id, quod enutritur, quoad tanq; cibo quodam cōuenienti & accommodato ad contemplationem eius, qui reuera est, grandis effecta maioris partis capax efficiatur, largiter & abundē pro arbitrio partem capiens eius, qui reuera est. Ad hæc respicientes malorum quidem, quę ex improbitate ac nequitia existunt, pariter expertē animam esse dicimus tum eius, qui per omnem uirtutem progressus facit, tum eius, qui ne uitæ quidem penitus particeps fuit. non tamē in eodem statu atq; conditione pari utriusq; horum conuersationē uitæq; traductionem esse intelligimus. hic em̄ cœlesteis, ut ait propheta, narrationes, per quas gloria Dei annūtiatur, audiuit, & per creaturam ad considerationē Domini creaturæ deductus est, & ad cognoscendā eā, quæ uere sapientia est, magistra usus est ea sapientia, quæ in rebus uniuersis consideratur, & inesse intelligitur: at q; huius iucunditatis pulchritudine animaduersa, per conuenientē similitudinē ac proportionē, uere lucis pulchritudinē considerauit & intellexit: & per soliditatē ac firmitudinem terræ, eius, qui fecit eam, didicit immobilitatem ac stabilitatem. Immensa quoq; cœli magnitudine animaduersa, ad infinitā & indeterminatā potentiā res uniuersas in se con-



se continentē deductus est. conspectisq; radijs solis ab tantis altitudinibus ad nos usq; pertinentes, per ea quæ apparent, prouidentiæ diuinæ efficientijs facultatem non deesse credidit, ut ab altitudine Deitatis ad unumquenq; nostrum descendat. Nam si unum luminare & communiter quicquid subiectum est, illuminatrice ui occupat & comprehendit, & omnibus utentibus atq; fruentibus seipsum impartiens, totus unicuique & indiuisus adest: quanto magis luminaris fabricator et omnia in omnibus ut apostolus inquit, existit & unicuiq; adest, tantum sese exhibens, quantum subiectum capit. Quinetiam si quis uel spicam super terrā cōspexerit, uel ex planta germen enatum, uel racemum maturum, uel autumni pulchritudinem tum in fructibus tum in floribus, uel sponte prouenientem herbam, uel montem ad ætheream altitudinem à cacumine pertinētem, & fonteis in locis depressis uberum in modum ex lareribus & hiatibus montis affluentes: tum amnes per concaua loca fluentes, tum mare, quod & omnia undiq; flumina excipit, & in sua mensura manet, fluctusq; littoribus terminat, & non ultra constitutos fines in continentem mare erumpens: hæc & huiusmodi si quis consideret, quo pacto nō omnia ratione cōprehendat, per quę theologis cognitio existit Eius, qui est? *nūquid paruam sibi uim ad participationem illarum deliciarum cōparauit? ut omittam interim disciplinas, quibus mens ad uirtutē acuitur, geometriam astronomiamq;, & eam, quę per numerum contingit, cognitionem ueritatis, atq; omnem rationem acuiam demonstratiuam eorum, quæ ignorantur, & confirmatiuam eorū, quæ comprehensa & intellecta sunt: adhæc item diuinæ scripturæ philosophiam, quę perfectam ijs, qui per eam diuina fuerint edocti mysteria, affert purgationem. At is, qui harum rerum nullius cognitionem adeptus est, neq; per mundum ad cognitionem supramundanarum rerum quasi manu ductus est, simplex adeò, tener & inexercitatus menteq; incultus uitam transiens, non in ijsdem uersetur, in quib. superiorem illum uersaturum oratio demonstrauit, ut idcirco non amplius iuxta prolatam à nobis oppositionem, beatior esse ostendatur is, qui uitæ particeps non fuit, eo qui præclare particeps eius fuit. Nam eo quidem, qui cum uitio nequitiaq; uixit, non modò simplex uitijq; ac malitiæ expers, uerumetiam is forsitan, qui nec prorsus quidem ab initio prodijt in uitam, beatior fuerit. tale enim de Iuda quoq; per Euangelicam uocem didicimus, quòd in talibus is qui penitus in rerum natura non est, eo qui cum uitiositate prouenit in rerū naturam, meliore cōditione sit. Nam illi quidem ob profunditatem innatæ uitiositatis in infinitum progatur ea, quæ per purgationem fit pœna: eum uerò, qui non est, quomodo dolor attingere possit? Quòd si quis comparat immaturam infantium uitam cum ea, quæ secundū uirtutem agitur, is reuera insans & importunus est, qui huiusmodi iudicio de reb. utatur. Interrogas ergo cuius rei gratia in ea ætate quis è uita subducitur? quid per hoc diuina sapientia prouidendo cauet? Quòd si de his quidem dicas, quæ illegitimum partum arguunt, & idcirco à parentibus de medio tolluntur, immeritò malitiæ operum à Deo rationē reposcas, qui ea, quę in hac parte non rectè facta sunt, in iudicium adducit. Sin autem aliquis etiamsi diligenter educetur & curetur à parentibus, uotaq; ab ijsdem pro eo studiosè suscipiātur, uitæ tamen particeps nō est morbo ad mortem usq; inualescente: (quod solius haud dubiè causſæ est) hanc de talibus coniecturam facimus, quòd perfectæ prouidentiæ sit, non modò morbos contractos curare, uerumetiam ne ab initio quidem prorsus aliquis in rebus uetitis uersetur, prouidere. Verisimile em̄ est eum, qui id quod futurum est, æquè atq; præteritū cognouit, progressum uitę infantis ad perfectionē prohibere, ne quod ui prę scia malū animaduersum est, in eo, qui ita uicturus fuisset, perficiatur, atq; ei, qui ex uoluntate arbitrioq; uicturus fuisset, uitij nequitiæq; materia uita fiat. Atq; hunc intellectum similitudine quadam facile fuerit exprimere atq; repręsentare. Sit enim exempli gratia, ex omni genere ciborum opiparum quoddam ac dubiū cōuiuis epulum propositum. huic præsit ex conuiuis is, qui exactè cuiusq; naturæ proprietatem nouerit, quid tali quidem temperamento atq; complexioni cōmo-

* ā habetur, pro quo lego, ū. seruata in reliquis lectione prioris exemplaris.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dum, quid item noxium & incommodum sit: addita sit item huic cum authoritate potestas & officium quoddam, ut ad suum arbitrium alium quidem uti & frui appositis sinat, alium uero prohibeat, & omnia faciat ad hoc, quo quisq; suo temperamento atq; complexioni commoda conuenientiaq; attingat, ne uel morbo obnoxius per esculenta materiam morbo adijciens cõficiatur, uel robustior incõmodo cibo molestiam ex humorum abundantia contrahat atq; laboret. In his aliquis uinolentiæ addictus uel ex medio conuiuio educatur, uel quũ incipiat inebriari: uel in finem usq; permaneat in cœna, hæc ita præfecto administrante, ut nullum ex abundantia atq; ebrietate mentisq; deprauatione malũ existens in medio relinquatur, sed perpetuus decor & honestas in mensa seruetur. Quemadmodum igitur ei, qui à nidore condimentorum auellitur, priuatio eorum, quę cordi sunt, ingrata atque iniucunda est, atq; importunitatis ac temeritatis cuiusdam præfectum condẽnat, quasi inuidia quadam & non prouidentia ab appositis arcentem. sed si ad eos, qui prorogatione ebrietatis uomẽdo, caputq; grauatum iactando, ac temere quæ nõ deceat proferendo, etiamnunc se turpiter gerentes respiciat, gratiam habet ei, qui anteq; talia sibi acciderent, ab immoderata repletione eum prohibuerit. [a] Si igitur similitudo à nobis intellecta est, facilè fuerit in ea cõprehensam à nobis speculationem ad propositum sensum accommodare. Quid enim erat propositum? Cuius rei gratia quum plurimum studij parentes in hoc ponant, ut suarum sibi facultatum successor reseruetur? Deus sępe ante tẽpus ac prẽmaturè in imperfecta ætate abripi finit id quod natum est. His qui ita interrogant, referemus conuiualẽ illam similitudinem, quòd quum multum ac uarium esculentorum apparatum uitæ mensa habeat: (intellige autem mihi secundum peritiam rei culinariæ artisq; condiendorum ciborum non omneis uitæ partes uoluptatis melle dulcescere, sed alicubi etiam acerbioribus casibus uitam condiri: qualia nimirum artifices uoluptatum ad epulas & uentrem pertinentium excogitant, & tractãt uel acrioribus, uel salsuginosis, uel astringentibus appetitus conuiuarum excitantes.) quoniam ergo non per omnia negocia officiaq; uita suauis & iucunda est, sed in aliquibus etiam salsamentum obsonium est, uel astrictiua, uel acetosa, uel mordax quædã & acris qualitas ingesta & quasi rebus intrita sumptu difficilem efficit uitæ cibũ conditum: pleni item uariæ mixturæ fraudis crateres sunt: quorum alij quidẽ inflationis uitium per [b] fastus fraudem ingenerant, alij uerò in temeritatem ac uecordiam deuocant eos, qui imbiberint: alijs item malè quæsitorum uomitũ per turpem solutionem ꝛ. ouent: ne ergo in tali mensæ apparatu diutius immoretur, qui non recte ac decenter conuiuio utatur, citius educitur ex cœtu atq; confestiu conuiuarũ, id lucri faciens, quod in illa molestia atq; turpitudine non uersetur, quarum rerum immoderata sumptio helluontibus cõciliatrix existit. Hoc est, quod dico perfectæ atq; absolutæ prouidentiæ opus esse, non solùm contractos curare morbos, uerũ etiam prohibere antequam cõtrahantur. Quam adeò opinionem etiam de morte infantium modò natorum habemus, q̃ is, qui ratione omnia facit humanitate adductus uitij materiam aufert, spatium tẽporis uoluntati per uim præsciam notatæ & animaduersæ non dans, ut per opera in nequitiæ uitijq; excellentia ostendatur, qualis sit, quum ad malum impetum habeat & affectum. Sępenumero aũt per huiusmodi etiam casus simulatã atq; prętensam auaritię necessitatẽ arguit is, qui uitę conuiuium constituit, ut opinor, nudatus speciosis prętextibus ac uelamentis auaritię morbus appareat nullo falso tegumento obumbratus. Nam uulgò pleriq; aiunt, idcirco se cupiditati rẽ augendi indulgere, ut ditiores ex sese natos reddant, quorum morbum ꝓprium esse, & ex necessitate nõ innasci arguit inexcusabilis auaritia eorũ, q liberis carent. Multi emẽ, quũ nec habeant multorũ laborẽ ꝓ partorũ bonorũ successores, nec aliquãdo habituros esse se sperent, ꝓ infinitis libẽ, is multas intra sese cupiditates alunt, nõ habentes in quos cõferant huius morbi necessitatẽ. Quòd si qui malè in uita uersantur, ac dedita opera cõsultoq; crudeles, truces atq; tyrannici sunt, omnibus libidinib. obnoxij, iracundia præcipites, à nullo incurabili

[a] *Videtur hic alter⁹ periodi pars desiderari: aut certè oratio est defectiua.*

ὑφὴν est in apographis: ego lego, ῥῖψιν: bene an secus ambigo.



rabili malo abstinẽtes, latrones, homicidæ, patriæ proditores, ac si quid his est detestabilius, magis ue nefarium & execrandum: ueluti patricidæ, matrũ pulsatores, liberorũ interfectores, & quadã quasi rabie mentis legib. uetitos concubitus sectãtes: qui quũ tales adeò sint, in hac nequitia atq; uitiositate cõsenescunt: quomodo dicet aliquis hęc cõgruere & cõuenire cũ ijs, quæ suprà quæsita atq; tractata sunt? Nam si is, qui prẽmaturè abripitur, ne iuxta similitudinem conuiuij ad finẽ usq; in uitijs huius uitæ quasi helluetur atq; debacchetur, prouida quadã cautione ac beneuolentia ex uitali subducitur conuiuio: qua de causa, qui talis est, usq; ad senectutem in conuiuio debacchatur, noxiam tum sibi, tum cõpotoribus & conuiuis malorum crapulam offundens? [a] Ad quos dicemus nihilominus etiam in his prouidam Dei administrationem elucere. Nam quicunq; diuinam quidem potentiã considerat, is planè animaduertit, quòd etiam illum, qui ad eum modum improbitatis progressus sit, longi cuiusdam temporis circuitu per æoniam* purgationẽ atq; expiationem ordini eorum, qui seruantur, restituere possit. quis nam enim adeò non considerauit diuinam naturam, ut quum uideat cæteras res diuinas, quas præstanti uirtute solo motu uoluntatis effecit, circa hoc solum uires ei deesse putet? nam si quis more hominum res perpendere atq; scrutari uelit, difficilius reperietur cœlum & terram atq; omnem in his ornatum, quũ non essent, in rerũ naturã producere, q̃ animã per uitiositatẽ in errorẽ lapsam denuo reducere ad uitã naturalẽ. itaq; benigna uoluntas nec in his quidẽ cessauerit. Cęterùm horũ uitæ diutur nitas in uitio atq; nequitia transactæ, non à Deo causam & originem habet. Nam uiuendi quidẽ facultatẽ ab eo, qui uitã fecit, accepit: sed malè uiuendi præceptrix ac dux est sua cuiq; propria uoluntas: quæ si ad hoc inclinationẽ propensionẽq; nõ haberet, nec omnino quidẽ homo in uitiositate malitiaq; uersaretur. Malum enim & uitium ex propria natura nullum est, quod nõ in libero arbitrio malè uiuentis creetur. Si igitur uitij atq; malitiæ, quæ in aliquo cõflatur, Deus author nõ est, nulla iam amplius probabili ratione horũ per nequitiã uitæ transactæ causa in illum conferatur. Sed quur, prorsus inquies, hunc quidem prouida beneuolentia subduxit ex uita, priusq; per malum uoluntas perficiatur, illum uerò relinquit talem fieri, ut melius ipsi esset, penitus natum non esse? Ad hoc item eiusmodi quandã benignioribus & æquioribus rationẽ reddemus, quòd sæpenumerò uita eorũ, qui bene uixerint, etiã ijs, qui ex ipsis nati sunt, causa melioris conditionis est. Atq; sexcenta horũ ex diuina scriptura testimonia sunt, quibus aperte docemur, eius curæ beneficijq; quod digni à Deo cõsequuntur, etiã ex ipsis ꝓgeniros unà participes esse. Haud cõtẽnenda aũt sors fuerit etiã alicui impedimẽto fuisse ad malitiã & nequitiã, qui iuxta illã omnino uicturus fuisset. Sed quoniam hîc in rebus incertis oratio coniecturis utitur, nullus omnino reprehendet, si in multas partes cõiectura mentẽ diducit. Non solùm emẽ authoribus generis gratificantẽ Deum dixerit aliquis ex improba uita subducere eum, qui in ea uicturus fuisset: uerumetiã si nihil eiusmodi sit in ijs, qui prẽmaturè abripiuntur, haud absurdum fuerit opinari, atro cius ac periculosius illos sese in uitiosa uita gesturos fuisse, quàm illorum quenq̃, qui ob uitam nequam atq; improbam nobilitati fuerint. Nam nihil fieri sine Deo ex multis rebus didicimus: rursum uerò non fortuita esse, nec ratione carere ea, quæ diuinitùs administrantur, nemo non concesserit, sciens quòd Deus ratio ac sapientia est, & omnis uirtus ac ueritas. nihil autem rationis, ratione caret: neque sapientis aliquid insipiens est: neque tum uirtus, tum ueritas admiserit atque sustinuerit id, quod cum uirtute coniunctum ac ueritatis particeps non fuerit.

[a] *Hæc quæ sequuntur, usque ad, Sed quur prorsus, adiecit postea reperta in exemplari, quod mihi dominus Marcus Fuggerus ex bibliotheca domini Iohannis Iacobi sui fratris patruelis confecit.*

### SCHOLION LAVRENTII SIFANI INTERPRETIS.

* Hęc uocem reliqui Græcam, utpote mihi suspectam. erat enim exemplar Græcum, unde ista descripsi, recens quidem, sed ualde negligenter descriptum, & fœdè mendosum. Dictio autem αἰὼν, αἰῶνος, αἰῶνι (unde αἰώνιος) uariè accipitur apud uarios authores. alias enim uitam, & animam, uitæq; humanæ spatium, & ætatem, alias tempus mille annorum, alias tempus septies mille annorum à mundi creatione usq; ad resurrectionem hominum uniuersorum, alias tempus æternum & infinitum: spinæ dorsi item, atque adeò totius corporis medullam. quæ nam harum significationum huic loco, modò corruptus non sit, conueniat, ego qui theologus non sum, iudicare non possum. nellem quidem certè fideliter uertere quòd suscepi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Siue igitur secundum iam dictas causſas præmaturè & ante tempus aliqui abripiuntur, siue quid etiam aliud, præter ea, quæ dicta sunt, est: assentiri conuenit, hæc intentione atq; prorsus consilio fieri meliore. Noui autem quandam etiam aliam rationem, quam à sapientia apostoli didici: per quam nonnullis, qui nequitia excellerent, ad arbitrium suum uiuere permissum fuit. Quum tractasset enim diutius eiusmodi sententiam in epistola ad Romanos, & ex aduerso subiecisset sibi id, quod ex consequentia opponebatur, non iam amplius recte accusari malum, si quidem diuinitùs habeat, ut malus sit, qui prorsus futurus non fuisset, si noluisset is, qui potitur rerum uniuersarum: sic occurrit orationi per profundiorem quandam speculationem, oppositionem soluens. Ait enim Deum cuiq; id, quo dignus sit, tribuentem alicubi nequitiæ quoq; intentione atq; consilio quodam meliore locum dare. Idcirco enim passum esse, nasci atq; adeò talem nasci, Ægyptium illum tyrannum, ut illius plaga Israhel multus ille populus omnēq; ex numeris collectam comprehensionem excedens erudiretur & institueretur. Nam quum æqualiter diuina potentia per omnia cognoscatur, & ad benefaciendum ijs, qui digni sunt, sufficiens sit, & ad punitionem nequitiæ facultas ei non desit, quoniam omnino oportebat populum illum deduci ex Ægypto, ne qua eis Ægyptiorum malorum, quod ad uitę errorem attinet, communio contagioq; accideret: idcirco aduersarius ille Dei, propter omnem nequitiam nominatus & nobilitatus Pharao in uita eorum quibus bene fiebat, & exortus est, & floruit, ut duplici efficientia Dei in utrisq; distributa, iustam utriusq; cognitionem Israel acciperet, dum id quidem, quod melius erat, in seipso disceret, tristius autem, in ijs, qui ob nequitiā & malitiam flagellabantur, uideret, quum excellentia sapientiæ suæ Deus nimirū etiam malum ad adiuuandum bonum tractare & accommodare sciat. Opus enim erat artifici (si etiam nostris uerbis apostolicum sermonem confirmari oportet) opus igitur erat per artem excudenti ferrum ad utile quoddam uitę instrumentū non solùm eo, quod ex naturali quadam teneritate ac mollitudine facilè arti cederet, uerumetiam si admodum durum, rigidum atq; resistens ferrum sit, etiamsi non facilè per ignem molleſcat, & ad aliquod uitæ necessarium instrumentum ob renitentiam ac firmitudinem suam excudi ac formari non possit, etiam huius ars adiumentum requirit. Nam pro incude tali utetur, ut ictibus in ea ferrum tenerum & ad opus aptum ad aliquod utile instrumentum excudatur & efformetur. Sed dicet aliquis, quòd non omnes in hac uita, suæ nequitiæ pœnas dent. nam nec qui secundum uirtutem quidem uiuunt, in hac uita uirtutis sudorum fructus capiunt. quam ergo, inquit, in his utilitatē, qui in nequitia impunè uixerunt, esse dicemus? Adducam tibi in medium rationem etiam ad hoc humanis cogitationibus ac ratiocinationibus sublimiorem. Ait enim magnus Dauid in quodam loco suæ prophetiæ, partem quandam lætitiæ hoc quoq; uirtute præditis esse, si èregione suorum bonorum oppositа damnatorum pernicie utraq; considerent, & inter se com
Psal. 57. parent atq; contendant. Lætabitur enim, inquit, iustus, quum uiderit ultionem impij: manus suas lauabit in sanguine peccatoris: nō quòd insultet doloribus mœrentium, sed quòd tunc maximè cognoscat & animaduertat id, quod ex uirtute dignis accedit. Significat enim per dicta uerba, quòd contrariorum ex aduerso cōparatio, accessio lætitiæ atq; incrementum uirtute præditis existit. Nam per id, quod dixit, Manus in sanguine peccatoris lauat, huiusmodi nobis præbet sententiam, quòd puritas eius in uita actionis in perditione peccatorum demonstratur. Nam lauandi dictio puritatis speciem & imaginem significat. In sanguine autem nemo lauatur, sed polluitur & inquinatur. itaque per hoc planum fit, quòd rerum acerbarum ex aduerso comparatio uirtutis beatitudinem demonstrat. Contrahenda est igitur oratio in capita, ut intellectus atq; sententiæ, quas tractauimus atque seruati sumus, memoriæ haud difficulter mandari possint. Nam immatura mors infantium neque in doloribus ac mœstitia esse eum, qui sic uiuere desiit, intelligendum esse nobis suggerit, neq; in pari ipsum & eadem conditione ac sorte uersari



te uersati cum ijs, qui per omnē uirtutem in hac uita purgati sunt, prouidentia meliori exuperantiam uitiorum prohibente Deo in ijs, qui ita uicturi fuissent. Quòd autem nonnulli malorum diutius uiuunt, id redditam sententiam non subuertit. Nam in gratiam parentum, malum in illis impeditur ac prohibetur: quibus autem nullus à parentibus ad Deum aditus erat, ne ad eos quidem, qui ex ipsis prognati sunt, amplius eiusmodi beneficij genus unà transmittitur: aut multo sæuior & atrocior illis, qui ob nequitiam nobiles sunt, uisus fuisset is, qui per mortem, malus fieri prohibitus est, si quidem liberam, expeditam, & nō præclusam nequitiam habuisset: aut si qui etiam ad summum nequitię modum progressi sunt, apostolica contemplatio rem, de qua quærimus, consolatur, quòd nimirum is, qui omnia cum sapientia facit, etiam per malum aliquid boni efficere sciat. Quòd si quis etiam in nequitia atq; improbitate fastigium ac uerticem tenet, & iuxta propositam à nobis similitudinem, ad nullum usum ab arte Dei fabricatus est, hoc lętitię eorum, qui bene uixerunt, appendix, & additamentum existit. quemadmodum prophetia intelligendum proponit, quod in bonis haud paruum quis existimauerit, nec prouidentia Dei indignum.

## EIVSDEM DE SANCTO FESTO PASCHAE, ET RESVRRECTIONE CHRISTI *in diem tertium collata, Oratio prima: Interprete Laurentio Sifano.*

SI qua benedictio patriarcharum diuino spiritu nixa: si quod spiritualis constitutionis bonum per promissionem rectè agētibus speratur: si qua ueritatis informatio atq; præfiguratio per historica ænigmata esse creditur: si qua prophetica uox ea, quæ supra naturam sunt, denūciat, omnia illa præsentis festiuitatis ac gratiæ sunt, & tanquam dedita opera, oculis nostris propositum spectaculum, unum lumen ex innumeris lampadibus conflatum oculos quasi circumfulgurat atq; præstringit. Adeò omnis benedictio Christi facis in modum per sese collucens, hoc magnū nobis quod ex multis ac uarijs scripturæ radijs conflatur, lumen efficit. Etenim in omnibus diuino spiritu proditis exemplis præsentis diei festi similitudinem atq; conuenientiā deprehendere licet. Quæris Abrahami benedictionem? Habes quod quæris, si ad præsentia respicias, uides sydera cœli (hæc dico sydera, quæ de spiritu nobis dudū orta sunt, & cœlum Ecclesiam repentè fecerunt) quorum animæ gratia fulgurās atq; resplendēs, radijs facum significatur. Atq; hos si quis dixerit, esse reuera filios Abrahæ ex promissione ei natos, qui astris cœli assimilentur, à ueritate non aberrauerit. Admiraris sublimem illum Moysen, qui omnem Dei creaturam uirtute cognitionis comprehendit? Ecce tibi * primordij mundi benedictum sabbatum. Nota per illud sabbatum, hoc sabbatum, diem requietis: cui benedixit Deus supra alios dies. In hac enim unigenitus Deus reuera ab omnibus operibus suis quieuit, quum per administrationem ac dispensationem quæ per mortē peracta est, carne sabbatum celebrauisset, & ad id quod erat, iterum reuersus per resurrectionē quic quid iacebat, unà secum excitauit, uita, resurrectio, ortus, diluculū, dies factus ijs, qui in tenebris & umbra mortis uersabantur. Plena tibi historia, cognatę ac paris benedictionis. Pater Isaaco illi dilecto non parcens, & ille unicus ad oblationē & hostiā destinatus, atq; agnus eius loco mactatus, licet enim in ea historia uidere omne pietatis mysteriū. agnus ex cornibus de ligno pendet detentus, unigenitus uerò suis humeris baiulat holocausti ligna. Vides quō is, qui omnia uerbo (suæ) potentię fert, idem portat onus nostrorū lignorum, & à ligno recipitur, tollens ac portans

* Primæ mundi originis, πρώτης κοσμοῦ γενέσεως.

Universidad de Deusto
Biblioteca



portans,ut Deus,ſublatus,ut homo:ita ſpiritu ſancto typicè ac per ſigna aliud qdam denotantia magnum illud myſterium ambobus dilecto illi filio, & ouí, quæ una demonſtrabatur,attribuēte, ut in oue quidē myſterium mortis, in unico uerò filio uita,quę morte non intercidebatur nec perimebatur,demonſtraretur. Quòd ſi uis ipſum quoq; Moyſen per extenſionem manuum accipere crucem deſcribentem,atq; hac figura Amaleciten ſubigentem,licet tibi in ueritate cernere imaginē & umbram, ipſumq; Amalec cruci ſuccumbentem. Habes item Eſaiam nō parua tibi ad præſentem quoq; gratiam conferentem. Ab eo em̄ anté edoctus es de innupta matre,de carne carente patre,de parturitione doloris experte, de partu nō inquinato,ſic dicente propheta:Ecce uirgo in utero cōcipiet,& pariet filium,& uocabunt nomen eius Emmanuel:quod eſt nobiſcum Deus. Quòd autem abſq; dolore parturitio fuerit,primùm quidem ipſa te ueri ſimilitudo doceat. Quando quidem enim omnis uoluptas coniunctum habet dolorem,omnino neceſſe eſt,in iis, quæ coniunctim conſiderantur, non extante uno, nec alterum quidem eſſe. Vbi igitur uoluptas partum non anteceſſit,nec dolor quidem ſubſequutus eſt: deinde uerò prophetæ quoq; dictio ſermonem confirmat,ita ſeſe habens; Priuſquam ueniſſet,dolorem parturitionis ſuæ effugit,& peperit maſculum. Aut quemadmodū alius interpretū dicit,Priuſquam laboraret ex doloribus partus, peperit. Ex hac, inquit,uirgine matre, puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperiū fuit ſuper humerum eius,& uocatur nomen eius magni cōſilij nuntius. Et cætera. Hic puer, hic filius tanquam ouis ad mactationem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe mutus:imò uerò,ut inquit Hieremias, hic eſt agnellus ille abſque [a] nequitia, qui ducitur, ut macteturr, hic (eſt) panis, cui lignū iniiciunt, qui & panis & ligni hoſtes ſunt. Imò uerò id quod ex prophetia omniū apertiſſimum ac maximè perſpicuū eſt,ſumamus, per quod clarè præfiguratur myſteriū. Ionam dico, qui illæſus in cetum penetrauit,& abſq; incommodo ex ceto emerſit, qui etiā tribus diebus totidemq; noctibus in uiſceribus ceti uerſatus, moram Domini in in[b] ferno antè quàm accideret,deſcripſit,ac deſignauit. Hæc & his ſimilia ex quaſq; ſcriptura oportet te exquirere, atq; eligere. Omnia enim illa per præſentia & in præſenti diei feſti celebritate cernis. tota lex ac prophetæ,quemadmodum alicubi ait Euangelium, omnis diuino ſpiritu proditus ſermo ac lex ſecundum Pauli uocem in hac feſtiuitate ἀνακεφαλαιοῦται, id eſt, in ſummam cogitur, & quaſi ad caput redigitur. Hic eſt enim finis rerum triſtium, bonarū principium, [c] iuxta illud, Regnauit mors ab Adam corruptricis potentiæ ſumpto initio: quinetiā ad Moyſen uſq; prauum eius imperium permanſit, lege nihil malum mortis principatum [d] infringente. Aduenit regnum uitæ, ac diſſolutum & diſturbatum eſt imperium mortis, alia contigit natiuitas, [e] ſeculum aliud, aliud uitæ ſpecies, ipſius naturæ noſtræ transformatio. Quæ nam natiuitas? Non ex ſanguinibus,neq; ex uoluntate uiri,neq; ex uoluntate carnis,ſed à Deo prodita. Qua ratione hoc? Aperte tibi gratiam ſermone oſtendam. Hic partus per fidem [f] quaſi in utero coaleſcit atque geſtatur: per regenerationem baptiſmatis in lucem editur: nutrix huius eccleſia eſt: mamma, doctrinæ: cibus, panis ſupernè demiſſus: ætatis perfectio, ſublimis ſpeculatio: matrimonium, ſapientiæ conuictus: liberi, ſpes: domus, regnum: patrimonium ac diuitiæ, paradiſi deliciæ: finis uerò, loco mortis uita ſempiterna in beatitudine ſanctis [g] deſtinata. Hoc initium in bonum mutationis magnus quoque Zacharias uidet, ac dubitat, & incertus eſt de impoſitione nominis, quomodo propriè appellare oporteat præſentem gratiam. Quum enim cætera,quæ circa paſſionem acciderunt miracula expoſuiſſet, etiam hoc de hoc tempore,neque dies,inquit,neque nox. quibus uerbis oſtenditur, qnōd dies quidem uocari non poteſt, ſole non exiſtente,neq; uerò nox eſt, propterea quòd nec tenebræ ſint. Tenebris enim Deus noctis impoſuit nomen, ut Moyſes ait. Quoniam igitur ratione temporis nox, ratione uerò lucis dies fuit, idcirco propheta, nec dies,inquit,nec nox. Si igitur neq; dies, neque nox,prout dicit propheta, hoc tempus

Eſa.7.

ἀνὲ ἄρνιον τὸ ἄκακον.

ὑποδιαχράψαντος.

* ὅλον τὸ λέγω.

d ἀμβλύνοντος.

* βίος ἕτερος. Ioan.2.

f ἀνωφερῶται.

g ἀποκειμένου.



tempus eſt,aliquid aliud præter hæc prorſus, præſens [a] feſtiuitas & eſt, & uocatur. Vultis dicam quod in animo habeo? Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, alia atq; eæ,quæ in initio creationis factæ ſunt dies,quibus tempus metimur: alterius creaturæ initium hoc eſt. In hoc enim die Deus nouum cœlum,nouam terram facit, quemadmodum ait propheta. Quale cœlum? firmamentum fidei,quæ eſt in Chriſtum. Qualem terram? bonum cor, inquam, quemadmodum dixit Dominus, terram quæ imbibat pluuiam immiſſam in eam, quæ [b] ad maturitatem producat copioſam & uberem ſpicam. In hac creatione ſol quidem uita pura eſt: ſidera uerò uirtutes: aer illuſtre ac præſtans uitæ inſtitutum: mare, profunditas diuitiarum, ſapientiæ atq; cognitionis: herba ac germina,bona doctrina atq; diuina decreta,quæ populus paſcuæ,id eſt,grex Dei depaſcitur: arbores producentes fructum, præceptorum cultura. In hac creatione etiam uerus homo, qui iuxta imaginem ac ſimilitudinem Dei factus eſt, creatur. An non tibi mundi initium eſt hæc dies, quam fecit Dominus? de qua dicit propheta,quòd neq; dies ſit, prout aliæ dies,neq; nox alijs noctibus ſimilis ſit. Ac nondum id quod præcipuum huius feſtiuitatis eſt, oratio attigit. Hæc ſoluit dolores mortis: hęc ex mortuis primogenitum quaſi obſtetrix excepit: in hac confractæ ſunt ferreæ mortis portæ: in hac æreí inferni uectes contuſi ſunt. Nunc mortis carcer aperitur: nunc prædicatur captiuis dimiſſio: nunc cæcis uiſus reſtituitur: nunc eos qui in tenebris & in umbra mortis ſedent, oriens ex alto uiſitat. Vultis etiam aliquid de tridui præſtituto tempore ſcire? Sufficit tantùm didiciſſe,quòd quum Dominus omnipotens ſapientia in tam exiguo temporis ſpatio fuiſſet in corde terræ,quod eſt mentis illius domicilium,magnam illam mentem,quæ in eo habitat,potuit decipere atq; infatuare. Ita enim prophetа eum nominat,magnam mentem eum appellans & Aſſyriam. Quoniam igitur cor,mentis quædam ſedes eſt (in eo enim creditur eſſe animi uirtus principalis) idcirco Dominus fuit in corde terræ,quod eſt improbę mentis illius domicilium, ut conſilium eius ſtultum & uanum efficeret, quemadmodum propheta dicit, & ut comprehenderet aſtutum in uerſutia ſua, atq; [c] in contrarium ei callidos & uaſtros conatus redigeret. Quoniam enim difficile erat principem tenebrarum cum pura luminis præſentia congredi atq; committi, ſi nullam in eo carnis portionem animaduertiſſet: ideo quum uidiſſet deiferam carnem, uidiſſet itē quæ ab ipſa deitate efficiebantur miracula, ſpem concepit, ſi per mortem carne poritus eſſet, etiā omnem, quæ in ea eſſet, uirtutem, in poteſtatem ſuam ſe redacturum eſſe. Atq; idcirco cum eſcæ carnis inhiaſſet, deitatis hamo cōfixus eſt. Atq; ita draco hamo ductus eſt, quemadmodum Iob ait, qui per ſeſe hoc futurum prædixit, his uerbis, Duces draconem in hamo. Audiamus autem à prophetica uoce, quæ nam erant ea, quæ hoc cor terræ aduerſus uniuerſitatem conſilia iniit, quum aduerſus carnem Domini os aperuit. Quid dicit aduerſus eum Eſaías, arguens eum? Tu dixiſti in corde tuo, Aſcendam in cœlum: ſupra nubes ſolium meum ſtatuam, & ero ſimilis altiſſimo. Hæc de ſeſe conſultauit improbum cor. Atq; etiam ante hæc qualia magna in malitia & improba mens Aſſyria ad ſe ipſam commemorabat? Audiamus rurſus ex uoce Eſaiæ,quæ dixit, Viribus manus meæ faciam,& aſtutia intellectus auferam lineis gentium & uires earum deprædabor,& concutiam ciuitates inhabitatas,& totum orbem terrarum inuadam & occupabo tanquam nidum, & tanquam derelicta oua tollam,& non erit qui effugiet me,aut contradicat mihi. Cum hac ſpe excipit in ſeſe eum, qui humanitate ductus acceſſerat ad eos,qui infrà uerſabantur. Sed quid ei pro iis, quæ ſperauerat, accidit? Commemorat apertè prophetia,caſum illius [d] & afflictionem his uerbis: Quomodo excidit de cœlo Lucifer? quomodo afflictus eſt in terra cui ſubſtrata eſt corruptio,cui indumentum eſt amplexus uermium? Et quæcunq; alia de abolitione & interitu eius exponit,quę qui uelit ex aliis ſcriptis,exactè diſcere poterit, nā mihi ad propoſitum [e] argumentum oratio reducenda eſt. Cauſſa quur ſapientia uera fuit in hoc magniloquo corde terræ, hæc eſt: nimirum ut deleret & ejiceret ex eo magnam illam in malitia

mentem,

[a] χρόνος.

[b] τὸν πολύχαρπον σῖτον ἀπαρτισμόν.

[c] πρὸς τὰ ἐναντιούμενα αὐτῷ πρὸς τὰ ἐγχειρήματα.

d ἀμβλύνοντος.

[e] περὶ τὸν σκοπόν.

mentem,& tenebræ lucidæ redderentur: ut absorberetur [a] mortale à uita:ut malũ ad interitum & ad nihilum redigeretur, nouissimo inimico, quæ mors est,deleto. Hæc tibi triduí præstitum tempus confecit.Non tarda gratia est, nõ longo circuitu tantum bonum confectum fuit. Cupis cognoscere excellẽtem uim uirtutis earum rerum,quæ in tam exiguo tempore confectæ sunt? Numera mihi uniuersas ætates hominum,quæ interceſſerunt à primo introitu malorũ usq; ad [b] resolutionem & abolitionem eorum:quot in quaq; ætate homines,quot millibus numerẽtur. Non potest iniri numerus multitudinis eorum, quorum unà cum succedentibus ætatibus uitium [c] & nequitia propagabatur atq; dilatabatur: ac malæ diuitiæ improbitatis ſigillatim in quoſq; distributæ, per ſingulares homines ſubinde maiores existebant:atq; ita nequitia,ſui fœcunditate, per ſuccedentes ſibi inuicẽ ſem per ætates multiplici diffusa propagatione, usq; in infinitum pergebat, donec ad extremum mali progreſſa uniuerſam naturam hominum inuaſit: ita in ſumma dicente propheta:Omnes deflexerunt,ſimul inutiles facti ſunt: nec erat in rebus humanis quicquam,quod nõ eſſet nequitiæ inſtrumentum. An igitur [d] paruum tibi eximiæ uirtutis ſpecimen edidiſſe uidetur, qui tantum cumulum mali à conſtitutione mundi,usq; ad paſſionis Domini adminiſtrationem congeſtũ in tribus diebus diluerit? An non omnibus,quæ in hiſtoriis reperiuntur, mirabilibus factis ualidius? Vt enim miraculum Sampſonis excellit non ſolùm quòd uiribus ſuperauit leonem,ſed quòd nudis etiam & inermibus manibus nullo negocio & quaſi ludens confecit feram atq; diuulſit:ita quòd abſq; labore nullo negocio Dominus tam multam [e] nequitiã aboleuit, maius uirtutis ſpecimẽ in ſe continet, quàm illa excellentium uirium oſtentatio eſt. Non aquarum multarum affluxus & inundationes ex ſupernis cataractis in ſubiectum ſolum ruentes: nec; abyſſi ſuper terminos ſuos ac margines effuſæ, ac ui aquarum pelagi in modum terram obruentes:nec; uniuerſus orbis terrarum cum ipſis hominibus in modum nauis cum ipſis uectoribus profundis aquis coopertus:nec; mõtes [f] ſubmerſi & in fundum aquarum redacti,montiumq; cacumina irrigua: neque ad ſimilitudinem Sodomorum flammei imbres igni,quod corruptum erat expurgantes: nec; aliud quicquam tale:ſed ſimplex quidam & incomprehenſibilis acceſſus ſolus uitæ & aduentus lucis ijs,qui in tenebris & in umbra mortis ſedebant,ad plenum interitum atq; delectum tenebras & mortem redegit. Dicam etiam aliquid aliud præter ſuperiora. Ortum eſt malum in ſerpẽte,uicta [g] eſt mulier dolo & arte draconis:poſtea uictus eſt uir à muliere,per treis malum conflatum eſt. Quorſum hæc commemoro? Licet aliquem ordinem boni,per ordinem mali animaduertere. Tria hæc cerno receptacula mali:primùm quidem, in quo initiò conflatum eſt: alterũ, in quod trãſmanauit:tertium,in quo poſtea ſucceſſit. Quoniam igitur in his trib. [h] uitiũ quaſi inundauit: diabolica, inquam, natura, fœmineo ſexu, & ordine uirorum: idcirco conſimiliter in tribus diebus morbus profligatur, unicuiq; generi eorum, qui uitio atq; nequitia laborauerãt,uno die [i] ad curationem & medelam attributo.In uno die uiri à morbo purgantur: in altero mulierum ſexus curatur: in poſtremo ultimus hoſtis aboletur,mors,& quę circa eum ſunt,principatus,poteſtates,& uires aduerſantium præſidenti ſimul tolluntur.Ne admireris autem,ſi temporum intervallis uindicatio & [k] acquiſitio boni diſtribuitur. Etenim circa primam mũdi conſtitutionem non deerat diuinę uirtuti facultas uniuerſa quæ ſunt in momento tẽporis perficiendi. Veruntamen ad opificium rerum uniuerſarum etiam temporũ aſſumit intervalla,ut hæc quidem pars creaturæ abſolueretur die primo: alia uerò die ſecundo:ac deinceps ſimiliter perfectæ ſunt res uniuerſę,quum certo numero dierum uniuerſam creaturam Deus [l] effingeret,coaptaret,& cõcinnaret. Sic etiã hic pro arcana atq; ineffabili ſapientiæ eius ratione in tribus diebus malum exrebus uniuerſis expellitur,ex uiris,ex mulieribus, & ex genere ſerpentũ: in quibus primis uitij natura ortum habuit. Sed de cauſſa numeri quidem dierum hęc ſuſpicati ſumus: rectè ne autem,an ſecus,iudicio auditorum relinquemus. Non enim hęc

[a] εἰς ἀϋπαρξίαν χωρῆσαι.

[b] μέχρι τῆς αὐτῶν λύσεως καὶ ἀφανισμοῦ.

[c] ἐλαμβάνετο.

[d] μικρόν σοι τὸ πεποιῆσθαι τῆς ὑπερβαλλούσης δυνάμεως τὴν ἐπίδειξιν.

Locus corruptus utrobiq;

[e] ἐλαμβάνετο.

[f] ὑποβρύχιοι, submersa.

[g] ἔνθεν πάρεστι τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο ἡττᾶσθαι.

[h] ἐλαμβάνετο.

[i] ἀπονοσηφθέντος πρὸς ἴασιν.

[k] τὸ δὲ ἀγαθὸν ἔστιν ἐπιμερίζεται.

[l] συναρμόσαντος.



hæc oratio ſententiæ dictio,ſed exercitatio atq; diſputatio eſt. Quòd ſi plenè & exactè horum dierum in paſſione præſtitutum numerum uidere deſideras (deeſt enim huic numero pars haud exigua,ſi numeres tempus poſt horam paraſceues nonam, ex qua in manus patris ſpiritum commendauit:) ſubſiſte pauliſper, & ratio forteſſe tibi huius rei declarationem præbebit.Quæ eſt igitur ea ratio? Suſpice ad ſublimitatem ac maieſtatem diuinę uirtutis,& non te fugiet id,quod in loco quæritur. Memẽto dominici dicti,quid de ſeipſo pronuntiet is, à quo rerum uniuerſarum uis atq; potentia pendet,quomodo ex plena ſummaq; poteſtate,ac non ex naturæ neceſſitate animã à corpore ſeiungit in illis uerbis: Nullus tollit animã meam,ſed ego pono eam à meipſo: poteſtatem habeo ponendi eam, ac poteſtatẽ habeo rurſus ſumendi eam.Hoc mihi ſtet firmum, & quæſtio declarata atq; explicata fuerit. Nam qui omnia pro dominica poteſtate atq; authoritate adminiſtrat, non expectat uel ex proditione neceſſitatem, uel Iudæos graſſatorum in modum adorientes,uel Pilati iudicium iniquum, ut illorum ſcelus ac malitia cõmunis hominum ſalutis principium & cauſſa eſſet:ſed pro ineffabili arcanoq;, & qui ab hominibus cerni nequit, ſacrificij modo ſua diſpoſitione & adminiſtratione præoccupat impetum uiolentum,ac ſeſe oblationem ac uictimam offert pro nobis ſacerdos ſimul & agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Quando hoc accidit? Quum ſuum corpus ad comedendum, & ſanguinem ſuum familiaribus ad bibendũ præbuit. Cuilibet enim hoc perſpicuum eſt, quòd oue ueſci homo non poſſit,niſi comeſtionem mactatio præceſſerit. Qui igitur dedit diſcipulis ſuis corpus ſuum ad comedendum,apertè demonſtrat, [e] iam perfectam & abſolutam factam eſſe agni immolationem. Non enim ad edendum idoneum eſſet corpus uictimæ animatũ. Quum itaq; [d] de corpore ſuo ad edendum, & de ſanguine ſuo ad bibendum præberet diſcipulis,iam latenter pro poteſtate myſterium adminiſtrantis ineffabiliter & inuiſibiliter corpus immolatum erat,& anima illic erat,ubi eam poteſtas adminiſtrantis collocauerat,cũ immixta ſibi diuina uirtute in loco illo terræ cordis obuerſans.Igitur ſi quis ab eo tempore, ex quo hoſtia Deo oblata eſt à magno Ponti fice,qui ſuum agnum pro communi peccato ineffabiliter & inuiſibiliter ſacrificauit,numeret tempus in corde terræ immorationis,is à ueritate non aberrabit. Veſper eñ erat, quum comeſtum eſt illud ſacroſanctum corpus: nox autem, quæ paraſceuen præceſſit,ueſperum illum excepit.deinde dies paraſceues [e] adſcititia atq; ſuperinducta nocte diuiſus, pro una nocte ac diebus duobus cõputatur. Nã ſi tenebras Deus noctem uocauit: tribus autem horis ſuper uniuerſum orbem terrarũ tenebræ fuerunt:hæc,quæ circa medium diei nouo more introducta eſt,nox duas ſecturas dierum per ſeſe circunſcribit ac definit: unam quidem, ab diluculo ad ſextam usq; horam,alteram uerò à nona ad ueſperũ usq; ut hactenus noctes duæ, ac totidem dies ſint:deinde nox,quæ ſabbatum præceſſit,ſubſequitur: quam excipit ipſe ſabbati dies.habes dies treis, & noctes treis. quære mihi deinceps horã reſurrectionis,& deprehendes uera eſſe ea, quæ dicta ſunt. Quando igitur hoc accidit? Veſperi ſabbatorũ Matthęus clamat. hæc eſt tibi hora reſurrectionis ſecundũ Euangelij uocem:hic eſt terminus dominicę in corde terrę conuerſationis. [f] Quum enim iam multùm ueſper progreſſus eſſet ( erat autem ille ueſper initium noctis, quam excipit dies una ſabbatorum quum terræmotus factus eſt) tunc indumẽtis, fulguris in modum reſplendens angelus reuoluit lapidem monumenti: mulieres autem [g] cùm paulò maturius diluculo ſurrexiſſent, oſtendente iam die ſplendorẽ, ut etiam aliquod ſolare iubar ſupra orientem appareret,tunc reſurrectionem,quæ iam facta erat,uiſunt [h] & deprehendunt illæ, quę miraculum quidẽ cognouerunt, horam uero non didicerunt. Nam quòd quidem ſurrexiſſet, angelus ad eas dixerat: ſed quando,uerbo non adiecerat. At magnus Matthęus ſolus ex omnibus Euangeliſtis articulum temporis plenè atq; exactè ſignificauit,quum dixit, Veſperam ſabbati,horam eſſe reſurrectionis. Quòd ſi hæc ita ſe habent,ſtat nobis præſtitutũ tempus à ueſpero,qui quintũ diẽ excepit,ad ueſperũ ſabbati, dinumerato

[a] ἀναβλέψωμεν εἰς τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας δυνάμεως.

[b] ὁ τῶν πάντων ἐξουσιαστὴς τὸ ὁρᾶσθαι.

[c] ἐλαμβάνετο.

[d] ἐμφαγεῖν τῷ σώματι, καὶ τῷ αἵματι ἐμπιεῖν.

[e] τῇ ἐπισκήπτῳ νυκτὶ διαζευγνύει.

[f] ἐκείνης γὰρ ἤδη βαθείας γεγενημένης.

[g] μικρὸν ἐπορθρίσασαι.

[h] ἐφορῶσιν.

[i] τὸν ὡρισμένον τῆς ἀναστάσεως ἐπεσημήνατο.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tempore noctis interiectitiæ, parasceuen, ut dictum est, in dies duos & noctem unam scindentis. Oportebat enim in eo, qui potestate sua dominatur seculi, nō sta- *ἀπαναμόνητ. tutis [a] & ordinatis temporum mensuris, ex necessitate opera produci: sed pro usu rerum nouas fieri temporum uices atq; mensuras: & quum diuina potentia actionem bonorum compendiosius perficeret, minutiores curtioresq; repræsentari temporis modos, ut neq; breuius tribus diebus, totidemq; noctibus tempus numeraretur. (Hunc enim numerum mystica atq; arcana ratio requirit:) neq; consueta noctium atque dierum interualla expectantem diuinam potentiam, quominus celeriter opus perficeret, impediri. Nam qui potestatē habebat & ponendi animam à seipso, & recipiendi rursus eam, quando uellet, potestatem etiam habebat, utpote factor seculorum, in suis operibus tempori nō seruiendi: sed operibus tempus accommodandi. Cæterùm ad id quod maximum caput est, nondum oratio peruenit. Qui enim discendi cupidiores sunt, eos par est quærere, quomodo eodem tempore tribus sese Dominus det & cordi terræ, & paradiso unà cū
Matth.12. latrone, & manibus patris: Nam ad Pharisæos quidem ait: Sicut Ionas erat in uen-
Luc.23. tre ceti, ita filius hominis quoq; tridui spatio temporis erit in corde terræ: ad latro-
Ibidem. nem autem, Hodie mecum eris in paradiso: ad patrem uerò, In manus tuas cōmendo spiritum meum. Neq; enim aliquis dixerit in subterraneis locis esse paradisum, neq; in paradiso loca subterranea, ut eodem tempore utrobiq; esset: aut hæc manus patris dici. At hoc quidem inter eos qui pietatem expendunt, fortasse ne quæstione quidem dignum fuerit. Nam qui per diuinam potentiam ubiq; est, cum ubiq; adest, tum nusquam abest. ego autem etiam aliam huius rei didici rationem: quam si uultis, paucis uobis exponam. Quū spiritus sanctus uenit super uirginē, & uirtus altissimi obumbrauit eam, ut nouus homo in ea constitueretur: qui id circo nouus appellatus est, quòd secundum Deum, nō secundum humanam cōsuetudinem conditus est, ut esset receptaculum Dei non manufactum (non enim in manufactis, quæ ab hominibus, inquam, extruuntur, inhabitat altissimus:) tunc ipsa sapientia domum sibi ædificante, & obumbratione uirtutis intrinsecus quasi impressa imagine sigilli informato figmento, tunc, inquam, ambobus, quibus humana natura constat, animæ, inquam, & corpori diuina potentia infusa [b] & contemperata est, æquabiliter sese [c] & conuenienter utriq; immiscens. His enim duobus per inobedientiam mortificatis (quando quidem mortificatio erat, animæ quidē, eius quæ re uera uita est, abalienatio: corporis uerò, corruptio ac dissolutio:) extrisq; opus erat [d] per admixtionem & commercium uitæ, mortem expelli. Vtriq; igitur hominis parti diuinitate æquabiliter immixta, per utramq; partem etiā excellentis naturæ insignia [e] atq; indicia manifesta erant. Nam corpus quidem per tactum sanationes efficiens, diuinitatem, quæ in ipso erat, indicabit: anima uerò potenti illa uoluntate diuinam offendebat uirtutem. Quemadmodum enim qui *τὴν κατὰ προαίρεσιν κίνησιν. per tactum fit sensus, corporis proprius est: ita etiam animæ proprius est is, [f] qui per destinationem ac uoluntatem fit motus. Accedit leprosus corruptus iam & corpore inutilis factus. Quomodo per Dominum is sanatur? Anima uult, & corpus tangit, & per utraq; fugatur morbus. Abijt enim, inquit, statim ab eo lepra. Rursus eos, qui multa millia numero in deserto diutius cum eo fuerant, dimittere quidem ieiunos non uult, manibus uerò panes frangit. Vides quomodo diuinitas, quæ amborum comes erat, per utrumq; erogatur [g] atq; communicatur, tum per corporis operationem, tum per affectionem eius, quæ in anima exiitit, uoluntatis. Et quid opus est manifestis immorantem, omnia quæ eodem modo fiunt, oratione persequi miracula? sed cuius gratia superiora commemorauí, ad id transibo: quomodo eodem tempore Dominus & in inferno, & in paradiso fuerit? Cuius quæstionis una quidem solutio est, nempe [h] quòd nihil inuium & [i] inaccessum sit Deo, quum in eo omnia consistant: altera uerò, ad quam nūc oratio spectat, quòd quum Deus totum hominem per sui infusionem & contemperationem in diuinam naturam transformasset, in tempore, quo passio administrata est, ab altera parte*

Luc.5. Matth.8. Marc.1. Luc.4. Matth.14. & 15. Mar.5.& 8. Ioan.6. Luc.9.

*κατανίφησαν. *ἐκτακῆναι. *τῇ ἀπιστίᾳ τοῦ ἔθνους. *συγκράσεως. *ἡ κατὰ προαίρεσιν κίνησις. *ἀφομοιούμενον. *τὸ μηδὲν ἀβατον τῷ θεῷ.



parte id quod semel immixtum [a] & contemperatum erat, non separauit (nam deus Dei eiusmodi sunt, ut eorum illum pœnitere non possit) sed animam quidem deitas à corpore sponte sua disiunxit, se autem in utrisq; manere ostendit. Per corpus enim, in quo corruptionem ex morte non acceperat, fregit [b] atq; deleuit eum, qui mortis imperium tenebat: per animam uerò latroni confecit introitum in paradisum: duoq; illa eodem tempore fiunt, diuinitate per utraq; bonum conficiēte: per corporis quidem incorruptibilitatē, mortis euersionem: per animam uerò ad suam sedem properantem, hominibus reditum in paradisum. Quoniam igitur duplex quidem temperamentum humanum, simplex uerò & uniformis natura diuinitatis est: quo tempore à corpore anima disiungebatur, non unà cum eo, quod cō positum erat, diducebatur id, quod est expers diuisionis: sed contrariū fiebat. unitate enim diuinæ naturæ, quæ in utrisq; erat ex æquo, rursus ea quę diducta fuerāt, inter se coaluerūt. Et ita mors quidem fit ex diuisione coniunctorum: resurrectio uerò ex unitione disiunctorum. Quòd si quęris, quomodo in paradiso quū sit, in manus patris sese commendet: sublimis Esaias id, quod his de rebus quęritur, tibi explicabit. Dixit enim ille ante faciem Dei de Hierusalem, quæ suprà est, quā non aliam pręter paradisum esse credimus: In manibus meis pinxi muros tuos: si igitur in manibus patris circūscripta est Hierusalem, quę paradisus est: clarum est, quòd qui in paradisum peruenit, in paternis prorsus manibus uersatur, in quibus diuina ciuitas circumscripta est. Atq; hæc quidem hactenus. Nam operæprecium fuerit paucis adijcere orationi, quę ex Iudęis audimus, qui uehementi accusatione [c] certam stabilemq; sententiam nostram incursant [d] & oppugnant. Dicunt enim in libro de Pascha: Iudęis à Moyse præscribi atq; sanciri decimumquartum cursus lunaris ambitum, & per septem dies usum panum azymorū, & ut obsonium azymis addant herbam intyborum agrestium. Si igitur uobis curæ est decimæquartę obseruatio, simul (inquit Iudæus) obseruentur etiam intybus & azymi. Quòd si hæc uobis contemnenda uidentur, quorsum circa illam studium pertinet? Non enim utique eiusdem legislatoris aliud quiddam iustum & animæ utile, aliud uerò inutile iudicatur & reijciendum: ut necesse sit, aut omnia uos exequi, quæ de Pascha præscribuntur, aut nihil amplecti. Quid igitur nos [e] Recordemur eius, qui admonuit, ne metuamus exprobrationes hominum, neu succumbamus subsannationibus & contemptibus eorum. Nouimus enim azymorum quoq; animæ utilem obseruationem, intyborum item commodum, & decimæquartæ utilitatem haud ignoramus. Ratio autem hæc est, quam paucis consideremus. Lex, quę umbram futurorum continet bonorum, unum sibi in primis propositum habet, nempe ut per uaria præcepta & interdicta homo ab immixto uitio purgaretur. hoc in circuncisione, hoc in sabbato, hoc in obseruatione esculētorum, hoc in uariorum animalium immolatione, hoc in singulis legis obseruationibus agitur: ac longum fuerit, ea, quæ à lege nobis de unaquaq; re per ænigmata & uerba inuoluta ad uitæ expiationem spectantia significantur, [f] plenè atq; exactè exponere. Quemadmodum igitur per circuncisionem quidē, quæ spiritualiter peragitur, natura [g] uitiosos affectus deponit, dum carnalis eius uita amputatur: per sabbati uerò observationem à malo abstinere & feriari docetur: immolatio item animalium mactat affectus: & institutum circa cibos immundorum discrimen consulit, ut à sordida atq; impura uita te abstineas: ita festum hoc illam tibi festiuitatem ostendit, ad quā per infermentatos panes anima præparatur, per septem dies à fermentato cibo se puram conseruans. quorum ænigma atq; inuolucrum tale est. Septem dierum numerus, [h] transitorium hoc tibi tempus ostendit, quod per septimanas identidem reuoluitur: in quo curare oportet, ne quæ pristini uitij reliquię in præsentem diem reseruentur, neu [i] quod uel restringens & acerbum, uel acidum ex hesterni uitij [k] fermento in hodiernam consperionem inferatur. Sol non occidat super iracundiam uestram, inquit apostolus, qui non in fermento ueteri, neq; in fermento nequitiæ atq; improbitatis, sed in azymis syncéritatis & ueritatis [l] feriari & epulari hortatur.

*τὸ ἀπλῶς ἐγκραθὲν. *κρᾶσις. *διαπαθοῦσα. *τὸ ἀνωφελές. *δὶς τῆς ὀγδοάδος. [h] Deesse uidetur dictio *ἵνα. [i] ut feriemur & epulemur nos hortatur.

hortatur. Quod autem de uno uitij specie intelleximus, hoc de reliquis quoq; uitij formis pariter docemur. Iam uerò intybus, desidiam, languorem, mollitiã, torporemq; expellit è uita: contrà uerò continentem, moderatam, & aridam, sensuiq; non acceptam uitam inducit: quippe omnis disciplina in præsens non iucũda sed molesta esse uidetur. Qui igitur per omnem huius uitæ septimanam præsentẽ sem per diem à ueteri nequitia atq; à fermento intactũ præstat, & impollutum, [b] opsonium uitæ, temperantiam atq; continentiam sibi conficiens, is se ab omni consuetudine tenebrosa seiungit. Hoc enim est decimaquarta lunaris cursus & uicessimaprima dimidia: in quibus ex nouilunio per incrementum suo circulo perfecta, rursus per diminutionem ad plenum luminis defectum redit. dicti numeri dimidium uidelicet est decimaquarta, & exiguum quiddam amplius. Igitur quum luna in hac figura constituta fuerit: [c] (quoniam suo cursu unà cum noctis spatio progrediẽs, adijcit id, quod deest circulo, ita ut expleta lumine suum splendorem fulgori diei commisceat, ut neq; uesperi, neq; diluculo interpositio aliqua tenebrarum impediat, quin continua lux sit, per successionem elementorum non interrupto splendore. priusquam enim plenè radij solares occidant per rectam lineã mediana, contra solem luna apparet, ac suo lumine subiacentia illustrat: ac rursus priusquam totus circulus eius subeat horizontem, reliquijs lunaris luminis diei splendor commiscetur, atq; ita diei illius, in quo plenilunium est, tenebræ, tũ mane, tum uesperi successione luminarium illustratæ discutiuntur:) Quod igitur sensibili lumini circa decimamquartam accidit, ut per totam noctem ac diem tenebrarum commercium non admittat, hoc lex spiritualis signum esse uult ijs, qui spiritualiter ferientur, ut per omnem uitæ septimanam, unum pascha lucidum & expers tenebratum totum tempus ipsorum uitæ præstent. Hic Christianis præceptorum paschalium status [d] atq; conditio est. Quocirca ad decimamquartam respicia mus per hoc sensibile & materiale lumen materię quidem expertis, sed mente cõprehensibilis illius luminis imaginationem colligentes, ut in specie quidem lunã plenam, quæ suum nobis splendorem toti nocti sufficientem præbeat, requirere atq; desiderare uideamur, re autem uera pro lege nobis illa obseruatio sit, qua tempus omne, quod nocte ac die terminatur, abundè nobis sufficiẽter lucidum, [e] clarum, & ab operibus tenebrosis uacuum & alienum sit. Iam uerò quot intellectus etiam ipsa crux, per quam mysterium passionis consummatur, in sese continet, quis facilè oratione explicare possit? Etenim an non uel sexcenti modi erant ad mortem ferentes, per quos pro nobis administratio mortis impleri poterat? At ex omnibus hic ab ipso, qui sibi pro arbitrio passionem præscripserat, definitus est. Oportet enim, inquit, filium hominis, non dixit, hęc & illa patietur filius hominis: ut aliquis simpliciter dixerit prædicens futurum: sed quod arcana quadam ratione necessariò fieri debebat, eo uerbo præscribit [f] atq; decernit, dum dicit, Oportet filium hominis multa pati, & reprobari, & crucifigi, & tertia die resurgere. Considera enim atq; perpende mihi significationẽ uerbi δεῖ, id est, oportet: per quam deprehenditur, quòd non aliter atq; per crucem prorsus fieri passionem, quæ traditur, oporteret. Quæ igitur huius rei ratio est? Solius magni Pauli est arcanis uerbis, quæ in abditis & [h] arcanis paradisi sacris initiatus audierat, instituti, etiam huius rei mysterium declarare: quemadmodum aliqua ex parte per ea, quæ ad Ephesios scribit, uerba rem arcanam subindicat, dicens: ut ualeatis percipere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & profunditas, & sublimitas, atq; cognoscere præeminentem & [i] excellentem dilectionem cognitionis Christi, ut impleamini omni plenitudine Dei. Non enim [k] temere diuinus ille oculus apostoli figuram crucis animaduertit: sed per hoc etiam clarè ostendit, quòd [l] omnibus ignorantiæ squamis ab oculis detractis, in ipsam clarè intuetur rerum ueritatem. Vidit quòd hæc figura, quatuor prominentijs ab ea, quæ in medio est, commissura, dispertita atq; [m] diducta, eius qui in ea apparuit, uirtutem ac prouidentiam per omnia permanantem & in omnes partes se diffundentem significat. & ideirco unam-

a τὸ κατ' αὐτὸ βλαπτόμενον ἐν τῷ βίῳ ἕκαστον ἀπλῶς· αὐτὸ γὰρ ἦθος ἐγκρατές.

b opsoniam uitæ sibi temperantiam atque continentiam esse ducens, ὄψον τὸν ἑαυτῷ παίσμενον ἦθος ἐγκράτειαν.

* Videtur aliquid desiderari, aut certè longa satis parenthesis est.

Locut corruptus utrobiq; ὁ δὲ κανὼν αὐτὸς.

c λαμπρὸν ἡμῖν διεκρινῶς ἅπαν ἐκεῖ τῶν ἐργῶν τὸν καιρὸν τὸν ἀνελλιπῆ.

d τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ μυστήριον.

e ἀπογυμνῶσαι.

Matth. 16. 17. & 20. Mar. 8. Luc. 9.

f διαπύνθανεται.

g ἐκλαμβάνεται.

h οὐ τοῖς ἀῤῥήτοις.

Ephes. 3.

" "

i ὑπερβάλλον γνῶσιν.

" "

k ἀργῶς.

l μεριζόμενον τῶν ἀπὸ κεφαλῆς τῶν ὑποκάτω.

m ἀπὸ μέσου τοῦ ἐν τῷ σχήματι ὄντος.



unamquanq; prominentiam proprijs uocabulis appellat, profunditatem dicens id, quod à medio deorsum pertinet: altitudinem, quod supra est: latitudinem uerò ac longitudinem, quod utrinq; ex transuerso distenditur à commissura: ut id quod ab una parte medij est, latitudo, quod ab altera parte est, longitudo appelletur. quibus uerbis hoc mihi apertè significare uidetur, quod nihil ex rebus uniuersis sit, quod à diuina natura omnino non contineatur: quicquid supra cœlos, quicquid sub terra, quicquid ad terminos rerum undiq; ex obliquo porrigitur. Significat enim per altitudinem quidem id, quod supra est: per profunditatem id, quod sub terra est: lõgitudine uerò ac latitudine, terminos per medium porrectos: [a] qui ab ea, cuius in potestate uniuersa sunt, uirtute continentur. Fiat autem tibi eorum, quæ dicuntur, demonstratio per ea, quæ in animo tuo fiunt, dũ cogitas de Deo. Suspice eẽ in cœlũ, ac profunditates infernas cogitatione perpende: extende mentẽ ad obliqua, atq; extrema cõstitutionis rerũ uniuersarũ, & cogita quæ sit ea Virtus, quæ hæc contineat, [b] quæ tanquam nodus aliquis & uinculum uniuersitatis sit: & uidebis quòd in mente tua de diuina potentia cogitatio figurã crucis ex sublimibus ad profunditates pertinentem, & ad terminos extremitatũ per obliquũ porrectã ultrò insculpit. Hanc figuram etiã magnus Dauid in suo cantico celebrauit: Quò me conferã à spiritu tuo & à facie tuâ? quò confugiã? si ascendero in cœlum (hæc est altitudo) si descẽdero in infernũ (hæc est profunditas) si assumpsero alas meas ad diluculũ, qui est ortus solis (hæc est latitudo) si diuertero ad extrema maris: ita enim occasum nominat: hæc est longitudo. Vides quomodo per ea quæ dicit, figurã crucis depingit. Tu, inquit, es, [c] qui omnia permeas ac peruadis, & uinculum atq; coniunctio eorũ, quæ sunt: omnes in teipso terminos cõprehendẽs. supra tu es: infrà tu ades: in hoc termino manus tua est, et in altero dextera tua deducit. Propterea magnus quoq; apostolus, cùm impleta fuerint omnia, quæ pertinẽt ad fidẽ atq; cognitionẽ, adoratũ iri dicit eũ, qui est super omne nomen, in nomine Iesu Christi, tum à cœlestibus, tum à terrestribus, tum ab infernis. Rursus per hæc uerba secundũ figurã crucis partitur Christi adorationem. pars eẽ supramũdana in superiore parte crucis, domino præstat adorationẽ: mundana in medijs: infernа uerò profunditatẽ obtinet. Hoc etiã, ut mea fert opinio, ἴσως est, [d] quod cũ uirgula transuersa conspicitur: quod etiã cœlis firmius, & terra stabilius, & tota rerũ cõstitutione durabilius est. Cœlũ & terra præteribunt, & totius mũdi figura trãsit: Iota aũt ex lege, & apex nõ transit. Linea ad perpendiculũ superneè deorsum pertinens Iota dicitur: quæ aũt transuersa per obliquũ ducitur κεραία, id est, apex, siue antenna nominatur, quemadmodum etiã hoc discere licet à nautis: lignum enim quod transuersum malo incumbit, unde etiã uelũ explicãt, ex ipsa figura indito nomine κεραίαν, id est, antennam dicunt. Quapropter ad hoc mihi spectare uidetur diuina Euangelij uox, quoniam illud est, in quo uniuersa consistunt, quod ijs quæ ab ipso continentur, sempiternius est: quod suam uim uniuersarum rerum conseruatricem ueluti per inuolucrum & speculum quoddam figuræ, quæ in cruce apparet, ostendit. Hac igitur de causa dicit, Oportet filium hominis non simpliciter mori, sed crucifigi: [e] ut perspicacioribus crux diuinarum rerum explicatrix fieret, in omnibus pollentem potestatem eius, qui in ea ostensus, & omnia in omnibus est, figura ipsa significans [f] atq; declarans. Nec honestum quidem illum senatorẽ, fratres, Iosephum ab Arimathæa silentio prætereamus, qui dono acceptũ sanctũ illud & immaculatum corpus sindone munda circundat, & in puro monumento reponit. Pro lege nobis esto honesti illius cõsiliarij factum, ut nos quoq; similiter nobis cõsulamus, ut quũ donũ illud corporis sumpserimus, ne sordida cõscientiæ sindone id [g] excipiamus, neu ex ossibus mortuorum & omni impuritate olẽti momumento eã dis reponamus, sed, quemadmodum dicit Apostolus, [g] exploret & periculũ sui faciat unusquisq;, ne gratia in iudiciũ indignè gratiã excipiẽti cõuertatur. Enimuerò interim dum uerba facio, sentio, me lucidæ illius angelicæ stolæ

a περίεστι, τὸ ὑπὸ τῆς τὸ πᾶν διὰ λόγου τάσης δυνάμεως συνεχόμενον.

b εἶναι τὸν σύνδεσμον καὶ τὸ κεφάλαιον τοῦ παντός.

P/al. 138.

c ὁ διὰ πάντων ἥκων, τὰ συνδοῦν.

d τὸ μετὰ τῆς λεπτότητος ὄντως ἀκλινές.

e ἵνα γένηται πᾶσι διορατικωτέρα τοῖς θεολόγοις ὁ σταυρός.

f ἀνακηρύσσων.

g ἀποκαθάρῃ ἑαυτῷ

Universidad de Deusto
Biblioteca



fulgore præstringi, ac dulcis ille terræmotus grauem lapidem ab humano monumento reuoluens, per quem omnibus aperitur ostiũ resurrectionis, præ uoluptate cor meum concutit [a] atq; percellit. Curramus item nos ad spectandum inopinatũ [b] & admirabile spectaculum: præterijt enim iam sabbatum. ne post mulieres prodeamus. Sint etiã in mẽtib. nostris aromata, fides & cõscientia: hic enĩ Christi bonus est odor. ne amplius cum mortuis uiuentem quæramus. Nam ita se quærentẽ summouet Dominus dicens: Ne me attingas, sed quum ascendero ad patrem, tũc licebit tibi attingere. Audiamus quid boni mulier quoq; annuntiet, quæ per fidẽ uiro anteuertit: idq; præclarè sanè fecit, [c] ut per hoc, quod princeps & dux fuit ad bonum, de eo quod caussã mali extiterat, defensionem pararet. Quis igitur est ille bonus nuntius mulieris? profectò non ex hominibus, neq; per homines, sed per le sum Christum. Audi enim, inquit, quid mandauerit nobis Dominus, ut ad uos diceremus, uos, inquam, quos etiam fratres suos nominat: Vado ad patrem meũ & patrem uestrum, & Deum meum & Deum uestrum. O præclarum, ô pulchrum ac bonum nuntium, qui propter nos, [d] nostri similis factus est, ut per hoc, quòd generis ac naturæ nostræ particeps factus est, fratres nos suos faceret: offert suũ hominem uero patri, ut per eum attrahat, quicquid eiusdem generis ac naturæ est, ne amplius dedecus sit illis, quòd in seruitute fuerunt, qui natura Dij non sunt, propterea quòd rursus adducti sint ad uiuentem ac uerum Deum, [e] neu abdicentur & à paterna hæreditate repellantur, qui filium per adoptionem sequuti sunt: qui quum in multis fratribus primogenitum se per carnem fecisset, omnem, cuius per carnem secum contemperatam particeps fuit, naturam attraxit. Sed quia azymus panis, qui ante pascha sumebatur, intybum [f] fibris amaris pro obsonio habet: uideamus [g] qua obsonij dulcedine panis post resurrectionem condiatur. Vides Petro piscante in manibus Domini panem & fauũ mellis. Cogita in quid tibi amaritudo [h] uictus transmutetur. Igitur nos quoq; ex sermonum piscatu surgentes accurramus iam ad panem, quem dulcem efficit fauum bonæ spei, per Christum Iesum Dominum nostrum, cui gloria & imperium cum patre & sancto spirito in secula seculorum. Amen.

[a] ἅπτεται.
[b] παράδοξον.
[c] διὰ τὸ ἐκ προοιμίου πρὸς τὸ ἀγαθὸν.
[d] ὁ δι' ἡμᾶς γενόμενος ἐκ τοῦ ἡμᾶς, ἵνα διὰ τοῦ γένους ἡμῶν ἐκφύγωσιν.
[e] μηδὲ ἀποβλήτους ὦσι τῆς πατρῴας κληρονομίας γονεῖς.
[f] Allusio pulchra ad dictiones νιπτὸς & ὄψαριον, quæ latinè, eadẽ & sententia & gratia seruata uix exprimi potest. Lu. 24. Io. 21
[g] quanam, τίνι ἡδύσματι,
[h] τὸ βίου.

# DE RESVRRECTIONE DOMINI
## NOSTRI IESV CHRISTI, ET QVOD NVLLO MODO *inter se contrarij Euangelistæ diuersis modis memoriæ prodiderint ea, quæ acciderunt in resurrectione Emmanuelis, Oratio secunda: Interprete Laurentio Sifano.*

VANQVAM omnes quidem [i] propemodum, dilecti, eam quæ à nobis in dominica nocte [k] commode atq; competenter introducta est, Euãgeliorum approbant lectionem de resurrectione magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi: nonnulli tamen utilitatem quidem se sensisse non negant, sed [l] quòd putent se aliquantò rectius & obscurius doctos esse, de eadem re non eadem, sed contraria & auditorem magis ad incredulitatem inducentia dicentibus Euangelistis, perturbari se aiunt. Cui enim credendum est? Matthæo, qui uesperi sabbatorum resurrectionem accidisse scribit? an Iohanni, qui hoc idem mane, cùm adhuc tenebræ essent, contigisse memoriæ prodidit? An Lucæ & Marco: quorum hic ortum solis, ille profundum diluculum [m] eundem articulum temporis, quo illa contigerint, nominat, ut? Ad solutionem igitur propositi dubij, aliarumq; circa scrutationem dictorum exortium quæstionum, excitari nos licet infirmos à Deo, qui resurrexit, [n] & planam adhibere interpretationem oportet. Etenim eum qui semen lectionis deiecit, eamq;

[i] ὡς εἰπεῖν.
[k] εὐφυῶς εἰσαγωχθεῖσαν.
[l] πεπονθέναι δέ πως ἀνομοίως τοῖς λοιποῖς.
[m] τὸ αὐτὸ χωρίον.
[n] καὶ πλὴν ἐφικτέον ἁγιασθῆναι σαφῆ.



eamq; in auribus uniuersorum sparsit, æquum est inde quoq; ortarum quæstionũ reddere rationem. hoc itaq; facere etiam, atq; ex illis ipsis, quæ super his dubitantes dicebant, rationem inferre conabor. Neq; enim sacri Euangeliorum scriptores, uel uesperi sabbatorum, uel maiori parte noctis præterita, uel diluculo rursus, uel post solaris radij [a] emersum, resurrexisse Dominum dixerunt. (Sic enim contrarieras esset, si unum factum, non in uno potius, sed in diuersis temporibus accidisse scriptores memoriæ prodidissent.) sed mulieres scripserunt, alio tempore alias ad sepulchrum ueniisse, & non circa eundem temporis articulum: (quomodo enim eas, quæ diuersis temporibus uenerunt?) omnes uerò similiter audiuisse ab angelis de seruatore, Surrexit, non est hic: nõ adiecto, quando. quasi in illa diuina nocte absq; controuersia, & in hoc omnibus consentientibus resurrectio quidem acciderit, nemo uerò horam notauerit, quæ omnibus ignota erat, præterquã quũ Deo, qui resurrexit: tum patri, qui solus ita nosci filium, ut ipse cognitus est à [b] filio: tum spiritui, qui omnia scrutatur, etiam profunditates Dei. Matthæus enim dixit Mariam Magdalenam & aliam Mariam uesperi sabbatorum uenisse ad uidẽdum sepulchrum: terræmotum autem factum esse magnum: atq; angelum de cœlo descendisse, cuius aspectus quidem fulguri, stola uerò niui haud dissimilis fuerit, ut ipso terribili quidem [c] habitu perterrefaceret custodes: qui etiam non ferentes uisionem, parum etiam abfuit, quin perirent, mortui facti metu: [d] candore uerò inuitaret mulieres, & fiduciam injiceret natura timidis ac formidolosis, resurrectionemq; per ipsum habitum cum ingenti lætitia annũtiaret. his enim de caussis missus erat. Quum enim lapidem reuoluisset, reperit resurrexisse Dominum, sepulchro quod sigillis munitum fuerat, ac præsidio militum custodiebatur, sicut Deum decebat, clauso relicto, quemadmodum clausis quoq; ianuis penetrans in domicilium ad discipulos accessit. Quare etiam dicebat, Non est hic, sed surrexit, significans angelus ante suum aduentum admirabiliter accidisse resurrectionem seruatoris, quam ut Deus propria uirtute exequens in ijs, quæ disposita ac destinata erant, peragendis nullum angelorum auxilium desiderauit. Nisi enim hoc ita esset, dixisset: Ecce resurgit, significans id, quod statim fieret: sed quoniam ante factum erat, præterito tempore utens dixit, Nõ est hic, sed surrexit. Atq; illud etiam ex hoc apertè demonstratur, quòd apostoli cùm prædicarent Euangelium, propter infirmitatem audientium dicebant Christum resuscitatum esse a patre, acceptabilem & commendabilem hoc modo sermonem reddentes. sed angelus, qui primus resurrectionis annuntiatricem uocem rupit, nudam designans ac [e] maiestatis plenissimam Deoq; maximè conuenientem eius, qui resurrexerat, potestatem, clamabat: Non est hic, sed surrexit. Itaq; quòd dicitur eum resuscitatum esse à patre, audientium quidem, ut dixi, disponebat [f] atque moderabatur infirmitatem, eundem uerò continet, & non alium intellectum. Nam in quo operatur pater? In propria potentia uidelicet & uirtute. Quæ nam est autem [g] uirtus ac potentia patris? Nemo alius præterq; Christus: Christus enĩ Dei uirtus ac potentia, Deiq; sapientia est. Ergo seipsum resuscitauit Christus, etsi à patre dicitur esse resuscitatus. "Cæterùm ὀψὲ σαββάτων, id est, serò uel uesperi sabbatorum, non significat uesperum, qui post occasum solis fuit: neq; enim singulariter dixit, uesperi sabbati, sed pluraliter, uesperi sabbatorum. sabbata uerò omnem septimanam uocare solent Hebræi. Nam ne longius abeas, Euangelistæ, uno sabbatorum, inquiunt: cùm dicendum fuisset, primo die septimanæ. Sic nimirum etiam in communi consuetudine utimur, secundum sabbatorum, & tertium sabbatorum appellantes secundũ & tertium ἀπὸ τῆς ἑβδομάδος. Non dixit igitur, serò sabbati, aut uesperi sabbati, ut uesperũ illius ut ei significaret: sed serò sabbatorũ, ut tardius, & multũ distans indicaret. Etenim ὀψὲ quãdo nos quoq; ita dicere solemus, ὀψὲ τοῦ λαμπρὸ παρεγένετο, id est, serò uel tardius ad tempus uenisti: ὀψὲ τῆς ὥρας, id est, serò uel tardius ad horam, ὀψὲ τῆς χρείας, id est, serò ac tardius, quam usus & necessitas postulasset: nõ uesperã, neq; tepus, quod post occasum solis est, significãtes: [i] sed tardius, & postq; usus &

[a] βολῆς.
[b] Locus corruptus ut ubique quæ ὦσι παρὰ. ego lego, ὡς ὑφ.
[c] aspectu.
[d] ὡς φωσφόρῳ.
[e] πλὴν βεβαίως πιστεῦσαι ἐξὸν εἶναι τὸ αὐτὸ γενόμενον.
[f] φυσιοῦται.
[g] ἢ δύναμις.
[h] ὀψὲ σαββάτων.
Marci ult.
[i] ἀλλὰ ὀψὲ βραδύτερον τῆς χρείας ἢ τοῦ λυσιτελοῦς.

Universidad de Deusto
Biblioteca



necessitas postulauerit, aut post tempus commodum & opportunum factum esse quippiam hoc modo indicantes. Atq; ὀψὲ σαββάτων, id est, serò, uel uesperi sabbatorum, longius & tardius præteritæ septimanę tempus significat. Impletur quælibet septimana occasu solis sabbatum excipiente. Nam etiam Matthæus quum tẽporis articulum, qui multùm distabat à fine expletæ septimanæ, significaret, & quasi seipsum interpretaretur, adiecit, quæ illucescit in unam sabbatorum. Præterierat, inquit, in tantum nox, ut esset tẽpus gallorũ cãtus, qui cantus lucẽ futuri diei præcedit. [a] Tunc nimirum atq; in hoc articulo temporis, non aũt uespera quę sabbatũ insequitur, finientes ieiunia, incipimus nos oblectare atq; lętari, cõsuetudine, quæ apud omnes obtinuit, [b] hanc rem cõprobante. Quũ igitur hic temporis esset articulus, Maria Magdalena atq; altera eiusdẽ nominis ad sepulchrũ uenerunt, & angelũ, qui de cœlo descenderat, quemadmodũ dictũ est, uiderũt: qui reuoluto lapide super eũ sedebat: à quo etiã inuitatæ uiderunt locũ, ubi positus erat Dñs: & currere iussæ quæq; acceperant, mandata discipulis edere, egressæ celeriter è monumento currebant: itaq; currentibus obuiam factus Iesus appellauit eas, dicens, Auete. Etenim oportebat primum muliebrem sexum & ab angelo bonum resurrectionis accipere nuntium, & Dominum uidere, & primam ab eo uocem audire, Auete. quoniam mulier quoq; prima audiuerat fraudem serpẽtis, & cõtra præceptũ uiderat ligni interdicti fructum, & [c] pœna tristitiæ ac doloris cõdemnata fuerat. Quapropter etiã adorare seruator & [d] pedes apprehendere & cõtrectare permittebat, ut ijs quæ primæ desciuerãt & alienatæ erãt ab eo: & discipulis gaudium annũtiare iubebat, quũ mulierẽ, quæ tristitiæ ministra Adamo fuerat, gaudij nuntiã uiris esse uellet, cõtrarijs cõtraria curans. Euntib. aũt illis, inquit, ut mandata referrent discipulis, Ecce quidã de custodia in urbẽ uenerunt ac renuntiauerũt principibus sacerdotũ omnia, quæ acciderant. Atq; illi coacti unaq; cũ senioribus habito cõsilio satis magnã pecuniã dederũt militibus, dicẽtes, Dicite quòd discipuli eius noctu uenerint, & surripuerint eũ uobis dormientibus. Et si hoc delatũ fuerit ad præsidem, nos persuadebimus ei, & uos securos reddemus: illi autẽ accepta pecunia, fecerunt quemadmodum erant edocti. & diuulgatus est hic rumor apud Iudæos usq; in hodiernum diem. Atq; altera quidem Maria: (hanc aũt deiparam fuisse credere cõsentaneũ est: qm̃ nec à passione quidẽ abfuit, sed stabat iuxta crucẽ, ut Iohannes memoriæ prodidit, quã etiã decebat ea, quæ ad gaudiũ pertinebant, annũtiare, ut quæ radix gaudij esset, ac præclarè audiuisset illud, Aue gratia plena, Dñs tecum:) mandatum Domini exequens discipulis [e] omnino expositi. Nõ em fas erat non adimpleri id, quod ita clarè dispositum, [f] administratum, & præceptũ erat, tametsi nõ crederent qui audiebant. [g] Quoniam hoc quoq; sæpe accidere solet, dũ immensa miracula annunriãtur. neq; em otiosi permãsissent, si credidissent. At Magdalenæ unà cum deipara abeunti & similiter ad annuntiandum properãti accidit quiddam more humano. & quemadmodũ Petrus ab Herode cõprehẽsus, & nullo negocio solutis catenis per angelum ex custodia eductus, multũq; spatij progressus, quoad portam quoq; urbis transiisset, nõ putabat uerum esse, quod agebatur, sed uisionem se uidere existimabat: ita etiam hæc quum excellentiam miraculi ueluti [h] importunũ & intempestiuũ quiddã esse reputaret, & simul, posteaq; custodes anteuertissent, & cum pontificibus cœpissent texere calumniã aduersus resurrectionem, prorsus tale quiddam subsusurrari sensisset, [i] ambiguitatis ac dubitationis cogitationes admisit: neglectaq; renuntiatione atq; salutari mandato ad sepulchrum tendebat mane, quum adhuc tenebræ essent, ut Iohannes ait. Quemadmodum enim permisit Dominus, ut ex incredulitate Thomas differret, Nisi uidero in manibus eius uestigium clauorum, et mittam digitum meum in uestigium clauorum, mittam item manum meam in latus eius, non credam: a[b] per curiosam illius incredulitatem & cõtrectationẽ, nos in eã fidẽ cõfirmati sumus, [k] ut omissis opinionum ac suspitionũ fabulis, quo corpore passus est, eodem etiam resuscitatum esse credamus Emmanuelem: eodem modo Mariam quoq; Magdalenam ad incredulitatem reuersam: quum hoc etiam facilius ei accidisset: (nõ ignota est em muliebris sexus [a] fragilitas & facilitas ad lapsum:) per curiosam & superuacuam inquisitionem, miraculum resurrectionis, quod omnem fidem cogitationemq; superat atque excedit, credibilius efficere permittebat. Cum hac igitur ambigua mente accedens, quum lapidem duntaxat ab ostio monumenti reuolutum uidisset, angelum autem non amplius super eo, ut paulò antè sedentem, [b] ab incredulitate uinci se passa est, imaginationem & alienationem mẽtis ex pauore repentino contractam esse existimans id, quod prius uiderat, idq; non pro uero, sed pro falso ducebat: quumq; accurrisset ad Petrum & ad alium discipulum, quem diligebat Iesus, clamabat dicens, Sustulerunt Dominum ex monumento, & nescio ubi posuerint eum. Vides quòd quum ex ijs, quæ post relationem custodum apud Iudæos conficta erant, aliquid tale ad aureis eius peruenisset, [c] mente immutata atq; depraua ta est: ac putauit aduersarios furatos esse corpus Iesu, ut furtũ in apostolos cõferrent. At Petrus & Ioannes sine mora surrexerunt, & ad sepulchrum cucurrerũt. Nõ enim nouum & inopinatum erat quod dicebatur, ut, [d] quod ad resurrectionẽ attinet, fidem non haberent: imò uerò etiam credibile & non discordans & alienũ erat à malitia Iudaica. Intrepidè autem & absq; metu id agebant [e] quum silentium esset, tenebris nondũ discussis. Deoq; [f] fiduciam eis atq; animi præsentia submin-strante. Sed quum eò uenissent, manifesta atque euidentia signa resurrectionis inuenerunt. Vident enim in sepulchro linteamina iacentia. quod nequaq; accidisset, si corpus furto sublatum fuisset. Primùm enim furibus mos est uestes detrahere atq; spoliare, deinde admodum celeriter committere furtum, ne in ipso facinore deprehensi pessimè mulctentur. De corpore aũt Iesu in hunc ferè modum scripsit Ioannes, Obuinxerũt eum linteis cum aromatibus, prout mos erat Iudęis sepelire. Quomodo igitur non multi negocij res furantibus fuisset uincula soluere, corpusq; nud.re linteaminibus, quæ iam adhæsissent, & facilè auelli non potuissent, ac priusquam detracta essent, rumperentur. Mixtura enim aloes & mirrhæ, quam attulerat Nicodemus, [g] conserta & implicata erant. Quin etiam sudarium, quod fuerat in capite eius, nõ cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in unum locum nullius trepidationis, qualis furto sublato corpore fuisset, indicium erat. Qui enim otium, talisq; securitas furibus fuisset, ut tegumentum etiã capitis [h] apte inuoluerent, & separatim deponerent? Itaq; hoc etiã manifesto ueritatem resurrectionis ostendebat: simul autem etiam mysterium à diuina maiestate haud alienum innuebat: nimirũ quod caput deitatis locum obtinens: (iuxta illud, caput Christi Deus:) & qui de eo extant sermones, manent circa carnis humanæ assumptionem quasi inuoluti atq; indissolubiles: etiamsi inferiora, quæ circa dispositionem & administrationem, quam in carne peregit, & circa eam, quam cum hominibus in terra conuersationem habuit: (quarũ rerum figura, linteamina erant:) acciderunt, quantum eius fieri potuit, à nobis dissoluta atq; contrectata sint. Atq; his uisis Petrus & comes eius crediderunt, quum non simpliciter solùm, uerumetiam [i] præstantiori mente ac sensu apostolico rem spectassent. Plenum enim luminis erat sepulchrum, ut etiamsi nox adhuc esset, dupliciter tamen tum sensibiliter, tum spiritualiter uiderent ea, quæ intus erant. Nam si semper lumen iustis est, prout scriptum est, multo magis iustorum Deo. Non crediderant autem, inquit, quia nondum nouerant scripturam, quòd oporteret eum à mortuis resurgere. Atqui sciebant, quia seruator eis sæpe prædixerat, quòd resurrecturus esset: sed non tam quam à scriptura, atque inde peritis oraculis (quæ fieri non poterat, quin euenirent) adducti, sed tunquam circa fidem adhuc [k] labascentes atque claudicantes. Cæterùm quòd nudus Iesus absque linteaminibus resurrexit, significat eum nequaquã posthac cibi potus ue, aut indumẽtorũ, gestaminis atque operimenti egentem in carne cognitum iri. [m] Et si id, quod decretum, dispositum ac destinatum erat, exequens & administrans sponte sua se his rebus subiecit,

[a] τὸ σύνηθες.
[b] λίθον τῆ ἀπιστίᾳ τὸν ἀρτασίαν τὸν ἡρμοσμένον, φαντασίαν διὰ ἐκπλήξεως.
[c] παρηλλάχθη τὸν λογισμόν.
[d] ὃ ἐπὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἀπιστούμενον, πιστὸν καὶ ἐναρμόνιον ἔχον τοῖς ἀληθέσι· ἢ γὰρ προφάσεως τὸ λεγόμενον διὰ τῶν ἀναγκαίων ἀπιστίαν.
[e] ἀνεύλαβῶς ὑπαρχόντος.
[f] τὸ θαρρεῖν.
[g] Ioan. 19.
[h] κατὰ τάξιν εἰλεῖν.
[i] ἐρώτησον τῷ λύειν ἀπεγόλιμῷ. Ioan. 20.
[k] ὀκλάζοντες.
[l] ἀποβολῶν.
[m] εἰ καὶ τὴν εἰκονομίαν πληρῶν.





[a] τῶν τε γε, itaq; etiam in hoc articulo temporis, & non uespera.
[b] συνηγορούσης τοῦ πράγματος.
[c] παῦτα, ὅσα, πάντα.
[d] εἰκονομικόν τι τὴ προσαχθοῦ.
[e] ἐπεὶ τὴ ἔπαντ? τοῦτο πολλάκις τῆ τὴν ἀπαγγελλομένων θεωμάτων ὡς πιθανῶν.
[f] ἀκαιρόν τινα importunã & intempestiuã quandam esse reputaret.
[g] τὰς ἀμφιβολίας.
[h] οὐ τὰς ἀληθοῦς μύθους ἀνομιλοῦμεν.

iecit, ut qui eiusdem nobiscum naturæ particeps esset: deinde significat etiã Adami in pristinum statum restitutionem, in quo nudus erat in paradiso, & non erubescebat. Nam de cætero tanquam Deus, licet incarnatus [a] gloria, quæ Deum maxime deceret, [b] circundatus erat, quum ipse sit is, qui lumine tanquam pallio indutur, ut inquit propheta Dauid. Ac Petrus quidem & Ioannes fide ipsis ex ijs, quæ uiderant, facta, domum reuerterunt: Mariæ uerò nihil dixerunt. [c] Curabat enim & operam dabat is, qui solus sapiens est, ut fidem non habens per ea quæ uideret potius, quàm quæ audiret, ad credendum adduceretur. Stabat igitur iuxta monumentum foris plorans, & cùm inclinasset se, uidit angelos duos [d] candida indueste signeis & illustreis, sedentes unum ad caput, alterum ad pedes, ubi iacuerat corpus Iesu: & quum lamentationem lętitia commutare oporteret, lachrymari nõ desistebat, adeò ut angeli quasi cum increpatione dicerent, Mulier quid fles? perinde ac si dicerent, Muliebres hæ sunt lachrymæ, non læti animi. Quî enim locum habet lamentatio post tale spectaculum? Atq; illa [e] in eadem incredulitate perseuerans: (prorogabatur enim & extendebatur perturbatio, ut per ea quę paulatim adijciebantur, ad credendum perfectè expurgaretur,) ad eos dixit, Sustulerunt Dominum meum ex monumento, & nescio ubi posuerint eum. Atque hæc loquuta conuersa est retrorsum, & uidet Iesum stantem, nec sciebat quòd Iesus esset: partim quòd præ lachrymis offusa tenebris, & quasi caligine grauata esset: partim quòd etiam Iesus interea rem ita disponeret, ut ab ea non agnosceretur. quamobrem etiam dixit, Mulier quid ploras? quem quæris? Illa existimans quòd hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu asportasti eum, dic mihi, ubi posueris eum, atq; ego eum tollam. Forsitan autem [f] non abs re, nec extra decorum, hortulanum esse putabat Iesum: sanè enim ipse uerus & immortalis agricola paradisi erat in horto monumenti, sicut in paradiso mulierem, quæ Adamum primum hortulanum per incredulitatem deceperat, [g] lapsam corrigens atq; emẽdans. Sic igitur uniuersa mysteriorum plena, rationibusq; diuinis ac sublimibus referta sunt. Cæterùm quã hæc dixisset Maria, & [h] circa scrutationem corporis [i] solicita hæreret, ac iam etiam magis conuersa esset ut abiret, satis tortam & examinatam conspicatus is, qui penetrat usq; ad diuisionem animæ atq; spiritus, artuumq; ac medullarum, qui iudicare quoq; scit de cogitationibus cordis ac mentis agitationibus, unica uoce incredulitatem exemit, [i] uisumq; mulieris acuit ad agnitionem, cùm dixisset solùm, [k] ut ipse sciebat, [i] cum redargutione & motu ad reuerentiam, Maria. Atq; illa extemplò conuersa, & rabbouni, quod dicitur, magister, eum appellabat, & diuinos illos pedes conabatur apprehendere: & audiuit, Ne me tangas, nondum enim ascendi ad patrem meum: hoc, inquit, donum iam consequuta quæ unà cum altera Maria & contrectasti me & adorauisti, pedesq; tenuisti, contempsisti adeò, ut etiam non credideris: ac nihil magnum de me in [m] animo concepisti, sed adhuc circa monumentum quærebas, qui diuinitùs suprà apud patrem eram. ac nunc ne me attingas, si eadem [n] mentis agitatione, ad patrem ascensionem deesse mihi existimas. Nondum enim, [o] ut tu cogitas, ascendi ad patrem meum: sed uade ad fratres meos, & dic eis, ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, & Deum meum, ac Deum uestrum. Quoniam, inquit, secundum carnem primogenitus fui inter multos fratres, non mihi nunc, sed uobis fratribus corporaliter ascendam ad patrem meum, & patrem uestrum, & Deum meum, ac Deum uestrum. Nisi enim Deus meus appellatus esset, quum innocentiam humanæ naturę, propterea quòd, sicut in principio generis, peccatum ignorabam, in me uidit: uester pater uel Deus, utpote eorum, qui ab eo abalienati eratis, appellatus non esset. Quapropter etiam Paulus Hebræis scribens dicebat: Non enim in manufacta, Sancta introiuit Christus, ad similitudinem facta uerorum: sed in ipsum cœlum, ut [p] appareat nunc in cõspectu Dei pro nobis. Venit igitur Magdalena Maria, & annũtiat discipulis, [q] uidisset Dñm q hæc dixisset sibi. Quũ uenisset aũt, atq; ea annũtiasset, rursus

[a] δόξῃ τὴ θεοπρεπεστάτῃ. splendore ac maiestate.
[b] amictus.
[c] ὠλιγώρει. [d] λευκὴν ἐσθῆτα φωλάδος τῆ φύσει.
[e] τῇ αὐτῇ ἀπιστίᾳ ἐχομένη· παρετείνετο γάρ τὸ πάθος.
[f] οὐκ ἐξω τοῦ πρέποντος.
[g] διορθούμενος. [h] βασανιζόμενος περὶ πλεῖον ἐρρύπωσε τὸ σῶμα τοῦ ἐπτοημένης. [i] obtutumq;
[k] Duplex lectio: ὡς αὐτὸς ἐγίνωσκεν, quam ego magis probo: & ὡς αὐτὸν ἐγίνωσκον.
[l] σὺν ἐπιτιμήσει. [m] διανοίᾳ cogitasti. [n] mente dissimulans. [o] ὡς σὺ οἴει.
Hebr. 8. [p] ἐμφανισθῆναι.
Luc. 23. & 24.



rursus intenit Mariã Iacobi, & Ioannã, & alias nonnullas cum ipsis cum apparatu aromatum & unguentorum ad sepulchrũ properantes, discussis tenebris, ac profundo diluculo (hoc est, [a] iusto ac uero, & nunc primum incipiente,) ut inquit Lucas: & adiungens se unà cum eis ibat, ac propter ardens erga Iesum desideriũ dux earum uidebatur, ac propter hanc claritudinem, quam ex eo facto adepta est, prima apud Euangelistas numeratur. Cupiebat enim etiam illis non ex ijs, quæ & ab ipse & ab altera Maria audiuissent, sed ex illis ipsis, quæ uidissent, uel angelorum præsentia fidem fieri resurrectionis: & erat cum eis [b] prudenter ac dedita opera tacens, nihilq; dicens, [c] quum admirantes atq; dubitantes eam interrogarent: sed expectabat rerum gestarum testimonium, & credebat fore, ut etiã illis sigillatim certa fides plenaq; persuasio per oculorum fieret inspectionem. Itaq; quum lapidem à monumento reuolutum uidissent, ingressæ sunt, & nõ inuento corpore Iesu [d] anxiæ atq; hæsitantes uident astantes sibi uiros duos stolis quasi effulgurantes: à quibus audiuerunt, Quid quæritis uiuentem cum mortuis, non est hic, sed surrexit, & cætera. Et reuersæ, inquit, à monumẽto nuntiauerunt hæc omnia undecim illis uiris, & cæteris omnibus. Sed ut erant [e] uulgus & multitudo confusa, magis ad incredulitatem deflexerunt, atq; id, quod relatum erat, [f] cauillabantur, respuebant, & asuersabantur. Videbantur enim uerba earum quasi deliramenta, neq; fidem illis habebant: adeò ut Petrus etiam ipse paulatim propter illorum incredulitatem [g] alioquo modo perturbatus & fluctuas surrexerit, ac rursus ad monumentum cucurrerit, atq; prospiciens iterum quoq; uiderit linteamina iacẽtia, quæ iam antea ingressus plenius & exactius inspexerat. unde solum prospexisse contentus, [h] ac nihil à priore statu immutatum conspicatus, abijt consternatus & admirans id quod acciderat: ac glorificans eum, qui hæc [i] ita ordinasset & administrasset. Ac Maria Magdalena rursus, quemadmodum unà cum ijs, quæ eũ Ioanna erant, mulierib. portantib. quæ ante sabbatũ pręparauerant, unguenta atq; aromata, profundo diluculo profecta erat ita cũ Salome quoq; muliere peregrina, q̃ prẽter nominatas licet tardè emerat tñ aromata, sed post sabbatũ, eadẽ mente impigrè currebat, assumpta secũ etiã Maria Iacobi, ita ut etiã in coẽptione aromatũ socię fuisse uideãtur. Quum eñ socię essent itineris, totã rẽ gestã cõmune studiũ esse existimabant: & ualde mane una sabbatorũ ueniunt ad monumentum. [j] Prætereà in exactioribus ac plenioribus exemplaribus continetur id, quo significatur, prẽter iã factas uisitationes etiã hunc mulierũ ad monumentũ contigisse accessum. Quid autem λίαν πρωΐ, id est, ualde mane, sit, explicans Marcus adiecit orto sole. Et dicebant, inquit, ad inuicẽ, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti: & sublatis oculis uident lapidem reuolutum. Erat enim magnus ualde. Quũ enim Salome meritò [l] dubitaret, ut quæ omnino ad sepulchrum nõ accessissent, atq; hæc ad comites suas diceret, illæ tacentes, prout superius dictũ est, cùm sustulissent oculos, [m] aspectu ipso respõsum dederunt. etenim lapis reuolutus in conspectu apparebat. Quoniam aũt unà [n] considerabant, & cõmune eis iter erat, idcirco inter se dixisse ac dubitasse scriptum est, si rerum naturam atq; historiæ ueritatẽ consideremus, ac [n] discernamus cuius earum proprium fuerit dubitare. Nam eas, quę iam sæpè lapidem reuolutum uidissent, de hoc solicitas esse, probabile non erat. Sed quoniam inter has mulieres de quib. est apud Marcum, persona Salomę ignara infertur, [o] absq; controuersia, oratio probabilis ac ueri simillis est. Nam nec illas consentaneum est dixisse, Quis reuoluet nobis lapidẽ, propterea q̃ ludæi obsignassent aditũ sepulchri, adhibita custodia militum, & tertius dies instaret. Dixerant enim scelerati illi ad Pilatum, Recordati sumus, quòd impostor ille dixit, quũ adhuc uiueret: Post tres dies resurgã. Si multe- res igitur scie[illegible]ãt miraculũ, quod per angelum factũ erat, & quòd lapis remotus esset, & custodes expauefacti mortuisq; similes facti recessissent, quo modo solicitę & anxię de reuolutione lapidis erãt: sin aũt miraculũ ignorabãt, custodiã militũ considerare, ac nõ de aperiendo monumẽto cogitare oportebat. Verùm, ut dixi, Salome & hoc ignorabat, & ipsius solius ea uerba erãt. Nã Maria Magdalena atq; altera

[a] ἀνειβῶτ.
[b] σωφρόνως σιωπῶσα ἐκδεχομένη λόγους. διατηρεῖται.
[c] αὐτοῖς ὅμοια εἰώθασι γυναῖκες πλημμελοῦσαι δοξάζεσθαι.
[d] ἀπορούσας. [e] ὄχλος ὢν καὶ πολυπληθὲς. διεστρέφοντο δὲ καὶ ἀντέλεγον καὶ ἀπιστοῦσαν. [f] διεσύρετο καὶ ἀπεσκώπτετο. [g] ἐξίστασθαι τοῦ πρέποντος. [h] ἐκεῖνα δὲ ἀπολαβὼν πρὸς ἑαυτὸν ἐθαύμαζε μηδὲν ἐπιστρεψάμενος τὸ γεγονός. [i] τὸν τοιαῦτα ἐνεργήσαντα.
[k] ἐπὶ τοῖς ἀπὸ βεβήλοις τῶν αὐτοψιῶν ἐπιφερόμενα θαύμασιν.
[l] ἀπορήσαντ.
[m] τῷ βλέμματι, ipso conclu oculorum: [n] dijudicemus. διακρινόντων.
[o] ἀμάχως ὁ λόγος ἔχει τὸ πιθανόν.

Universidad de Deusto
Biblioteca



altera Maria quum sedissent è regione sepulchri, quemadmodum memoriæ prodidit Matthæus, [a] magnoq; studio atq; industria assidentes id egissent, tum signacula ludæorum, tum armatorum custodiam oculis suis conspexerant. Ingressa autem Salome cum utraq; Maria, uiderunt iuuenem sedentem à dextris amictũ stola candida, & expauerunt omnes: hæc quidem, quòd fide indigeret, ac magis humano more affecta esset: illæ uerò, quòd sæpius ad monumẽtum uenissent, curioseq; ac supra quam necesse atq; opus esset, deinceps explorare atq; inuestigare resurrectionem uiderentur. Nam idcirco etiam iuuenis apparuit, qui magnitudine perterrefacere ac metum iniicere posset. ac terrori [b] alacritatem & lętitiam miscẽs, per candorem stolæ, quum propter diem scilicet festum, tum ne metu obrigescerent, [c] acerbius eas alloquitur castigans uerbis & admonens, ne post tot spectationes curiosæ essent, sed potius firmæ manerent in ijs, quę uidissent. Ite, enim inquit, dicite discipulis eius & Petro: (discipulis quidem, utpote ijs qui sępe non credide runt: Petro uerò, ut qui iterum eadem uobiscum curiositate adductus ad monumentum uenit:) quòd præcedit uos in Galilæam: ibi eum uidebitis, sicut dixit uobis: uobis mulieribus uespere sabbatorum illucescente in unam sabbatorum conspectus, ut Matthæus conscripsit. Discipulis enim nunquam apparet eum dixisse, quòd post resurrectionem ipsis in Galilæa appariturus esset, nisi forte quis illud dixerit, quod & Matthæus & Marcus scripserunt post cœnam mysticã exeuntibus ipsis dicto hymno in montem oliuarum, ab seruatore sic quodammodo dictum, Postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Egressæ autem è monumento Mariæ & Salome, tremore atq; terrore correptę profugiebãt, ac neminí quicquam dicebant. timebant enim, partim quidem propter terrorem adolescentis, partim uerò quòd iam dies progressus esset, & ludæi (ut est uerisimile) furium deorsum obambulantes [d] ad cædem parati essent. In exemplaribus paulò diligentius & exactius scriptis Euangelium secundum Marcum hactenus, Timebãt enim, finem habet. In nonnullis adiecta sunt etiam hæc, Quum surrexisset autem, mane primo die [e] sabbatorum apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, ex qua ejecerat septem dæmonia. Hoc autem contrarium quiddam ijs, quę à nobis suprà dicta sunt, continere uidetur. Quum enim hora noctis, qua seruator surrexit, ignota sit, quis sit, ut in hoc loco, mane eum resurrexisse, scriptum sit? Sed hoc dictum nullo modo contrarium apparebit, si [f] aptè atq; scienter legerimus. Etenim subnotare & subdistinguere doctè atq; intelligenter oportet, Quum surrexisset autem: atq; ita subiungere consequenter, mane primo die sabbati, apparuit primùm Mariæ Magdalenæ: ut uerbum quidem ἀναστὰς, id est, quum surrexisset, conuenientem cum Matthæo ad superius tempus relationem habeat: uerbum uerò πρωΐ, id est, mane, ei quæ Mariæ facta est, apparitioni attribuatur: quæ prima cum altera Maria, atq; iterum sola uiderat Dominum. [g] πρωΐ enim, id est, mane, uel diluculo, uniuersum illud spatium est, quod post gallorum cantum intercedit. Quum igitur quaternæ cẽporum sint uices, totidemq; accessus, quibus mulieres ad monumentum uenerũt, spiritus sanctus rem ita dispensauit [h] atq; ordinauit, ut singuli Euangelistæ singulos temporum articulos conscriberent. Ac Matthæus quidem illas, quæ uesperi sabbatorum uenerunt ad monumentum, historia comprehendit, & angelum unã descendisse de cœlo, qui lapidem reuoluisset: Ioannes autem, Mariam Magdalenam uenisse solam in tenebris ante lucem conscripsit, atq; angelos duos intra monumentum uidisse: Lucas alias circa ipsum diluculum: Marcus uerò aliam orientę sole, adiunctis nonnullis, quæ iam etiam antea ad monumentum fuissent. Atq; illis quidem duos uiros astitisse: has uerò sedentem à dextris iuuenem uidisse: atque omnes stolis albis indutos fuisse memoriæ prodiderunt. Itaq; si quis ea, quæ singuli secundum ordinem temporum scripserunt, composuerit, possit unam eõ sonantiam concordantiamq; & unum corpus historiæ totius efficere: perinde ac si unus totam rem gestam & non complures scripsissent. Nam si unius quidem aduentus mulierum, quæ in uno temporis articulo accidisset, omnes quatuor mentionem

[a] φιλοτίμως προσηρέσαντο.
[b] διὰ μεγάλου τοῦ φόβου τὸ φῶς δηλῶν.
[c] σφοδρότερον αὐτὰς διαλέγεται παραδοὺς αὐτὰς δι' ἔλεγχον.
Matth. 26. Mar. 14.
[d] φοβοῦνται μὴ διὰ τὸν καιρὸν ἐπιτεθῶσι, ἐν ἀντιγράφοις, ἐν μέρει, ἐν ἑτέροις, claimore terrerẽt.
[e] σαββάτων, in utroq; exẽplari. in uulgatis exemplaribus noui testamenti σαββάτου, singulariter.
[f] μετ' ἐπιστήμης καὶ ἀκριβοῦς μεθ', διὰ γὰρ ὑποστίξεως καὶ στιγμῆς.
[g] πρωΐ.
[h] οἰκονόμησε.

1 illas quidem duos uiros, qui ipsis adstitisse.
[i] μίαν ἁρμονίαν.



tionem fecissent, & eosdem angelos dixissent apparuisse: uel una atq; eadem apparitione siue uisione ab uniuersis edita, hanc in diuersis temporibus accidisse dixissent, & non unius quisq; temporis mentionem fecissent, discrepantiæ [a] atq; dissensionis reprehensionem effugere narratio non posset. Sin autem & personæ & tempora diuersa fuerunt, & eorum, qui apparuerunt, facies non eædem: quum Deus compluribus modis fidem facere uoluerit incredibili miraculo resurrectionis: & quod unus prætermisit, alius historia persequutus est Euangelista: quí fieri potest, ut non tota narratio pura & ab omni reprehensione libera sit? Quoniam autẽ mulierum Mariarum in Euangelijs mentio fit, treis numero omneis esse statuere debemus: quas Ioannes cõprehensim numerauit, cùm diceret, Stabant aũt iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalena. Nam Mariam Iacobi, & Iosæ matrem apud alios Euangelistas nominatam, deiparam & non aliam esse credimus. Quoniam enim ita dispositum & destinatũ erat, ut & [b] diuinus partus obumbraretur, & sanguinarijs ludæis non manifestaretur, quòd circa ipsum tempus, quo ad lectum iugalem ducenda erat, uirgo ex spiritu sancto concepisset: quemadmodum literis mandatum est, quòd & uir huius & pater Iesu uocatus sit Ioseph: eodem modo Iosæ & Iacobi filiorum Iosephi fabri ex prioribus nuptijs & præmortua uxore puerilem ætatem agentium mater deipara & appellabatur & nominabatur. hæc nimirũ obtrectantes etiã ludæi de seruatore dicebãt, an non hic est filius fabri: nonne mater eius uocatur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon, & Iudas? Atq; idcirco Ioannes quidem, ut [c] qui liberè diuinam historiam conscriberet, eã, quæ stabat iuxta crucem, id [d] quod reipsa erat, matrem Iesu appellauit: cæteri uerò Euangelistæ, qui multùm circa [e] dispositionẽ laborauerunt, certo consilio matrem eam Iacobi & Iosæ appellauerunt: (hi enim primi erãt, & insignes filij Iosephi:) hoc apertè significãte scriptura, quòd hac [f] dispositione & ordinatione atq; inde concepta opinione absq; periculo Maria paßionι salutari interierat. [g] Nam si uulgus eam esse uirginem [h] sciuisset, perdita forsitan fuisset ab inuidis ludæis. Reperias autem eam etiam unius solius filiorũ Iosephi matrem apud Euangelistas nominatam esse, Mariam Iacobi, & Mariam Iosæ. Marcus autem Iacobi parui & Iosæ matrẽ eam uocauit. quoniã alter erat Iacobus Alphęi magnus idcirco, quia [i] duodecim apostolis connumeratus erat. Nam paruus non erat de numero eorum. De illo autẽ aliquis fortassis haud immeritò addubitauerit: quo pacto seruator discipulis partim p angelos, partim sua ipsius uoce pollicitus, quòd profectus in Galilæam eis apparituros esset, uisus sit Hierosolymis quoq; promissum præstare. Nam secundum Lucam quidem in ipsa die resurrectionis ipsis undecim congregatis: ut Ioannes autem scribit, & in hoc ipso, & octauo die præstat apparitionem stans in medio ac dicens, Pax uobis, atq; etiam Thomæ se contrectandum præbens. Verùm hoc [k] liberalitatis & humanitatis diuitias ostendit, non mendacij crimen continet. Non enim dixit, In Galilæa dum ataxat me uidebunt: neque uerò Hierosolymis uisus, non apparuit in Galilæa sicuti promiserat: (hoc enim esset suos sermones [l] falsos reddere mentiendo.) sed si & in Hierusalem propter metũ ludæorũ cõclusis in domicilio aduentuq; [m] & præsentia sua opus habentibus apparuit, & pmissum præstitit in Galilæa quoq; uisus, quum utraq; [n] benignè iuxta ac ueré acciderint, effugere licet omnẽ criminationẽ. Mihi aũt [o] magnã ac latentẽ uidetur in se continere significationẽ, quod apud Matthæũ dictũ est de discipulis, nẽpe, ut abeant in Galilæã, atq; ibi me uidebũt. Quũ em futurũ esset, ut sæpius eis appareret, ad unam [p] tanq; precipuã & præter cæteras eximiam apparitionem spectãt uerba promissionis, iuxta quam apparituros erat eis in monte. Nam tunc quum accessissent & adorassent eum, quibusdã ambigẽribus, [q] cum authoritate plena maiestatis diuinæ dixit: Data est mihi [r] potestas omnis in cœlo & in terra. Nã quæ naturaliter habebat tanq; Deus, hęc dicitur accipere [s] tãquã homo certo cõsilio factus. Quamobrẽ etiã dicebat, Glorifica me, pater, apud temetipsum gloria, quã habebã anteq; mundus esset apud te. Nisi em hãc propriã

[a] διαφωνίας.
[b] ἐπισκιασθῆναι τὸ θεῖον τόκον. est in utroq; exẽplari. quid si legatur τὸν θεῖον τόκον.
Locus corruptus, aut certè intricatus in utroq; exemplari. quẽ conijectura ductus ita uerti.
[c] οἷα δὴ μετὰ παῤῥησίας διενεγκών.
[d] ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτῆς.
[e] οἰκονομίαν ἀκολουθότερος οἰκονομικώτερον.
[f] οἰκονομίας.
[g] εἰ γὰρ κἀθέλ- οι ὑπονοήσαι τὸν πολλὸν ὄχλον.
[h] suspicatũ fuisset, uel, cognouisset.
[i] cooptatus erat in numerũ duodecim apostolorum.
[k] φιλανθρώπου φιλοτιμίας πλέον ἐξήνεγκε.
[l] εἰκαίους ψεύδεσθαι λέγων.
[m] ἀκωλύτου καὶ αὐτοῦ παρόντος.
[n] φιλανθρώπως ἅμα καὶ ἀληθῶς.
[o] πολλὴν ἔμοιγε φαίνει.
[p] τὴν ἐξαίρετον καὶ παράλογον μετ' ἐξουσίας ἐπιφοράν.
[q] ἐξουσίας.
[r] ὡς γινώσκων ἀθρόαν καὶ ἀπροσδόκητον.
Matth. ult. Ioan. 17.
[s] habere

Universidad de Deusto
Biblioteca



haberet ut Deus, fieri non posset, ut eam tanquam alienam acciperet, Deo & patre per prophetam dicente, Gloriam meam alteri nō dabo. Ac deinceps adiungit uerba, [a] quibus totum orbem terrarum habitatum capturi & quasi itretituri erant, & in quibus consistit uniuersum mysterium pietatis. Euntes, enim inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docētes eos seruare omnia, quæ præcepi uobis. Ac deinceps adjcit ea, quibus finem horum uerborum & euentum spondet. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi, Amen. Propterea dicebat, Renuntiate fratribus meis, ut abeant in Galilæam, atq; ibi me uidebunt, ad hanc apparitionem, tanquā propriam quandam atq; præcipuam, ut dixi, [b] respiciens: quam magis etiā eis per alia uerba prædixerat, quæ in Euangelicis scriptis [c] non continentur. Nisi ēm hoc ita esset, non dixisset Matthæus, Vndecim autem apostoli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat eis Iesus: quum nusquam in Euangelijs pollicitus sit Dominus in monte se facturum esse apparitionem. Nam ante hāc apparitionem, quæ in monte accidit, etiam ad mare quoq; Tiberiadis, quod est Galilææ, apparuit illis, qui septem numero unā erant: Petro nimirum, Thomæ, Nathanaeli, filijs Zebedæi, alijsq; duobus ex discipulis, ut Iohannes scriptum reliquit. [d] Verùm ad montem, ubi constituerat eis Iesus, respiciebat illud uerbum, Ibi me uidebunt: [e] diuinæ maiestatis plena uidelicet oratione mandantem & præcipientem, Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Etenim [f] nec abs re quidem mihi, nec extra propositum uidetur, quod in monte Galilææ, & non in aliquo alio loco hæc uerba dicta fuerunt. Nam [g] Galilæa, lingua Græca καταυλιση, id est, deuoluta, siue deuolubilis interpretatur. unde etiam [h] Gelgel Rota nominatur. Igitur uelut ex monte excelso, salutari uidelicet ore, prolata hæc uerba rotæ in modum in orbem terrarum habitatum deuoluta sunt, & omnem percurrerunt, atq; uniuersi baptizati sunt, & gentes & ciuitates in nomine patris & filij & spiritus sancti. Cæterum his uerbis auditis, discipuli ad nullam gētem statim profecti sunt, sed manserunt in Hierusalem usq; ad Pentecosten expectantes [i] aduentum & præsentiam spiritus sancti, qui in igneis linguis ad eos accessit. Nam quum ita uarijs modis eis ad quadraginta dies appareret & [k] congregaret in unum, quemadmodum Lucas ait in principio libri Actorum, præcipiebat & mandabat ne ab Hierosolymis discederent, sed ut expectarent promissum patris, de quo (inquit) audistis ex me, quoniam Ioannes quidem aqua baptizauit, uos autem baptizabimini spiritu sancto. Admodum autem pulchrè, μὴ χωρίζεσθαι, (id sonat Latinè ne separarentur, uel disiungerentur) hoc est, ne longè distarent, neu procul abessent, non autem dixit, ne prorsus exirent ex Hierusalem. Nā qua ratione hoc dicturus fuisset, qui præceperat eis, ut in Galilæam uenirent? Quod autem in fine Euangelij Lucæ dictum est: Et accidit, dum benediceret eis, discessit ab eis, & tollebatur in cœlum: itemq; quod apud Marcum scriptum est: Ac Dominus quidem, postquam loquutus fuisset eis, assumptus est in cœlum, & sedet ā dextreris Dei: intelligendum est, accidisse quadragesimo die, secundum id quod in Actis memoriæ proditum est. Quæ enim breuiter & [l] concisim in Euangelijs dixerunt, hæc latiore narratione explicantur & declarantur. Hæc sunt, quæ in Euangelicis lectionibus dominicæ noctis continentur. quæ ignorantem perturbare possint, quæ etiam uobis tanquam debitum dependimus: uos autem quæ facturi sitis hæc audientes, erubesco dicere considerans concursum ad spectacula rabiēq; multitudinis. Præbeat autem nobis Dominus uirturem ad declinandum à malo & ad bonum faciendum per gratiam atque benignitatem Domini & Dei & seruatoris nostri Iesu Christi: cui gloria & imperium cum patre & spiritu sancto nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

[a] ἀλλ' ὧν ἐμοὶ λαμπρὰ φύσις ἔπλευ φύλλα εὐχλοΐας.

[b] ἀναπεμίμνησκόμενος.

[c] ἐν ἐμφάσει.

[d] Ioann. ult.

[e] διδάσκων ἅπαντα οὗπερ ἐνετειλάμην.

[f] ἐμοὶ γὰρ οὐδὲ ἐκτὸς τοῦ μέσου μοι δοκεῖ κεῖσθαι.

[g] Galilæa.

[h] Gelgel.

[i] ἕως οὗ ἔλαμψε κτλ.

[k] συναλιζόμενος Θ. uide Theophylactū cap. 1. in acta apostolorum.

[l] ἐπεμφάσεις

DE SA-



# DE SACRO FESTO PASCHAE,

## ET DE RESVRRECTIONE HABITA IN MAGNA

*die Dominica, Oratio tertia: Interprete Laurentio Sifano.*

GAVDERES homines, qui dies festos amant, [a] & quum lubenti ac parato animo, tum habitu cultuq; splendido conuentus ac celebritates frequentant, & si de suo sibi suppeditare sumptus ad eā, cui student, elegantiā non possunt, à notis tamen atq; propinquis omnem magnificum ac preciosum ornatum corrogantes, efficiunt, ut nihil sibi desit ad præsentem usum. Quod mihi quoque præsenti die accidere [b] uidetur. Quum enim ipse nihil [c] præclarum atq; magnificum à me ipso possim ad propositas laudes concelebrandas conferre ad sacram eantionem, quam dudum concinuimus, confugiam: atq; inde [d] argumento atq; occasione sumpta, dictioni scripturæ mea quoq; [e] coniungens & quasi attexens soluam æs alienum: si modò etiam aliquæ pauperi seruo ex animi gratitudine erga Dominum suum profectæ laudes suppetunt. Dicebat igitur paulò ante Dauid, & nos unà cum illo: Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Omnem hominem ab [f] Adamo usq; neminem prætermittens, quem non inuiter, ad hymnum uocat: sed occidentales, orientales, & si quis circa alterutros, uel septentrionibus uicinus, uel meridianarum partium incola est, simul omnes [g] allicit & inuitat hoc psalmo. Atque alias quidem [h] speciatim nonnullos homines appellat, aut sanctos uocās, aut pueros ad hymnum excitans: in præsenti uerò gentes ac populos psalterio cogit in unum. Quum enim, ut apostolus ait, figura huius mundi trāsierit, rex uerò ac Deus Christus, omni anima incredula ad [i] plenam fidem ac certam cognitionem traducta, linguaq; maledica cohibita atq; frenata omnibus apparuerit, [k] inhibuerit item Græcorum uanitatem, & Iudæorum errorem: & hæreseωn indomitū linguæ morbum: tunc nimirum tunc omnes gentes & qui à seculo usq; sunt populi procumbentes [l] consentientem & concordem adorationē præstabunt, et admirabilis quidam [m] concentus & consensus glorificationis erit, sanctis quidem more solito laudes dicentibus, impijs autem ex necessitate supplicantibus: & tūc reuera uictoriæ carmen consentienter ab omnibus canetur tam uictis, quàm uictoribus, tunc etiā seruus ille uerbero turbæ author, qui sibi domini sui dignitatē [n] imaginatiōe sumpserat & arrogauerat, uidebitur omnes admonens, dum ad supplicium trahetur, & omnes illius [o] nequitiæ ministri & socij debitis supplicijs ac pœnis afficientur: unus autem rex ac iudex apparebit, quem omnes communem dominū esse cōfiteantur: [p] quies item erit atq; silentium, quemadmodum fieri solet, quum pro tribunali sedente prætore præco silentiū indicit, & populi auribus & oculis simul intenti [q] cōcionantis uocem expectant. Idcirco laudate dominum omnes gētes, laudate eum omnes populi, laudate tanquam potentem, laudate tanquam [r] benignū & humanum: quoniā eos qui [s] ceciderant & mortui fuerant, rursus uitæ restituit, uas fractū de integro renouauit, [t] situ atq; iniucunditatē reliquiarum, quæ in sepulchris erāt, ad animal incorruptibile benignè redegit: animā quæ ante quatuor millia annorū corpus reliquerat, ueluti ex longa peregrinatione ad suum domicilium reduxit, eamq; non prælapso temporis & obliuione [u] quasi peregrinam erga suum instrumentum affectum, sed citius ad id tendentem, quàm auis ad nidum suum deuolat. Dicamus ēm ea quæ propriè ad festum pertinent, ut ad ipsas res accommodatè et cōuenienter feramur. Nam quod improprium est & alienum, præterquam quod nihil prodest, [x] uis est inordinata, incomposita atq; absurda, nō solùm in ijs orationibus, quæ de religione ac pietate habentur, uerumetiam in externis & ijs quæ ad mundanam pertinent sapientiā. Quis enim est orator ita stultus adeoq; ridiculus,

[a] ἡσθήσομαι τῇ ψυχῇ, πάγκοσμον μὲν ἅμα καὶ πολυτελῆ τινα τὸν πανηγυρισμὸν ἐκ τοῦ παντὸς ἐκπορίσαντες, ἐπεὶ ἐμοὶ μὴ ἐξὸν πάσαν εἰς τὸν ἀναλαμπόμενον φαιδρότητα, ἐγὼ τὸν οἰκεῖον καὶ ἐγχώριον πᾶσαν πολυτέλειαν ἐρανισάμενος, αὐτὸν ἐμαυτῷ εἰς τὸν πρόκειμον φόβον χορὸν ἐξαιρουμένου.

[b] puto.

[c] μεγαλοπρεπὲς.

[d] ἀφορμῆς ἀναπλήσω.

[e] προσαρμόσω.

[f] ab Adamo oriundum.

[g] ἀναμαγεῖ.

[h] κατὰ μέρος.

[i] πληροφορηθέντας.

[k] φιμοῖ.

[l] ὁμοφρονοῦντα.

[m] συμφωνία.

[n] φαντασίᾳ.

[o] malitiæ.

[p] ἡσυχία ἔσται πανδήμου.

[q] τοῦ τῆς δικαιοσύνης κηρύκειον ἀνακαλοῦντος.

[r] φιλανθρώπως.

[s] lapsi.

[t] ἀκαθαρσίαν.

[u] ξενιτεύσαντα ἐκ τοῦ ἰδίου ἔρχεσθαι.

[x] ἀτακτόν ἐστι καὶ ἄλογον.

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui ad [a] nuptias hilaritate & iucunditate plenas uocatus [b] relicto apto & [c] iucundo genere orationis, quod accommodatum sit, ac quasi cõgratuletur hilaritati conuentus, tristia quædam carmina atq; lugubria pronuntiet, & extragœdia petitas calamitates in conuiuio nuptiali & in thalamo occinat? Aut ex contrario mortuo alicui [d] iusta exequi & orationem funebrem habere iussus, oblitus præsentis casus, [e] iucundum se præbeat & hilarem apud mœstitia plenum conuentum? Quòd si rebus mundanis res decora est ordo atque scientia, [f] multo profectò magis eam obseruari conuenit in rebus magnis atque cœlestibus. Christus igitur nobis resurrexit hodie Deus, calamitatibus & casibus amplius non obnoxius, immortalis: (Ac [g] subsiste parumper tu ethnice, omisso petulanti ac protervo risu, quoad omnia audiueris:) non ad necessitatem casuum [h] uel de cœlo descendere coactus, uel resurrectionem tanquam [i] inexpectatum inopinatumue beneficium præter spem adeptus, sed qui nouisset omnium rerum finem, atq; ita initium fecisset, ut qui in oculis diuinitatis haberet propositorum cognitionem, & priusquam de cœlo descenderet, uideret & gentium perturbationem, & duritiem Israelis, & Pilatum pro tribunali sedere, & Caipham uestem sibi discindere, & seditiosam plebem ira inflammari, & ludam prodere, & Petrũ propugnare, & paulò pòst seipsum per resurrectionem ad gloriam immortalitatis transformare: ac quicquid futurum erat, cognitione præscriptum habens non distulit beneficium homini præstare, neq; in longiorem diem contulit earum rerum administrationem: sed quemadmodum illi, qui debilem aliquem ab impetu [k] torrentis & uoraginis rapi uident, licet haud ignorantes, quòd fieri possit, ut cœno torrentis ipsi quoq; inuoluantur, & lapidum, quos secum aqua rapit atq; protudit, ictibus lædantur, tamen misericordia pertelitantis ingredi nõ grauantur: ita seruator noster humanus ultrò ac sponte sua contumeliosa & ignominiosa suscepit, ut eum, qui fraude perierat, seruaret. descendit in [l] mundum, quoniam præuidebat etiam gloriosum afflictum. Mori se generi humano permisit, quoniam resurrectionẽ quoq; [m] præsentiebat, & animo prouidebat. Nõ em̃ sicuti unus [n] ex uulgaribus hominibus [o] temere sese periculis obiiciebat, incertitudini futuri euentus rem committens, sed tanquã Deus rem propositam certo destinatoq; fine regebat, Hęc igitur est dies, quã fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea, non ebrietatibus & commessationibus, nõ choris & [p] debacchationibus insanis, sed diuinis [q] ac Deo conuenientibus [r] cogitationibus? hodie uniuersum orbem terrarũ uidere licet, perinde ac si una domus esset, in unius rei, de more fieri solitæ [s] cõsensum ac quasi cõlonãtia coijsse, atq; conuiuisse, unoq; [t] signo, quasi tessera accepta ad studium orationis traductum: uię publicæ uiatoribus carẽt: mare hodie à nautis & uectoribus desertũ: agricola aratro ac ligone proiecto in habitum festantis [u] compositus & exornatus est: cauponæ à quęstu uacãt: [v] strepitus, tanq; hyems appetente uere, cessant: tumultus, turbę; uitę procellæ [w] paci & quieti diei festi decesserunt: pauper ut diues exornatur: diues ipso luto splendidior conspicitur: senex perinde ac iuuenis accurrit, ut particeps lætitiæ fiat: infirmus quoq; uim morbo adfert: puellus infans mutatione uestis [x] sensũ externo festum colit, quando quidem [y] interiori animi sensu nondum potest: uirgo in animo suo uehementer lætatur, [z] q; suæ spei recordationem adeò splendidè honorari cernit: materfamiliãs cum [a] toto grege domus, nemine familiariũ atq; domesticorum absente, festum celebrans lætatur. nunc em̃ ipsa atq; maritus, & liberi, & serui, omnesq; domestici lætantur. Ac ueluti nouum ac recens editũ examen apum ex latibulis primum & aluearibus simul [b] coactum atq; confertum [c] in aerem ac lucẽ euolans ramo alicuius arboris sese [d] applicat & considit: haud [e] iter in hoc festo [f] integræ familiæ ad sedes quæq; suas cõfluunt. Ac [g] profectò ipsa imitatione præsens dies ad futurum rectè refertur [h] atq; comparatur. Vterq; em̃ hominum congregator est: ille uniuersorũ, hic singularium: ut aũt uerius dicaẽ us, quantum ad lætitiam pertinet & hilaritatem, hæc quam illa, quę expectat, [i] gratior ac iucundior est. quippe tunc quidem necesse est etiam lamentantes uideri, quorum uitę delicta

[a] ὡς φωδὴν τὴν γάμον.
[b] omisso.
[c] nitido, elegãti & florido.
[d] τὰ νενομισμένα πλέον.
[e] φαιδρύνεσθ.
[f] πολλῷ δέον᾽ ἀμεμπτότερον.
[g] sustine.
[h] & passionũ, παθῶν.
[i] ἀπροσδόκητον.
[k] χαράδρας.
[l] βίον.
[m] προγινώσκων.
[n] τῶν ἰδιωτῶν.
[o] ῥᾳθυμότερον ἐπὶ μακρὰν τὸ μέλλοντ᾽ ἐπιτρέπων τῷ ἐμβιῶναι.
[p] πάρεσις.
[q] θεοειδέσιν.
[r] οἰκείοις.
[s] Locus corruptus.
[t] εἰς συμφωνίαν συνηχοῦσαν.
[u] εἰλουμένου.
[x] ἀπλανοῦς.
[y] ἐγκλύσεως.
[z] τὴν ἐλπίδα.
[a] διαθυτῶν.
[b] γοητῶν.
[c] ὃ πλεῖν ἰδίας ἐλπίδος καὶ μεμψιμοιρίας ἐστὶ καὶ ὅτως τιμωρίαν ἐκ πάντων βλέπειν.
[d] ὅλῳ τῷ σπόρῳ τῆς οἰκίας ἐφεστῶσα χαίρει.
[e] ἄθροισμὸν τὸ συναγόμενον.
[f] περαιοῦσι τῷ ἐλεύθερα τὰ γονεῖν.
[g] ὁλόκληρα τὰ γονεῖν.
[h] αὐαφορίστως.
[k] χαριστήρια.



peccata deteguntur: [a] præsentis uerò diei [b] iucunditas nullos admittit tristeis & animo demissos. Nam & iustus lætatur, & is qui conscientiam puram non habet, ex resipiscentia sui correctionem sperat, atq; omnis in præsenti die tristitia sopita est. nullus autem [c] adeò ægritudine pressus & obnoxius est, quin per huius festi magnificentiam [d] mali sui remissionem sentiat atq; leuamen. hoc die nexi soluuntur: debitor dimittitur: seruus bono & humano [e] præconio atq; edicto ecclesiæ manumittitur, nec tamen alapis [f] fœdè os eius cæditur, plagaq; à plaga liberatur: nec, quemadmodum in pompa fieri solet, in edito atq; sublimi suggesto populo ostentatur, à rubore & contumelia libertatẽ suam exorsus: sed ita decorè ac honestè dimittitur, [g] ut notum est: beneficio itẽ afficitur is, qui adhuc in seruitute manet. Nã etiãsi multa ac grauia sint delicta, quæ [h] ueniam ac deprecationẽ excedant, [i] huius diei serenitatis & humanitatis ueneratione Dñs recipit abiectũ & [k] inter uiles & ignominiosos conspicuũ. quemadmodũ Pharao ex carcere pincernã. Nouit em̃ ψ tempore resurrectioni destinato, ad cuius similitudinẽ præsentẽ diẽ cohonestamus, etiam seipsum opus habere lenitate ac bonitate Dñi. & quasi mutuò misericordiã hic dans expectat in tempore suo relationẽ & cõpensationem. Audistis domini: Custodite sermonẽ pro bono, [l] ne traducatis me apud seruos, quasi [m] falsò ac non syncerè laudibus celebrem diem. demite ægritudinem [n] afflictis & anxijs animis, quemadmodũ Dñs corporibus mortificationẽ. Traducite infames ad honestatẽ: [o] restituite ignominia notatos in famæ integritatẽ: traducite ad gaudium afflictos: ad [p] libertatem sermonis & fiduciam, [q] fiducia ac libertate carentes. Educite ex angulo tanq; ex sepulchris proiectos. [r] Efflorescat & emineat in omnibus sicuti flos decor diei festi. Nã si natalis dies hominis regis carcerẽ aperit: [s] dies uictoria celebris & illustris, Christus resurgens [t] afflictos, oppressos & constrictos non dimittet: Pauperes amplectimini uestrã nutricẽ: [u] qui oblæsa, uitiata, corrupta, mutilataue corpora habetis, curatricẽ uestrarũ calamitatũ (diẽ) salutate. quippe propter spẽ resurrectionis uirtuti studetur, & uitiũ odio habetur. Quoniã sublata resurrectione, unus apud omnes obtinens sermo reperietur: [x] Edamus & bibamus: cras em̃ morimur. Ad hunc diẽ respiciens apostolus, tẽporariam uitã contẽnit, & futurã [y] desiderat & affectat. extenuans aũt ea, quæ uidenẽ, Si in hac, inquit, uita spem posuimus, maximè omniũ hominũ miserabiles sumus. propter hanc diẽ homines hæredes Dei & cohæredes Christi existunt: propter hunc diẽ pars corporis, quam ante mille annos carniuoræ aues comederint, [z] integra reperietur, & quam uel canes, uel cetea cæteraq; animalia marina deuorauerint, una cum homine [a] suscitato resurget: quinetiam quod ignis concremauerit, quod uermis in sepulchris absumpserit: & ut [b] rem in summam cõferam, omnia denicq; corpora, quotquot post [c] generationem [d] corruptio aboleuerit [e] & è medio sustulerit, integra nullaq; sui parte carentia reddentur è terra: & ut Paulus docet, in momento oculi perficietur resurrectio. Ictus [f] aũt seu momentũ oculi clausio palpebrarũ est. [g] Atq; hac uelocitate nulla res alia celerior esse possit: neq; [h] humano more pro captu tuo reputans descripseris in animo tuo, quot sint tẽporum interualla, primũ ut ossa putrefacta & in terrã redacta in pristinã duritiẽ & leuitatẽ cõpingantur: unita uerò ex ipsa fractione rursus in [i] aptã & conuenientẽ compagẽ & naturalẽ coeãt iunctură & commissurã: neq; uerò deinde animaduerteris carniũ obductionẽ, & neruorũ [k] ductas cõiunctiones, uenarũ arteriarumq; [l] tenues & exiles ductus, & quasi alueos sub cute explicatos: animarũ inenarrabiliũ & innumerabiliũ multitudinẽ ex arcanis quibusdã habitationibus (euolantẽ,) earũq; unãquamq; suũ corpus tãq; uestẽ peculiarẽ agnoscẽtẽ, & in hoc rursus celeriter inhabitantẽ, [m] certoq; discrimine uitentẽ in tãta ultitudine spirituũ generis eiusdẽ. Cogita em̃ ab Adã animas, & ab illo usq; corpora, tot numero domib. solutis ac desertis, patribusq; familiãs ex lõga quasi peregrinatione reuertentib. eaq; omnia [n] pfici admirabiliter & extra cõmu-

[a] νυῦ ἡμέρας ἥδιστος ὁ σὺν θεοπρεπῶν ἐφ᾽ ἡμῖν ἀναπαύσεως.
[b] lætitia.
[c] ὅτου λυπούμενον ἐφ᾽ ἑαυτῷ.
[d] αὐτοῦ σύγκοπον ὄντα.
[e] κηρύγματι.
[f] κολαφίσων.
[g] ὡς γνώσεσθαι.
[h] ἄξιον ὂν πλείονα τῆς συγγνώμης.
[i] ἀπροσδόκητον ὂν ἢ ἀπροσδοκήτως τῷ ἡμέρᾳ χαίρειν τὸ ἀνυπόπτου τῆς ἡμέρας γαληνὸν καὶ φιλάνθρωπον.
[k] εἰς πᾶς ἀτιμοτέρους ἐφαμίλλων.
[l] μὴ διαβολὴν λάβητε με.
[m] ψευδῶς.
[n] ἀλαβαυδῶσι.
[o] μετασχηματίσαι εἰς ἀπιστίαν ἐκ πάντων ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ἀτιμίας εἰς ἐπιτιμίαν.
[p] παῤῥησίας.
[q] ἀπαῤῥησίας ὄντας.
[r] ἐπανθησάτω.
[s] ἐπιτάσεως ἡμέρα.
[t] τεθλιμμένους.
[u] οἱ διῤῥηγνῦσι τὰ λελωβημένα τῶν σωμάτων.
[x] 1. Corinth. 15.
[y] ἐπιθυμεῖ.
[z] μὴ λέπειν non deesse.
[a] ἐγηγερμένῳ.
[b] σπόρος.
[c] γενέσιν.
[d] φθορὰ.
[e] ortum interitus, ἠφάνισεν.
[f] στιγμή.
[g] Locus corruptus & mutilatus uidetur utrobiq;.
[h] ἀνθρωπίνως λαβόντες ὅσα καταλογίσῃ τὴν ἀνάστασιν σωμάτων ἐκ παντοίων διαφθορῶν.

Greg. Nyssenus.



[i] χωμῶν ἀφαιρέσεις. [k] ἀκριβεστέρους συνδέσεις, porrectas & extensas. [l] λεπτοὺς ἐκτάσεις. [m] ἀπαυτῆς ἑκάστου ἐκφυομένου. [n] ἀναλήψεως τελειωθῆναι. ὅτι καθ᾽ οἱανδήποτε ἀναστοιχείωσιν βραδύνῃ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nē captū. neq; ēm uel domus tardè renouatur & instauratur, uel incola oberrat, ac quasi sub dio manet, dū propria ac peculiaria quærit: sed protinus ad eā tēdit tanq; columba ad suā turrim, etiamsi multæ atq; frequentes circa eundem locum fuerint [a] ijsdem notis insignes. Vnde rursus recordatio & prioris uitę [b] expensio retractatioq;, atq; cuiusq; actionis cogitatio, quæ adeò celeriter una cū animali ante tot secula dissoluto absoluitur atq; perficitur? Atqui uel ex somno profundiori excitatus homo paulisper ignorat qui sit, ubi degat: [c] familiariumq; & consuetarū rerum obliuiscitur, donec uigilia discussō torpore rursus [d] uim memoriæ cōseruatricē & efficaciā recreauerit, & redintegrauerit. Hęc & similia cogitationes nulgi subeuntia ingēti mentē implent admiratione, & unà cū admiratione inducūt incredulitatem. Quoniā ēm mens eorū de quib. dubitat & quærit, solutionē nō inuenit, neq; suā curiositatē inuentione ac dissolutione sedare potest, deinceps ꝓpter infirmitatem suarū cogitationū & sensuū tendit ad incredulitatē, ejiciens & reꝓbans rerū ueritatē. [e] Enimuerò qm̄ cursu suo ꝓgrediens oratio ad eā, quę frequenter tractat, quæstionē ꝓuenit, atq; argumentū nō alienum, sed ꝓprium huius diei festi est, age paululū ad initiū huic disputationi aptū atq; [f] cōueniens quæstionē ꝓpositam reuocantes [g] certā persuasionē inducere ac fidē facere conemur ijs, qui perperā ambigunt de reb. manifestis. Creator rerū uniuersarū cùm statuisset hominem creare, nō ꝙd facilē cōtemni posset, sed quod cæteris omnib. dignitate præstaret, animal in rerum naturā ꝓduxit, eiusq; quę sub cœlo est, creaturæ regē designauit. hoc quū [h] animo destinasset, & talē perfecisset sapientia formaq; diuina præditū, ac multa gratia atq; decore ornatū, nūquid eo cōsilio illū in rerū naturā ꝓduxit, ut [i] genitus corrumperet, & extremū subiret interitū? At uanū id cōsilium, ineptū, ꝓpositū & absurda fuisset intentio: ac uehementer sanè indigna res est talē cogitationem ad Deū referre, & huiusmodi quicq; de eo sentire. Puerulis ēm hac ratione assimilat studiosē ædificantibus & celeriter structurā soluentibus: quippe ad nullū finē utilem mente eorū spectante. Contrarijs autem prorsus edocti sumus: quoniā eū, quē primum finxit, immortalē creauit: uerūm quum postea accidisset transgressio atq; peccatū, in pœnā delicti eū immortalitate priuauit: deinde fons bonitatis exundans humanitate, & ad opus manuū suarum flexus, sapientia atq; scientia adornauit, [k] donec ita factu commodum ei uisum est esse, ut in pristinum nos statum restitueret ac renouaret. Hæc & uera sunt, & digna ea, quam de Deo habere par est, opinione. Testantur ēm eius nō bonitatē solùm, uerumetiā potentiā. Nam nō modo ueri ac durū esse aduersus subiecta nostræq; curæ cōmissa, nec hominum quidem benignorum & optimorum est. Ita opilio uult ualere sibi gregem, ac ꝓpemodum immortalem esse: item bubulcus uarijs curis boues auget: caprarius itē capras fœtus gemellos quoq; tempore parere optat: & in summa, omnis pastor pecorisq; magister ad finē quendā utilem respiciens, quū durare [l] atq; permanere sibi gregē atq; armentum desiderat, tum fœtura feliciter propagari cupit. Hoc quum ita sit, & ex ijs quæ à nobis modò dicta sunt, ostensum sit, maxime decere artificē ac creatorē generis nostri [m] reformare & instaurare corruptū opus: palàm est, quòd qui cæteris fidem nō habent, nō ex aliqua alia caussa [n] pugnant & aduersant, ęꝑ quod arbitrant fieri nō posse, ut Deus id, quod mortuū ac dissolutū est, resuscitet. Mortuorum reuera sensuq; carentiū [o] cogitatio, qui existimāt aliquid esse, quod à Deo perfici & expediri nō possit, & suā ipsorū infirmitatē maiestati omnipotenti assignant. Sed ut argumentis & ꝓbationibus eorū reprehēdamus amentiam, ex præsentibus & præteritis ostendatur id, quod futurum quidem est, sed futurum esse nō creditur. Audisti quòd puluis ad formā redactus & homo factus est? Doce igitur me, quęso, tu qui tua sapientia omnia cōplecti uis, qua ratione tenuis puluis, dissipatus coactus sit? quō terra caro facta sit? atq; eadē materia, qua ratione & ossa & cutem & adipem & pilos confecerit: quomodo quum una sit caro, diuersæ cùm formę membrorum, tum qualitates, & tactus sint? quomodo pulmo tactu mollis, colore

[a] ἐπὶ ὁμοίων γνωρίσμασι τὴν ἐπιστροφήν. [b] ἀναλογισμόν. [c] τῶν συνήθων ἐπιλανθάνεται μνημονικὴν τὴν σύστασιν αὐτοῦ ἀφανίσαντος. [d] μᾶλλον δὲ ἐκ παντελοῦς ὕπνου βαθέος ἀνεγρόμενος οὐκ εὐθέως οἶδε πόθεν ἢ πῶς ἔχει τῶν ἰδίων ἢ συνήθων. [e] πρόκειται. [f] πληροφορίαν ἐμποιοῦσα. [g] ἀποδείξεως. [h] ἵνα γεννηθεὶς φθαρῇ, καὶ τὸν λόγον ὑποφαῦλον ἀλλὰ μὴ πάντως ἄκυρον, καὶ ἀρίδηλα γε κἀξίωμα τοῦτο τοιοῦτον εἰς θεὸν ἀφαρμόσαι. [k] ἵνα ἐγὼ λέγω, ἵνα εἰς τοῦτο ἀφ' ἡμῶν ἀνδρώπων ἀναγκαῖον ἦν τάχαιτο, hoc est in utroq; exēplari. qui ita factu commodū esse iudicauit, ut nos in pristinum statum restitueret & redintegraret. [l] ἀναβιῶναι καὶ ὑφ' ἑνὸς ἑνδυναστεῦσαι πολεῖ τοῦτο ἀγέλιον. [m] ἀνακαίνωσιν. [n] ἀναπείθουσι. [o] τὸ φρόνημα τὸ ἀδύνατον καὶ ἀμήχανον ἐπὶ θεῖ λογίζονται. [p] ἰδίαις ἐπιστήμαις ἐπὶ τοῦτο παντοδυναμίᾳ φέρουσι μεγαλοπρεπῶς in maiestatem conferunt omnipotentē. [q] λόγοις ἐλέγχωμεν αὐτῶν ἀνοίαν. [r] ἀνόλεθρον αὐτῶν ἀπόφασιν.



colore liuidus? iecur [a] solidum, firmum & non cedens ac rubeum? cor cōstrictum ac durissima particula carnis? lien ratus & niger? omentū album & instar piscatorij retis à natura cōplicatum? Cōsideremus & illa quo pacto prima mulier ex parte lateris integrū animal simile perfecto ac primo facta est? et pars ad omnia sufficit, & exiguum totum cōstituit? costa facta est caput, manus & pedes, [b] uiscerum & intestinorū [c] flexuosa tortuosaq; [d] ac uaria figura [e] atq; distinctio: caro, pili, oculus, nasus, os? omnia deniq; (ne lōgius orationem ꝓducam) omnia admirabilia, abhorrentia [f] à cōmuni opinione & sensu, ac mentis nostræ, qui Deo cōparati uniuersi exigua quæpiam portiuncula sumus, captum excedentia: apud Deum uerò rationes fabricationis in promptu sunt & faciles, [g] omnemq; dubitationem excludentes, & admodū certæ. Quo igitur pacto sana mente præditi esse uidebūtur, qui cōcedunt ex una quidem costa hominem esse factum, non autem credunt ex integri hominis materia eundem renouari? Non potest fieri, non potest, ut humanæ mentis agitationibus diuina uis in rebus efficiendis inquirendo explorari & inuestigari possit. Nam si omnia à nobis percipi cōprehendiq; possent, nō præstaret nobis is qui præstat. Quid loquor de Deo? nec cum brutis quidem animalibus, [h] quod ad quasdam attinet potentias & facultates comparandi aliquo modo, sed & illis quoq; inferiores sumus. Ne longius abeas, curiū quidem nos equi, canes, aliaq; animalia multa præcedunt: uiribus item cameli & muli: notatione uerò uiarum, asini nobis antecellunt: & acumen uisus & acies oculorum, qua capreæ præditæ sunt, in oculis nostris non reperitur. Quocirca [i] candidos, gratos & sanos homines [k] fidem habere decet ijs, quæ à Deo dicuntur: modos autem & caussas [l] actionum & operum, tanq; nostram intelligentiam excedentes exquirere non oportet. Dicetur enim [m] cuilibet istorum curiosorum: Ostende mihi rationē atq; orationē tuā, [n] quomodo hæc res, quas uidemus, ad essentiā productæ sint? die, qua arte multiforme opus hoc creauit? Nam si hæc [o] excogitaueris & cōperis, meritò perplexus & implicitus hæsitas, & succenses & indignaris, quòd regenerationis transformationem nescis, qui generationis rationem haud ignores. Quòd si illa tibi nihil aliud quàm somnium & imaginatio sunt, atq; undiq; [p] cognitio perplexa, inexplicabilis & inuestigabilis est: ne indigneris, si quum rationē fabricationis ignores, etiam [q] correctionem atq; reparationem corrupti non intelligis. Idem artifex est & primæ creationis, & secundæ transformationis. Nouit quomodo suum opus dissolutum rursus concinnet, & ad pristinum statum reducat. Si sapientia opus est: fons sapientiæ est apud illum: si potentia & uiribus opus est: non indiget socio atq; adiutore. Hic est qui, iuxta uocē sapientissimi Prophetæ, manu sua dimēsus est aquā: & magnū & immensum cœlū palmo: & terrā pugno. Cōtemplare imagines euidentia signa præbentes ineffabilis potentiæ, cogitationib. nostris desperationē [r] inducētes nihil dignū Dei natura posse nos imaginari. Omnipotēs & est & dicitur. forlitā ēm nō aduersaberis in hoc, sed dabis tanq; cōcessum [s] obtinere atq; ita se habere. At ei, qui omnia potest, nihil est perplexū, nihil quod explicari aut expediri perficiue non possit. Multa fidei pignora habes, quæ necessariò te compellant, ut assentiaris ijs, quæ à nobis dicuntur: primum quidem uniuersam creaturam uariam [t] & multiplicem cuiusuis præconis uoce [u] clarius & significantius proclamantem, quòd & magnus & sapiens artifex sit is, qui ea quæ uident, fabricatus est. Quū aūt aduersus hanc creaturā Deus ꝓpudius sit, atq; etiam ꝓcul infidelium animulas intueatur, ipso opere resurrectionem mortuorū cōfirmauit, multis corporibus mortuorū anima restituta. hac de caussa Lazarus quartum iā diem [x] mortuus exiluit è sepulchro: Vnicus item ille uiduæ filius ex lectica, qua efferebatur, ad uiuos [x] reuocatus matri suæ redditus est: atq; alij sexcenti, quos enumerare nunc molestum fuerit. Quid dico de Deo ac seruatore? quandoquidē, ut magis [y] flectantur & moueantur illi qui ambigunt, etiam seruis suis apostolis mortuos excitādi uirtutē largitus est. Demōstratio igitur [z] euidēs est ac manifesta.

[a] σφιγκτήρ. [b] ἐγκάτων. [c] σπείραι. [d] καὶ ποικίλα. [e] διαπλάσεις. [f] ἀδόκιμα καὶ ἀγνοούμενα ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων, ἐπὶ πόσον ἀμηχανίαν ἐκπεπώκασιν αὐτῶν. [g] ἀναμφίλεκτον καὶ συμφανῆ. [k] ἐγγυμένων καὶ συμφρονούντων. [i] σύστημα. [l] σύστασιν. [m] εἰ. [n] πῶς ἔστι τὸ ὁρώμενα ἐφ' ἑαυτοῦ ὑπάρχει, ἐπόσον ἀμηχανεῖ καὶ ἀδιέξοδος. [o] ἐξεύρῃς. [p] ἀπορούμενα καὶ ἀμήχανα. [q] ἀποκατάστασιν. [r] ἐμποιοῦντες. [s] ἐφεξῆς. τοῦ ἢ πάντα δυνατὸν ἐξ ἀνθρώπου ἀπορεῖν ἢ ἀμήχανον. [t] πολυειδῆ. [u] ἀναμφιβόλως. [x] pro, ἀνάλυσιν ἔσχε, lego, ἀνέλαβε. [y] ἐπιστρέφωσι. [z] σύστασις.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et quur nobis negocium exhibetis, contentiosi,[a] quasi sermonum, qui demonstrari non possint authoribus? Quemadmodum unus excitatus est, eodem modo decem: quemadmodum decem, ita & trecenti: ut trecenti, ita etiam plures. Vnius enim statuæ artifex uel sexcentarum facile opifex erit. An non uidetis mechanicos, quemadmodum magnorum & ingentium ædificiorum formas & figuras in exigua cera [b] speciminis loco effingunt atq; designant. ac ratio quæ in paruo est, eandem uim habet in multis ac magnis structuris. Magnum cœlum, artificiosum Dei opificium est. ac quoniam Deus hominem animal rationale fecit, ut comprehensione operum glorificet sapientem & solertem eorum fabricatorem, uideas astronomi sphæram paruam quidem, sed in manu scientis ita moueri, quemadmodum à Deo cœlum mouetur. ac minima structura magni illius opificij simulachrũ [c] est: & ratio, quæ in paruis est, declarat [d] immensa, quæ nostrum sensum & intellectũ exuperant & excedunt. Sed quur hæc exponitur, ut intelligas, quòd si me quoq; interrogaueris, quomodo corporum, quæ ab seculo usq; fuerunt, resurrectio futura erit, [e] contrà statim audies: quomodo Lazarus, [f] qui quartum iam diem sepultus erat, resuscitatus est? Perspicuum enim est, quòd eam fidem & probationem, quæ in uno fit, etiam in multis similiter homo sanus admiserit. Posito quòd Deus sit, qui faciat, nihil dixeris esse, quod fieri non possit: neq; tua cogitatione percipi possit putes illius, qui comprehendi non potest, sapientiam. Neq; enim illi quicq; infinitum: at tibi ea, [g] quæ pertinẽt ad infiniti quæstionẽ, inscrutabilia & inuestigabilia sunt. Videbimus autem hanc rationẽ pulchrè, si præter ea quæ dicta sunt, [h] scrutemur & exquiramus modum [i] generationis [j] nostræ, non primum & antiquissimum illum, [k] à Deo proditũ & institutum: de quo in superioribus dicta sunt hæc: sed eum qui usq; ad hoc tempus consimiliter à natura perficitur. Inexplicabilis enim hic est, & cogitationi humanæ inaccessus. Nam qua ratione, quum [l] res humida, [m] rudis & informis sit, semen in caput concrescit, in tibias & coxas [n] durescit & cõsolidatur? cerebrum efficit tenerum rarumq;, & os quo cõtinetur, adeò durum [o] ac rigidum uariã deniq; animalis [p] fabricationẽ & compositionẽ? ut breuiter dicã, ac [q] nimius ne sim minuatim singula persequendo. Quemadmodũ igitur semẽ, quod initio informe est, dũ [r] occulta & ineffabili arte Dei tractatur, in speciẽ redigit, & in [s] corpora grandescit & adolescit: ita [t] nõ modò nõ est absonũ & absurdũ, uerũ etiam admodũ [u] consentaneũ atq; ,,phabile, materiã, quæ est in sepulchris, quę quõdam erat in forma, rursus in pristinam renouari [x] figurã, ac rursus puluerem fieri hominẽ: quemadmodum nimirum etiã initiò nactus est inde [y] generationem. Concedamus Deo, quòd tantum possit, quantum ualet figulus: & quid hic faciat, consideremus. [z] Rude atq; informe lutum acceptũ ad formã ualis redigit, idq; radijs lis expositũ siccat ac durat. Est aũt, uerbi gratia, [a] id quod fingitur atq; formatur urceolus, uel scutella. uel doliũ. sed si quis [b] temerè inciderit & subuerterit, collapsum confringitur, & [c] rudis et informis terra fit, suamq; speciem amittit. At artifex, si uoluerit, [d] celeriter corrigit ac reficit id, quod casu corruptum est: ac rursus arte lutum [e] fingens nihilo priore deterius uas efficit. Atq; hic quidem figulus parua potentiq; Dei creatura est: & Deo non creditur pollicenti se mortuos renouaturum? [f] Multùm amentis est ista pronunciare. Consideremus item similitudinem tritici, qua sapientissimus Paulus insipientes [g] corripit & instituit, dicens: Stulte tu quod seminas, non id, quod nascetur, corpus seminas, sed nudũ granũ: exempli gratia, tritici, aut alicuius reliquorum seminum. Deus autem dat ei corpus, quemadmodum uoluit. Diligenter attendamus generationi tritici, & celeriter [h] resurrectionis rationem discemus. Triticum in terram proijcitur, computrefactum [i] autem humore, & [j] ut ita dicam, mortuum desinit in lacteam quandam naturam, quæ [k] paulatim [l] concreta atq; coalita, quasi stimulus quidam sit albus & acutus: aucta deinde in eam magnitudinem, ut terra [m] prominere & extare possit, ex [n] quibus [n] sensim in herbe-

[a] ἀντιλογικοὶ ὄντες καὶ ἀπιστοῦντες τοῖς λεγομένοις ὑπ' ἐμοῦ. [b] παραδείγματος χάριν. [c] ἀπεικόνισμα. [d] ὑπερβάλλοντα. [e] ἀναστήσεται. [f] ἐγηγερμένου. [g] τὰ τοῦ ἀπείρου καὶ ἐξερευνητικά. [h] διακριβώσωμεν. [i] γενέσεως. [j] ἡμετέραν. [k] τὴν τοῦ θεοῦ. [l] ὑγρὰ. [m] ἄπλαστος καὶ ἀδιάπλαστος. [n] ἀπὸ τούτων. [o] ἀπηνῆ καὶ στερεόν. [p] ἐνεργείαν. [q] μὴ πόλλα καθ' ἕκαστα διεξιὼν ταῦτα μακρηγορῶ. [r] ἀπορρήτῳ. [s] ἔγνος ἀβρύνεται. [t] ἀλλ' οὐκ ἀπεικὸς οὐδὲ ἀδύνατον. [u] διάλληλον. [x] διὰ πλασείωμεν. [y] γένεσιν ὀρίγινεμ, ortum inde consequutus est. [z] ἄμορφον. [a] τὸ πλασθέν μου σκεῦος. [b] ἀτάκτως. [c] ἀμορφώτερον. [d] ἐπανορθοῖ τὸ συμβάν. [e] χωνεύσας. [f] κολλᾷ τοῦτο τῇ αὐξήσει ἐγί. [g] παιδεύει. [h] κατάγει, est utrobiq;: αὐαγάσιστ, ego lego. [i] ἀπὸ ἔγκοι τὶς. [j] ἐγὼ πρὸν. [k] κογάσας. [l] περονήσκει. [m] πρὸς ὄρθιον.



herbescentem uiriditatem mutatur: postea fit herba & coma glebarum: [b] quibus infusa & leuiter sparsa compluribus nixã fibris radicem subtus alit, futuro ponderi [c] sustentaculũ & adminiculũ præparans: ac quemadmodũ nauiũ mali plurimis undiq; funibus distenduntur, ut [d] firmi stabilesq; permaneant [e] æquilibribus tractib. obnixi: ita funiũ in modũ ex radice enatæ fibræ sustentamenta spicarum & retinacula fiũt. postq; aũt in culmũ erectum [f] triticũ in altũ tendere cœperit, geniculis & [g] nodis Deus id firmat ueluti domũ aliquam cõiuncturis muniens, propter eã, quę speratur comę grauitatem: posthęc [h] maturis iam uiribus diductis uaginis, quibus includebatur, [i] producit spicam. Atq; illic rursus miracula maiora. [k] Ordine enim porrecto structam undiq; uidere licet ei frugem agnascendo quasi circumfundi: et singula grana peculiarem & proprium folliculum & quasi cellã habent. postremò prætenduntur aristæ graciles quædã & acutæ, arma, opinor, aduersus auiculas seminibus insidiari solitas, ut dum illarum quasi spiculis punguntur, frugem carpere atq; uastare desinant. Vides quantum unum granum purrefactum [l] miraculorum effectum in se contineat, ac quum solum ceciderit, [m] quam multiplex resurgat? At homo nihil insuper accipit amplius, sed recipit id, quod habebat. ac propterea nostri renouatio uidetur esse facilior, quam id, [n] quod in agricultura accidit frumẽto. Transi hinc ad [o] considerationem arborũ, ut hyems eis omnibus annis loco mortis [p] sit. Decidunt enim [q] poma, folia defluunt, arida remanent ligna omni decore spoliata. postq; aũt tempus ueris [r] appetierit, flos eis gratissimus innascitur: florẽ foliorum tegumentum excipit: at tunc, ueluti [s] pulchrum & amœnũ spectaculũ, quum hominũ oculos in se cõuertunt, tunc auiũ [t] cantatricum frondibus insidentium quasi officinæ existãt, & admirabilis quædam circa eas amœnitas ac gratia [u] relucet: adeò ut multi ædes auro & lapide tũ Thessalico, tũ Laconico exornatas deseruerint, & iucundiorẽ sibi sub arboribus [x] habitationẽ esse duxerint. Ideirco patriarcha quoq; Abraham sub quercu tabernaculum fixit, nõ prorsus inopia domicilij, [y] sed quia tenebatur ea, quæ ex ramis edebatur, uoluptate. [z] Nã & uita serpentium me deducit ad comprobationem propositę rationis. illorum em̃ [a] uiuida uirtus hyberno tempore mortificatur, ac menses sex in cauernis delitescunt penitus immobiles. Quũ aũt [b] statutũ tẽpus aduenerit, & tonitrua in mundo exaudita fuerint, quasi quoddã signũ [c] fragorẽ (tonitruũ) accipientes, celeriter exiliunt, & longo interuallo cõsueta agunt. Quæ nã [d] huius rei ratio est? [e] Dicat mihi [f] quęsitor arbiter & explorator operũ Dei, doceatq; me, qua ratione cõcedat angueis quidẽ fragore tonitrui mortuos resuscitari, homines uerò [g] non admittat tuba Dei de cœlo relonãte [h] animã recipere & uiuificari? quemadmodũ diuina scriptura dicit. [i] Canet em̃ (tuba,) & mortui resurgent. Et alibi rursus clarius, [k] Et emittet angelos suos cũ tubæ uoce magna, & cõgregabit electos suos. Ne igitur [l] fidẽ detrahamus mutationibus & renouationibus. Etenim plantarũ & animaliũ diuersorũ [m] atq; ipsorũ adeò hominũ uita nos edocet, quòd nihil eorum, quæ generationi & corruptioni obnoxia sunt, [n] in eodem statu subsistat, sed in aliũ subinde uertatur atq; mutetur. Ac primùm quidẽ, si placet, eã, quæ in ætatibus nostris fit, mutationẽ [o] perpendamus & cõsideremus. Puellũ [p] lactentẽ, qualis sit, [q] haud difficulter agnoscimus. Exiguo spatio tẽporis præterito uires ad repẽdum adipiscitur, ac nihil à paruulis catulis differt, nisi quaterno sese sustentans. circa annum tertium [r] accidit, ut erectus & arduus ingrediatur, & uocem aliquo modo uel balbutientem uel blæsam, & titubantem impeditamq; emittat: deinde articulate atque perfectè uerba pronunciet, & lepidus adolescentulus & puſio fit: ex illa ætate in puberem & adolescentem euadit: lanugine uerò [s] maxillas ac mentum uestiente barbatus & hirsutus

[a] ἀντιλέγει. [b] ἐμπάσσει. [c] ἀπηχήσει. [d] λόγος ὅτι. [e] βασανιστής. [f] ἐγηγερμένου. [g] οὐ πιστεύεται ὑπὸ θεοῦ ἀνθρώπου ἐμὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπολυόμενον ἀναστῆναι καὶ ζωοποιεῖσθαι. [h] κατάγει. [i] 1 Cor. 15. [k] Matth. 24. [l] ἀπιστῶμεν. [m] μὴ καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἡμᾶς ἐκ παιδίων, δι' ἀλλήλων γενομένους καὶ ἀπολλυμένους ἢ μεταβαλλομένους. [n] οὐ παραμένει, in idemptitate, sonat ad uerbum. [o] ἐπιμάθωμεν. [p] ὑποπίπτον. [q] γνωρίζομεν. [r] ἤδη ἐν μικρῷ ὑποστροφῇ τοῦ χρόνου ἀναλαμβάνει τὰ ἐκ τῆς τροφῆς. [s] γένειον γίνεται τῷ μὲν θήλει ὑποστολὴ τριχῶν, τῷ δὲ ἄρρενι ἀνάπλεως τοῦ προσώπου καὶ τοῦ γενείου.

Universidad de Deusto
Biblioteca



hirsutus paulatim,& alius ex alio:deinde iã [a] plenè adultus uir,asper,laboriosusq́ existit. Quum autem præterierint anni quadraginta, initium [b] flexionis adest, canitiesq́ paulatim caput dealbat, & robur ad infirmitatem declinat, & tandem senectus accedit,[c] extrema uitium abolitio. Corpus autẽ flectitur & ad terram curuatur, quemadmodum spicæ, quæ nimium exaruerunt: quod [d] exporrectum ac leue fuerat, rugosum [e] & contractum efficitur: & [f] is qui quondam uigore ætatis ac uirium præstabat,infans rursus euadit,balbutiens,ineptiens,delirans, manibus ac pedibus similiter,ut olim repens. [g] Hæc omnia quid tibi esse uidentur? (De his omnibus quid tibi uidetur?) an non alteratio? nõ uariæ mutationes? non diuersæ nouitates,quæ mortale animal etiam ante mortem transformant? Quinetiam somnus noster & uigilia quomodo [h] sapienti & acuto homini documẽtum propositę quæstionis esse nõ possint? Ille em̃ mortis imago,hæc resurrectionis imitamẽtum est. Quocirca etiam nonnulli externi sapientes germanum mortis somnũ uocarunt propter similitudinem [i] eorum,qui in utroq; accidunt,affectus & perturbationes. obliuio namq; pariter & ignorantia præteritorum & futurorum in utroq; contingit:corpus sine sensu iacet,amicum non nouit, inimicum ignorat: circumstantes & spectantes non uidet,[k] tabidum,fractum,languidum,solutũ, remissum, modò non mortuũ,omnis expers efficaciæ,nihil differens ab ijs,quæ in loculis & sepulchris reposita sunt. [l] Perinde nimirum dormientem, si uelis, [m] compilas, ac si mortuus esset,[n] euacuas & exhauris ædes:uincula injcis:ac nullus eorũ, quæ fiũt, sensus interuenit. Paulò pòst ubi [o] intermissio aliqua aut laxamentũ affectus aduenerit,quasi modò uitæ redditus homo surgit, paulatim ad suijpsius rerumq; rediens sensum,pedetentim efficacias recipit tãquam animatus uigiliæ recreatione. [p] Quòd si extante etiam nunc in rerum natura atq; superstite animali tã multæ nocte & interdiu [q] mentis alienationes,alterationes, mutationes, obliuiones & memoriæ uitæ coniunctæ sunt: ualde stultum & contentiosum est, Deo non credere ultimam renouationem promittenti, [r] quum etiam primæuæ formationis author sit. Quod autem maximè contradicentes [s] armat, & incredulitatis eorum caussa efficiens est:hoc,ut opinor,præcipuũ est, quod corporũ [t] extremã fieri abolitionẽ & interitũ existimant. Sed res ita se non habet. Non em̃ omnino intereunt & abolentur,sed dissoluũtur in eas res,ex quibus composita sunt:& sunt in aqua,in aere, in terra & in igne. Manentibus aũt [u] principalib. elementis, [x] & ijs, quæ ex illis cõstãt, post dissolutionem ad ea accedentibus, in quibus prorsus saluæ manẽt etiam partes:quũ Deo maximè quidem facile est,uel ex ijs, quæ nõ sunt, creare (etenim sic in principijs rerum uniuersa [y] naturam & originem sumpserũt) tũ ex principijs suppetentibus [z] naturam efficere, [a] longè certè facilimum & expeditissimum est. Ne igitur præclaram spem hominum,correctionem & emẽdationẽ uidelicet [b] infirmitatis ac fragilitatis nostræ,& secũdam, [c] ut ita dicam, generationẽ à morte liberã tollamus,neq; [d] nimio studio uoluptatis benignã studioq; & amore hominũ factã ,pmissionẽ Dei sugillemus atq; dehonestemus. Mihi em̃ præsentis argumẽti aduersarij uidentur esse homines [e] uitij atq; nequitiæ amici,uirtutis inimici,libidinosi,auari & oculis intẽperantes, tum auditu & olfactu, omnibus denicq; sensibus [f] influẽtem & obrepentẽ ipsis uoluptatẽ [g] in sese [h] admittẽtes. Quoniã aũt [i] tractatus resurrectionis iudiciũ propositum habet, & sacros libros audiunt, [k] in quibus expresse ac diserte cõtinetur,quòd nostra uita quæstioni & examinationi exẽpta nõ sit,sed quum ad alteram uitam renouati fuerimus,futurũ,ut omnes ad tribunal Christi sistamur,ut [l] illo iudice dignas actæ uitæ retributiões & cõpen[m]rationes recipiamus: q; sibi conscij sunt turpissimarum ac fœdissimarũ actionũ, quibus multas pœnas meriti sunt: odio iudicij tollunt etiã resurrectionẽ: quemadmodũ serui mali, qui [n] facultates & bona domini cõsumpserũt, & mortẽ & interitũ (interim) domini

[a] ἀνὴρ ἀκμαῖος γοµ. τραχὺς πλατὺς. [b] τῆς ὑποχύσεως. [c] τέλεον. [d] λεῖον. [e] ῥυσόν. [f] ὁ ποτὲ νικῶν καὶ τῇ ἀρετῇ. [g] ταῦτα πάντα τί σοι δοκεῖ. [h] σοφῷ. [i] Διὸ καὶ ἔνιοι τῶν συμβαινόντων πάθων. [k] πεφθίμενον, νεκρόν. [l] ὅτου τυχὸν. [m] συλᾷς. [n] κενοῖς. [o] ἀνοχὴ τις ἢ λήψεως. [p] εἰ δὲ ζητοῦντι καὶ ἔτι τοῦ ζώου καὶ παθόντος. [q] ἐκστάσεις.

Locus corruptus esse uidetur.

[r] ὧν καὶ τὸν πρώτιστον πλάσιν ἀναμφισβήτητον. [s] φράττει τῇ ἀπιστίᾳ ἀγανακτοῦσα. [t] ἀφανισμὸν παντελῆ γίνεσθαι. [u] πρωτοτύπων καὶ τὸν ἀπ' ἐκείνων. [x] τῶν γοῦν στοιχείων, [y] γενεσιουργῶν [z] πολλὰ ἀδρὰ ῥᾴστην τῇ σπουδαιοτάτην. [a] εὐχερέστατον. [b] ὡς ἂν ἕκαστος. [c] φιλανθρωπίας ὑπερβολῇ τῶν ἀγαθῶν, ὡ φιλανθρωπον ἅπαν βιῶ ὑπάγεσθαι λαθυβρίζουσιν.

[d] ἰκανὰς ἐπαίρει. [e] ἐπ' αὐτοῖς ἐπιδεχόμενοι. [f] recipientes. [g] λέγω. [h] λεγόντων διαζῆζθαι, ὡς ὃν ἀνθρώπων ἡμῶν ὁ βίος. [i] ὧν ὑπ' ἐκείνου πεπεῖσθαι τὸν περὶ ἀξίας ἀφειδῶς ἔχειν βεβιωκόσι μεμεσθῶσι, συνειδότες ἑαυτοῖς πάσας ἐπέχειν πολλῶν ἀξίας τιμωρίαν. [m] τῶν ὄντων.



Dñi sibi ꝓponunt, & pro eo quod cupiunt & optant, uanas cogitationes sibi fingunt. Verùm nemo sanus ita sentiet. Quæ est em̃ utilitas iustitiæ? quod cõmodum ueritatis,bonitatis & omnis honestatis? cuius rei gratia homines laborant, & studio sapientiæ dediti sunt? uentris uoluptatẽ sibi subiugãtes, continentiã temperãtiaq; amplexãtes, somno ad exiguũ tẽpus indulgẽtes,tempestatẽ & æstũ tolerãtes, si resurrectio non est? Dicamus iuxta uerba Pauli: [a] Edamus & bibamus (cras em̃ morimur) si resurrectio nulla, finis uerò uitæ mors est. Tolle mihi accusatiões atq; reprehensiones: permitte homicidæ, ut absq; impedimento sua licentia utaꝫ, sine adulterũ liberè insidiari matrimonijs: [b] insultet aduersarijs diues auarus & alieni usurpator, nemo conuitiatorẽ coerceat, iuret assiduè periurus. manet em̃ mors etiã iustũ,religiosum,ac piũ,iurisq; iurandi obseruantẽ,mẽtiatur quiuis alius quantũ uelit,nullus em̃ ueritatis fructus.nemo pauperis misereatur. Expers em̃ misericordia mercedis est. Huiusmodi sensus [c] & cogitationes peiorẽ diluuio [d] inducũt confusionẽ,& omnẽ sanã quidẽ rationẽ expellũt:furiosorũ autẽ & latronũ [e] quaslibet cogitationes & cõsilia [f] acuũt atq; cõfirmant. Nã si resurrectio nõ est: ne iudiciũ quidem erit:sublato aũt iudicio,etiã timor Dei simul ei[g]cit. Vbi aũt timor non [h] cohibet,& in officio homines cõtinet,ibi cum peccato diabolus tripudiat,atque choreas ducit. Atque admodũ [i] cõuenienter & aptè aduersus tales [k] Dauid illum Psalmũ scripsit: Dixit amens in corde suo,nõ est Deus. Corrupti & abominabiles facti sunt [l] in studijs & exercitijs suis. Quòd si resurrectio nõ est, [m] fabula Lazarus & diues ille est: itẽ [n] formidabilis & horrẽdus ille hiatus: & [o] ille intollerabilis ardor ignis & inflãmatio: lingua itẽ ardens:adhæc desiderata gutta aquæ, digitusq; mẽdici. Palam em̃ est, ꝙ hæc omnia nobis futurã [p] significãt resurrectionẽ. lingua em̃ ac digitus nõ incorporeæ mẽbra animæ intelliguntur, sed partes corporis. ac nemo putet hæc iã cõtigisse, sed prædictionẽ esse futuri: [q] eueniẽt aũt tũc, quũ renouatio animã mortuis reddiderit,& ad reddẽdã actæ uitæ rationẽ unũquẽq; reduxerit, cõpositum eodẽ modo quo prius,ex anima & corpore cõstantem. Porrò Hiezeciel [r] diuino spiritu raptus, & magnarũ uisionũ [s] spectator, ad quã utiq; sentẽtiã [t] & intellectũ deducebaꝫ, [u] quũ uidit magnũ illũ, ac longè lateq; patentẽ campum humanis ossib. cõpletum,de quibus iubebaꝫ ꝓphetare? ac carnes quidẽ illis statim obducebanꝫ: quæ aũt soluta ac [x] temerè nullo q; ordine dissecta erãt,in aptũ cõuenientemq; sibi [y] inuicẽ [z] ordinẽ & compagẽ redigebanꝫ atq; coalescebãt. An nõ perspicuũ est,ꝙd ꝓ huiusmodi nobis scripta carnis huius [a] resuscitationẽ abũdè satis demonstrat? Mihi uerò qui aduersus hunc sermonẽ [b] pertinaciter cõtendũt, nõ impij solùm,uerumetiã [c] insani esse uidenẽ. Resurrectio em̃ [d] & reditus ad uitã, & trãsformatio,& omnia talia uocabula ad corpus corruptioni obnoxiũ cogitationẽ audientis ducũt. Nã anima quidẽ, [e] si ipsa per sese examinet & excutiat, nũq; resurget, quandoquidẽ non moriꝫ, sed [f] interitus & corruptionis est expers. Quũ aũt sit immortalis,mortale corpus sociũ habet actionũ: atq; idcirco apud iustũ iudicẽ tempore reddendarum rationum rursus socio suo inhabitabit,ut cum illo cõmunes recipiat uel [g] pœnas uel [h] præmia. Enimuerò quo magis nobis oratio consentanea sit,hoc modo rem consideremus.hominem quid esse dicimus,utrunq; simul,aꝙ alterum seꝑatim? At manifestum est, quòd cõiunctio amborũ designat animal. Non enim conuenit in [k] rebus notis ac nihil controuersiæ in se cõtinentibus,superfluo uti sermone. Quum hoc ita sit, illud quoq; insuper consideremus, utrum ea,quæ committunt ac perpetrant homines,uerbi gratia,adulteriũ,cędem, furtũ, [l] ac quicquid his affine est:aut ex contrario, [m] sobrietatẽ,cõtinentiã,& omnẽ uitio oppositã actionẽ, utriusq; dicimus esse effectus, an anima sola circumscribimus actiones? At etiã in hoc manifesta ueritas est. Nusquã em̃ à corpore [n] separata anima uel furtum [o] committit, uel [p] parietes perrumpit: neq; cõtrà sola uel panẽ esurienti

[a] πάθωμεν. [b] ὀρχούμενος ἔχοντες. [c] ἀγανακτοῦντες. [d] ἀναβίωσις. [e] μετανόησις. [f] κἀπὸ ἐκεῖ ἑαυτῷ διατροφῶν. [g] ἀφορισθεὶς ὑπὸ τῆς κολάσεως. [h] διδόσεσι. [i] τιμῶν. [k] ἀναμφισβητήτοις τῆς γνωρίμοις πράγμασι. [l] ἢ ὅσα τούτοις ἐγγύς. [m] ἐγκράτειαν. [n] ἀποχωρίσθεν. [o] ἐπιτελεῖται. [p] τὰς τοιχωρυχίαν ὑπάγεται τινι ἐχθρὸν. [q] ἐκβιάζεται.

[a] Esaiæ 22.

[b] προφάσεως ἁπτὰς τῶν ἐναντίων ὁ πλεονεκτῶν: μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ἀπόντων ἢ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς ἐμπίπτει καὶ ἀπολαύει ἑαυτῷ ἀγαθῶν ἐν ἐπιορκίᾳ καὶ μόνῃ χαίρει καὶ ἀγαθῷ ἢ τῷ ἄνθρωπῳ.

[c] φρονήματος.

[d] κενῶ.

[e] πάσῃ νίκῃ.

[f] ἐπιβίῳεν.

[g] σωφρονίσει.

[h] χαρᾶνε.

[i] εὐσεβοῦσι.

[k] Psal. 13. & 53.

[l] οὐ ἐπιτηδεύ μασι.

[m] Lucæ 16.

[n] φειδώλεος.

[o] τὸ πυρὸς ἀχῆ καὶ φλόγωσις, καὶ ἡ ἄκαιρος ἀπὸ γλώσσης,

[p] Θεωνύζει, effigurant.

[q] ἔσται τότε, ὅταν ἡ μετὰ νέκρωσιν ψυχὴν ἀποδῷ τὸ σῶμα ἀνάγκη, συνθεὶς ὃν τὸν ἀρχαῖον ὑπὸ ψυχῆς τὸ σῶμα & συνιστῶν.

[r] διεφορήθη.

[s] θεωρός.

[t] ἐφ' ᾧ διάνοιαν

[u] ὀδυνηρόν & ἕλκει τὸ μέγα καὶ κατάπλωτον ἀθρόον πεδίον.

[x] κατάντους ἀπὸ ἐρρυμμένως.

[y] inter sese.

[z] εἰς τάξιν καὶ σύμενίαν ἀλλὰ λοιδορεσιωνικῶν λάκκο. ἢ φρεᾶτα ἄνευρ.

esurienti dat, uel potum sitienti præbet, uel in carcerem haud grauatim [a] concedit, ut officiū & ministeriū præstet ei, qui carcere affligitur: sed in omni actione ambo [b] sibi inuicem coniuncta simul & capessunt & perficiunt ea, quæ aguntur. Qua ratione igitur quum hæc ita sint, & ante actorum iudicium fore concedas, alterū ab altero diuellis? & quum alterū alteri [c] in commissis & perpetratis sociū esse [d] des, anima sola iudiciū [e] determinas atq; circumscribis? Quòd si quis [f] uerus delictorum humanorum iudex fuerit, & diligenter perpēderit, unde primæ peccati caussæ oriantur, fortasse prius [g] in culpa atq; crimine corpus inueniet officij & honestatis fineis excedens. Nam quiescente sæpenumerò anima, & in tranquillo statu sine ulla perturbatione constituta, [h] oculus cōmotus uidet ea, quæ nō conspexisse melius fuisset, & in animam morbū transmittens in tempestatē ac turbinē [i] quietē ac tranquillitatem conuertit. Similiter aures inuerecundis quibusdam atq; exacerbantibus uerbis exceptis, per quasdā quasi sui ipsarum fistulas perturbationis aut [k] inuerecundiæ cœnum cogitationibus inferunt atq; [l] inducunt. Nonnunquā etiā nasus olfactu & attractu uaporum [m] magnis uitijs qualia cōiectura quis facilè assequi nō possit, hominem inficit interiorē. Solent itē manus cōtrectatione ualidæ animæ robur effœminare. Atq; ego paulatim ita progrediens atq; cōsiderans magnæ peccatorū partis corpusculū esse caussam inuenio. Tolerat aūt etiā, p uirtute labores, & in [n] certaminib. honestarū rerū laborat & affligit, dū uel ferro secat uel igni cremat, uel flagris cædit, uel [o] grauib. uinculis onerat, & omnē sustinet [p] aduersitatē & afflictionē, ne sacrā, pdat philosophiā tanquā egregijs turrib. ornatam urbē quandā bello [q] uitiorū atq; nequitiæ circūsessam. Si igitur in præclaris factis unā cū anima laborat & affligit, & in peccatis nō abest: [r] quibus rationib. & argumentis motus solā incorpoream in iudiciū adducis? At neq; iusta neq; sanorū hominum oratio est. Si sola & nuda peccauit, solā etiā puniet: sin autē manifestū habet adiutorē, nō hunc iustus iudex dimittet. Ego autē etiā hoc scripturam audio prodentē, quòd condēnati iustis afficient supplicijs, igni, tenebris, uerme. quę omnia cōpositorū ac materialium corporum [s] pœnæ cruciatusq; sunt: Animā uerò [t] per seſe separatim ignis nunquā attigerit: nec tenebræ quidē ei molestæ fuerint, utpote quæ oculis caret, & uidēdi instrumētorum expers est. Quid autē uermis effecerit, qui corporū nō spirituū corruptricē uim habet? Atq; idcirco cōsentaneis [u] huiusmodi cōsiderationibus & ratiocinationibus undiq; cōpellimur ad cōprobandā resurrectionē mortuorū, quā conuenientibus tēporibus Deus perficiet [x] rebus ipsis suas promissiones cōfirmans. Credamus igit dicēti: [y] Canet em tuba, & mortui resurgēt, ac rursus, Venit hora, in qua omnes qui in monumētis sunt, audiēt uocē eius, & prodibunt hi qui bona fecerunt, in resurrectionē uitæ, qui autē mala faciunt, in resurrectionē iudicij. Nō em, pmittit solùm, uerumetiā operib. quæ quotidie facit, apertè docet q̄ sit omnipotens. [z] Neq; em in initio dum crearet, laborauit ac defatigatus est, neq; in transformando sapientia indigebit. Præsentia consideremus, & rei futuræ fidem non detrahemus. Quum em omnis efficacia diuina [a] comitem habeat stupore & consternationē: tū magnū & inexplicabile miraculū est, quū patrum ac proauorum similitudines plenè transire animaduertimus in formas liberorum, ac [b] posteros maiorū suorū quasi exprimere atq; referre figuras. tunc nimirū artē præstantissimi opificis ac seruatoris Dei omnem solertiam in seſe cōplexam cum ingenti stupore admiror, quomodo eorum, quæ nec extent, nec appareant, [c] primorum illorum exemplarium imitamenta arcano mysterio creentur & effingantur, quasi alteros quosdam eos, qui mortui sunt, per efficaciam formarum excitantia. Sepè autem multarum etiam personarum proprietates simul in uno corpore [d] exprimuntur & effinguntur. patris nasus, aui oculus, patrui incessus: matris, [e] sonus uocis & loquelæ. atq; unus homo spectatur tanquā plāta quædā, [f] quæ multarum arborū furculis inditijs in se receptis innumera quoq; fructuū genera decerpēdo & colligentibus præbet. Hæc omnia admirabilia quidem sunt, sed quo pacto fiāt, nobis ignotum est: opifici autē [g] facilia atq; expedita, & ab eo [h] nullo negocio, ut scimus, perficiuntur. [i] Valde autem absurdum & cum multa imperitia coniunctū fuerit, si quis putrefactorum quidem & corruptorum iam corporum [k] insignia cōcedat in ijs, quæ nunc quotidie nascuntur excitari, & aliena transire in alios: propria autem ac peculiaria in ijs, qui aliàs ea habuerunt, renouari ac reuiuiscere, non etiam simul assentiatur, sed contrà improbet atq; impugnet, [l] ac fabulam, non uerum sermonem existimet esse promissionem eius, qui hoc omne quod uidetur, constituit, &, ut uoluit, ornauit. Nos uerò credidimus resurrectioni gloriam reddentes patri & filio & spiritui sancto, nunc & semper & in secula seculorum. AMEN.

[a] ἐπείγῃ ἵνα βάρος ἄρῃται. [b] inter se. [c] κοινωνὸν τῶν ἐγκλημάτων. [d] Locus uidetur corruptus & mutilus utrobiq; quē cōiectura ductus ita reddo. [e] ἀφορίζεται. [f] ἀκριβὴς. [g] ἄτοπον τὸ τοῖς ἐγκλήμασιν. [h] ὁ ὀφθαλμὸς εἰδὲν ἐκτὸς θύρας. [i] πλὴν ἡσυχίαν. [k] ἀναισχύντου. Locus utrobiq; corruptus [l] ἐπισφέρων, lego, pro, ἐπαφιεὶς ψεῦδος. [m] μεγάλαι τὴν ὀσφρησιν αἰσθήσεως ἀκρασίαι. [n] τῷ πρὸς ἀγῶνα ἐπιτηδείῳ τῶν καλῶν. [o] ἀβαρέσι. [p] ἀνθέξει. [q] κακίας. [r] αἴτιον ἀρνεῖσθαι. [s] ἀναλύσεως. [t] καθ' ἑαυτὸ. [u] τοῖς ἀνελλιπῶς τοῦτο λογισμοῖς πανταχόθεν συνειλημμένοις. [x] ὄργοις. 1. Corinth. 15. [y] ὅτι καὶ οὐ σχολὴ δημιουργῶν ἐκεῖθεν. [z] ἀνάλωτον ἐν χρόνῳ τὰ ἴσα πλῆθος τῷ πολλαπλασίῳ τὸ θαῦμα τῷ ἀφθόνῳ. [a] τῷ ἐμφανεῖ γινομένῳ τὸ πάλαι ἀπὸ τῶν προσώπων, τίνι δὴ τρόπῳ ἀναισθήτως τὴν ἀκρίβειαν τοῦ χαρακτῆρος ἐκμιμούμεθα. [b] τοὺς ἐκγόνους τῶν γονέων. [c] οὐσιωδῶν. [d] ἐξεικονίζεται. [e] ἀκοῆς ἦχος. [f] ὥσπερ δενδρῶν τινῶν ἐπιβολὰς δεξάμενον, τὴν μυρίαν ἐκκαρπεύεται γονὴν τῶν σπερμάτων.



[g] πολλαχοῦ. Locus corruptus & mutilus utrobiq; [h] μετὰ πολλῆς τῆς ῥᾳστώνης ἐκπλήττεται. [i] ἄτοπον ἡ λόγου ἢ ἀληθείας. [k] γνώσματα. [l] μῦθον ἢ λόγον.

# ALIA EIVSDEM ORATIO DE SANCTO ET SALVTARI FESTO PASCHAE.

VERA quidem sabbati requies, quæ benedictionem Dei accepit, in qua requieuit Dominus ab operibus suis, pro salute mundi mortis efficacia fracta feriatus, iam finem habet, & gratiam suam quum oculis, tum auribus, tum cordi demonstrauit, per hæc omnia, quæ uidimus, quæ audiuimus, per quæ corde lætitiam recepimus, a nobis festo peracto. Nam quod oculis cernitur, lumen nocte nobis per lampades in nube ignis præferebatur. Sermo autem per totam noctem aurcis nostras circumsonans in psalmis, hymnis, cantionibusq; spiritualibus tanq; flumen quoddam gaudij per aureis in animum influens, nos optima spe repleuit. Cor uerò, dum & ijs quæ dicebantur & uidebantur, oblectaretur, inexplicabilis beatitudinis figuram accipiebat, dum per ea, quæ apparebant, quasi manu duceretur ad eum, qui uideri non potest. Itaq; huius requietis bona [a] per seſe fidem facientia ineffabili spei eorum, quæ destinata atq; reposita sunt, imago sunt illorum bonorum, quę neq; oculus uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascenderunt. Quoniam igitur hæc lucida nox commixtis lampadum luminibus cum matutinis radijs solis unum cō tinuum nullarum interpositione tenebrarum diremptum diem effecit: [b] consideremus & intelligamus, fratres, prophetiam, quæ dicit: Hic est dies, quem fecit Dominus: in quo opus propositum est non graue aliquod [c] & effectu difficile, sed gaudium, sed lætitia, sed exultatio, ita dicente scriptura, Exultemus & lætemur in eo. O mandata præclara, ô dulcem constitutionem. [d] quis sine mora atq; procrastinatione talibus præceptis non obtemperabit? imò quis nō in damno ponet uel exiguam fussorum dilationem? lætitia est opus, & exultatio est id, quod præcipitur, per quæ propter peccatum facta condemnatio rescinditur, & in gaudium tristitia conuertuntur. hoc est sapientiæ [e] notabile dictum: In die lætitiæ [f] obliuio atq; abolitio malorum. obliuionem primæ contra nos sententiæ pronuntiatæ dies hic induxit: imò uerò [g] abolitionem, non obliuionem. [h] Deleuit enim, & quasi erasit omnem penitus memoriam contra nos factæ condemnationis. Tunc in doloribus partus edebatur: nunc [i] absq; parturitionis cruciatibus natiuitas existit. tunc ex carne carnes nati sumus: nunc quod natum est, spiritus est ex spiritu. tunc filij hominum, nunc filij Dei nati sumus. tunc in terram de cœlis relegati sumus: nunc [k] is qui cœlestis est, etiam nos [l] cœlestes fecit. tunc per peccatum mors regnabat: nunc inuicem iustitia per uitam recipit imperium. [m] tunc unus morti locum introeundi dedit: per unum etiam nunc contra uita introducitur. tunc per mortem uita excidimus: nunc à uita mors tollitur. tunc præ pudore sub ficu occultabamur: nūc per gloriam ligno uitæ appropinquamus. tunc propter inobedientiam ex paradiso expulsi sumus: nunc per fidem in paradisum admittimur. rursus fructus uitæ

[a] δι ἐκείνων τῶν ἀνεκφράστων τὴν ἐλπίδα τῶν ἀκουομένων πιστούμενα. [b] νοήσωμεν. Psal. 117. [c] πρᾶγμά τι est in exemplari: ego lego, πρᾶγμα τῶν [d] δυσκατορθώτων. [e] τὸ ἀσύμβιβον πρὸς τὰ ἐπακόσια τοιαῦτα προστάγματα. [f] ἀπόφθεγμα. [g] ἀμνηστία. [h] ἀφανισμὸν. [i] ἐξέλειψε γάρ. [k] ὑπερκόσμιον. supercœlestis, uel, is qui in cœlis degit. [l] ἐπουράνιον. [m] ἐκείνου δὲ ἕνεκα τὸ εἰσοδίου.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad delicias nobis propositus est ad arbitrium. rursus fons paradisi quadripartitò diductus per Euangelicos amneis uniuersæ faciei Ecclesiæ potum præbet, adeò ut etiam sulci animarum nostrarum inebrientur, [n] quos is qui sementem sermonis facit, aratro doctrinæ proscidit, ac multiplicantur [o] germina fructusq; uirtutis. Quid igitur ob hæc facere conuenit? quid aliud, quam imitari monteis prophetico & colleis exultationibus. Montes enim, inquit, exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium. Venite igitur exultemus Domino, qui fregit [p] uires & potentiam hostis, & magnum pro nobis crucis trophæum in ruina aduersarij erexit. ἀλαλάξωμεν, id est, iubilemus. ἀλαλαγμὸς autem, siue iubilus, est [q] in uictoria fausta ac læta acclamatio, quæ à uictoribus aduersus uictos excitatur. Quoniam igitur prostrata est acies hostis, atq; ille ipse, qui imperium nepharij exercitus dæmonũ obtinebat, [r] periit, deletus & ad nihilum iam redactus est: dicamus, quòd Deus sit magnus dominus, & rex magnus super omnem terram, qui benedixit coronę anni benignitatis suæ, & [s] conduxit nos in hunc [t] chorum & cœtum spiritualem per Christum Iesum dominum nostrum, cui gloria in secula. Amen.

n ἢ, est in exemplari: ego lego, ἐστ.
o ἢ αὐξητῶν τὰ γονήματα.
p πλὴν ἀλαλάξωμεν.
q ἰσχὺς καὶ καύχησις, ὡς ἐπὶ τῷ μὴ ὂν ἥδη μετακιχήσοντι.
r συναγωγήν.
s χορηγκσίαν.
t ὡς ἐπιχωρίῳ τῆς παπαικῆς ἄθεν.

## EIVSDEM DE ASSVMPTIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, QVAE *patrio & uernaculo Cappadocum more* [a] ἐπισωζομένη dicitur.

QVAM [b] suauis est & iucundus humanæ uitæ comes propheta Dauid, in omnibus itineribus uitæ sese offerens, & omnibus ætatibus spiritualibus commodè sese adiungens: omnem ordinem progredientium subleuat: cum ijs, qui iuxta Deum infantes sunt, colludit: cum uiris una certat: iuuentutem moderatur: senectutem [c] subleuat atque sustentat: omnibus omnia fit: [d] militum telum: [e] athletarum institutor: exercentiũ se palæstra: uincentium corona: in mensa [f] oblectatio: in luctu & funere consolatio. Nihil est in uita nostra, quod huius [g] officij expers sit. Quæ uirtus orationis, quam Dauid non adiuuet? quæ diei festi lętitia, propheta eum non [h] exhilarãte & iucundum reddente? Quod nimirum etiam nunc uidere licet. quoniã diem festũ, qui alioqui magnus est nobis, maiorem per sese propheta facit, [i] commodè & opportunè & ad rem propositam aptè simul inferens delectationem psalmorũ. Nam in uno quidem ouem te fieri iubet, quæ à Deo pascatur, quæ nulla re bona careat: cui & herba pascuæ, & aqua requietis, & cibus, & tabernaculum, & semita, & deductio, omnia deniq; pastor bonus fit, ad omnem [k] necessitatem & usum suã gratiam commodè distribuens. Per quæ omnia instituit Ecclesiam, quòd oporteat te primùm ouem fieri boni pastoris, quæ per bonam [l] uiuæ uocis institutionem ad diuina doctrinarum pascua fontesq; deducaris, ut unà cum eo sepeliaris per baptismum in mortẽ, & non timeas talem morrem. Non enim mors est hæc, sed mortis umbra, [m] effigies atq; simulachrum. Nam si ambulẽ, inquit, in medio umbræ mortis, non timebo tanq; malum, id quod fiat. quoniam tu mecum es. Post hæc consolatus baculo spiritus [n] (aduocatus enim & consolator est spiritus:) mysticã apponit mensam è regione dæmonum mensæ paratam. Illi namq; erant, qui uitam hominum per simulachrorum cultum [o] uexabant & elidebant: quibus aduersa mensa spiritus statuitur. deinde [p] inungit & imbuit caput oleo spiritus: & apponens ei uinum, quod exhilaret cor, [q] sobriam & castam illam in anima inducit ebrietatem, auocans & abstrahens cogitationes à temporarijs, ad id quod sempiternum est. Qui enim [r] tali correptus fuerit ebrietate, [s] id quod citò perit atq; moritur, permutat eo, quod est sine interitu atq; immortale, in lõgitudinem dierum [t] in domo Dei

a ἐπισωζομένη.
b ἡδὺς καὶ ἀγαπητὸς τῇ ψυχῇ μέλος, φησὶν ὁ τὸν παράκλητον τῇ πρὸς τὸν θεὸν ἐπιτηδείᾳ προσειληφὼς πρὸς τὸ ἀεὶ ἄριστον.
c ἀναπαύει.
d ἁρμόζεται.
e ἀγωνοθέτης.
f ἀνάπαυσις.
g ἀναγκαῖον.
h ἱλαρὸν.
i ἐπικαίρως.
k χρείαν.
l διδασκαλίαν.
m ὑπόμνημα.
n ἢ, est in exemplari: ego lego, ἐστ.
o ἢ αὐξητῶν τὰ γονήματα.
p πλὴν ἀλαλάξωμεν.
q ἰσχὺς καὶ καύχησις, ὡς ἐπὶ τῷ μὴ ὂν ἥδη μετακιχήσοντι.
r συναγωγήν.
s χορηγκσίαν.
t ὡς ἐπιχωρίῳ τῆς παπαικῆς ἄθεν.



stationem [a] & conuersationem producens. Huiusmodi nobis in uno psalmo largitus ad maiorem [b] plenioremq; lætitiam in insequenti psalmo animã excitat. Ac si placet, huius quoq; sententiã uobis in pauca rem contrahentes exponemus. Domini est terra & plenitudo eius. Quid igitur [c] ueluti rem peregrinam & nouã admiraris, ô homo, si Deus noster in terra uisus, & cũ hominib. conuersatus est? Creatura eñ illius est terra, quoniam & ipse fecit eam. Ergo nihil nouum, neq; quicq; præter decorum (accidit,) cùm Dominus in propria uenit. Non eñ in alieno mũdo uersatur, sed in eo, quem ipse [d] condidit atq; constituit, qui in maria fundamẽta terræ iecit, & [e] præparauit eam, ut ad transitum fluuiorum apta & accommoda sit. Cuius ergo rei gratia aduenit? Vt ex barathris peccati exemptum & ereptũ te duceret in montem regni, si pro uehiculo ad ascensum usus fueris actione atq; exercitatione uirtutis. Non eñ [f] quenquam in montem illum [g] licet ascendere, nisi comites habuerit uirtutes, manibus quidem innocens factus, nullaq; actione praua coinquinatus: corde uerò purus, ad nullã uanitatem, animã suam cõuertens, neq; dolum aliquem proximo suo struens. Huius ascensionis præmiũ, benedictio est. huic Dominus dat [h] repositam ac destinatã misericordiã, hæc est progenies quærentium eũ, qui per uirtutem in altũ ascendunt, & quærunt faciem Dei Iacob. Reliqua pars psalmodiæ fortassis etiam Euangelica doctrina sublimior est. Euangeliũ eñ quemadmodũ Dominus in terra uixerit & conuersatus sit, exponit: at sublimis hic propheta ipse ex sese egressus ne onere corporis grauaretur, quum cœlestibus, quæ supra mundũ sunt, se poreſtatibus immiscuisset, illarũ nobis uoces exponit, [i] quũ ex comitatu Domini præmissæ atq; antecurrantes ad reditũ tolli iubẽt (portas, & patefieri) aditus proximorum terræ angelorum, quibus uita humana concredita est, dicentes: Tollite portas uestras, ô principes, & eleuamini portæ æternæ, & introibit rex gloriæ. & ubi intromissus est is, qui res uniuersas in sese continet, [k] cõparem & æqualem se excipienti facit. Non eñ solum inter homines homo est, uerùm per consequens prorsus [l] quũ est inter angelos, ad illorum quoq; naturam sese [m] accommodat. Ideirco [n] ianitores & portarum custodes opus habent eo qui ostendat: quis sit hic rex gloriæ. Quamobrem demonstrant eis [o] fortem & potentem in bello, qui aduersus eum, qui captiuã fecit humanã naturã, [p] conflictu rus & profligaturus eum sit, qui mortis tenet imperiũ, ut ultimo deleto inimico, in libertatem & pacẽ reuocetur genus humanũ. Rursus profert similes uoces. [q] Impletum est eñ iam & peractũ mortis mysteriũ, & de hostibus uictoria [r] parta, trophæũ quoq; de eis, erecta est crux. ac rursus ascendit in altũ captiuã ducens captiuitatẽ, qui dedit uitã & regnũ hæc bona dona hominibus. Ac rursus oportet patefieri illi supernas portas, Nostri quoq; custodes [s] inuicem accipiunt, & adiuuãt deductionẽ, & antecedentes iubent ei aperiri portas superiores, ut rursus in eis glorificetur. [t] At non agnoscitur, qui sordida nostræ uitæ stola amictus erat: cuius uestimentorũ rubor est ex torculari humanorũ malorũ. Idcirco ab illis hęc uox interrogatoria editur, [u] ad eos comites qui præcedebant: Quis est hic rex gloriæ? deinde hi non amplius respondent, fortis & potens in prælio, sed, Dominus [x] uirtutũ ac poteſtatũ, [y] à quo pendet imperium rerum uniuersarum, qui omnia ad se tanq; ad caput redegit atq; reduxit, qui in omnibus primas tenet, qui omnia in primum statum creationis restituit, ipse est rex gloriæ. Videte quomodo nobis Dauid festum iucundius reddit, dum suam [z] gratiam & festiuitatem alacrirati Ecclesiæ admiscet. Imitemur igitur nos quoq; prophetam, quibus ea rebus imitatio poterit effici, (nempe [aa] dilectione Dei, uitæ mansuetudine, aduersus odio prosequentes animi lenitate) [bb] ut doctrina prophetæ (nos) ad eam, quæ ad præcepta Dei exigitur, uitæ rationem deducat per Christum Iesum Dominum nostrum, cui gloria in secula seculorum. Amen.

a διὰ τῆς ἀναγωγῆς.
b πλείονος δέ.
Psal. 23.
c ξενίσῃ.
d συνιστήσαντος.
e καὶ πρὸς τὴν τῶν ποταμῶν δίοδον σύντεταται τὸν κόσμον εἶναι ἀβρόκοιτον. ὑποδὺς τὴν τοῦ δι' ἡμᾶς ἀσθενείας, ἵνα καὶ τὴν βαρυθεῖαν τῆ ἁμαρτίας ἐπὶ βαλὼν ἐπὶ τὸ ὄχημα ἀγάγῃ ἐκκολπίσῃ ὀχήματι πρὸς τὸν ἀνθρωπον τὸν ἐπὶ τῆς πολιτείας χθὲς ἐλήλυθεν· ὃ καὶ ἐγερθεὶς ἀνέβλεψεν.
Psal. 23.
f cuiquam.
g fas est.
h τὸν ἀποκαθήμενον.
i ὅτι προκόπτει τὸ ἀναπεπταμένον ἐπὶ τὸν διάβολον ἐξουσίαν ἐγγύθεν ἀγγελῶν, τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ζωὴν πιστεύσῃ, τὴν εἰς ὅλος λέγουσα
k συμμετρον.
l γνώμην.
m συγκατέγει.
n οἱ πυλωροί.
o ἰσχυρὸν.
p τὸ μέλλοντα συμπλέκεσθαι τῷ ἰσχυρῷ τῷ ἔχοντι τὸ θανάτου τὸ κράτος.
q πεπλήρωται.
r ἐστήρωται.
s ἀντιπαραλαμβάνει τὴν προπομπὴν τῶν ἐπουρανίων ἀγγέλων.
t οὐ γινώσκει δὲ ὁ ῥυπαρὸν τὸν τῆς ἁμαρτίας χιτῶνα περικείμενος.



Greg. Nyssenus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# EIVSDEM IN DICTVM EVANGELII, QVATENVS FECISTIS VNI EX *his minimis, mihi fecistis.*

Matth. 25. ADHVC uersor circa spectaculum terribilis aduentus regis, quem describit nobis Euangelium: etiamnunc animus terrore eorum, quæ dicta sunt, defixus pauore atq; formidine torpet, ueluti cernēs quodāmodo tum ipsum cœlorum regem, ut ait scriptura, in solio glorioso terribiliter præsidentem, tum magnificum & augustum illud solium (quodcunq; tandem id solium est, quod in sese capiat eum, cuius nullus locus capax est:) tum infinitas illas angelorum legiones regem undiq; circumstantes, atq; ipsum magnum illum ac terribilem regem ex inenarrabili gloria ad humanam naturam despicientem, & omne genus hominum, qui ex quo homines nati sunt usq; ad terribilem illam apparitionem inuenientur ad sese cogentem, & pro merito ac dignitate anteactæ uitæ unicuiq; sententiam accōmodantem, ijs quidem qui cum dextero uitæ instituto uixerunt, dextras parteis, ut dictū est, dantem, sinistris uerò atq; reijciendis anteactæ uitæ conuenientē sententiā attribuentē, & utrosq; appel
Matth. 25. lantē: illos quidē dulci ac bona illa uoce, nempe, Venite benedicti patris mei: hos uerò horrendis ac terribilibus illis minis, uidelicet, Ite maledicti. Quū aūt animus mihi à terrore eorū, quæ recitata sunt, sic affectus sit, ut ipsis rebus intereſſe uidear, nihilq; sentiā ex rebus præsentibus, nihil otij animus habet ad aliquid aliud eorū, quæ ad quærendū & considerandum orationi proposita sunt respiciendi. quanq; ea non parua neq; exigua quæstione digna sunt, scire uidelicet, quomodo ueniat
Matth. 25. qui semper adest. Ecce eū, inquit, uobiscū sum omneis dies. & si nobiscū nunc esse
Actor. 17. creditur, quomodo se uenturum, ut qui præsens non sit, promittit? Nam si in eo uiuimus, mouemurq; & sumus, quemadmodum inquit apostolus, nulla machinatio molitióue ab eo, qui res uniuersas complexus est, eos qui in eo continentur, quasi de loco remouebit, ut uel nunc non adsit ijs, quos in se cōtinet, uel posterioribus temporibus aliquando aduenturus expectetur. Quę nam autē etiam incorporei sedes, & inuisibilis illius apparitio? eiusq; qui figurari non potest, forma, atque eius, quem nullus locus capere potest, in solio circumscriptio sit? omniaq; huiusmodi, ut quæ maiora sint, quàm quæ in præsenti tempore explicari possint, in aliud tempus reijciam: ne autem in abijciendorum ordinem extrudamur, ad hoc, prout potero, communis lucri causſa conuertam sermonem. Vehementer em̄, fratres, uehementer ad minas animo perculsus & consternatus sum: ac nō dissimulo animi mei perturbationem. Vellem autem etiam uos non contemnere terrores.
Sap. 2. beatus em̄ est is, qui omnia cautè atq; reuerenter ac piè formidat. qui aūt rem contemnit, contemnetur ab ea, inquit alicubi sapientiæ sermo. Igitur ante tempus malorum, ne periculum rerum tristium facere cogamur, operam demus. Sed quo pacto à terroribus illis liberari atq; defungi possimus? Si eam uitæ uiam elegerimus, quam nunc oratio nobis demonstrauit, nouam planè ac uiuam. quæ nam autē ea
Matth. 25. uia est? Esuriebam, sitiebam, hospes erā, nudus & infirmus, & in carcere. quatenus fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis. atq; idcirco, Venite, inquit, benedicti patris mei. Quid per hæc discimus? quòd benedictio quidem mandatorum cura sit, maledictio uerò, præceptorum neglectio. Amplectamur benedictionem, & fugiamus maledictionem. In nobis enim situm est, alterutrum ad arbitrium uel eligere, uel prætermittere. Ad utrū enim studio atq; animi alacritate inclinati ac propensi fuerimus, in eo uersabimur. Quocirca conciliemus nobis Dominum beneficentionis, qui in se collatum putat studium & officium, quo egenos prosequuti fuerimus, ac maximè nunc, quum in præsenti uita multam materiam præceptū habeamus: ac multi quidem ad uitam necessarijs indigent, multi item ex graui infirmitate cōsumpti corpore quoq; ipso minus integro sunt. Quapropter eo, quo hos prosequamur



mur, studio bonam illam nobis promissionem cōficiamus. Dico autem sic apertè de ijs, qui ex graui ac sæuo morbo læsi atq; mutilati sunt. Quātò enim maior in his infirmitas est, tantò uidelicet maiorem benedictionem quoq; adipiscuntur, qui laboriosam & molestam hanc præcepti partem exequuti fuerint. Quid igitur facere oportet: non aduersari constitutioni spiritus: hæc autem est. Ne alienemur ab ijs, qui communem nobiscum sortiti sunt naturam, neu imitemur eos, qui in Euange- Luc. 10.
lio accusantur, Sacerdotē dico & Leuitam, qui cū nulla cōdolētia præterierūt illū, qui misericordia opus habebat: quem narratio dicit à latronibus semimortuū relictum. Nam si illis crimini datur, qui non ad uulnera in nudo corpore intumescētia respexerunt ac moti sunt, quo pacto nos crimine ac culpa uacamus, qui eos qui in crimē uocantur & accusantur, imitamur? Quanq; quid tantum in eo, qui in latrones inciderat, spectare licebat, quantum in ijs, qui morbo atq; calamitate capti uicticq; sunt, spectaculum est? Vides hominem per grauem infirmitatem in quadrupedis figuram transformari, pro unguibus & ungula ligna palmis subiungentem, nouum uestigiū itineribus humanis imprimentem. quis ex uestigio cognouerit, quòd homo eiusmodi signa ingrediendo impresserit? homo inquā, figura auduus & erectus, cœlum contuens, qui manus ad operū ministeria à natura habet, is in terram inclinatur, & quadrupes fit, brutusq; propemodum est, aspero densoq; & rauescenti anhelitu uiolenter ab imis usq; uisceribus stridens & rugiens. Quinimò, si oportet audacter dicere, etiam brutis redditus miserior. Nam bruta quidem animalia, quam à natiuitate habuerunt figuram, ut plurimum in perpetuum usq; conseruant, nullumq; horum ex aliqua eiusmodi calamitate in aliam quandam figuram transmutari solet. at hic tanquam immutata natura aliud quippiam, & non consuetum animal esse uidetur. Manus ei pedū usum præstant: genua plātarum loco sunt: naturales uerò plantæ taliq; uel penitus defluunt, uel tanquam aliquod extrinsecus adiunctum onus frustra annexa atq; suspensa, prout res tulerit, attrahuntur. Quum igitur in talibus incommodis hominem uersari uides, an' non reuereris cognationem? non misericordia prosequeris popularem & eiusdem tecum gentis hominem? sed auersaris & abominaris calamitatem, & odio supplicē prosequeris, ueluti ferę cuiusdam impetum, accessum & congressum eius deuitās? atqui oportebat animo grato reputare atq; recordari, quòd te qui homo es, angelus attingit, qui quum incorporeus ac materiæ expers sit, carni & sanguini commixtum atq; contemperatum non auersatur nec abominatur. sed quid de angelis loquor? Ipse angelorum dominus, cœlestis beatitudinis rex propter te homo factus est, ac fœtida sordidaq; caruncula unà cum illigata atque conclusa in ea anima se circumdedit, ut tua uitia & morbos per suam attrectationem curaret atq; sanaret. Tu uerò, qui natura idem es cum eo, qui ægrotauit, fugis participē generis. Ne, frater, ne placeat tibi consilium malum, cognosce qui sis, de quibus cōsultes: nempe homo de hominibus, qui nihil proprium in teipso præter cōmunem naturam possides: ne antè rem futuram pronunties. Dum enim cōdemnas uitiū, quod in præsentia apparet in alieno corpore, indefinitā aduersus omnem naturam fers sententiam. particeps autem naturæ tu quoq; similiter es, atq; omnes. Proinde tanquam pro negocio communi sermo habeatur. Quur ergo nulla animum tuum earum rerum, quæ apparent, misericordia subit? Vides homines agrestes ueluti pecora ad necessarium uitæ cibum quærendum dispersos, pannos detritos atq; undiq; perforatos (id pro ueste) baculum in manibus (id pro armis, id pro uehiculo est) nec hic quidem digitis comprehensus, sed loris ac retinaculis quibusdam & uinculis ad palmas colligatus, pera lacera, & frustum panis situ ac putredine corruptum, focus, domus, stragulum, lectus, conclaue, mensa, pro omni suppellectili ac uitæ instrumento pera est. Et tandem non cogitas ac perpendis qui sit is, qui in illas miserijs & ærumnis uersatur? nempe quòd homo sit? quòd secundum imaginem Dei factus? quòd Dominus terræ constitutus, quòd obnoxium ac subditum sibi brutorum ac ratione carentium animalium seruitium habeat?

Universidad de Deusto
Biblioteca



Atque is eò calamitatis & mutationis redactus est, ut ambiguum sit id, quod apparet, neque hominis planè, neque alterius cuiuspiam animalis euidentia in seipso gerens insignia. Si cum homine compares & contendas, figura humana deformitatem non agnoscit: si ad rationis expertia animalia comparationem uertas, ne illa quidem similitudinem eius quod apparet, admittunt. Soli tales ad seipsos solos respicientes, inter se inuicem propter similitudinem calamitatis congregantur. qui quum alijs quidem abominandi sint, seipsos præ necessitate non abominantur. Nam omnibus locis prohibiti & excluſi proprium ac peculiarem constituunt populum inter sese confluentes. Vides illepidos, indecoros & iniucundos tripudiatores, mœstum ac luctuosum hunc chorum quo pacto se in suis infortunijs ostentant? quomodo spectandam præbent in ipsis turpiter se gerentem naturam? quasi quidam circulatores & præstigiatores uarias infirmitates conuenientibus ostentantes, poetæ flebilium carminum, inuentores & excogitatores tristium narrationum, compositores prauarum illarum cantilenarum, tragœdi uanę huius & infelicis tragœdiæ, non alienis tragicis & calamitosis narrationibus ad affectus mouendos utentes, sed propriis malis scenam replentes. qui habitus? quæ narrationes? quid dicentes audimus? quomodo à parentibus ob nullum delictum extrusi ablegatiq; sint? quomodo ex urbibus expellantur? quomodo publicis conuentibus, festis, mercatibus celebribus prohibeantur & exigantur, tanquam aliqui homicidæ aut parricidæ perpetuo exilio damnati: imò uerò etiam illis longè infortunatiores: liquidem homicidis, ubi alió migrauerint, cum hominibus uiuere licet: hi uerò soli omnium hominum undique arcentur, tanquam communes quidam hostes declarati, non eodem tecto, non mensa communi, nō usu uasorum & instrumentorum digni habentur. Atque id nondum grauissimū, sed tolerandum. nam ne fontes quidem hominibus inter ipsos communes his seruiunt, non flumina creduntur, ne quid forte contagionis ex morbo adsciscatur & attrahatur. Quòd si uel canis sanguinaria lingua de aqua lambat, propter bestiam, aqua fœdata atque conspurcata non existimatur. si infirmus ad aquam accesserit, protinus etiam aquæ, propter hominem, usus interdicitur atque uitatur. Hæc commemorant, hæc conqueruntur, hæc deplorant: idcirco miseri ex necessitate se ante homines abijciunt atque prosternunt præsenti cuique uel obuiam facto supplicantes. sæpenumerò ad hoc triste spectaculum lachrymas profudi. sæpè ipsi naturæ succensui. & nunc ad recordationem conturbor. uidi casum miserabilem, uidi spectaculum plenum lachrymarum, proiecti sunt iuxta uiam præteuntium homines: imò uerò non amplius homines, sed eorum, qui aliquando homines fuissent, miseræ reliquiæ, signis quibusdam, indicijs & notis ad fidem faciendam opus habentes. Nō enim ex naturæ figuris pro hominibus agnosci possunt, soli ex omnibus seipsos odio habentes, soli natalem diem per execrationem agentes. Oderunt enim meritò diem illum, qui princeps eis talis uitæ fuit, homines qui uel nominare sese communi appellatione erubescunt, ne cōmunione nominis communem naturā per sese dedecore contumeliaq; afficiant, in gemitibus & fletibus perpetuò uersantes, nulla unquam materia lamentandi eos deficiente. Quamdiu enim sese aspiciunt, semper lamentandi habent occasiones, dubitantes etiam, quid potissimùm defleant, eas ne corporis partes, quas non amplius habent, an quæ reliquæ sunt? quas morbus iam ante consumpsit, an quæ morbo suppersunt? quòd uident eiusmodi in seipsis, an quòd ne uidere quidem possunt, obscurato usu per morbum? quòd huiusmodi de seipsis possunt commemorare, an quòd uoce per morbum adempta atque amissa ne commemorare quidem & exponere possunt calamitates suas? quòd huiusmodi cibo utuntur, an quòd * corruptas oris partes cibo lædente & impediente, ne hunc quidem facilè morbus admittit? quòd propter sensum emortuarum partium infortunati sint, an quòd sensibus etiam insuper ipsis priuati sunt? Vbi enim apud illos usus? ubi odoratus? ubi tactus? ubi uerò reliquæ sensuum sedes & instrumenta: quæ paulatim depa-

* Locus mutilus & corruptus utrobiq.



depascente morbo putredo absumit? propterea per omnia loca oberrant, ueluti pecora ad uberiora pascua transeuntes, uiaticum negociationis, quam cibi causſa instituunt, calamitatem circunferentes, morbum omnibus pro supplice quasi libello ostendentes, tum propter infirmitatem opus habentes, à quibus manu ducantur, tum sese mutuò propter inopiam fulcientes ac subleuantes. Nā per se singulatim infirmi sustentaculum alter alterius fiunt, mutuo usu membrorum uicem eorum, quæ desiderantur, supplentes. Non enim singuli conspiciuntur: sed habet etiam miseria ingeniosum & astutum quiddam ad uictus excogitationem: quòd alter cum altero unà conspici uolunt. Quum enim etiam per sese quisque miserabiles sint, quo magis ad condolentiam homines moueant, accessio commiserationis alter alteri existunt malam stipem atq; collectam simul in commune contribuentes, alius per aliam quandam calamitatem misericordiam sibi corrogantes, hic quidem manuum extremitates uel amputatas uel consumptas ostendens: ille uentrem tumidum, alius crus putrescens, alius faciem corruptam & inutilem reditam monstrans. ille uerò quacunq; parte corporis denudata, in ea calamitatem ostendit. Quid ergo? utrum tantum satis est hoc ipsum ad id, ut ne quid in cōmunem naturæ legem committere uideatur, siquis deploret uitia incommodaq; naturæ, & uerbis morbum ornatè describat: earumq; commemoratione rerum, affectus commoueat? an aliquo nobis etiam facto opus sit, quo condolentiam erga tales & mutuum amorem demonstremus. Quòd enim adumbrationes primáque lineamenta in picturis sint ratione atque respectu rerum ipsarum uerarū, id uerba sunt ab operibus disiuncta. Non enim in dicendo, ait Dominus esse sa- *Matth. 4.*
lutem, sed in faciendo opera salutis. Ergo suscipiendum & capessendum nobis ipsis est, quod in gratiam illorum proditum est mandatum atque præceptum. Nemo enim utique hoc interim dicat, quòd satis sit procul alicubi ab nostra uita in solitudinem quampiam habitatum deductis alimenta præbere. talis enim sentētia non misericordiæ atque condolentiæ alicuius continet demonstrationem, sed speciosum est inuentum atque commentum, quo penitus à nostro conuictu homines aliquò ejciantur & exterminentur. Et nos interim nostræ ipsorum uitæ non puder, qui porcos & canes sub idem tectum recipimus? quinetiam uenator ne lecto quidem suo sæpè catulum arcet: solet & agricola uitulum osculo excipere atque demulcere. ac nondum id multum est. Verùm suis manibus asini pedes lauat uiator, submissaq; manu simum eximit, & strati curam habet. Et eum qui eiusdem nobiscum generis & populi est, deteriore loco, quam ipsa animantia bruta habebimus? Minimè, fratres, hæc minimè fiant: ne aduersus homines hoc decretum comprobetur, recordari conuenit, qui simus, de quibus consultemus, nimirum homines de hominibus, nihil præter communem naturam proprium & peculiare in nobis habentes. Vnus omnibus ad uitam introitus: una uitæ ratio uniuersis, cibus & potus, uiuendi efficientia eiusdem modi, fabricatio corporum una, uitæ exitus unus. Quicquid compositum est, ad dissolutionem tendit. nihil eorum, quæ constituta, compacta atque coagmentata sunt, stabilem ac firmam conditionem habet atque constitutionem. Bullæ in modum ubi ad exiguū tempus corpus nostrum spiritu intumuerit, mox extinguimur, nullum temporariæ huius inflationis uestigium relinquentes in uita, in columnis, in lapidibus, in inscriptionibus monumenta consistunt, ac ne hæc quidem in perpetuum duratura. Hæc igitur tecum reputans, noli altum sapere atque animo efferri, ut inquit *Rom. 11.*
apostolus, sed time: quum incertum sit an ne tibi sanctas istam inhumanitatem. Fugis, dic mihi, eum, qui ægrotauit? quid habes quod crimini des? quòd humor in illo corruptus, ac putridus quidem succus sanguini insperſus & immixtus est, atraq; bilis humori suffusa est? hæc enim à medicis de natura morborum ac uitiorum differentibus audire licet. Quam ergo homo facit iniuriam, si, quum natura fluxa res & instabilis sit, in hanc morbi speciem delapsa est? At tu non uides etiā in sanis corporibus, quòd cætera quis bene ualens pustula sæpè carbunculóue

Universidad de Deusto
Biblioteca



laborat: aut in huiuscemodi aliquod incommodum incidit, humore circa illã partem ultra modũ excalefacto, & idcirco uel inflammatione, uel rubore, uel aliqua purulenta corruptione laborante? Quid ergo? nunquid inimico animo sumus erga partem carnis, quæ laborauit? num oppugnamus eam? Imò contrà, quicquid in corpore sanum est, conuertimus ad curationem eius partis, quæ morbo correpta est. Ergo morbus non est abominabilis: (profectò enim etiam in nobis ipsis aliqua parte dolente, ea pars quæ ualeret, à curatione laborantis & ægrotantis auerteretur:) sed est aliqua causſa, quæ nos à talibus abstrahit atque abalienat. quę-
Matth.25. nam est hæc? Quòd non reformidamus minas eius, qui dixit, Discedite à me in ignem æternum. Quatenus enim non feciſtis uni ex his, inquit, neque mihi feciſtis. Nam si hæc ita se habere putarent, non ita sentirent & iudicarent de ægrotantibus, ut eos ab sese repellerẽt atq; submouerent, inquinationemq; nostræ uitæ officium ac studium erga miseros putarent. Quocirca si fidelem dignumq; cui credamus, esse putamus eum, qui promisit atq; denuntiauit, suscipienda atq; capessenda nobis præcepta fuerint, sine quibus fieri non potest, ut consequamur ea, quæ speramus. Hospes, nudus, cibi indigens, infirmus & occlusus, loco omnium tibi hic est, quæ in Euangelio prædicta sunt, uagus & nudus obambulat. nudus autem & rebus necessarijs egens, propter eam, quæ morbum consequitur paupertatem. Qui enim nihil de suo patrimonio habet, neq; mercenarius fieri potest, ex necessitate prorsus inops & egenus est rerum ad uitam necessariarũ, atque ab ipsa infirmitate ligatus, compedibusq; uinctus. Ergo totum corpus præceptorum per hęc implere, ipsumq; rerum uniuersarum dominum per eam, quam erga illum præstiteris humanitatem, obnoxium & obligatum habere potes. Quid ergo contendis aduersus propriam uitam. Nam nolle sibi contubernalem esse Deum rerum uniuersarum, nihil aliud est, quam aliquem aduersus seipsum robustum fieri. Ve-
Matth.11. nim per præceptum in domum recipitur, ita per feritatem & inhumanitatem repellitur atque summouetur. Tollite iugum meum, inquit, super uos. Iugum autem dicit cultum & obseruationem præceptorum. Dicto audientes simus iubenti. Iumentum Christi efficiamur dilectionis loris nos illigantes: ne excutiamus eiusmodi iugum, commodum est, leue est, non atterit collum subeuntis, sed polit ac
2. Corinth.9. leue reddit. Seminemus in benedictionibus, inquit Paulus, ut in benedictionibus quoque metamus. fœcunda spica multaq; grana fundens atque producens ex huiusmodi semente germinabit: profunda ac læta præceptorum Domini seges est: procera benedictionis germina sunt. Vis scire in quantam proceritatem germinum incrementum surgat & extendatur? Ad ipsas usque cœlorum altitudines pertinet. Quęcunque enim his feceris earum rerum, in cœlestes thesauros fructus inferes. ne desperes ea, quæ dicuntur, ne talium amicitiam contemnendam esse existimes. manus truncata ac mutilata est, sed uires ei non desunt ad adiuuandum: pes inutilis effectus est, sed ad Deum currere non impeditur. oculus effluxit & deperijt, sed per animam bona cernit inuisibilia. Ne igitur corporis deformitatem spectes. mane paulisper, & uidebis id, quod omni miraculo incredibilius est. Non enim ea, quæ circa fluxam naturam acciderunt, etiam perpetuò permanent, sed ubi anima liberata fuerit à connexione, qua cum corruptibili atque terreno corpore connexa atque conserta est, tunc in sua pulchritudine sese ia-
Luc.16. ctat & ostentat. Cuius rei certum argumentum est, quòd diues ille luxuriosus in multis delicijs ac uitæ splendore olim uiuere solitus, non aspernatus est mendici illius manum post hanc uitam, sed per eius digitum, qui olim corruptus fuerat, sibi guttam aquæ subministrari uolebat, dum ipsa lingua humorem, qui mendici digito adhæreret, circumlambere cuperet: quod non cupiuisset, si in animæ figura ex corpore contractam iniucunditatem & inamœnitatem uidisset, quam multa uerisimile est, mutata uitæ conditione, diuitem illum frustra damnare, repudiare ac reprobare, quæ olim sibi placuissent: quàm beatum iudicare pauperem propter eam, qua in uita usus esset incommoda sorte? quantum conqueri de sua conditione?



conqueri de sua conditione? tanquam in perniciem animæ diuitijs sibi destinatis & attributis? quòd si nimirum etiam denuò reuiuiscere licuisset, in quorũ numero se rursus esse maluisset? eorum ne, qui in hac uita felices atq; beati, an qui infelices & infortunati sunt? Sed non obscurum est, quòd prælaturus esset sortem atq; conditionem miserorum. Cupit enim ex mortuis aliquem suis fratribus indicem fieri, ne illi quoque superbia diuitiarum læsi per luxum atque delicias carnis ad eundem hiatum inferni per lubricum uoluptatis lapsi deferantur. Quur igitur non corrigimur, & ad sanitatem talibus narrationibus admoniti redimus? Quur non exercemus pulchram illam negociationem, quam suadet diuinus apostolus? Id 2. Corin. 12.
quod uobis, inquit, redundat & superat, ad id, quod illis deest, ut id, quod redundat & superuacuum est de illorum leuamine & requiete, nobis quoque in futura uita ad salutem conferat atque conducat. Si igitur aliquid boni & commodi uolumus accipere, priores præbeamus: si requiescere atque leuari posthac, nunc reficiamus, recreemus, & refocillemus: si recipi ab illis in æterna tabernacula, nunc Luc.16.
eos in nostra recipiamus: si peccatorum uulnera curari, hoc etiam ipsi corpori- Matth. 5.
bus afflictorum præstemus. Beati namque misericordes, quoniam ipsi misericordiam adipiscentur. Sed forsitan aliquis dicet, in posterum quidem bonum esse præceptum: sed nunc interim contagionem aliquam & communicationem morbi uitat, & ne quid sibi quod nolit, accidat, aditum & congressum eiusmodi hominum defugere atque declinare putat oportere. Verba, fabulæ, nugæ atq; ineptiæ sunt isthæc, prætextusq; & figmenta, ac negligendorum diuinorum præceptorũ speciosa quædam uelamenta: ueritas autem non ita se habet. nullus enim subest metus obseruationi præcepti. nemo malum malo curet. Quam multos enim uidere licet ab iuuentute ad senectutem asque talium curationibus operam dare? nihil tamen quicquam de naturali corporis bona ualetudine, tali studio atque officio deterius fecisse? neque enim probabile ac uerisimile est hæc fieri. Sed quoniam morbi quidam (quales sunt pestilentes impressiones, & eiusmodi mala, quę à causſa pendent externa, quum uel ex aeris uel aquæ corruptione existunt,) uulgò hominibus passim suspecti sunt, quasi ab ijs, qui priores correpti fuerint, ad proximos transeuntes (quum nec illic morbus, ut opinor, ei qui sanus est, per dissipationem & contagionem, infirmitatem ingeneret, sed communis pestilens impressio similitudinem morbi inducat:) culpa morbo assignari posset, quasi ab ijs, quos priores inuasisset, ad reliquos quoque transeunti: hic uerò quum intrinsecus eiusmodi mali contractio consletur, & sanguis paulatim se insinuantibus & irrepentibus putridis tabificisq; succis corruptionem quandam patiatur, laborante solo malum circumscribitur: intra quem sese continens morbus foras non emanat. Et quòd hæc ita sint, uel hinc sciri potest. Eequa à bene ualentibus communio melioris ualetudinis ægrotantibus accidit, etiamsi admodum sedulí, diligentes & assidui illi in officio atque curatione permaneant? Non ita se res habet. Sic ergo uice quoque uersa ne ab infirmis quidem ac languentibus ad bene ualentes morbum transire uerisimile est. Si igitur lucrum quidem ac præmium præcepti tantum est, ut regnum cœlorum per id paretur & expediatur, nullum autem corpori curantis detrimentum ex eo accedit: quid uetat quo minus in posterum præceptum dilectionis exerceatur? & ad opus atque effectum perducatur? At laborioſum & graue esse dicis, cogi consuetudinem & habitum ualetudinemq; hominum, qui uulgò naturaliter à talibus abhorrere, easq; res respuere, aspernari & auersari solent. Rectè. Assentior orationi, quòd sit graue & molestum. Sed quid aliud ex ijs, quæ cum uirtute fiunt, laboris expers & uacuum esse ostendes? multos sudores ac labores lex diuina posuit [a] ante spem cœlestium rerum, ac difficilem hominibus & impeditam eam, quæ ad uitam pertinet, uiam esse demonstrauit, laboriosis & asperis studijs, exercitationibus & officijs ex omnibus partibus coarctatam. Angustum enim & arctum, inquit, est iter, Matth.7.
quod ducit ad uitam. Quid ergo? an ideirco spem illam bonorum negligemus, quia

[a] προέθηκε, habent exemplaria: ego lego, προέτεινε.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quia non cum commoditate ac uitæ tranquillitate ea bona licet adipiſci? Interrogemus iuuentutem, an non laborioſa temperantia uideatur? aut effuſè remoto pudore cupiditatibus indulgere non multo ſit magis expetendum, quam continentem degere uitam? Num ergo propterea id quidem, quod facile ac ſuaue eſt, amplectemur, aſperitatem autem uirtutis auerſabimur & refugiemus? Non hæc placent uitę legislatori, qui itinere lato, ſpatioſo atq; decliui per uitam ingredi uetuit:
Matth. 7. Ingredimini enim inquit, per anguſtum & ſtrictum. Quamobrem etiam hic unũ ex ijs, quæ labore conficiuntur, hoc quoq; eſſe exiſtimemus, ut in conſuetudinem adducamus nouum & inſolitum uitæ præceptum, naturalemq; bene ualẽtium & ſanorum hominum auerſationem atq; faſtidium, perſeuerantia atq; aſſiduo rei uſu curemus. Ea enim conſuetudinis uis eſt, ut etiam in ijs, quæ difficiliora uidentur, uoluptatem quandam aſſiduo uſu ingeneret. Ne quis igitur dicat, quòd graue ac laborioſum, ſed quòd tractantibus & exercentibus utile ſit id, quod conficitur & obtinetur, & quia magnum eſt lucrum, labor propter lucrum deſpiciendus & contemnendus eſt. ſuaue autem & iucundum per conſuetudinem temporis tractu fiet, quod ab initio laborioſum eſt. Quòd ſi etiam hoc antè dictis adijcere oporteat: per hanc quoq; uitam ualentibus utilis eſt aduerſus infortunatos condolentia. Præclara enim cordatis hominibus collecta miſericordiæ eſt, quam olim depoſuerint in aliorum rebus aduerſis collatam atq; contributam. Quoniam enim ab una natura adminiſtratur omne genus humanum, ac nemo eſt, qui ſtabile, certum, firmumq; apud ſe perpetuæ felicitatis aliquod pignus habeat, ſemper meminiſſe conuenit Euangelici præcepti monentis, ut ea faciamus, quæ uelimus nobis ab hominibus fieri atq; præſtari. Donec igitur proſpera nauigatione uteris, porrige manum naufragium paſſo. Commune mare, communis tempeſtas, communis fluctuum turbatio, aſpera latentiaq; ſaxa, ſalebræ, ſcopuli, & reliqua uitæ naufragij mala parem nauigantibus incutiunt terrorem. Dum expers mali es, dum abſq; periculo uitæ pelagus tranſmittis, ne ſine miſericordia prætereas eum, qui impegerit & offenderit. Quis tibi perpetui proſperi curſus fideiuſſor eſt? nondum in portum appuliſti requietis. nondum extra fluctus conſiſtis. nondum in firmo gradu ueſtigioq; tibi uita conſtituta eſt. adhuc iactaris per uitæ pelagus. Qualem te exhibueris ei, qui in fortunam aduerſam incidit, tales tibi parabis comites & ſocios nauigationis. Verùm omnes perueniamus in portum requietis per ſpiritum ſanctum perpetua ſerenitate atq; tranquillitate ad propoſitam uitæ nauigationem utentes. adſit item nobis lucrum, ex præceptis quęſitum, & gubernaculum dilectionis. quibus rebus rectum curſum tenentes, capiamus terrã promiſſionis: in qua eſt ciuitas illa magna, cuius architectus & fabricator eſt Deus noſter, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

## EIVSDEM DISPVTATIO DE ANIMA ET RESVRRECTIONE, CVM SORORE SVA MACRINA.

QVVM ingens ille uir inter ſanctos Baſilius ex humana uita ad Deum migraſſet, & communis cauſſa luctus Eccleſiis extitiſſet, atq; etiam nunc ſoror & magiſtra, uitæ ſuperſtes eſſet: ego quidem ſtudioſè ibã, ut cum illa communicarem calamitatem morte fratris acceptam, ac mihi tanto accepto detrimẽto animus uehemẽter anxius atq; dolore confectus erat, & aliquem ſocĩũ lachrymarũ requirebã, qui æquè magnũ ægritudinis onus ſuſciperet atq; ego. Vt autem alter alteri ſuimus in conſpectũ, mihi quidẽ magiſtra procul uiſa refricuit animi dolorẽ. etenim iam etiam ipſa mortifero atq; lethali morbo correpta erat. At illa quemadmodum equorum regendorum artis periti facere ſolent, quum permiſiſſet mihi, ut impetu doloris pauliſper tranſuerſus agerer, poſtea oratione me reprimere atq; cohibere conabatur, rationibus ſuis tanquam aliquo freno incompoſitum, indecorum & inordinatum animi mei dirigens affectum: ac proferebat apoſtolicum illud dictum, quod non angi & mœrere oporteat propter eos, qui obdormiuerunt. ſolis enim ijs, qui ſpem non habeant, id accidere ſolere. atq; ego quũ cor mihi ægritudine atq; dolore etiãnunc undique ferueret & æſtuaret, quo pacto, inquam, poteſt id inter homines præſtari, quum adeò naturalis quædam unicuique aduerſus mortem calumnia atq; querela inſita ſit? ac neque qui uident morientes, ſpectare facilè ſuſtineant, & quibus mors imminet, quoad eius fieri poteſt, eam refugiant? quin etiam quum leges, quibus utimur ac regimur, ut in maleficijs, ita in ſupplicijs hanc extremum iudicent: quo pacto quibus ue rationibus effici poteſt, ut quis uel in externo & alieno aliquo uitæ ſeparationem & receſſum pro nihilo ducat, nedum in propinquis ac neceſſarijs uitam finientibus? Videmus autem, inquam, omne quoque ſtudium hominum eò ſpectare, ut in uita permaneamus. Nam idcirco domicilia quoque à nobis, ne uel per æſtum uel frigus ab aere circumfuſo corpus affligeretur & conficeretur, ad inhabitandum excogitata ſunt. Agricultura uerò, quid eſt aliud, quam uitæ apparatus & ſubſidium? nam cura atq; ſolicitudo uitæ metu mortis prorſus adhibetur. quid item medicina? qua de cauſſa ab hominibus in honore habetur? an non propterea, quia pugnare quodammodo cum morte ea ars uideturr? thoraces uerò, loricæ, clypei, ocreæ, galeæ, & innumera arma, quibus uim homines à corpore propulſant, murorum item ambitus, portæ ferreæ, foſſarum munitiones, cæteraq; eiuſdem modi, qua alia de cauſſa fiunt, præterquam metu mortis? Quum igitur naturaliter mors adeò terribilis ac formidabilis ſit, qui facilè obtemperari poteſt ei, qui iubeat ſuperſtitem ob alterius mortem expertem ægritudinis permanere? Quid uerò, qua maximè de cauſſa tibi, inquit, magiſtra, ipſa per ſeſe mortis neceſſitas acerba atque moleſta uidetur? Non enim fatis eſt ad criminandum & conquerendum conſuetudo eorum, qui ratione minus utuntur. Quid enimuerò, an non res digna mœroris eſt, ad eam inquam ego, quum uidemus eum, qui paulo antè uiuebat & loquebatur, ſine ſpiritu, ſine uoce, immobilem repentè factum, omniaq; ei ſenſuum naturalia uaſa & inſtrumenta extincta, non oculis, non auribus, non alio quoquam eorum, quorum apprehenſionem, ſubſidium atq; auxilium ſenſus habet operante, atq; officium ſuum faciente? cui ſiue ignem, ſiue ferrum admoueas, ſiue gladio corpus incidas, ſiue carnium feris obijcias, ſiue humi defodias, ad omnia ſimiliter iacens afficitur. Quũ igitur in his conſiſtere mutatio [a] uideatur, uitaliſq; illa cauſſa, quæcunq; tandem illa erat, repentè uiſui ſubducta atque extincta incertum quò conceſſerit, ubi ue lateat, quemadmodum in lucerna extincta fit, quum flamma, quæ modò in ea accenſa erat, neq; in ellychnio manet, neq; aliò quopiam tranſit ac recedit, ſed ad extremum interitum & abolitionem redigitur atq; tranſmigrat: quî fieri poſſit, ut tantam mutationem, qui nulla re certa confirmetur, ſine animi dolore ferre poſſit? Exitu enim animæ audito, quod quidem relictum eſt, uidemus: quod autem ſeparatum atq; diſiunctum eſt, tum ipſum quid tandem ſecundum naturam ſit, tum in quid conceſſerit atque redactum ſit, ignoramus, non aere, non terra, non aqua, non alio quopiam elemento in ſeſe oſtendente illam uim, quæ exceſſerit è corpore: qua egreſſa atque ſubducta, quod relinquitur, mortuum eſt, & corruptioni iam e poſitum. Hæc quum ego dixiſſem, manu interim ſilentio impetrato magiſtra: Num quis eiuſmodi, inquit, metus te perturbat, & mentem tuam angit, quaſi anima non ſemper permaneat, ſed una cum diſſolutione corporis, ipſa quoque eſſe deſinat? Ego uerò (etenim nondum ab ægritudine ac perturbatione rationẽ collegeram) audacius proteruiúsque quodammodo, quid diceretur, non admodum conſiderans, reſpondi. Dixi enim diuinas uoces præceptis & edictis eſſe ſimiles, quibus credere quidem cogamur, animam oportere in perpẽ-

[a] Duplex lectio, ἀναβολὴ in noſtro: μεταβολὴ in Auguſtano: quod ſequor.

Universidad de Deusto
Biblioteca



perpetuum permanere, non autem aliqua ratione ad eiusmodi sententiam adducamur. sed uidetur nobis mens intra nos seruilem in modum metu probare quod iubetur, non uoluntario quodam motu ijs, quæ dicantur, assentiri. Vnde etiam fit, ut grauius mortuorum nomine doleamus, quum plenè & exactè non sciamus sitne adhuc per sese hæc uiuifica caussa, & ubi & quomodo: an uerò nusquam sit ullo modo. Nam incertitudo eius, quod reuera est, pares efficit in utramq; partem opiniones. Ac multis quidem hoc, multis uerò contrarium uidetur. & sunt sanè apud Græcos quidam non in parua propter philosophiam existimatione, qui hæc & opinati sunt, & pronuntiauerunt. Mitte, inquit, externas nugas, in quibus mēdacij inuentor in detrimentum ueritatis probabiliter falsas opiniones componit. Tu uerò huc respice, quòd ita de anima sentire, nihil est aliud, quam à uirtute alienum esse, & id quod in præsentia suaue & iucundum est, solum spectare: eam autē uitam, quæ in infinitis seculis consideratur, per quam sola uirtus eminet atq; superior est, desperare. Et quo pacto, inquam, firmam aliquam, stabilem, fixam & immobilem habere possimus opinionem, qua animam credamus permanere? Nā & ipse sentio, quòd re omnium pulcherrima in uita (de uirtute loquor) uita hominū caritura fuerit, nisi aliqua certa & non ambigua de hac re fides in nobis firmata fuerit. Quomodo enim uirtus habere locū possit in ijs, qui id, quod est, præsenti uitæ circunscribi sibi persuasum habent, & post eam nihil amplius sperant? Ergo quærere, magistra inquit, oportet, unde nobis cōueniens & idoneum de hac quæstione principium oratio sumere possit. Ac, si placet, abs te contrariarum opinionum atq; sententiarum propugnatio atq; defensio suscipiatur. (nam uideo, quòd etiam animus tibi motus est, ac gestit eas tibi deferri partes) deinde hoc modo post oppositionem, ueritatis ratio requiretur. Posteaquam autem ita facere sustulit, deprecatus ab ea, ne quæ à nobis contradicerentur, pro seria ac uera contradictione acciperet, sed idcirco proferri, ut doctrina de anima firmiter constitueretur ac probaretur, oppositis ad hanc intentionem solutis, Non ne, inquam, hæc dixerint, qui contrariam opinionem defendunt, quòd corpus, quum compositum sit, prorsus ex quibus constat, in ea dissoluatur? soluta autem ea, quæ est in corpore, elementorum coalitione atque concretione, unumquodque, ut par est, ad proprium fertur, uergit & inclinat, ipsa natura elementorum per attractionem quandam necessariam ei, quod est eiusdem generis, suum reddente. Nam & cum calido rursus unietur id, quod in nobis est calidum, & cum solido ac duro terreum: atque ex reliquis unumquodque ad cognatum redigitur & recedit. Anima ergo postmodū ubi erit? Nam si quidem aliquis dicat eam in elementis esse, eandem illam esse cōsequens humanam quoq; uitam in modum [b] bullæ putabat, spiritu quodā corpore nostro inflato, esse tādiu, quamdiu cohiberetur & coercetur spiritus ab aere, quo

[a] Actor. 17.
[b] Scholion. Bulla ita existit, flatu aqua undiq; intendi tur: quarum pēte flatus dissipatur, et bulla euanescit.



quo contineretur: simul autē atq; tumor ille collapsus & dissolutus esset, id quod intus cohibitum & interceptum fuisset, extingui. terminus enim ei ac finis rerū naturæ id, quod appareret, erat, & modum comprehensionis rerum uniuersitatis sensum esse putabat, & quum clausa penitus & obtusa habeat animæ sensuum uasa atq; instrumenta, & nihil eorum, quæ & in corporea sunt & mente percipiuntur, intueri possit quasi domuncula quadam coercitus & abstrusus expers spectaculi cœlestiū miraculorum manet, parietibus & tecto cōtemplari externa prohibitus. Nam terrei quidam planè parietes sunt omnia, quæ in uniuersitate rerum sub sensum cadentia conspiciuntur, minus alto animo præditis quasi pariete per sese obiecto earum rerū, quæ mente atq; intelligentia cernuntur, contemplationi officientia & obstantia. Terram qui talis est, aquā, aerem, ignē duntaxat intuetur: unde aūt horum unūquodq; sit, aut per quē, aut à quo coerceatur, cōprehēdatur & contineatur, perspicere præ animi exiguitate non potest. ac uestem quidē aliquis conspicatus, rationibus eò adducitur, ut textorē agnoscat, & per nauem fabricatorem eius intelligit: itemq; simulatq; ædificium conspectum fuerit, manus opificis spectantium menti obuersatur. isti uerò dum mundum intuentur, ad eum, qui per illū declaratur, cæcutiunt & allucinantur. unde fit, ut scita ista atq; acuta ab ijs, qui interitum & abolitionem animæ suis decretis tradunt, proferantur. Corpus nimirū ex elementis, & elementa esse ex corpore: item animam per sese esse non posse, nisi uel horum aliquid, uel in his sit. Nam si propterea nusquā eam esse aduersarij opinantur, quòd anima non sit eiusdem generis & naturæ cum elementis: hi primùm quidem etiam, quæ in carne degitur, uitam inanimā esse tradant: (non enim aliud quicquam corpus est, atq; concursus elementorum. ergo nec in his quidem animā esse dicant, quæ per sese ujuificet eam concretionem atq; commixtionem, siquidē fieri posthac non potest, quemadmodum opinantur, ut manentibus elementis etiam anima sit, quo efficiatur, ut nihil aliud, quàm mortuam esse uitam nostrā demonstrent. Sinautem nunc in corpore animam esse non dubitant, quo pacto corpore dissoluto in elementa, animam aboleri atq; interire censent ac tradunt?) deinde uerò aduersus diuinam quoq; naturam paria audeant obloqui & oblatrare. Quomodo enim dicent, inuisibilem, incorpoream, materię expertem, & eam, quę mēte sola percipitur, naturā in humida, molliaq;, calida, solida atq; dura penetrātē in essentia continere res uniuersas, quæ sunt? quum neq; cognata eiusdemue generis cum ijs sit, in quibus uersatur, neq; propterea, quod alterius ac diuersi generis sit, in eis esse non possit? Ergo penitus ex eorum doctrina eximatur etiā ipsum diuinum numen, quo res uniuersæ continentur atq; conseruantur. De hoc ipso nimirum, inquā ego, quo modo aduersarij nō ambigere, nec dubitare possint, quòd ex Deo omnia sint, & per eum contineantur & conseruentur res uniuersæ? aut sit ne aliquod omnino numen, quod in superis præsit rerum naturæ? At illa, Commodius & conuenientius, inquit, esset super talibus silere, ac non dignari responsos stultas pariter & impias propositiones. quippe diuinum etiam quoddam dictū uetat respondere dementi iuxta dementiam suam. Stultus autem & insipiens, ut ait propheta, prorsus est is qui Deum esse negat. sed quoniam oportet etiam de his dicere, dicam tibi rationem, inquit, non meam, nec alterius hominum cuiusquam: (quippe exigua hæc quæcunque tandem fuerit:) sed eam, quam creatura rerum, per ea, quæ in ea sunt, miracula explicat & enarrat. cuius creaturæ auditor est oculus, per ea, quæ apparent, resonante in corde solerte pariter & artifice sermone. clamore enim palam creatura indicat factorem, ipsis cœlis, ut inquit propheta, ineffabilibus uocibus gloriam Dei enarrantibus. Quis enim intuens & animaduertens harmoniam, id est conspirantem, consentientem & quasi concinentem copulationem atque coagmentationem rerum uniuersitatis, cœlestiumq; ac terrestrium miraculorum, & quemadmodum elementa natura inter sese contraria, ineffabili & occulta quadam societate atque communione ad eundem omnia scopum atq; intentionem unumquodque suam uim ad rerum uniuersitatis permanen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



sionem, dūrationem & incolumitatem simul conferentia atq; contribuentia conseruntur, implicantur & cōnectuntur. quumq; iuxta qualitatū proprietatem, neq; cōmiscerī, neq; cōsociari possint, nō tamē secedunt abinuicē, neq; contrarijs qualitatibus inter sese commixta atque contemperata, aliud per aliud corrumpuntur: sed & illa, quibus ea natura est, ut in sublime ferantur, deorsum uergunt atque seruntur, calore solis per radios deorsum fluente: corporaq; grauia ac ponderosa subleuantur & attolluntur per uapores extenuata: ut & aqua præter sui naturam ad supera feratur, per aerem flatibus uecta, & æthereus ignis ad terram deferatur, adeò, ut & infimæ partes caloris expertes non sint, & terræ superfusus imbrium humor, quum unus natura sit, innumeras germinum producat differentias, omnibus subiectis aptè atque accommodatè inhærens atque insidens: celerrimam item axis in orbem circumq; rotundam conuersionem atque reuolutionem, interiorumq; circulorum in contrarium motionem, subiectionesq; & congressus coitusue atq; concinnas, aptas, ratas, cōstantes, cōuenientes, & æquales digressiones distantiasq; siderum: hæc si quis oculis intelligentiæ atque acie mentis intuetur, an non apertè per ea, quæ apparent, docetur, quòd diuina uis artificiosa solersq; in rebus uniuersis apparens, atque per omnia pertinens, ac fusa cùm partes accommodat & adaptat toti, tum totum partibus explet, atque una quadam uī rerum uniuersitas coercetur & continetur, dum ipsa in seipsa manet & circum se ipsa mouetur, ac neque moueri unquam desinit, neque in alium quendam locum, præter eum, in quo est, transmigrat. Et quo pacto, inquam, argumentum, quo Deum esse fides fit, simul etiam animam humanam esse demonstrat? Non enim utique eadem cum Deo res anima est, ut si unum esse concedatur, prorsus etiam de altero non dubitetur. At illa dicitur, inquit, ā sapientibus homo paruus quidam esse mundus, qui in sese hæc elementa contineat, ex quibus rerum uniuersitas constat atque completa est. Quòd si hæc opinio uera est, ut esse uidetur, forsitan non opus habuerimus alio auxilio ad confirmandam eam, quam de anima concepimus opinionem: censemus autem eam per sese præditam esse natura propria, peculiari, eximia, diuersa atque alia, quàm corpus, quod ex crassis partibus constat. Vt enim uniuersum mundum auxilio sensuum cognoscentes, per ipsam nostrorum sensuum actionem atque efficientiam deducimur ad considerationem notionemq; rei, opinionis & intellectus sensum superantis, atque oculus nobis exīstit interpres omnipotentis sapientiæ, quæ in rerum quidem uniuersitate cernitur, eum uerò, qui per ipsam solus res uniuersas undique apprehendit atq; complexus est, per sese indicat: ita dum eum quoque, qui in nobis est, mundum intuemur, haud parua subsidia habemus per ea, quæ apparent, etiam ad id, quod occultum est, coniectura perueniendi. Id autem in sese occultum & absconditum est, quod & mente & intelligentia percipitur, formæq; expers est: quod sensuum effugit animaduersionem. Atque ego, Verùm sapientia quidem, inquam, quæ in superis partibus quasi in arce rerum præsidet uniuersitati per eas, quæ spectantur in natura rerum, solertes & artificiosas rationes in hac apta, concinna, consentienti atque conspiranti distinctione, descriptione atq; digestione potest animaduerti atque æstimari: animæ uerò cognitio per ea, quæ in corpore ostenduntur, quæ contingere possit ijs, qui per apparentia quod occultum est, inuestiganter? Atque admodum sanè, inquit uirgo, uel ipsa anima, iuxta scitum illud præceptum, seipsos noscere cupientibus opinionum atque persuasionum de anima satis idonea sufficiensq; magistra est, nempe quòd expers materiæ & incorporea quædam sit, quæ ad suam naturam accommodatè & operetur & moueatur, & per instrumenta corporalia suas motiones ostendat. Instrumentorum enim corporis hæc digestio atq; apparatus est quidem nihilominus in morte peremptis & extinctis, sed quòd animæ uis in eo non sit, expers manet & motionis & actionis. Mouetur autem tunc, quum & sensus in instrumentis est, & per sensum intelligendi uis atque facultas pertinet atque peruadit unà cum suis conatibus & appetitionibus quò



quò uisum fuerit, simul mouens sensuum instrumenta. Quid igitur, inquam, est anima? si fortè potest aliqua ratione natura eius designari, atque describi, ut ex ipsa delineatione atque descriptione aliquo modo quòd propositum est, animaduertatur & cognoscatur. Et magistra, alij quidem aliter, inquit, rationem eius ediderunt, prout cuique uideretur, definientes. nostra uerò de ea sententia talis est: Anima est essentia generata, essentia uiuens, intellectualis, corporeis sensuum instrumentis uiuendi, atque ea, quæ cadunt sub sensus, percipiendi facultatem ac uim per sese suggerens & immittens, quandiu capax earum rerum natura constare uideatur. Et simul hæc dicens medicum, qui ei curandi corporis causa assidebat, manu ostendit, & ait, præstò nobis est eorum, quæ dicta sunt, testimonium. Quonam enim modo, inquit, hic tactu digitorum ad arteriam adhibito, per tangendi sensum quodammodo audit ad ipsum clamantem naturam, suasq; affectiones & ægritudines enarrantem, quòd in incremento nimirum & in intentione corporis infirmitas sit? & ab his uisceribus morbus exortus sit, & tandiu prorogetur ac duret ardoris uehementia? Atque alia quoque talia discit ab oculo, dum uel ad figuram & habitum decumbentis, uel ad carnium tabem atque collapsionem respicit. & quemadmodum & species coloris uel subpallidi uel biliosi, & oculorum ictus ad habitum doloris indicem atque tristitiæ sua sponte inclinans internam significet affectionem. atque itidem auditus quoque similium magister existit, tum ex frequenti ac crebra anhelatione, tum ex gemitu simul cum respiratione edito ægritudinem cognoscens. Dixerit autem aliquis ne odoratum quidem periti non posse animaduertere & notare morbum, sed per certam quandam anhelitus qualitatem agnoscere in uisceribus latentem infirmitatem. Nunquid igitur hæc a fieri possent, nisi aliqua uis, quæ mente cernitur & sub intelligentiam cadit, unicuique sensuum adesset instrumento? Quid nos manus ab se ipsa docere potuisset, nisi cogitatio mentis & intelligentia ad subiecti cognitionem tactum deduceret? Quid item auditus à mente seiunctus? aut oculus, aut nasus, aut aliquod aliud sensuum instrumentum ad cognitionem rei quæsitæ adiuuaret, si per sese solum horum unumquodq; esset? Sed omnium est ueristimum, quod quidam externis literis ac disciplinis eruditus præclarè ac rectè dixisse memoratur, mentem esse, nimirum quæ uideat, mentem item quæ audiat. Nam nisi quis hoc dederit esse uerum, quo pacto, dic tu, quum solem intueris, quemadmodum à magistro intueri didicisti, non quantus uulgò hominibus apparet, tantum eum esse ais, sed amplitudine ac magnitudine orbis multis partibus superare terram uniuersam? an non quòd certum quendam motum temporumq; pariter ac locorum distantias & interualla, defectionumq; causas per apparentia mente sequutus sis, confidenter pronuntias atque censes, ita se rem habere? Atque etiam lunæ diminutionem & incrementum quum uides, per eam, quæ apparet in elemento figuram a- lia discis. uidelicet eam & ex sui natura splendoris expertem esse, & circum terræ proximum orbem uersari atque uagari: lucem autem atque splendorem accipere ab radijs solis, quemadmodum naturaliter fieri solet in speculis, quæ solem in sese recipientia, non proprios reddunt splendores, sed luminis solaris, quod lumen ex leui glabroq;, ac nitido corpore in cōtrarium reflectitur atque reuerberatur. Quā rem, qui sine scrutatione atque iudicio intuentur, ex ipsa luna splendorem existere arbitrantur. Quòd autem id ita non sit, hinc demonstratur: quòd ex diametro quidem è regione solis facta, toto qui ad nos spectat orbe illuminatur: in breuiori autem & angustiori suo loco citius lustrato circulo, in quo uersatur, priusquam sol semel suum conficiat cursum, ipsa suum amplius duodecies complet orbē. Quamobrem accidit, ut non semper elementum lunæ plenum luminis sit. Nam quæ suū cursum exiguo temporis spatio sæpè conficit, crebro circuitu ei, qui longo temporis interuallo suum orbem lustrat, aduersa perpetuò non manet. sed quemadmodum directo soli aduersus lunæ situs efficit, ut omnis illius ea pars, quæ ad nos spectat, à radijs solis lumen accipiat atque collustretur: ita ubi ex transuerso soli

Definitiò animæ.

a Videntur hic aliqua deesse uerba, quæ supplenda.

Universidad de Deusto
Biblioteca



fuerit oppoſita, quoniam ea dimidia globi lunaris pars, quę ſemper ipſi ſoli oppoſita eſt, amplexu radiorum intercepta collucet, altera, quæ ad nos pertinet, umbra neceſſariò obducitur, tranſeunte nimirum ſplendore ab ea parte, quæ ſolem aſpicere non poteſt, ad illam partem, quæ ſemper illi eſt aduerſa, donec directò ſubiẽs orbem ſolis à tergo radium accipiat, atque ita colluſtrata ea dimidia parte ſphęræ, quæ ſuprà eſt, illam, quæ ad nos ſpectat, quoniam ex ſui natura prorſus ſplendoris & luminis expers eſt, uiſui ſubducit. quod nimirum plena atque perfecta ipſius elementi diminutio dicitur. quòd ſi rurſus ſui curſus motu ſolem præterierit, & ex tranſuerſo radio fuerit oppoſita, quod paulò antè lumine carebat, lucere incipit, tranſeunte radio ab illuminata parte ad eam, quæ hactenus ſplẽdoris expers erat. Vides' ne qualium rerum tibi uiſus magiſter ſit? qui per ſeſe talium rerum tibi conſiderationem atq; cognitionem non præbuiſſet, niſi aliquid eſſet, quod per oculos cerneret, quod ijs, quæ ſenſu percipiuntur tanquam ducibus quibuſdam utens per apparentia penetraret ad ea, quæ non apparent? Quid opus eſt addere inſtrumẽta geometrica, quæ per ſenſibiles figuras ad ea, quæ ſupra ſenſum ſunt, nos quaſi manuducunt? ac præter hæc alia ſexcenta? quibus oſtenditur atque probatur per ea, quæ corporaliter in nobis operantur, comprehenſionem atque perceptionem fieri intellectualis & inuiſibilis eſſentiæ, quæ in natura noſtra infuſa, immixta, cõtemperata, atq; abſcondita eſt? Quid uerò, inquam, ſi quemadmodum materiale quidem commune eſt in ſenſibili elementorum natura, differentia autem ſingulatim in unaquaque ſpecie materiæ magna (motus enim ijs cõtrarius eſt, qui aliud quidẽ ſurſum feratur, aliud uerò deorſum uergat. ſpecies item nõ eadem & qualitas diuerſa:) ſiquis his elementis uim quandam ratione atque proportione cõtemperatam, inſitã & quaſi incorporatã atque conſubſtantiatã eſſe dicat, quę hęc, quæ mẽte percipiuntur, uiſa atq; motiones ex naturali proprietate atq; facultate efficiat? qualia multa nimirum à machinarum artificibus effici uidemus: ubi materia arte diſpoſita naturã imitatur, non in forma ſolùm ſimilitudinẽ oſtendẽs, uerumetiã in motu uerſatur, & fictã quandã uocem repræſentat, reſonante machina in parte uocali: ac non utiq; uim quandã intelligentia prædità in ijs quæ fiunt ineſſe animaduertimus, quæ ſingulatim quaſq; res efficiat & operetur, figuram, ſpeciem, ſonum, motum: ſi hæc dicamus etiã in hoc mechanico naturę noſtræ fieri inſtrumẽto, nulla ſeparatim, quæ mente cernatur, natura infuſa: ſed quadã facultate motiendi inſita naturæ eorum, quæ in nobis ſunt, elementorum, urgente: atq; eiuſmodi actionem eſſe rei effectum: quæ nihil aliud eſt, quàm motus quidam impulſiuus, qui uerſatur & occupatur circa cognitionẽ earum rerum, quibus ſtudemus & operam damus. Vtrùm magis per hæc, eſſe ne illam in ſeſe rationalem intelligentiæq; particípem & incorpoream animæ naturã, an ne prorſus quidem eſſe, demonſtretur? At illa, Quum ſimilitudo, inquit, adiuuat atq; defendit noſtrã orationem, tum ſtructura atque compoſitio omnis ex aduerſo nobis illatæ contradictionis nõ parum conferet ad ſententiæ noſtræ confirmationem. Quî hoc dicis, inquã. Quoniam, inquit, ita ſcire tractare, diſponere & accommodare materiã inanimã, ut ars, quæ ad machinas adhibita eſt, loco animæ propemodum materiæ ſit, propterea quòd & motum & ſonum, & figuram, & talia repræſentat, ſatis fuerit ad demonſtrandum, quòd ſit aliquid in homine tale, quod per contemplatricem & inuentricem facultatem quum naturaliter poſſit hæc in ſeipſo conſiderare, mente concipere & animaduertere, tum antè cogitatione inſtituere ac præparare machinas, atque ita deinde eas per artem ad actionem perducere, ac per materiam oſtendere mentis conceptum. Primùm enim, quòd ad uocem edendam ſpiritu opus ſit, animaduertit: deinde quo pacto machinæ ſpiritus excogitaretur, conſiderata elementorum natura, ratione antè perpendit, quòd nimirum nihil uacuum ſit in rerum natura, ſed comparatione cum grauiori, leue uacuum putetur atque dicatur: quoniã & ipſe aer in ſeſe ſui natura ſolidus ac plenus eſt. Vacuum enim uas dicitur per abuſionem, quum ab humore uacuum fuerit, nihilominus autem aeris plenum



plenum eruditus etiam hoc eſſe dicit. Cuius rei ſignum eſt, quòd amphora admota ſtagno non ſtatim aqua repletur, ſed primùm, coacto ac deprehenſo intus aere concauum ſurſum tollente, innatat, quoad haurientis manu amphora preſſa in fundo fuerit, ac tunc per os accipiat aquam: quo facto oſtenditur, quòd nec antè quàm aqua repleretur, uacua eſſet. Nam pugnã quædam duorum circa os elementorum cernitur, dum aqua quidem propter grauitatem & ponderoſitatem ui in concauum influit atque irrumpit: aer uerò, qui in concauo interceptus deprehenditur, per idem os in contrarium circa aquam coarctatus dilabitur ac retro fluit, adeò ut per hunc aqua quaſi interrumpatur & impediatur, ac ui ſpiritus refracta reciprocataq; ac ſpumans quaſi è conchylio ſonum edat. Et hæc igitur animaduertit, & quomodo ſpiritus machinis immittatur, per elementorum naturam excogitauit. Nam concauo quodam ex ſolida duraq; materia facto, atque aere intus concluſo undiq; cohibito atque compreſſo ne expiret, aquam pro modo præſentis uſus, quantitatem eius dimenſus, per os in concauum inducit. deinde ſic ad appoſitam fiſtulam ex aduerſo tranſitum aeri dat, expreſſus autem uehementius & eliſus ab aqua uiolentius aer, ſpiritus fit: qui ſpiritus irruens & incumbens in ſtructuram fiſtulæ ſonum edit. An non igitur per ea, quæ apparent, manifeſtò oſtenditur, quòd ſit quædam in homine mens, aliquid aliud atque apparet, quæ inuiſibili atque informi & intelligentia prædita natura ſua hæc intra ſeipſam excogitata præparans, ſic deinceps per materiale miniſterium in propatulum atque apertum educit intus agitatam & conflatam intelligentiam? nam ſi iuxta oppoſitam nobis orationem, elementorum naturæ talia mirifica opera aſcribere atque aſſignare liceret, ſua ſponte caſuq; fortuito nobis prorſus machinæ conderentur: ac neque æs artem expectaret, ad hoc ut ſtatua uirilis euaderet, ſed protinus à natura tale eſſet: neque ad ſonum edendum aer tubo opus haberet, ſed ſemper per ſeſe reſonaret, quippe qui fortuito caſu flueret & moueretur: neq; aquæ per fiſtulam curſus in ſublime, arte motum præter naturam per expreſſiones ad ſupera elidente atque cogente, ui conficeretur: ſed ſponte ſua prorſus aqua ad machinam aſcenderet, quippe ſui natura ſurſum euecta. Sin autem horum nihil ſua ſponte ab elementorum natura efficitur, ſed arte, quorſum uiſum fuerit, unumquodque ducitur: ars autem eſt intelligentia quædam ſtabilis ac firma, quæ ad aliquod propoſitum & inſtitutum per materiam exercetur: atque intelligentia mentis quidam proprius motus & efficientia eſt: nimirum etiam per oppoſita nobis aliquid aliud atque apparet, eſſe mentem, conſequentia dictorum demonſtrauit. Ego uerò, hoc quidem, inquam, etiam ipſe dico ita ſe habere, quòd nimirum, id quod non apparet, non idem ſit cum eo, quod apparet: non tamen in hac oratione uideo id, quod quæritur. nondum enim mihi liquet, quid tandem exiſtimare oporteat, illud eſſe, quod non apparet. ſed quòd materiale quidem aliquid non ſit, didici ex ſermone: nondum autem cognoui, quid de eo dicere conueniat. Ego uerò hoc maximè deſiderabam diſcere, non quid non ſit, ſed quid ſit. At illa multa, inquit, etiam de multis ita diſcimus, dum dicimus, nõ hoc aliquid eſſe, ipſam eſſentiam rei quæſitæ, quidnam tandem ea res ſit, ſignificantes. Quum enim ἀπόνηρον, id eſt, non prauum uel haud malum dicimus, bonum oſtendimus: quum item ἀνωνύμον, id eſt, non uirum nominauerimus, timidum deſignauimus. ac multa his ſimilia atque eiuſdemmodi dici poſſunt, per quæ, uel benigniorem per malorum negationem excipimus intellectum, uel contrà ad deteriorem opinionem deflectimus, ademptione bonorum, id quod prauum & malum eſt, indicantes. Ad hunc igitur modum ſiquis in præſenti quoque quæſtione rem conſiderauerit, ab ea cogitatione atque opinione, quam res ad quærendum & ſcrutandum propoſita requirit atque deſiderat, non aberrabit. Quæritur autem, quid mentem eſſe oporteat arbitrari ſecundum ipſam eſſentiam. Qui igitur quin ſit quidem id, de quo quæſtio eſt, propter eam, quæ ab ipſo nobis oſtenditur, efficientiam, non dubitat, hoc quid ſit, ſcire ſi uult, abundè ac ſufficienter

Universidad de Deusto
Biblioteca



id assequi poterit. Nam si didicerit, id non esse hoc, quod sensu percipitur, nõ colorem, non figuram, non duritiem, non grauitatem, non quantitatem, non eã, quæ in tria fit, diuisionem, non in loco positionem, neque quicquam prorsus eorum, quæ circa materiam deprehenduntur, nouit quòd aliud, atque hæc, sit. Ego autem eius interpellato sermone, Nescio, inquam, si omnia hæc ex sermone detrahantur, qui fieri possit, ut non unà cum his tollatur & aboleatur id, quod quæritur. Quidnam enim absq; his percipiendi cura atq; sedulitas amplectatur, cui inhæreat, mea quidem opinione, nondum apparet. Nam ubique in rerum inuestigatione examinatrice atque scrutatrice intelligentia quasi palpantes id, quod quæritur, tanquam cæci quidam ducibus parietibus ad ostium tendentes, prorsus unum ex dictis attingimus, uel colorem, uel figuram, uel quantitatem, uel aliquid aliud eorum, quæ abs te enumerata sunt, offendentes. quum autem dicitur, nihil horum esse, præ animi exiguitate eò redigimur, ut ne prorsus quidem aliquid esse putemus. At illa, dum hæc dicerem indignata, proh res importuna, inquit, & absurda, ad quem finem redigitur ac desinit exigui ingenij pusillanimumq; & abiectum istud de rebus, quæ mente noscuntur, iudicium? Nam si ex rerum natura exemptum est, quicquid sensu non cognoscitur, ne ipsam quidem rerum uniuersitatis rectricem atque præfectam, quæ res uniuersas complexa est, uim atque potestatem cõsiteri prorsus potuerit is, qui hoc dicit: sed ubi incorpoream, informem & inuisibilem esse diuinam acceperit naturam, non esse eam penitus, ex huiusmodi prorsus consequentia existimabit. Sin autem illic, propterea quòd hæc non sint ipsius essentiæ præscriptio atq; peremptio non existit, quo pacto mens humana ex natura rerum, ut quæ unà cum ademptione corporalium proprietatum consumatur, eliditur atque excluditur? Ergo ex absurdo, inquam, per hanc consequentiam, aliud inuicem arripimus absurdum. nam eò nobis oratio redacta est, ut nostrã quoq; mẽtem eandem rem esse cum diuina natura putemus: siquidem subtractione eorum, quæ sensu deprehenduntur, intelligitur utrunque. Ne idem dicas, inquit, magistra (impia enim hæc quoque oratio est) sed quemadmodum à diuina uoce doctus es, simile esse hoc illi dic. Nam quod secundum imaginem factum est, per omnia penitus principalis exemplaris atque formæ similitudinem habet: intellectualem, eius, quod est intellectuale: incorpoream, incorporei: atque ab omni mole corporea liberum est, itidem ut illud: & omnem interuallarem dimẽsionem effugit, similiter atque illud: sed est aliquid aliud atque illud, quod ad naturæ attinet proprietatem. Non enim amplius imago fuerit, si per omnia, per intellectualem, incorpoream, interualli expertem naturam idem cum illo esset. sed per quæ in natura non creata illud perspicitur, per eadem natura creata hoc ostendit: & quemadmodum in paruo sæpe frusto uitri, quum ad radium expositum iacet, totus solis orbis conspicitur, non pro sua magnitudine in eo apparens, sed prout breuitas frusti circuli simulachrum atque repræsentationem capit & admittit: sic in exiguitate nostræ naturæ inexplicabilium illarum deitatis proprietatum imagines elucent, ut per hæc manu quasi ducta ratio neque excidat & aberret ab naturæ mentis deprehensione atque cognitione, si in examinatione quæstionis corporalis proprietas excernatur & reiiciatur: neque rursus ex diuerso eandem cum inuisibili simul & immortali natura, paruam mortalemq; naturam esse ducat: sed ratione & intelligentia quidem cerni naturam eius existimet: quoniam etiã mente comprehensibilis naturæ imago est: non tamen eandem cum principali & originali forma imaginem esse dicat. Vt igitur per arcanam & ineffabilem Dei sapientiam, quæ in uniuersitate rerum apparet, diuinam naturam pariter ac potestatem in rebus uniuersis esse, non dubitamus, ut in sua omnia maneant essentia (quanquam si quis naturæ rationem exigat & exquirat, longè plurimum natura Dei distat atque diuersa est à singularibus rebus, quæ in creatura, & ostenduntur, & intelliguntur: attamen in his esse constat id, quod natura distat atque diuersum est:) ita nullo modo incredibile est animæ quoque naturam, quæ per sese aliquid

*Quòd mens nostra Dei similis quidem sit, non autem eiusdem itidẽ cum illo naturæ: & quomodo oporteat intelligere differentiam.*



aliquid aliud est (quodcunque tandem etiam esse putatur,) non impediri quin sit, etiam si ea, quæ in mundo tanquam elementa considerantur, ei, ratione naturæ, non conueniant. quemadmodum enim iam antè dictum est, nec in uiuentibus quidem corporibus, quorum natura constat ex elementorum contemperatione, simplici pariter & informi inuisibilíq; animæ ratione naturæ, aliqua cum crassa corporum congerie atque concretione communitas est. ueruntamen uitalem animæ efficientiam ratione quadam, humanam animaduersionem atque cognitionem superante, permixtam ac diffusam in his esse, non dubitatur. Ergo ne resolutis quidem in sese, quæ in corpore sunt, elementis, periit id, quod per uitalem efficientiam ea colligat atque connectit. Sed quemadmodum constante ac durante adhuc elementorum concretione, omneis pariter atque similiter parteis corpus complentes atque constituentes anima penetrante, singulatim unumquodq; animatur: neque aliquis uel solidam esse animam dixerit, ac duram, quæ cum terreo commixta atque contemperata sit, uel humidam uel frigidam, uel frigido opposita qualitate præditam, quæ in his uniuersis sit, & unicuique uim uitalem immittat: ita soluta quoque illa coagmentatione, & ad proprias cognatasq; res iterum redacta, simplicem & incompositam illam naturam unicuique parti etiam post dissolutionem adesse, atque eam, quæ semel occulta atque ineffabili quadam ratione cum elementorum concremento coaluerit, etiam in perpetuum permanere cum ijs, quibus cum commixta est, neque ullo modo ab ea coalitione atque concretione, quæ semel ei contigerit, auelli putare, nullo modo est à uerisimilitudine atq; probabilitate alienum. Non enim, quia soluitur compositum, inde etiam necessariò consequitur, unà cum composito dissolui id, quod compositum non est. Atq; ego, uerùm elementa quidem, inquam, inter sese tum coire & cohærescere, tum alterum ab altero separari atque disiungi, & id corporis esse, tum constitutionem, tum dissolutionem, nemo contradixerit. Quoniam autem multum interesse intelligitur inter unumquodque horum, quæ tum secundum localem positionem, tum qualitatum differentiam pariter ac proprietatem diuersi inter sese generis sunt: siquidem circa subiectum inter sese concurrerint elementa, consentaneum est, intellectualem hanc dimensionisq; expertem naturam, quam animam uocamus, cohærere atque coniunctam esse cum eo, quod (ita) unitum est: sinautem hæc alterum ab altero separata, atque illò redacta fuerint, quocunque unumquodq; natura ducit, patietur etiam anima, in multas parteis passim uehiculo eius disiecto. & quemadmodum aliquis nauta, ubi naufragio dissoluta fuerit nauis, ad omneis eius parteis, alijs in aliam pelagi partem dilapsis, eodem tempore adnare non potest: (nam si quicquid primum occurrerit & obuiam fuerit, apprehenderit, reliqua fluctibus ferri plane permittet,) eodem modo anima, quæ ea natura prædita non est, ut unà cum separatione elementorum scindatur, siquidem à corpore liberari atque expediri non potest, si uni alicui prorsus inhæserit elemento, ab alijs auelletur & intercludetur, & ut nihilo magis immortalis quæ in uno uiuat, quàm mortalis putetur, quæ in pluribus non sit, consequentia sermonis dat. At neque contrahitur, inquit, neque diffunditur id, quod & mente noscitur, cogitationeq; percipitur, & disiunctionis separationisq; expers est (Corporum enim contrahi atque diffundi, proprium est:) sed æqualiter iuxta sui naturam, quæ & inuisibilis, informis, & incorporea est, tum coalitis atque concretis circa corpus elementis, tum separatis atque disiunctis adest, ac neque constrictis in concretione elementis premitur atque coarctatur, neque ad cognata sibiq; naturalia reuersis, relinquitur, etiamsi magnum illud discrimen esse uideatur, quod cernitur & animaduertitur in elementorum diuersitate. (Magna enim differentia est inter id, quod quum leue sit, surſum fertur, & graue terreumq;: item inter calidum & frigidum, humidúmque, & ei contrarium:) attamen nullo negocio intellectualis natura, eaq; quæ mente sola constat, & cogitatione percipitur, adest unicuiq; eorum, quibus semel in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



hæserit, nec per refusionem, discussionem, ac distractionem unà cum contrarietate scinditur elementorum. non enim quia dispositione loci, certaq; quadam proprietate, procul hæc inter sese distare existimãtur, ideirco inseparabilis, disiunctionisq; ac spatij expers natura magno negotio ac difficulter coniungitur cum ijs, quæ loco distant. quoniam etiam nunc mens simul & cœlum contemplari, & ad terminos mundi curiosa inquisitione extendi potest: ac non diuellitur contemplatiua animæ nostræ pars, dum ad tantas distenditur longitudines. Ergo nihil impedit animam, quin æqualiter corporis adsit elementis, tum per concursum contemperatis, tum per discussionem, distractionem, refusionem atq; disiunctionem resolutis. Quemadmodum enim auro & argento colliquefactis, artificiosa uis quædam cernitur, quæ materias eas conflauerit: & si rursus per liquefactionem alterum ab altero separatum fuerit, nihilo minus ratio artis in utroq; manet: ac materia quidem diuisa fuerit, ars autem unà cum materia non dissecatur (quónam enim modo diuidi poterit indiuiduum?) eadem ratione ea, quæ mente constat, atq; cogitatione percipitur, animæ natura, & in concursu elementorum cernitur, & resolutis ijs, non secernitur nec segregatur: sed & manet in ijs, & unà cum separatione eorum extensa non interciditur, nec interrumpitur, neq; pro numero elementorum in parteis & frusta conciditur, id enim corporeæ pariter & interuallaris naturæ proprium est. at incorporea intellectualisq; & inuisibilis pariter atq; diuisionis dimensionisq; expers natura passiones & casus ex distantia atq; interuallo contingentes non recipit, neq; admittit. Ergo anima est in ijs, in quibus semel fuit, nulla necessitate eam à cohærentia, qua cum illis coniuncta est atq; concreuit, auellente. Quid igitur in his triste, acerbum atq; animi demissione dignum est, si id, quod uidetur, cum inuisibili commutatur? & cuius rei gratia adeò mens tua moti infensa est? Ego uerò, ubi definitionem animæ, quam in superiori sermone ferat, animo reuoluissem atq; repetiuissem, dixi non satis mihi consideranti atq; animo reputanti potentias & uires, quæ in anima cernuntur, illam orationem esse demonstratam: quæ dicit eam intellectualem esse naturam, & in instrumentario corpore uitalem uim ad sensuum efficientiam atq; actionem ingenerare. Nam nõ solum circa eam mentis nostræ agitationem, qua scientias percipimus ac speculamur, efficax & actuosa anima nostra est, per eam, quæ mente constat, & intelligentia, suæ naturæ uim talia efficiens, neq; sensoria uasa instrumentaq; sola ad naturalem efficientiam operationemq; gubernat: sed multus quidem cupiditatis, multus item iracundiæ quoque motus cernitur in eius natura. quum autem horum utrunq; generaliter in nobis insit, in multas pariter ac uarias differentias actionibus efficientijsq; amborum progredi motum uidemus. Nam multa quidem uidere licet, quorum cõcupiscendi uis author ac dux est: rursus item multa à caussa iræ concitatrice nascuntur, ac nullum horum corpus est. quod autem incorporeum est, intellectuale prorsus est, solaq; mente constat. porrò intellectualem quandam solaq; mente constantem & comprehensibilem rem esse animam definitio declarauit. Vt duorum absurdorum alterum ex consequentia orationis existat atq; emergat, aut ut iracundia quoq; atq; cupiditas aliæ in nobis animæ sint, & pro una multitudo animarum deprehendatur atq; animaduerratur, aut ne mentis quidem agitatrix & intelligendi uis in nobis, anima esse putetur. Nam intellectuale solaq; mente constans & comprehensibile æqualiter omnibus accommodatum, aut omnia hæc animas esse demonstrabit, aut unumquodq; horum ex æquo eximet atq; excipiet ex hac animæ proprietate. Atq; illa, Hanc, inquit, rationem ita à multis etiam alijs quæsitam, consequenter ipse quoq; requisiuisti, quidnam tandem hæc esse oporteat existimare, τὸ ἀνθυμητικὸν, id est uim concupiscendi: & τὸ θυμοειδὲς, id est, uim iræ concitatricem, simúlne insita in animæ natura & quasi coessentiata atq; consubstantiata, & ab initio cum ea sint, atq; à principio statim unà cum creatione & constitutione eius extiterint, an etiam aliquid aliud atq; ipsa sint, & posterius nobis accesserint? Nam quòd hæc quidem in anima cernantur, ex æquo constat

Suprà 233.



stat inter omneis. quid autem de eis existimare oporteat, nondum plenè atq; perfectè ratio assequuta est, ut firmam de his habeat opinionem, sed uulgus etiamnunc uagis falsisq; ac diuersis opinionibus de his ambigit. nobis uerò, liquidem sufficiens esset ad demonstrationem ueritatis externa philosophia quę de his rebus artificiosè disputauit, atq; tractauit, superuacaneum forsitan esset illorum commentationi de anima adijcere sermonem. sed quoniam ab illis quidem prout consequens & consentaneum uisum esset, ex licentia atq; ad arbitrium prodita est de anima commentatio, nos autem huius licentiæ expertes sumus: dicendi, inquam, quæ uolumus, quippe qui regula prorsus diuinæ doctrinæ & pro lege utimur sancta scriptura, atq; ad hanc necessariò respicimus, hoc solum recipimus & approbamus quodcunq; cum scripturæ conuenerit & concordauerit intentione. [a] Igitur omisso Platonis curru, eiq; subiunctis bijugis pullis equorũ non eadem inter se affectione & impetu præditis, ijsq; præfecto auriga, quibus omnibus ille per ænigma atq; inuolucrũ talia de anima philosophatur: omissis item ijs, quæ tradit is, qui post eum philosophus fuit, qui res apparentes artificiosè persequitur, eacq; quæ nunc nobis proposita sunt, diligenter examinans ac tractans, mortalem per hæc animam esse censuit atq; pronuntiauit: relictis item omnibus ijs, qui & ante & post hos fuerunt, qui uel prosa soluta q̃, uel numero quodam ac mensura adstricta oratione res philosophicas tradiderunt diuinitus proditam scripturã, quo spectet & intendat, orationi proponamus, quæ diuina scriptura statuit, ut nihil in anima esse putemus eximium & insigne, quod nõ etiam diuinæ naturæ proprium sit. Qui enim similitudinem Dei animam esse dixit, quicquid à Deo alienum est, extra definitionẽ animæ esse declarauit. Etenim in diuersis ac differentibus similitudo conseruari non possit. Ergo quoniam eiusmodi nihil cum diuina cernitur natura, ne animæ quidẽ hæc insita & quasi coessentiata esse rectè quis existimauerit. Iam uerò dialectica quidem arte, per rationum & argumentorum collectricem ac resolutricem scientiam, nostra quoq; dogmata atq; decreta confirmare, quòd huiusmodi species orationis ad demonstrandam ueritatem, tum debilis, tum suspecta sit, recusabimus ac prætermittemus. Patet enim omnibus ac liquet, quòd dialectica curiosa subtilitas pares in utranq; partem uires habeat, uel ad euersionẽ ueritatis, uel ad mendacium indicandum. Vnde etiam ipsam ueritatẽ ubi huiusmodi aliqua adhibita arte profertur, sæpenumerò suspectam habemus, quasi harum artium subtilitas atq; uersutia mentem nostram seducat, & in fraudem impellat, atq; à ueritate auertat. Sed si quis incompositam & inconditam atq; ab omni uelamine & amictu nudam admittat orationem, dicemus ut poterimus iuxta seriem & contextum scripturæ traditionis commentationem de his rebus inferentes. Quid igitur est, quod dicimus? Quòd hoc rationis particeps animal homo nimirum, intelligentiæ atq; scientiæ capax sit uel eorum, qui à ratione nostrę fidei atq; religionis alieni sunt, testimonio comprobatum est: quippe nõ ita naturam nostram descriptura ac designatura definitio fuisset, siquidem & iracundiam & concupiscentiam, & huiusmodi omnia cũ nostra natura unita & quasi coessentiata atq; cõsubstãtiata esse uideret. nam nec in ulla quidem alia re, loco proprij commune ponens, subiecti quisquam ediderit definitionem. Quoniam igitur & concupiscendi & irascendi uis æqualiter quoq; tam in rationis experte quam rationis compote cernitur natura, nulla ratione nec rectè quis per communem notam, id quod proprium est, designauerit. quod autem ad naturæ designationem superuacuum ac reijciendum est, quo pacto tanquã pars natur[b]æ potest ad euersionem definitionis uires habere? Omnis enim definitio substantiæ, propriũ subiecti spectat. quicquid aũt extra peculiaritatem ac proprietatẽ fuerit, tanquã à definitione alienum despicitur atq; cõtemnitur. Atqui tam irascendi q̃ concupiscendi uim atq; efficientiã cũ omni natura (tam[b] rationali quã irrationali) cõmunẽ esse cõstat. Quicquid aũt cõmune est, nõ idẽ cũ peculiari est. Necessariò igitur per hæc sequit, ut hæc in illis nõ esse existimemus, per quę præcipuè designat humana natura. sed quẽadmodũ siquis sentiendi, nutriendi & augendi uim

[a] Scholion in Græco appositũ. Plato de anima dialogũ fecit, quem Phædonem inscripsit; in quo eas quidem animæ partes, in quibus & cõcupiscendi uis, & irarum ardor existit, pari pullorum equinorũ currui subiunctorũ: mentem autem, seu illã animæ uim, qua & animo agitamus, cogitamus & animaduertimus, aurigæ assimilauit.

Hæc aũt in Phædone non sunt, sed in Phædro SIE.

[b] Videntur desiderari hæc uerba, κοινῶς τε καὶ quæ supplenui.

Universidad de Deusto
Biblioteca



di uim in nobis conſpicatus per hæc non reſoluit animæ demonſtratam definitionem:(non enim quoniam hoc eſt in anima,illud non eſt:) eodem modo ſiquis naturæ noſtræ circa iracundiam & concupiſcentiam motus animaduerterit, non etiam rectè definitionem oppugnet;ut quæ minus ſufficienter naturam oſtenderit. Quid igitur, inquam ad magiſtram, de his ſtatuere & ſentire oportet? nondum enim animaduertere poſſum, quo pacto conueniat ea, quæ in nobis inſunt, tanquã aliena à natura noſtra ſegregare atq; repudiare. Vides, inquit, quòd pugna quædam rationi aduerſus hæc ſit, & ſtudium, quoad eius fieri poſſit, animam ab his ſeparandi atq; ſegregandi. ac ſunt ſanè nonnulli, quibus hoc ſtudium proſperè ſucceſſit, quiq; id, quod quæſiuerunt, aſſequuti ſunt. quemadmodum de Moyſe audimus, quòd is nec ab ira nec à concupiſcentia uinci ac ſuperari poſſet, utriuſq; rei teſtimonium ei perhibente hiſtoria, quòd & lenis mitiſq; eſſet, ſupra omneis homines (per lenitatem autem & clementiam iræ uacuitas & ab iracundia alienus animus oſtenditur:) & quod non concupiſceret quicquam eorum, circa quę in pleriſq; hominibus uim concupiſcendi occupatam eſſe uidemus. quod non ei contigiſſet, ſi natura hæc eſſent, & ad rationem eſſentiæ referrentur. Fieri enim non poteſt, ut extra naturam conſtitutus in eſſe maneat. atqui Moyſes & in eſſe erat, & in his non erat. Aliud ergo quippiam atq; natura, hæc ſunt, & non natura. Quæ enim uerè natura eſt, hoc eſt, in quo ipſum eſſe ſubſtantiæ deprehenditur: horum autem alienatio in nobis ſita eſt, ut non ſolùm non noceat, uerumetiam lucroſa atq; quæſtuoſa naturæ talium motuum abolitio ſit. Palàm eſt ergo, quòd ex iſs, quæ extrinſecus in rebus conſiderantur, hæc ſint, affectus & perturbationes naturæ, & non natura. Nam hæc quidem eſt, quod eſt. Iracundia autem uulgò feruor ſanguinis, qui circa cor eſt, eſſe pleriſq; uidetur. alijs uerò, appetitio ulciſcendi eum, à quo laceſſitus & antè læſus ſis. ſed, ut nos arbitramur, iracundia eſt appetitio nocendi ei, qui concitauerit, & ad iram prouocauerit. horum autem nihil conuenit animæ definitioni. itemq; ſi per ſeſe concupiſcentiam definiamus, appetitionem eſſe dicemus eius, quod deeſt, uel deſiderium fruendæ uoluptatis: uel dolorem ob id, quòd non potimur eo, quod cordi eſt, atq; animo gratum & acceptum: aut aliquam affectionem ad id, quod eſt ſuaue & iucundum, quo frui non licet. Hæc enim & eiuſdemmodi omnia cupiditatem quidem oſtendunt, ad definitionem autem animæ non pertinent. Quinetiam alia quoq; quæ circa animam cernuntur, quæ ſibi inuicem exaduerſo poſita uidentur, ueluti timiditas & audacia, dolor & uoluptas, metus & contemptus, & quæcunq; talia ſunt: quorum unumquodq; cognatum quidem eſſe uidetur cum iraſcendi atq; concupiſcendi ui, peculiari autem definitione ſuam deſignat naturam. Nam & audacia & contemptio demonſtrationem ac repræſentationem indicat ad iram propenſæ appetitionis: diminutionẽ uerò quandam & remiſſionẽ huius eiuſdem, is qui per timiditatẽ & metum ingeneratur habitus & affectus. Dolor aũt ex utroq; materias habet. nam & iræ inefficacia, dum nõ poteſt quis ulciſci eos, à quibus antè læſus ſit, dolor & exiſtit & eſt: itemq; deſperatio eorum, quæ cõcupiſcuntur, priuatioq; eorũ quæ cordi ſunt atq; placent, triſtem hanc ac tetricam in mente ingenerat affectionẽ. Atq; etiam id, quod contrariũ dolori uidetur, uoluptatis ſenſum dico. ſimiliter & in iram & cõcupiſcentiã diuiditur. Voluptas enim utriuſq; horũ ex æquo principatũ tenet. Quę omnia, quũ circa animam ſunt, tum anima nõ ſunt. ſed ueluti quædã uerrucę[a] excogitatrice parte animę enaſcentes. quæ partes quidẽ ipſius eſſe, eò quòd agnatę ſint, nõ tamen id eſſe exiſtimantur, quòd anima ex ſui natura atq; eſſentia eſt. Atqui, non paruũ inquam ad uirginem, uirtute præditis ab his afferri uidemus ad bonum adiumentum. Nam & Danieli laudi cupiditas erat: & Phinees ira Deum placauit: & initium ſapientiæ, timorem eſſe didicimus: atq; eius, qui ſecundum Deum eſt, doloris finem eſſe ſalutem à Paulo audiuimus: & rerum aduerſarum atq; aſperarum contemptum Euangelium

[a] *Scholion. Vitium quoddã in cute corporis noſtri exiſtit: quod uerruca uocatur. carnoſum enim paruũ quoddã tuberculum exiſtit in cute: quod cutis quidem pars eſſe uidetur, quippe ei inhærescens: reuera tamen ita ſe rẽ nõ habet. unde, ſiquis id curare uelit, opus eſt, ut tollatur. Hac ſimilitudine ad rem propoſitam admodum commoda uſus eſt.*



gelium nobis præſcribit. & non expaueſcere ad res terribiles & caſus aduerſos, nihil eſt aliud, quàm audaciæ præſcriptio: quæ audacia in bonis à ſapientia connumeratur. Oſtendit igitur ſcriptura per hæc, quòd non exiſtimandum ſit, talia affectiones eſſe atq; perturbationes. Non enim ad uirtutis actionem perturbationes unà adhibitæ eſſent. Et magiſtra, Videor, inquit, talis rationum confuſionis ipſa cauſſam præbere, quæ nõ diſtinxerim ac diſcreuerim ſermonem de hac re, quo aliquis ordo conſentaneus ſpeculationi atque tractationi adhiberetur. nunc igitur, quoad eius fieri poterit, excogitabitur aliquis ordo commentationi, ut per conſequentiam procedente ſpeculatione, tales cõtradictiones amplius locum inter nos non habeant. Dicimus enim, animæ quidem ſpeculatricem & diſiudicatricem, rerumq; inſpectricem uim eius propriam eſſe ac naturalem: eiusq; gratiæ, qua Deo ſimilis eſt, per hæc illam in ſeſe imaginem conſeruare. quoniam ratiocinatione & coniectura colligitur, diuinum quoq; numen (quodcũq; tandem id ex ſui natura eſt,) in his occupatum eſſe: nempe tum in inſpiciendo omnia, tum in diſcernendo bonum à malo. quæcunq; autem in animæ confinio poſita ſunt ad alterutrum ex contrarijs propenſionem & inclinationem iuxta ſui naturam habentia. quorum certus quidam uſus uel ad id quod bonum, uel bono contrariũ eſt, ducit euentum: ueluti ira uel metus, ac ſi quid ex motibus, qui in anima ſunt, eiuſmodi eſt, ſine quibus humana natura conſiderari non poteſt: hæc extrinſecus ei acceſſiſſe exiſtimamus, proprerea quòd in principali & originali pulchritudine nullum eiuſmodi ſignum cernatur. Ac diſputatio ſanè de his rebus à nobis interim tanquam in gymnaſio proponatur, ut effugere poſſit eorum, qui calumniandi cauſſa auſcultant, incurſus & offenſiones. Via quadam & ordinis conſequentia ad creationem hominis diuinum numen acceſſiſſe ſcriptura docet. Poſteaquam enim conditæ ſunt res uniuerſæ, quemadmodum hiſtoria dicit, non utiq; ſtatim homo extitit in terra: ſed hunc quidem ratione carentium natura præceſſit, ante illa uerò germina ac plantæ fuerunt. Oſtendit, opinor, per hæc ſcriptura, quòd uis uitalis ordine ac uiciſſitudine quadam corporali commiſcetur naturæ, primùm quidem in ſenſu carentia ſeſe penetrans & infundens, poſtea uerò ad ſenſu præditum progrediens: ita deinceps ad id quod mente atq; intelligentia præditum rationiſq; particeps eſt, aſcendens. Igitur eorum quæ ſunt, aliud quidem corporeum, aliud uerò mente atque intelligentia præditum prorſus: corporeum autem aliud quidem inanimum, aliud uerò animatum eſt. Animatum autem dico, quod uitæ particeps eſt. Atq; eorum, quæ uiuunt, alia quidem in ſenſu uiuunt, alia uerò eius expertia ſunt. Rurſus ſenſu præditorum alia quidem ratione prędita, alia uerò rationis expertia ſunt. Quoniam ergo ſenſu prædita uita abſq; materia conſiſtere non poſſit, & id quod mente conſtat, & intelligentia præditum eſt, aliter in corpore eſſe non poſſit, niſi ui ſentiendi ei inhæreſcat: hac de cauſſa homo poſtremo loco conditus eſſe traditur, ut qui omnem uitalem ſpeciem, & eam, quæ in germinibus, & eam, quę in brutis animaduertitur, in ſeſe complexus ſit. Nam ali quidem & augeſcere atq; creſcere, ex uita plantarum & ſtirpium habet: licet enim tale quiddam etiam in illis uidere, quippe quum & attrahatur nutrimentum per radices, & per fructus ſimul ac folia excernatur & reijciatur: quod autem ſenſu gubernatur, à brutis & ratione carentibus habet. at uis cogitandi ac ratiocinandi in hac natura nulla admixtione concreta, ſed peculiaris eſt, quæ per ſe ſeparatim conſideratur. Sed quemadmodum neceſſariorum attractricem uim natura habet à uita materiali (quæ uis ſi in nobis fuerit, appetitus dicitur. eam autem uim de plantarum uitæ ſpecie eſſe dicimus: quippe quum & in illis liceat uidere tanquam facultates quaſdam naturaliter uim ſuam exercentes dum & replentur eo, quod cuiq; proprium & cõmodum fuerit, & impelluntur ac turgent ad excreſcendũ & germinandum: eodem etiã modo quæcunq; ratione carentis naturæ propria ſunt, hæc intelligentia præditæ animæ parti permixta ſunt. hinc inquit, eſt ira: ex illis metus. hinc omnia alia quæcunq; in contrariũ à nobis exercentur: excepta rationis participe atq; cogitandi facultate: quæ

*Nota de hominis fabricatione.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



quæ ſola nimirum præcipua uitæ noſtræ pars eſt, in ſeſe diuinæ figuræ, ſicuti dictũ eſt, imaginem continens. ſed quoniam iuxta iam ante redditam rationem, ratione prædita uis corporeæ uitæ nõ aliter ineſſe poteſt, niſi per ſenſus inſit: atq; ſenſus in bruta atq; rationis experte natura antè ſubſtitit atq; conſtitutus eſt: neceſſariõ per unum etiam cum cohærentibus huic atq; coniunctis animæ noſtræ cõmunio exiſtit. hæc autem ſunt, quæcunq; in nobis exiſtentia, πάθη, id eſt, affectus, paſſiones, ſiue perturbationes & motus dicuntur. quæ non omnino mali alicuius cauſſa humanę contributa naturę ſunt (nam alioqui creatori cauſſa malorũ aſſignari poſſet, ſi illinc peccatorum neceſſariæ cauſſæ ſimũl in naturam collatæ eſſent,) ſed certo quodam uſu uoluntatis & arbitrij, uel uirtutis uel uitij inſtrumenta tales animi motus exiſtunt. Quemadmodũ ferrum dum ex ſententia artificis cuditur, quodcunq; ferramentũ artificis animo uoluntas deſtinauerit, ad id etiam formatur, & uel gladius, uel ruſtici alicuius operis inſtrumentum fit. Ergo ſiquidem ratio, quæ præcipua nimirum naturæ noſtræ pars eſt, eorum, quæ extrinſecus nobis ſuperinducta & inſinuata ſunt, principatũ obtineat (quemadmodum etiam ſcripturæ ſermo per ænigma tectamq; orationẽ ſubinnuit, omnibus brutis & rationis expertibus præeſſe iubens,) nullus eiuſmodi motus nobis ad uitij miniſterium efficax fuerit: metu quidem obedientiam, ira uerò fortitudinem: timiditate cautionem atq; ſecuritatem ingenerante: cupiditatis item impetu diuinã ſimul & immortalem nobis uoluptatem conciliante. Sin autem ratio habenas amittat, & tanquam auriga aliquis implicitus currui retro ab eo trahatur, illoq; abripiatur, quocunq; eum rationis expers motus iumentorum auferat, tunc in perturbationem appetitiones conuertuntur. quale nimirum etiam in brutis uidere licet. Quoniã enim ratio naturaliter eis inſitæ motioni non præeſt, ea quidem animalia, quæ ad iram prona atq; procliuia ſunt, ira ducente atq; concitante ſeſe inuicem conficiunt: quæ autem carnoſa ſunt, ac uiribus pollent, dum propter rationis defectum ratione præditi quaſi mancipia ac prædæ fiunt, nullum proprium ſuarum uirium cõmodum ſentiunt: cupiditatis quoq; atq; uoluptatis efficientia in nulla re ſublimi occupata eſt: neq; aliud quicquam eorum, quæ in ijs animaduertuntur, ratione aliqua ad id, quod proſit & expediat, deducitur. Itidem in nobis niſi per rationem hæc ad id, quod res poſtulat, ac rectum eſt, ducantur, ſed potentatũ mentis ſuperent affectus ac perturbationes, ab cogitatrice atq; diuina natura, dum impetu & ardore eiuſmodi affectuũ atq; perturbationum in pecudem degenerat & efferatur, ad rationis expertem, ſtultam & amentem naturam homo tranſit atq; transformatur. Ego uerò admodum bene erga ea, quæ dicta erant, affectus, ſufficit quidem, inquã, cuiuis certè cordato ita nudè atq; ſimpliciter, nulla adhibita probatione, per cõſequentia cõſentaneaq; progreſſa oratio: ut recta eſſe, & nuſquam à ueritate aberrare uideatur. ſed quoniam ijs, qui in artium quidem compendijs atq; inſtrumentis, & artificioſis argumentis exercitati ſunt, ratio demonſtrationũ ad fidem faciendam ſufficere uidetur: nobis uerò dubium non eſt, quin omnibus artificioſis concluſionibus ad fidem faciendam magis idoneum ſit, ac plus uirium habere debeat id, quod per ſacra ſcripturæ documenta apparet, præter ea, quæ dicta ſunt, quærendum eſſe opinor, an diuinitus ſuggeſta ac tradita doctrina concordet, atq; ab his non diſcrepet? Atq; illa, Equis, inquit, contradixerit, quin in eo ſolo, cui ſcripturarum teſtimonij adeſt ſigillum, ueritas ponenda ſit? Quocirca ſi oportet etiam Euangelicæ doctrinæ nonnihil ad patrocinium atq; defenſionem huius dogmatis atq; ſententiæ adhibere, non intempeſtiua nobis fuerit zizaniorum ſimilitudinis cõſideratio. Spargebat enim illic paterfamiliãs bonum ſemen (nos autẽ familia planè ſumus:) obſeruato autem tempore quo homines dormirent, inimicus in eo, quod aptum erat ad nutriendũ, interiecto inter frumentum zizanio ſemen inutile ſparſit, eaq; ſemina alterum una cum altero ſimul germinauerunt & enata ſunt. Fieri enim non poterat, ut ſemen, quod inter ipſum frumentũ coniectum erat, unà cum illo non exiſteret ac germinaret. Vetat autẽ præſes & inſpector ſegetis miniſtros euellere id, quod inutile erat, propterea



propte rea quòd in radice contraria inter ſe coaluiſſent, atq; concreta eſſent, ne unà cum alieno id, quod ad nutriendũ aptum eſſet, euelleretur. Taleis enim animæ appetitus & impetus per bona ſemina ſcripturã oſtendere putamus: quorũ ſeminum unumquodq; ſi ad bonũ duntaxat excoleretur, uirtutis fructũ nobis prorſus produceret. ſed quoniam iuxta hæc inſperſus eſt error circa iudicium boni & honeſti, atq; id, quod reipſa ac ſolum ex ſui natura bonum ac rectũ eſt, per germen fraudis & erroris, quod unà excreuit, obtenebratum & obſcuratum eſt: (nam cũcupiſcendi uis non ad id, quod natura bonum & honeſtum eſt, cuius gratia nobis etiam inſita eſt, enata eſt & excreuit, ſed ad beſtialem pecorinamq; & rationis expertem naturam, eò appetitum & impetum cupiditatis rapiente prauo circa bonum ac rectum iudicio, germen tranſmutauit: itidem iræ quoq; ſemen non ad fortitudinem exacuit, ſed ad pugnandum cum popularibus ac proximis nos armauit: itemq; dilectionis uis ab ijs, quæ mente percipiuntur, diſceſſit, & in fruendo rebus ſub ſenſum cadentibus & materialibus ultra modũ inſaniuit atq; debacchata eſt: cæteraq; eodem modo peiora pro melioribus germina produxerunt:) idcirco prudens agricola germen innatum ſeminĩ, in eo ineſſe ſinit, id prouidens atq; cauens ne melioribus nudemur, ſi unà cum inutili germine cupiditas penitus fuerit extirpata. Si enim acciderit humanæ naturæ, quid erit, quod nos erigat & incitet ad cœleſtium coniunctionem atq; propinquitatem? aut ſublata dilectione, qua ratione cum diuino numine copulabimur & coniungemur? ira item extincta, quibus armis aduerſus reluctantẽ uremur? Relinquit igitur in nobis agricola ſemina adulterina, non ut ſemper prævaleant aduerſus pretioſiorem ſegetem, ſed ut ipſa tellus (ita enim allegoricè ac per modum translationis cor nominat:) per inſitam ei uim naturalem, quæ eſt ratio, aliud quidem germen arefaciat & exiccet, aliud uerò floridum atq; frugiferum efficiat, quòd ſi id factum nõ fuerit, igni diſcrimen agri prouentus faciendum reſeruat. Quocirca ſi quidem aliquis his rectè & ita ut ratio poſtulat, utatur, & in ſeſe quidem recipiat ea, non autem ipſe in poteſtatẽ aliorum redigatur, ſed tanquam rex aliquis magna manu ſubditorum adiutrice utatur, facilius aſſequutus fuerit id, quod cum uirtute efficere conetur. Sinautem quemadmodum fieri ſolet, quum ſerui aliqui aduerſus dominum inſurgunt, illis obnoxius fuerit, & ſeruili arrogantiæ atq; confidentiæ degeneri abiectoq; animo ſuccumbens, ſeruus & mancipium eorum factus ſit, quæ natura ei ſubiecta ſunt, ad ea neceſſariò traducetur, quò uis regentium eum impulerit. Quòd ſi hæc ita ſunt, neq; uirtutem, neq; uitium per ſeſe hæc eſſe pronuntiabimus, quæ quum animæ motus ſint, in poteſtate & arbitrio utentium ſitum eſt, recti ne an praui ſint. ſed quando motus eorum ad bonum inclinat, laudum materia exiſtunt, ut Danieli cupiditas ac deſideriũ, & ira Phineeſo, eiq; qui rectè luget, dolor: ſinautem ad deterius propendent, tunc hæc affectus ac perturbationes & ſunt & nominantur. Ego uerò, quum his expoſitis quieuiſſet, & exiguum quiddam ſpatij intercedere ſermoni paſſa eſſet, atq; ipſe mente collegiſſem ea, quæ dicta erant, rurſus ad [a] priorem conſequentiam ſermonis cucurri, quo aſſerebatur fieri poſſe, ut diſſoluto corpore anima eſſet in elementis: atq; ita ad magiſtram, ubi eſt, inquam, illud, quod uulgo paſſim factatur, Orci & Inferni nomen, quod multùm quidem in conſuetudine uitæ, multùm item in ſcriptis tum externis tum noſtris circumfertur? in quem Infernum tanquam in quoddam receptaculum omnes hinc putant animas tranſmigrare. Non enim elementa Orcum & Infernum dixeris. Ac magiſtra, Videris, inquit, nõ admodum attendiſſe, & animum ſermoni adhibuiſſe. Quum enim dicerem translationem animæ ex eo, quod uidetur, fieri ad id, quod non uidetur, nihil putabam me prætermiſiſſe, quod de Inferno quæreretur. Nec enim aliud quippiam mihi uidetur tum in externorum, tum in diuina ſcriptura per hoc nomen ſignificari, in quo animas eſſe dicũt, præterquam in id, quod & obſcurum eſt, & non uidetur, tranſitionem. Et qua ratione ſubterraneũ, inquam, locum nonnulli ita dici exiſtimant, atq; illum in ſeſe animas quaſi hoſpitio excipere, tanquam

[a] Suprà 11. 20. co. 1.

DE INFERNO.

Universidad de Deusto
Biblioteca



receptaculum quoddam ad recipiendū eiusmodi naturā aptum & idoneum, quod eas, quæ iam ex humana uita euolauerint, ad sese attrahat? At nihilo magis, inquit magistra, per hanc opinionē sententia atq; doctrina nostra infirmabitur & læ-
detur,[a] etiamsi uera tua oratio est. Nam propter ea quòd uertex cœlestis secū con-
tinuus & indissolubilis est omnia intra suū circulum & ambitū cohibens atq; coer-
cens, & terra, quæq; circa eam animaduertuntur, in medio suspensa sunt: & omniū,
quæ in orbem uoluuntur, motus circa id, quod stabile firmumq; ac solidum est, fit:
omnino necesse est, inquit, ut quicquid unicuiq; elementorū circa superam partē
terræ accidit, id etiam circa oppositam contingat, quippe quū una eademq; natura
circum totam eius molem feratur atq; uoluatur. & quemadmodū super terrā appa-
rente sole, ad subiectā & infernā eius partem, umbra uersatur, propterea quòd glo-
bosa figura nō possit undiq; eodem tempore ab radij amplexu comprehendi: sed
prorsus necesse est, ut ad quancūq; terræ partē sol radios admouerit, in quodā pun-
cto prorsus in globo terræ uersans, ad rectam lineam dimetientē (quæ διάμετρος
dicitur) circa alteram terræ extremitatē tenebræ sint: atq; ita perpetuo una cum cur-
su solari supra oppositā rectæ radij lineæ partem tenebræ uagentur, adeò ut æqua-
biliter & inferus & superus terræ locus inuicem tum tenebris obducti, tum luce il-
lustrati sint: ita par & consentaneū est, non dubitare, quin etiā in cæteris omnibus
quodcunq; iuxta naturā elementorū in nostro hemisphærio terræ animaduertitur,
idem etiam in altero quoq; hemisphærio sit. quum autē per omnem partem terræ
unus & idem amplexus elementorū sit, neq; contradicendū neq; patrocinandū ar-
bitror ijs, qui hanc quæstionē urgent, quòd oporteat existimare uel hunc, uel sub-
terraneum locum destinatū & attributum esse animis corpore solutis. Nam quan-
diu urgendo & instando primariā præcipuamq; doctrinā, nempe, quòd post uitā,
quæ in carne degitur, animæ sint, pervertere ac labefactare nō conabuntur, nullam
de loco cōtrouersiam nostra mouebit oratio, quæ corporū duntaxat propriā esse
in loco positionē comprehendit, animā uerò, quæ incorporea sit, nulla naturæ ne-
cessitate certis quibusdam locis detineri. Quid igitur, inquam, si apostolum aduer-
sarius producat, dicentē, quòd omnis creatura particeps rationis in restitutione u-
niuersitatis præsidem uniuersarū rerum obseruatura sit: ubi etiam subterraneorum
nōnullorum in epistola ad Philippenses meminit his uerbis, Ipsi omne genu flecte-
tur, cœlestium, terrestriū & subterraneorū. Permanebimus ac perseuerabimus,
inquit magistra, in certa stabilisq; sententia, etiam si audiamus hæc dicētes, quippe
quū de eo quidem, quòd anima sit, etiam aduersariū concordantem & assentientē
habeamus, de loco autem, ubi uersatura sit, sicut in superioribus dictum est, nō re-
pugnemus. Quid ergo requirentibus, inquam, apostolicam in hac uoce senten-
tiam aliquis dixerit? an quod attinet ad loci significationē, dictionem remoueat?
Illa uerò, Non uidetur mihi diuinus, inquit, apostolus ratione loci naturam mentis
atq; intelligentia præditā discernens atq; distinguens, aliud quidem cœleste, aliud
uerò terrestre, aliud item subterraneū nominasse. sed quoniā naturæ ratione prædi-
tæ tres status atq; conditiones sunt: una quidē, cui ab initio uita contigit incorpo-
rea, quam angelicā nominamus: altera uerò cum carne conserta atq; cōnexa, quam
humanā dicimus: alia autem per mortē à carnibus absoluta: quæ res in animabus
animaduertitur: hoc, opinor, altitudine sapientiæ uidentē diuinum apostolū, cum
qui aliquando futurus est, uniuersæ rationi præditæ naturę in bono consensum si-
gnificare: ac cœleste quidem uocare, angelicū & incorporeum: terrestre uerò, im-
plicitum & consertū cum corpore: subterraneum autē, id quod iam à corpore sepa-
ratum atq; disiunctū sit: aut certè si qua alia quoq; præter enumeratas, natura, inter
ratione præditas animaduertitur: quam siue quis dæmonas, siue spiritus, siue ali-
quid aliud tale uoluerit denominare, nō cōtendemus, sed susq; deq; feremus. Per-
suasum est enim tam ex cōmuni opinione, quàm ex scripturarum traditione esse
quandam naturam extra talia corpora, quæ recto atq; honesto aduersa cōtraria q;
sit, & in humanæ naturæ detrimentum atq; perniciem incumbat, quæ sponte sua à
melio-

[a] Locus corruptus utrobique esse uidetur, & legendum ei ὡς ἀλληθὲς ὁ λόγος ἀ πασῶν οὐ, ὡς γὰρ.



meliore sorte exciderit atq; defluxerit, & in locum boni & honesti, à quo defecit, id quod ex cōtrario intelligitur, in sese substituerit: quā aiunt apostolum inter subterranea & inferna numerare, id in illo sermone significantem, quòd uitiositate longis seculorum amfractibus & circuitionibus aliquando abolita atq; extincta, nihil
præter bonum relinquetur. sed etiam dæmones concorditer & consentienter do-
minationem Christi cōfitebuntur. Quocirca quum hæc ita sint, nemo nos coege-
rit sub terraneorū & infernorū nomine subterraneū intelligere locum, quippe quū
aer æquabiliter undiq; terræ circunfusus sit, ut nulla eius pars ab aeris amplexu ua-
cua ac nuda deprehendatur. Hæc ubi magistra exposuit, paulisper cunctatus,
nondum, inquā, satis quæsiui, nec mihi quærenti satisfactū est: sed etiam nunc super
ijs quæ dicta sunt, mens ambigua mihi quodammodo manet, a rogo, ut omissis
quidem ijs, de quibus iam conuenit inter nos, ad eandem consequentiā iterum ora-
tio mihi reducatur. Nam haud difficulter arbitror eos, qui nō admodū duri ac per-
uicaces sint, per ea, quæ dicta sunt, inductū iri, ne post corporū dissolutionem ani-
mam ducant ad interitū & abolitionem: neu, quòd ab elementorū natura diuersa
est, idcirco affirment, eam nusquam in rebus uniuersis esse posse. Licet enim cum
elementis non congruat atq; conueniat intelligentiæ particeps & materię expers
natura, esse tamen in eis nō prohibetur: quippe duplici ratione nobis hæc opinio
confirmatur, tum ex eo, quòd nunc in hac uita, quū natura aliud quiddam anima
atq; corpus sit, in corporibus tamen est: tum ex eo, quòd oratio demonstrauit, diui
nam naturam, licet omnino alia sit atq; ea, quæ sensus materiæq; particeps est, ra-
men per unumquodq; eorum, quæ sunt in rerum natura, fundi, permeare atq; per-
manare, eaq; ui, qua cum uniuersitate cōtemperata atq; cōmixta est, in essentia con
tinere ea, quæ sunt in rerum natura, ut per hæc, prout consequentia sermonis osten
dit, existimandū sit, ne animā quidem extra res uniuersas esse, quū ex ea uita, quæ
in forma ac specie animaduertitur, ad eam, quæ conspici nō potest, trālinigrauerit.
Sed quo pacto, inquā: quum elementorū unitio per mutuā mixtionē aliam quan-
dam speciem assumpserit, cum qua anima cōciliata atq; consociata fuit, post eaquā
unā cum elementorū dissolutione, species quoq; (ut est uerisimile atq; cōsentaneū)
abolita atq; deleta fuerit, quod signum anima posthac sequetur, quum id quod no
tum fuerat, nō permanserit? Detur, inquit, mihi, ut ad arbitrium cōminiscar ac fin-
gam aliquam similitudinis atq; exempli gratia rationem ad propositæ quæstionis
perspicuitatem atq; declarationē: etiamsi quod dicetur, fieri nō posse uideatur. De-
tur enim fieri posse per artem pingendi, ut nō solùm colores ex contrarijs (quod pi
ctores facere solent) ad similitudinē formæ, misceantur, uerumetiā mixti separen-
tur, ac rursus unicuiq; colori naturalis tinctura reddatur. Si igit albus & niger aut
ruber & fuluus color, aut siqua alia tinctura ad similitudinē argumenti tempera-
tur, rursus à cōmixtione, qua cum altero colore contemperatus est, secretus ac per
se singulatim separatus fuerit, nihilominus ipsam speciem coloris ab artifice agno
sci dicimus, nullamq; ei obliuionem obrepere uel rubri, uel nigri, si diuersi colores
inuicem cōmixti, rursus ad naturalem redacti fuerint tincturam: itemq; si modi cō
lorum adinuicē contemperandorum & cōmiscendorum recordetur, scire, quis cui
colori color permixtus, quem colorem effecerit, & quo pacto altero eluto atq; se-
creto, rursus ad propriū florem redactus sit. ac si rursus per mixtionē opus sit idem
efficere, minore cum negocio atq; labore conficiet id, quod in priore compositio-
ne meditatus exercuerit. Si igitur aliquid in similitudine consentaneum, inquit, o-
ratio habet, scrutanda atq; perpendenda iam nobis erit proposita quæstio. Nam
pro arte pingēndi, anima orationi proposita sit: & loco colorum artis, intelligatur
elementorum natura: mixtio autem uariæ diuersorum colorum tincturæ, ac rursus
exempli gratia nobis data horum ad propria cuiusq; redactio tum cōcursum, tum
diremptionem elementorum designet. Vt igitur in similitudine dicimus artifi-
cem non ignorare coloris tinctura, quę posti mixtionem rursus ad proprium flo-
rem redacta sit, sed agnoscere tum rubrum, tum nigrū, & siquis alius color per cer-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tam quandam cum diuersi generis colore communionem, formam effecit, qualis quidem esset in commixtura, qualis item nunc sit, quum suæ naturali tincturæ restitutus est: qualis item futurus sit, si eodem modo rursus colores inter se misceantur: ita animam elementorum, quæ coierint ad constitutionem corporis, cui ipsa inhæserit, etiam post dissolutionem eorum naturalem scire proprietatem censemus. ac tametsi natura procul ab inuicem abstrahat elementa propter insitas contrarietates, unumquodq; eorum arcens à commixtione contrarij, nihilominus cognoscendi & explorandi ui proprium amplectens anima apud unumquodq; erit ac manebit, donec rursus in idem concursus diremptorum ad instaurationem dissoluti corporis ex elementis coacti, factus fuerit, quæ propriè resurrectio & est & nominatur. Atq; ego, uideris, inquam, egregiè mihi obiter & in transitu defendisse doctrinam & fidem resurrectionis. Arbitror enim per hæc sensim adduci posse eos, qui eam fidem oppugnant, ne putent fieri non posse, ut rursus elementa inter se coeant, & eundem hominem efficiant. Nempe hoc uerè, inquit magistra, dicis. Licet enim audire dicentes eos, qui huic opinioni aduersantur: quum in uniuersitatem pro cuiusq; cognatione elementorum resolutio fiat, qui fieri potest, ut calor, qui in hoc est, ubi ad uniuersitatem redactus fuerit, rursus nulla admixtione cum eo, quod est eiusdem generis concretus segregetur & abstrahatur, ad constituendum hominem, qui uita defunctus [a] resciatur & instauretur. Nam nisi perfectè proprium redierit, sed pro peculiari aliquid aliud [b] ex eodem genere assumptum fuerit: alterum pro altero fiet, atq; id non item resurrectio fuerit, sed noui hominis creatio. Quòd si eundē rursus ad seipsum reuerti oportet, penitus ac prorsus eundem secū esse conuenit, omnibus elementorū partibus recipientem pristinam naturam. Ergo sicut dixi, etiam aduersus hanc, inquam, oppositionem & contradictionem eiusmodi de anima nobis opinio sufficerit: nempe quòd in quibus elementis ab initio inhæserit, apud ea post dissolutionem quoq; permaneat, quasi custos ædium, quæ in resolutione elementorum in suum cuiusq; genus, per subtilitatem & agilitatem intelligentia præditæ facultatis proprium non dimittat, nec erroris quicquā in exilitate atq; tenuitate elementorū sustineat, sed unà cum prijs, dum cū suo quodq; genere cōmiscetur, penetret ac permeet: nec deficiat unà cū eis permeās, dum in rerum naturā uniuersam refunduntur: sed semper in eis maneat, quocunq; loci ac quomodocūq; ea natura redegerit. Quòd si rursus ab ea potentia atq; uirtute, quæ rerum uniuersitatē gubernat, dissolutis elementis ad cōcursum signū atq; occasio data fuerit, tunc quemadmodū sit, si ab uno principio diuersi funes suspensi sint, ut simul eodemq; tempore cuncti attrahentē sequantur: eodem modo, dum per unam uirtutē & potentiam animæ diuersa trahentur elementa, repentè, unoq; momento statim per coitionē atq; concursum propriorū corporis nostri cathena per animā conseretur, atq; cōcinnabitur, & unumquodq; se cōmodè rursus ad pristinū & consuetum applicabit, & tanquā sibi notū amplectetur. Quinetiam hæc quoq; similitudo, magistra inquit, haud immeritò adiungi possit ijs, quæ quæsita, tractata atq; examinata sunt ad demonstrandum, quod haud magno negotio anima possit inter elementa suum ab alieno discernere. Proponatur enim exempli gratia figulo lutum: idq; multū esse detur, cuius alia quædā pars ad uasorū cōfectionē iam formata, alia uerò formanda sit. Vasa aūt omnia nō eadem forma figurata sint: sed aliud quidem, dolium, aliud uerò amphora, aliud autem scutella, uel patella, aut quiduis aliud sit ex ijs, quæ ad usum apta ac necessaria sunt: atq; hæc omnia non unus possideat, sed suus cuiusq; dominus orationi proponatur. Quandiu igitur hæc constiterint & integra fuerint haud difficulter ab suis dominis agnoscuntur. atq; etiamsi collisa contractaq; fuerint, rursum nihilominus ex fragmentis notæ signaq; possessoribus extrabunt, quibus iudicare possint, quod frustum ex dolio, quod ex poculo sit. Quòd si etiā cum rudi massa luti commixta fuerint, multo magis certa dijudicatio eorum, quæ iam ad opus redacta fuerint ex rudi materia fit. Ita tanquā uas quoddam homo quisq; singularis est, ex elementorum concursu à communi materia formatus, peculiari prorsus figura multum differēs ab eo, quod eiusdem generis est. quo dissoluto, nihilominus etiam ex reliquijs anima, quæ possidet uas, proprium agnoscit, neq; in cōmunione atq; confusione fragmentorum, neq; si eadem cum rudi elementorum materia cōmisceantur, à proprio discedens, sed semper sciens suum, quale esset tum, quū in forma consisteret, & post dissolutionem ex signis, quæ in reliquijs manserunt, circa proprium non errans. Ego uerò approbatis ijs, quæ dicta erant, utpote appositè, aptè atq; accōmodatè ad propositū argumentum inuenta: hæc quidem, inquam, hoc modo tum dici, tum credi rectum & æquū est. sed si quis narrationē Domini eam, quę est in Euangelio de ijs, qui sunt in inferno, aduersus ea, quę dicta sunt, proferat, quasi non congruentem & conuenientē cum ijs quæ examinata atq; perpensa sunt, quo pacto præparare nos ad responsionem oporteat? At illa, Ad corpus quidem accommodatius, inquit, Sermo narrationem exponit. multas tamen inspergit materias & causas, per quas ad subtiliorem speculationem inuitat, si quis accuratè exquisiteq; rem intellexerit. Nam qui hiatu uasto malū à bono dirimit atq; discludit: Luc. 16. qui guttam aliquam, quæ per digitum admoueatur, desiderantē secit eum, qui cruciabatur: qui patriarchæ sinum ei, qui per hanc uitam malis & incommodis uexatus fuerat, ad quietem proposuit: qui item antea, mortuos eos ac sepulturæ traditos exposuit, non parum auocat & abducit ab sententia, quæ in promptu est, eum, qui haud stultè & imperitè, sed intelligenter uerba sequatur. Quos enim oculos attollit in inferno diues ille, qui carneos oculos in sepulchro reliquerat? quo pacto item flammā sentit id, quod incorporeum est: quām uerò linguam refrigerari per guttam cupiebat? quum ei carnea lingua non adesset: quis autem ille digitus, qui perferret ei guttam? ipse item sinus requietis, quis? Quum enim corpora essent in sepulchris, anima uerò neq; in corpore esset, neq; ex partibus constaret, difficile fuerit narrationis structuram, prout protinus ac prima fronte intelligitur, ad uerita tem accommodare, nisi quis singulatim quæq; uerba à corpore traducat ad eam, quæ mente percipitur speculationem: ut hiatus, qui dirimit atq; disiungit communionem eorum, inter quos nulla societas intercedere potest, non terræ spatium & uterullum existimetur. Nam quid negotij fuerit ei, quod incorporeū & sola mente præditū est, transuolare hiatū, etiamsi ualtissimus sit? quippe quū id, quod natura tale est, ut mente sola constet, ubicunq; esse uelit, nullo tēporis intercedente spatio, illo penetret atq; euadat. Quid igitur fuerit, inquam, ignis, uel hiatus, uel cætera, quæ dicta sunt, si non sunt ea, quæ dicuntur? Mihi quidem, inquit, certas stabiles q; quasdam sententias de ijs rebus, quæ circa animam quæruntur, per unumquodq; horum, Euangelij significare uidetur. Quum enim ita ad diuitem patriar- Luc. 16.
cha antè dixisset: Recepisti in uita, quā in carne transegisti, portionem bonorum: atq; eodem modo de mendico dixisset, Et hic in uita malorum & incommodorum participationis munere functus est: & sic deinceps subiecisset de hiatu, quo alteri ab alteris discluderentur, magnā quandam doctrinā, certamq; ac stabilē sententiā per hæc uerba orationis significare uideretur. Hæc autē sententia, mea quidē opinione, talis est: Ab initio uita humana simplex & uniformis erat. Simplicem aūt & uniusmodi dico eam, quę in solo bono animaduertitur, & nullius mali cōmunione permixta est. talem autem opinionē prima lex diuina testimonio suo comprobat, quæ quum omnibus quidem bonis, quæ erant in paradiso, hominem abundè frui & uti permisisset, ab illo solo prohibebat, cuius, quum malum cum bono contemperatum esset, commixta ex contrarijs erat natura: mortemq; ei, qui contra hanc legem fecisset, pœnā apposuit. sed homo sponte sua propriaq; uoluntate & arbitrio relicta sorte, quæ à malo integra erat, eam quæ ex contrarijs contemperata erat, uitam adsciuit & amplexus est. Sed non ablq; correctione & emendatione temerarium & stolidum illud consilium nostrum diuina prouidentia reliquit. sed quoniā transgressores legis pœna mortis, quæ legi iudicio latoris & authoris eius apposita erat, necessario consequuta est, posteaquam uitam humanam bifariam partitus esset,

[a] ἀνὴρ ἐπαλλαχοῦθεν αὖθις τοιοῦτος αὖθις ἔσεται ἢ ἐξ ἑκατέρου ἢ ἀμφοτέρων. Daniel Augentius homo non indoctus, qui ante me hunc dialogum edidit, ἀνεκπαιδεύτως ἐξηγούμενος, legere uidetur. ego utrumque lectionem exprimere conatus sum.

[b] Videtur desiderari dictio, ἕκαστα, quā supplendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



esset, & in hanc, quæ per carnem transigitur, & in illam, quæ post hanc extra corpus degitur, non pari interualli modo atq; mensura, sed illam quidem breuissimo quodam termino temporis & spatio circunscripsit, hanc uerò ad æternitatem usq; extendit atq; produxit, ac benigno atq; humano consilio usus, potestatem dedit, ut in utra quis uita uelit, horum alterutrum habeat (bonum inquam & malum) uel per breuem hanc fluxamq; & caducã uitam, uel per illa sempiterna secula, quorum terminus est infinitus. Quum autem æquiuocé dicatur & bonũ & malum, atq; horum utrumq; in duplicem intellectum diuidatur (tum in mentem, inquam, tum in sensum) atq; alij quidam, quod sensui suaue & iucundum uisum fuerit, id loco boni habeant: alij uerò, id solum bonum & esse & nominari credant, quod cogitatione, ac mentis agitatione animaduertitur & consideratur: quibus quidem inexercitata ratio est, ut quid melius sit, considerare non possint, hi per ingluuiem & intemperantiam, in carnali uita eam, quæ naturæ debetur, boni sortem ante tempus constituunt atq; profundunt, nihil in eam, quæ posthac futura est, uitã reseruantes & comparcentes. alij uerò ratione sana ac dijudicatrice suam uitã gubernantes, in hac breui uita per ea, quæ sensum lædunt, contristati atq; uexati in futurum seculum bonũ comparcũt atq; recondunt, ut sibi una eũ sempiterna uita melior sors extendatur atq; prorogetur. Hic igitur, ut mea quidem opinio fert, hiatus ille est, qui non terra discedente atq; diducta fit, sed quem iudicium per hanc uitam in contraria studia atq; instituta diuisum atq; didutctum facit. Nam qui semel quicquid in hac uita suaue ac iucundum est, elegerit, nec pœnitentia ductus stolidum ac temerarium suum consilium corrigit atq; emendat, inaccessum & inuium sibi locum bonorum posthac efficit, quum hanc ineuitabilem, quæ transiri non possit, necessitatem, tanquã barathrum quoddam uastum & inuium, quã transiri nõ possit, aduersus sese foderit. Quamobrem bonum quoq; animæ statum, in quo patientiæ adhletam Sermo requiescere facit, sinum Abrahæ nominasse mihi uidetur. Primus enim hic patriarcha ex ijs, qui olim fuerunt, cum spe futurorum, præsentium commodorum usum atq; uoluptatem commutasse memoratur. qui quidem omnibus nudatus, in quibus ei uita ab initio constitebat, inter alienos conuersabatur, & domicilium habebat, per afflictiones & incommoda præsentis uitæ, eam, quæ speratur, beatitudinem quærens. Vt igitur certam aliquam pelagi partem circunscriptam per abusum quendam, sinum nominamus: ita mihi Sermo nomine sinus immensorum illorum nostrorum bonorum demonstrationem significare uidetur: in quo sinu bono omnes, qui per uirtutem præsentis uitæ cursum conficiunt, quũ hinc soluerint, tanquam in portu non obnoxio fluctuum procellis, animas appulsas ac quasi subductas statuunt. reliquis autem eorum, quæ bona uidentur, eis electio[a] priuatio, flamma animã perurens existit, guttam aliquã ex pelago bonorum, quibus sancti affluunt & abundant, ad consolationem deliderans, & non adipiscens. Porrò quũ linguam & oculum & digitum, reliquaq; nomina ad corpus pertinentia in colloquio incorporeorum animaduertis, si uerborũ sententiam inspexeris cum opinione, quam iam per coniecturã de anima mente conceptam exposuimus, conuenire non negabis. Vt enim concursus elementorum totius corporis efficit naturam uita probabile est, etiam partiũ corporis ex eadem causa compleri naturam. Si igitur anima adest elementis ex corpore dissoluto ad rerum uniuersam naturam relatis atq; reuersis, non modò congeriem & complementũ eorum, quę ad totã coagmentationem constituendam cõcurrerunt, agnoscet, & in eis erit, sed ne peculiarẽ quidem cuiusq; partis constitutionẽ & concretionẽ ignorabit, per quas similiũ particulas elementorũ membra nostra absoluta sint. Quocirca quæ in uniuerso elementorum complemento sit, eam etiã in singularibus esse nullo modo à probabilitate ac uerisimilitudine alienum est. atq; ita si quis spectet ad elementa, in quibus singularia membra corporis insunt ipsa potentia, atq; scripturã dicere arbitretur, & digitum circa ipsam animã esse & oculũ & linguã cæteraq; omnia etiã post dissolutionem cõcrementi, à probabilitate ac uerisimilitudine nõ aberrabit. Si igit singularia mentem

[a] *In uno exemplari, ἀϕαίρεσις, in altero, στέρησις est. utrunq; expressi.*



mentem abducunt ab eo, qui ad corpus referatur, narrationis intellectu, par & cõsentaneum nimirum est, ut etiam modo memoratum infernum, non locum, qui sic nominetur, esse putemus, sed quẽdam uitæ statum incorporeum, qui uideri nõ possit: in quo animã uitã degere, à scriptura docemur. Atq; etiã aliã in narratione, quæ ad diuitẽ & mẽdicum pertinet, certã firmamq; discimus sententiam, quæ magnam cum ijs, quæ scrutari simus & excussimus, affinitatẽ habebit. Facit illum humanis affectibus ac perturbationibus obnoxium, carnisq; studiosum diuitẽ, posteaquã ex sua calamitate se non posse expediri & effugere animaduertit, curã habere eorum, qui super terram eum genere contingebant, quumq; Abraham negasset, eorum, qui in carne uiuerent, uitam prouisionis expertem esse: sed abundè eis propositam esse doctrinam atque institutionem legis ac propheratum: adhuc perseuerare diuitem instantem ac flagitantem, ut ex improuiso & inopinato credibilis eis prædicatio fieret, quæ ab aliquo, qui ex mortuis reuixisset, annũtiaretur. Quę nã igitur in his, inquam, sententia est? Quoniam, inquit, Lazari quidem anima circa præsentia occupata est, & ad nullam earum rerum, quas reliquerat, sese conuertit: diues autem tanquam uisco cuidam, carnali uitæ etiam post mortem adhuc adhærebat: quam nec quum uiuere quidem desisset, penitus exuerat. sed adhuc ei curæ cara & sanguis erat (per hoc enim, quòd rogat, ut illi, qui communione generis eũ contingebant, malis eximerentur, perspicuum est, quòd nondum carnali affectu exolutus erat:) per has, inquit, narrationes existimamus cẽsere Dominum, quòd oporteat eos, qui in carne uiuunt, quàm maximè secundum uirtutẽ uiuendo, quodammodo separari & expediri ab affectu carnis, ne post mortem alia morte rursus opus habeamus, quæ reliquias carnalis gluttinis separet, excernat & expurget: sed tanquam uinculis circum animam ruptis, nulla corporea molestia eam ad sese attrahente, celer & expeditus ei cursus ad bonum contingat. Nam si quis mente carnalis penitus totus redditus fuerit, & omni animi motu atque efficientia in uoluntatibus carnis occupetur: is nec si extra carnem quidem euaserit, ab affectibus ac perturbationibus eius recedit, sed quemadmodum illi, qui in fœtidioribus locis diutius commorati sunt, nec si in purum quidem, suauem & amœnum aerem transierint, integri ac uacui sunt ab illo ingrato & iniucundo odore, quem propter diuturniorem in eo commorationem contraxerunt: ita ne tum quidem, quum carnalis uita, cum subtili & inuisibili commutata fuerit, fieri possit, quin carnis amantes prorsus attrahant aliquid ex graueolentia atq; fœtore carnali. Vnde grauior eis dolor existit, quum ex huiusmodi circunstantia anima magis materialis euaserit. Videtur autem aliquo modo cum huiusmodi opinione conuenire atque conuenire, quod sæpenumerò à nonnullis dicitur, conspici uidelicet circa conditoria atq; repositoria corporum umbratilia quædam spectra mortuorum. Nam si reuera ita sit, argumentum est, animam ultra modum nunc in hac uita fuisse erga carnalẽ uitam affectam, adeò ut ne carne quidem extrusa planè ab ea uelit auolare, neque concedere, ut absoluta figuræ ad id, quod conspici non potest, & formæ expers est, transmutatio fiat: sed circa speciem post quam species dissoluta fuerit, etiã nunc maneat, & quum iam extra eam euaserit, desiderio materiæ locis oberret, circumq; ea uersetur atque uagetur. Ego uerò paululum commoratus, repetita sentẽtia eorum, quæ dicta erant: uidetur, inquam, mihi, ex ijs quæ modò dicta sunt, existere quiddam contrarium ijs, quæ de affectibus ac perturbationibus antea excussa atque examinata sunt. Nam si ea, quæ cum brutis est, cognatione, tales in nobis animæ motus effici putantur quales superior enumerauit oratio, iram uidelicet & metum, & cupiditatem, & uoluptatem, cæteraq; eiusdem modi: atque dictum est, bonum quidem horum usum, uirtutem esse, per prauum uerò, uitium existere: adiecit item oratio quum cæterorum ad eam uitam, quæ cum uirtute transigeretur, contributionem & adiumẽtum, tũ quòd per cõcupiscẽtiam ad Deũ tollimur atq; erigimur, ueluti catena quadã ex inferiori loco sursum ad eum attracti: uidetur nimirum, inquam, aliquo modo oratio sibi contraria esse atque proposito aduersari.

[a] *Hos 16. fere uersus in Augustano reperi apographo hoc loco insertos: sine quibus hic locus cõstare uix poterat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quo pacto hoc dicis, inquit magistra. Quoniã omni rationis experte, inquã, motu post purgationem in nobis extincto, ne concupiscendi quidem uis prorsus erit: qua deficiente, nusquam boni desiderium fuerit, quum nullus eiusmodi motus animæ relictus sit, qui excitet ad appetitum bonorũ. At aduersus hoc, inquit, illud dicimus, quòd speculandi ac dijudicandi uis, propria est eius animæ partis, quæ Deo similis est, quoniam etiam diuinum numẽ per hæc comprehendimus. Si ergo uel nunc adhibita cura atque diligentia, uel posthac per ignis purgationẽ anima nostra libera fuerit ab ea coniunctione, qua cum ratione carentibus affecti bus coaluit atque concreuit, nulla re ad boni & honesti contemplationem impedietur. bonum autem & honestum eam uim ex sui natura habet, ut quicquid in illud intueatur, id ad se quodammodo attrahat. Si igitur anima ab omni uitiositate pura fuerit, in bono & honesto prorsus erit. Bonum autem & honestum ex sui natura numen diuinum est: cum quo per puritatem anima coniunctionem habebit, quippe cum proprio cohærens atque coalescens. Si igitur hoc acciderit, non amplius cupiditatis motu opus erit, qui nobis præeat ac dux sit ad id, quod bonum & honestum est. Nam qui in tenebris uitam degit, is lucem desiderauerit. qui si in lucem peruenerit, eaq; frui ac potiri cœperit, concupiscere atque desiderare desinet. Facultas enim atque potestas potiendi atque fruendi uanam & inutilẽ efficit cupiditatem. Quocirca per hęc nullum detrimentum accidet ad boni participationem, si rursus ad se ipse anima reuersa, ac plene se ipse noscens qua natura prædita sit, & uelut in speculo & imagine per propriam pulchritudinem ad principalem respiciens, à talibus motibus libera fuerit. In hoc enim uere licet dicere, plenam & absolutam esse diuini numinis similitudinem, nempe si anima nostra quodammodo superam rerumq; uniuersarum præsidem naturam imitetur. Nam natura quæ superat omnem intellectum, procul ab ijs, quæ in nobis cernuntur, sita, alio quodam modo suam exigit uitam, & non quemadmodum nos nunc, dum uiuimus, agimus. Nam homines quidem propterea, quòd prorsus in motu semper natura est, quocunque impetus uoluntatis inclinauerit, illò rapimur: quum non similiter anima ab anteriore sui parte (ut aliquis dixerit) atque a posteriore affecta sit. Nam spes quidem præcedit motum, qui ulterius tendit atque progreditur: memoria rò excipit atque subsequitur motum ad spem progredientem. ac si quidem ad id quod natura bonum & honestum est, spes animam ducat, iucundum quasi uestigium, memoriæ imprimit motus uoluntatis: si autem ab eo, quod melius & præstabilius est, aberratum & offensum fuerit, quum simulachro quodam pulchritudinis spes animam deceperit ac frustrata fuerit, quæ rem actam consequuta fuerit, recordatio, pudor efficitur. Atque ita bellum hoc intestinum in anima conflatur, memoria aduersus spem pugnante, quòd male uoluntati præierit. [b] Nam eiusmodi quendam animi sensum aperte indicat affectus pudoris, quum pœnitẽtia tanquam flagello quodam inconsultum ac temerarium impetum perstringens & incessens, anima mordetur propter euentum, & in auxilium aduersus id, quod angit & offendit, obliuionem adsciscit. Sed nobis quidẽ propterea quòd boni egẽa est, natura semper fertur atque contendit ad id, quod deest. ac desiderium eius, quod deficit, ipse naturæ nostræ concupiscendi affectus est, qui uel aberrat propter sinistrum iudicium ab eo, quod uere bonum & honestum est, uel etiam consequitur & adipiscitur id, quo potiri bonum est. At ea, quæ superat omnem bonam cogitationem, natura, quæq; super omnem potentiam eminet, ut quæ nullius indigeat earum rerum, quæ circa bonum & honestum intelliguntur, quum ipsa sit bonorum plenitudo, neque tanquam particeps alicuius boni & honesti in bono uersetur, sed ipsa sit ipsius boni & honesti natura (quodcũque tandem etiam bonum & honestum esse mens ponit) neque sperandi motum in se admittit (spes enim ad id, quod non adest, duntaxat adhibetur: quod autem quis habet, quur etiam

[a] Scholion. *Ne de omnibus hoc eũ dixisse existimes: sed de illis, in quibus paruæ quædã uitiosæ uitæ fuerint reliquiæ, quæ propter infirmitatem carnis uenia dignæ sint: à quib. animæ purgari aiũt: quemadmodũ etiam alij quidam patres cẽsent: in quibus est etiam Dionysius Areopagita: item Diadochus Photicæ episcopus. Nisi enim ita intellexerim, & omnibus aliis doctoribus, & sibi ipsi contraria dicentem ostendemus. Dicebat enim antehac inuium & inaccessũ peccatoribus esse bonorũ usumfructum. atque etiã cũ diuinis uerbis pugnare demonstrabitur, quibus ostenditur illorum pœnã fine carere. Erit igitur peccatoribus, eorũ bonorum, quæ iustis recondita sunt, ususfructus experti bus, abolita uitiositate, desiderium boni.*

*Memento suprà dictorum.* [b] Scholion. *Reprehendit & incusat memoria quidem spem per reputationem & æstimationem actorum. Spes autem fraudem ad defensionem producit, ut quæ ab eo, quod bonum & honestum appareret, decepta sit, ideq; pro eo, quod uere bonum est, elegerit.*



etiam speret? inquit diuinus apostolus:) neque reminiscendi ac recordandi efficientia ad rerum scientiam, opus habet. Quod enim uidetur, recordatione non indiget. Quoniam igitur diuina natura supra omne bonũ est, ac bono bonũ prorsus amicũ est: idcirco quũ seipsam intuetur, & quod habet, uult, & quod uult, habet, nihil externum in se admittẽs. Extra eã autẽ nihil præterquã sola uitiositas est, quæ (etsi dictu absurdum & à uulgari opinione alienum est) in eo, quod non est, suũ esse habet. [a] Non enim ulla alia generatio uitiositatis est, quàm eius, quod est, priuatio. Quod autem propriè est, boni natura est. Quod igitur in ente non est, in eo quod non est, prorsus est. Postquam igitur anima quoq; segregatis omnibus uanis rijs naturæ motibus, Deo similis effecta fuerit, atq; superata cupiditate in illo fuerit, ad quod olim à cupiditate erigebatur & incitabatur, non amplius consistendi locum in se dat, neque spei, neque recordationi. Nam quod quidem sperabatur, habet: occupatione autem fruendorum bonorum, memoriam à mente remouet ac missam facit: atque ita uitam superam & excelsam, informata diuinæ naturæ proprietatibus imitatur, adeò ut nihil aliud ei relinquatur, præterquam dilectionis affectus, qui naturaliter ei quod bonum & honestum est, adhæret. Id enim dilectio est, animo, uidelicet, insitus habitus & affectus ad id, quod placet atque cordi est. Quum igitur simplex & uniformis ac planè similis Deo anima facta nacta fuerit illud uere simplex & materiæ dolicq; expers bonum, quod solum reuera dignum quod diligatur & amabile est, quum adhæret eidem, tum unà commiscetur atque contemperatur, per dilectionis motum & actionem ad id quod semper & comprehenditur & inuenitur, se formans, atque id per similitudinem boni euadens, quod eius, quod participatur, atque percipitur, natura est. quum autem in illo cupiditas non sit, propterea, quòd nec ullius quidem boni defectus in eo sit, consequens fuerit, etiam animam, quum eò euaserit, ubi rei nullius egestas est, ex se se ejicere quoque concupiscendi motum atque affectum. qui tunc duntaxat existit, quum non adfuerit id, quod desideratur. Talis autem doctrinæ atque sententiæ diuinus quoque nobis apostolus author est. Quum enim omnium rerum, quarum nunc in nobis boni quoque causa, studia uigent, abolitionem & quietem quandam atque sedationem & finem futurum ante denuntiasset, solius dilectionis & charitatis terminum non inuenit. Nam prophetiæ abolebuntur, inquit, & cognitiones & scientiæ quiescent, & finem habebunt: charitas autem ac dilectio nunquam excidit. quod perinde est ac si dixisset, semper eadem est. quinetiam quum fidem ac spem unà cum charitate atque dilectione permanere diceret, rursus eam etiam illis præfert atque præponit. neque iniuria. Nam spes interim mouetur, dum non licet frui atque potiri ijs rebus, quæ sperantur. Et itidem fides sustentaculum ac firmamentum est incertitudinis earum rerum, quæ sperãtur. Nam & ita eam definiuit, quum diceret: Est autem fides rerum, quæ sperantur, substantia. Quum autem uenerit id, quod speratur, alijs omnibus quiescentibus, charitatis ac dilectionis efficientia manet, quippe quum non inueniat, quod eam excipiat, & in locum eius succedat. Quamobrem etiam uniuersarum actionum, quæ cum uirtute perficiuntur, atque etiam legis præceptorum principatum tenet. Si igitur ad hunc finem aliquando anima peruenerit, aliarum rerum non erit egena, quippe rerum nimirum uniuersarum plenitudinem complexa: [b] per quam solam quodammodo ipsius diuinæ beatitudinis in se se conseruare insigne uidetur. Nam & uita superæ naturæ charitas atque dilectio est, quoniam quod bonum & honestum est, prorsus ab ijs, qui id cognoscunt, dilectione dignum habetur. cognoscitur autem id ab numine diuino: notitia uerò in dilectionem conuertitur, propterea quod natura bonum & honestum est id, quod cognoscitur. Id autem quod uerè bonum & honestum est, à petulanti atque proterua satietate non attingitur. porrò satietate dilectionis habitum & affectum ad id, quod bonum & honestum est, non interrumpente, diuina uita semper per charitatem ac dilectionẽ exigetur. quæ uita, quum natura bona atq; honesta est, tum erga id, quod bonum

[a] Scholion. *Sunt nõnullæ, quæ dicuntur ab externis, in eo, quòd fiant, essentiã habere, non in eo, quòd facta sint: quẽadmodũ umbram corporũ. hæc enim remota caussa efficiẽte euanescit, nõ sicut substantiæ remotis etiam caussis efficientibus manent. talis etiam uitiositas in eo, quod fit & agãtur, duntaxat essentiã habet. quod idẽ cum eo est, quod non est.*

2. Cor. 13.

Heb. 11.

[b] *Locus corruptus in uno apographo est, ὧι γὲ ἀοιδοῦ μόνου ἀὐτοῦ: in altero, ὧι εἰ ἀοιδοῦ μόνου ἀὐτοῦ. ego lego, ναὶ δ' ὁ, uel, ἀλ' ὁ ἀοιδὸς μόνος ἀὐτοῦ, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



bonum & honestum est, dilectionis affectu natura prædita est, ac terminum & satietatem diligendi actionis non habet, quoniam nec boni & honesti quidem aliquis finis deprehenditur, ut unà cum fine boni & honesti charitas atque dilectio quoque desinat. Nam solo contrario bonum atque honestū terminatur atque finitur. Cuius autem boni ea natura est, quæ deterius non admittat, id in infinitum & indeterminatum usque progredietur. Quoniam igitur cuiusque naturæ ea uis est, ut affinia, propria atque cognata attrahat: propinquum autem quodammodo atque coniunctum Deo genus humanum est, quippe ferens in se nimirum imaginē principalis figuræ: necessarium planè est, ut anima trahatur ad id, quod diuinum simul atque cognatum est. (Oportet enim usquequaque penitus ac prorsus Deo suum reseruari:) sed si quidem leuis, expedita, atque syncera fuerit, & nihil redundantiæ superfluitatisq; in se habuerit, nulla corporea molestia eam premente, iucundus ac facilis ei ad attrahētem accessus fit. Si nautem affectionis clauis ad eum habitum, qui cum materialibus coniunctus est & affinitatem habet, adfixa fuerit: quale quiddam terræmotu collapsis ædificijs, corporibus mole atque aggere oppressis atque obtritis accidere par ac uerisimile est (ponatur autem exempli gratia, non solùm ea grauata esse molibus, ruina atque labe locorum, uerumetiam uerubus quibusdam, aut clauis & lignis in ruinis & aggeribus inuentis traiecta atque transfixa esse:) Quod igitur ita affecta corpora sufferre uerisimile est, dum, ut parentetur eis ac iusta exequiarum persoluantur, à propinquis & necessarijs ex labe atque ruina extrahuntur: (lacerabuntur enim prorsus dilaniabunturq;, & quam atrocissimè acerbissimeq; tractabuntur, aggere simul & clauis ea, propter uim attrahentium dilacerantibus:) eiusmodi quoddam incommodum circa animam quoque mihi accidere uidetur, quum humanitate mota diuina potentia ex rationis expertibus & materialibus quod suum est, attrahit ruinis. Nec enim odio ac uindicandæ prauæ uitæ causa, mea quidem opinione, Deus ijs, qui peccauerint, dolorem facientes adhibet affectiones: qui & apprehendit & uindicat & ad se trahit quicquid ipsius gratia prouenit in rerum naturam: sed ille quidem meliore animo atque consilio ad sese, qui omnis beatitudinis fons est, animam attrahit: ex necessitate autem ei, quod attrahitur, accidit illa affectio acerba, ac quemadmodum illi, qui auro materiam immixtam per ignem expurgant, non solùm id, quod adulterinum est, igne liquefaciunt, sed omnino necessarium est, ut purum quoque una cum adulterino, improbo atque corrupto liquefiat: atque hoc consumpto illud manet: eodem modo planè necesse est, ut dum uitiositas purgatorio igni absumitur, anima quoque, quæ cum uitiositate unita est, in igni sit, donec id, quod insersum est, adulterinum, materiale atque fucatum & corruptum totum aboleatur igni consumptum: item quemadmodum si cui funiculo lutum tenacius altè penitus circunlinatur, deinde per quoddam anguſtum foramen initium funis trajciatur, ac uiolenter aliquis introrsus ab summitate funem attrahat, omnino necesse est, ut funis quidem sequatur attrahentem, lutum uerò circunlitum ex uiolenta tractione, extra foramen manear à sune detersum & abrasum, eiq; causa existat, ut cum eo in transitu non commodè agatur, sed uiolentam sufferat ab attrahente extensionem: tale quiddam mihi uidetur circa animam quoque cogitari atque intelligi oportere,[a] eam uidelicet materialibus atque terrenis affectibus inuoluram laborare atque distendi, dum Deus quidem quod suum est, ad sese trahit, quod autem alienum est, propterea quòd cum anima quodammodo coaluerit, uiolenter abraditur & abstergitur, acresq; ei atque intolerabiles affert dolores. Ergo iudicium, inquam, diuinum, ut uidetur, non ex causa principali atq; præcipua cruciatum adhibet ijs, qui deliquerint: sed illud quidem, ut oratio demonstrauit, bonum duntaxat, dum id à malo secernit & eximit, & ad cōmunionem beatitudinis attrahit, operatur: diuulsio aūt coalitionis & coagmentationis ei, quod trahitur, dolorem facit. Idem inquit magistra, ego quoq; sentio: & quòd pro quātitate uitiositatis, q̄ in unoquoq; fuerit, cruciatus ac doloris modus adhibeatur.

[a] *Locus corruptus utrobiq; uidetur.*



adhibeatur. Non enim par est utrunq; tum eum, qui in malis uetitis tandiu uersatus sit, tum eum, qui in mediocria delicta quędam inciderit, per purgationem uitiosi habitus ex æquo discruciari atq; dolere: sed pro modo ac quātitate materiæ, uel longiore uel breuiore temporis spatio illa flāma dolorifica quādiu fuerit id, quod eam alat, accēdetur. Cui igitur magnum inhæserit onus materiale, in eo necesse est magnam ac diutius durantem esse flammam, quæ materiam eam consumat. in eo uerò, cui minori spatio temporis ignis ille consumens admouetur, tantum de uehementiore atq; acriore operatione pœna remittit, quantū, quod ad modū uitiosi ratis attinet, subiectū fuerit deminutū. Oportet enim penitus ac prorsus aliquādo malū eximi ex eo, quod est, &, quod in superioribus dictū est, id quod reipsa non est, ne esse quidem omnino. Quoniam enim ea uitij nequitiæq; natura est, ut extra uoluntatem & arbitrium nō sit, quum omnis uoluntas & omne arbitrium in Deo fuerit, ad absolutam atque perfectam & extremam abolitionem & interitum uitiositas redigetur, ut nullum eius receptaculum relinquatur. Sed quod lucrum & operæpretium est, inquam ego, huius bonæ spei, reputanti, quantum sit malum, uel annuum solum sustinere cruciatum. quòd si usque ad æternum quoddam interuallum intolerabilis ille dolor prorogetur, quænam ex posterius futura spe consolatio relinquitur ei, cui ad totam æternitatem pœnæ modus ac mensura redigitur? [a] Itaque prouidendum fuerit, ut uel penitus & in uniuersum ab inquinamentis uitiositatis integra atque omnis contagionis expers anima conseruetur: aut si id propter affectus & uitia, quibus natura nostra obnoxia est, nulla ratione prorsus expediri ac fieri potest, ut in quam maximè mediocribus quibusdam curatuq; facilibus delictis consistant uirtutis incommoda atque detrimenta. Nouit enim euangelica doctrina & decies mille talentorum, & quingentorum denariorum, & quinquaginta, & quadrantis alicuius (quod in moneta extremū est) quendam debitorem: ac iustum Dei iudicium omnia persequi, proq; magnitudine æris alieni prorogare & extendere necessitatem [b] solutionis, ac ne minima quidem despicere ac præterire. Solutionem autem debitorum non ex pecuniarum decisione ac dissolutione fieri Euangelium dixit, sed tradi tortoribus obseratim, donec soluerit, inquit, quicquid debet (quod nihil aliud est, nisi per tormentum necessarium æs alienum soluere. debitum, [c] inquam, participationis rerum tristium & acerbarum, quarum participationis per tempus uitæ debitor factus est, quum meram contrarijque admixtione non temperatam uoluptatem consilij stabilitate expetiuit atque elegit) atque ita ubi quicquid à se alienum est, id est, peccatum deposuerit & abiecerit, pudoremq;, quem ex debitis contraxerat, exuerit, in libertate simul & fiducia uersetur. Porrò libertas est, assimilatio & exæquatio cum eo, quod Dominum non habet, ac sui iuris & in sua potestate est: quæ libertas ab initio quidem nobis à Deo data est: sed unà cum pudore ob debita contracto in occultum sese abdidit atque recessit. Omnis autem libertas una quædam natura secumq; conueniens, coniuncta atque cognata est. Consequenter igitur quicquid liberum est, cum sui simili copulabitur atque coniungetur, porrò uirtus Dominum non habet. Ergo in hac uersabitur quicquid liberum fuerit. Dominum enim libertas non habet. Atqui diuina natura omnis uirtutis fons est: in hac igitur erunt, qui à uitiositate expediti ac liberati fuerint, ut, quemadmodum inquit apostolus, Deus sit omnia in omnibus. Hæc enim uox quæ dicit, & in omnibus, & loco omnium esse Deum, apertè ac planè confirmare mihi uidetur aptè excussam ac disquisitam sententiam. Nam quum uita, quā in præsentia transigimus, uariè pariter ac multifariam à nobis exigatur, multæ quidem res sunt, quarum participes sumus, ut temporis, ut aeris, ut loci, cibiq; ac potus, ut regumentorum, ut solis lucernarumq;, ut aliarum rerum multarum ad usum uitæ necessariarum: quarum rerum nulla Deus est. beatitudo uerò, quæ expectatur, nullius quidem harum rerum egena est, omnia autem nobis, locoq; omnium erit diuina natura, ad omnē usum ac necessitatē illius uitæ sese cōuenienter & aptè impartiens.

[a] *Videtur hìc aliquid desiderari, ac sequentia uerba non Gregorij, sed Macrinæ esse, ijsq; ad eum locum, Quid igitur oportet, &c.*

[b] *ἀπαιτήσεως habetur: ἀπεῖδεν, malim legere.*

[c] *Locus corruptus uidetur utrobiq;.*

1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca



impartiens. Atq; id planum ac manifestum est ex sacris oraculis, quòd Deus & locus existit ijs, qui digni sunt, & domus, & indumentum, & cibus, & potus, & lumẽ, & diuitiæ, & regnum, ac quicquid uel mẽte concipi uel nominari potest, quod no bis conferat & conducat ad bonam uitam. Porrò qui omnia existit, etiam in omni bus existit. [a] Atq; in hoc mihi uidetur perfectum & absolutum interitum uitiosita tis ac nequitię tradere scriptura. Si enim in omnibus rebus Deus erit, uitiositas ne quitiaq; nimirum in rerum natura non erit. Nam siquis uitiositatem etiã & nequitiam esse posuerit, quomodo seruabitur ea sentẽtia, qua dicitur, quòd in omnibus Deus sit. Illius enim, uidelicet uitiositatis nequitiæq; exemptio atq; subtractio, imperfectam ac non plenam efficit omnium comprehensionẽ. Verum qui in omnibus erit, in ijs quæ non sunt, non erit. Quid igitur oportet dicere, inquam, ad eos, qui calamitates & incommoda paruo ac demisso animo ferunt? Dicamus ad eos, inquit, magistra, Heus uos, frustra uos afflictatis & excruciatis atq; offendimini & angimini serie necessariæ rerũ uicissitudinis & consequentiæ, ignorãtes ad quod nam propositum atq; consilium singulatim res quæq; referantur, quæ in uniuersitate administrantur. quoniam oportet omnia ordine ac uicissitudine quadam secundum artificiosam creatoris & authoris sapientiam, diuinæ conciliari atq; contungi naturæ. Nam idcirco ratione prædita natura prouenit in rerum naturam, ne diuitiæ diuinorum bonorum otiosæ atq; inutiles essent: sed quasi uasa quædam & libero arbitrio prædita animarum receptacula ab sapientia, quæ condidit & constituit rerum naturam uniuersam, parata sunt, ut esset aliquod uas & conceptaculum capax bonorum, quod semper accessione eius, quod infunderetur, maius esti ceretur. Huiusmodi enim est diuini boni participatio, ut maiorem atq; capaciorẽ faciat eum, in quo existit, dum ad potentiæ magnitudinisq; incrementum sumitur ab recipiente, ut semper crescat is, qui alitur, & nunquam crescere desinat. Nã fonte bonorum continenter & indesinenter scaturiente atq; manante, natura participantis, quia nihil ex eo, quod sumitur, excremẽtosum & inutile est, dum quicquid influit, suæ magnitudini adijcit, simul & ad attrahendum quod melius est, aptior, & ad id capiendum spatiosior fit, utroq; inuicem altero una cum altero crescente, tum uirtute, quæ alitur propter copiam & abundantiam bonorum in maius proficiente, tum ui alimentorum suppeditatrice unà cum incremẽto atq; profectu crescentium abundante. Est igitur uerisimile in eam euasuros esse magnitudinem, in [b] qua nullus terminus interrumpat & impediat incrementum. Et quũ talia nobis proposita sint, indignamini, si per ordinatam certamq; uiam quò destinauit, natura nostra progreditur: Non enim aliter ad illa cursum nobis intẽdere atq; instituere licet, quam si id, quo grauamur, hoc molestum, inquam, ac terreum onus, ab anima nostra excusserimus, [c] ut per meliorem curam ac diligentiam expurgati atque expiati ab ea, quam in hac uita cum illo onere habuimus, cõuenientia, cõiunctione atq; consensu, per puritatẽ cum simili possimus conciliari atq; coniungi. Quòd si aliqua tibi etiã ad hoc corpus affectio est, & angit te ac malè habet, quòd disiungeris ab eo, quod diligis: ne hoc quidem spẽ tibi adimat. Videbis enim corporeũ hoc amiculum, quod nunc morte dissolutum fuerit, ex ijsdem rursus contexi atq; componi non hac crassa grauiq; textura, sed ad aeriam tenuitatem atq; subtilitatẽ filo recõcinnato atq; refecto, ut & adsit tibi, quod diligis, & in meliori atq; amabili magis pulchritudine denuo restituatur. At uidetur, inquam, ex serie atq; continuatione dictorum nobis doctrina resurrectionis quodammodo in orationẽ irrepsisse. [d] de qua mihi non dubitandum quidẽ esse uidetur, quin uera & ex doctrina scripturarum credibilis & explorata sit: sed quoniam humanæ mẽtis infirmitas rationibus, quas capere possimus, magis quodãmodo ad huiusmodi aliquid credendum

[a] Scholion. *Ergo etiam in dæmonibus & hominibus pecatoribus erit. et ubi iustitia? si illi quoq; æquè atque iusti bonũ assequentur? Sed nõ similiter, dixerit aliquis, sed & longè diuersa ratione. Vbi enim ponemus supplicij pœnas ignem, qui non extinguatur? uermem, qui nõ emoritur, et similia? atque adeò in duas partes æquales dissectionem? quod nihil aliud esse opinor, quàm à Deo seiunctũ atq; remotum esse. Ergo in omnibus quidẽ glorificabitur & adorabitur Deus, sed his quidem regno fruẽtibus, illis uerò supplicijs sufferentibus.*

*Nã nisi hoc demus, et cũ diuina scriptura, et cũ alijs patribus, atq; adeò secum pugnantem doctorem ostendemus.*

*Ostenditur enim alibi supplicium æternum docuisse, & quòd nullũ aduũ peccatores habeant ad bona iustorum. At quid dicimus alibi? etiam in præsenti dialogo, ut in antè dictis cognouimus. Aut igitur secundum modò dictum intellectum proposita intelligere oportet: aut quòd hæc ab adulteratoribus ac deprauatoribus quibusdam ueritati non credentibus interposita sint, alioquin absurdus uidebitur esse doctor. quod dictu importunum est. Ergo illo sensu prorsus accipienda præsentia sunt. Lege cætera memento priorum.* [b] ἐφ' ὧ, habetur, ego lego, ἐφ' ᾧ. [c] Locus corruptus, aut certè admodum dura & aspera structura. [d] Suprà 6. ca. 1.



dendum confirmatur, haud alienum fuerit, ne hanc quidem partẽ indiscussam & inexplicatã præterire. Quid igitur dicere oporteat, uideamus. Ac magistra, Qui à nostra quidem, inquit, philosophia alieni sunt, in diuersis opinionibus alius aliter ex parte quadã de resurrectione doctrinam attigerunt, nec planè cum nostris sentientes, nec penitus ab huiusmodi spe aberrantes. Nam nonnulli [a] quidem rẽ communicando contumelia afficiunt, ac dehonestant humanũ genus, eandẽ animam censentes inuicem tum hominis tum ratione carentis ac bruti fieri animalis, alia post alia subinde corpora induentem, & ad id, quod placeat, semper transeuntẽ uel uolatile, uel aquatile, uel terrestre animal post hominẽ fieri, ac rursus ab his ad humanã redire naturã. Alij [b] uerò etiã ad frutices eiusmodi deliramentũ extendunt, ut etiã arboream ac ligneam ei uitã conuenientem atque commodatam esse putent. Nonnullis [c] uerò hoc solum uidetur, uidelicet, quòd ex homine semper alium hominem inuicẽ sumat, & per easdem omni tẽpore humana uita exigatur atque regatur: quũ nunc quidem in his, rursus itẽ in alijs eædem in perpetuũ animæ sint. Nos autem cõmodissimum esse censemus, ut ab ecclesiasticis sententijs atq; decretis exordientes, ijsq; quasi fundamentis nixi, tantũ duntaxat de opinionibus eorum, qui hæc philosophico more tractauerunt, accipiamus, quantũ satis sit ad demonstrandum eos aliquo modo conuenire cum doctrina resurrectionis. Nam quòd dicunt, animã, postquam à corpore disiuncta fuerit, rursus penetrare & insinuare se in aliqua corpora, non admodũ discrepat ab ea, quam speramus, resurrectione. quoniam & nostra quoq; scriptura dicit, ex elementis mundi & nunc constare nostrũ corpus, & in posterum conflatũ & constitutum iri: & idẽ externis philosophis placet. Non enim aliunde conflari corpus excogitare possint, quàm ex concursu elementorum. Differentia autem & controuersia in eo consistit, quòd à nobis quidem dicitur, idem rursus circa animã eandem cõcrescere corpus, quod ex ijsdem elementis coeat & coeinnetur: illi uerò putant, ad alia quædã corpora, tum ratione prædita, tum rationis, atque adeò sensus expertia animam redigi atq; transire, quæ quidem corpora, quin ex partibus mundi conflentur, non dubitatur, nec de eare controuersia est: sed in eo dissensio est, quòd illi non putant ex ijsdem partibus ea conflari, quæ partes ab initio in carnali uita animæ adhæserant. Ergo ueri quidem non absimile esse, quòd anima rursus in corpore existat, externæ philosophiæ testimonio comprobatum esto. Quòd autem eorum doctrina consistere non possit, tempestiuum fuerit dispicere, atque per eam, quæ ex recta ratione nobis existit, consequentiam, quoad eius fieri potest, ostendere ac declarare ueritatem. Quænam igitur hisce de rebus oratio est? Quibus ad diuersas naturas animam transire atque migrare placet, hi mihi proprietates naturæ confundere uidentur: omneisq; res inter sese confundere atque commiscere: ratione carens, ratione præditum: sensu præditum, sensu carens: siquidem hæc inuicem aliud in alio sint: nullo naturæ [d] quasi carcere & claustro immutabiliter alterum ab altero direpta. Nam eandẽ animam dicere nunc quidem & ratione & intelligentia atq; cogitandi uí præditam per talẽ quẽdam corporis amictum fieri: rursum uerò cum reptilibus in cauernis latitare, aut cum auiculis congregari, aut farcinas gestare, aut crudis carnibus uesci, aut submersam esse, aut etiã in sensu carentẽ naturã degenerare, ut uel radices agat, uel arbor euadat, ramorũq; germina producat, & in his uel flos, uel spina, uel aliquid nutriẽdi uí præditũ, uel noxiũ fiat atq; euadat: nihil aliud est, nisi omnia idẽ esse putare, unamq; in rebus uniuersis esse naturã, in confusa quadã & indistincta atq; indiscreta cõmunione secum commixtã, nulla proprietate alterum ab altero secernẽte. Qui enim dicit idẽ in uniuersa natura rerum fieri, nihil aliud, quàm omnia unum esse uult, ea, quæ in rebus uniuersis apparet, differẽtia nullo modo earum rerũ, quibus inter se nulla cõmunio est, permixtionẽ impediẽte: ut necesse sit, ut etiamsi aliquam bestiam uenenatam & carniuoram uideat, sui generis atq; cognatũ sibi putet id, quod uidetur. neq; cicutam quidẽ is tanquam alienã ab sua natura aspiciet: si quidem etiam in plantis cernit humanam naturã: ac ne tali

[a] φέρουσι οὖν, ita utrobique, est utrobique, ego lego, φέρουσιν.

Greg. Nyssenus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quidem suspicione de ipso racemo carebit, qui racemus ad usum uitæ producitur. etenim is quoq; de genere germinum, stirpium ac plantarum ex terra enascẽtium atq; prouenientium est. germina autẽ etiam nobis sunt fruges spicarũ, quibus nutrimur. Quomodo igitur falcẽ admouebit spicis secandis? quomodo itẽ exprimet racemum? aut ex aruo spinã effodiet? aut florẽ decerpet? aut aues uenabitur? aut ex lignis rogum accendet? quum incertũ sit, ánne cognatis, aut parentibus, aut populariburs manus afferantur, & per eorum corpus uel ignis accendatur, uel crater tẽperetur, uel cibus paretur? Nã si quis putet, animã hominis per unũquodq; horũ plantã uel animal fieri, ac nulla apposita esse signa, quibus notetur, qualis quidem sit ex homine planta uel animal, quale itẽ id, quod aliter factũ sit: aduersus omnia pariter & eodẽ modo, qui eiusmodi persuasionẽ præceperit, affectus & animatus erit, ut etiã necessariò, uel aduersus eos quoq; qui in rerũ natura uiuunt homines, asper & immitis sit, aut si quidem natura aduersus propinquos & populares ad humanitatem propensus & inclinatus est, eodem modo aduersus omne animatũ affectus sit, siue id inter reptilia siue inter feras fuerit. quinetiã si in syluã arborũ peruenerit is, qui hanc doctrinã amplexus sit, cœtũ atq; conuentũ hominum arbores existimabit. Quæ nam ergo uitæ ratio est eius, qui uel aduersus omnia propter necessitudinem ac propinquitatẽ, quã subesse putet, pius, officiosus, ac solicitus: uel etiã aduersus homines, propterea quòd inter eos cæteras q; res nihil interesse existimet, asper, immitis, inhumanus & inofficiosus sit? Ergo ut ex iã dictis apparet, reijcienda fuerit eiusmodi oratio atq; doctrina, multis etiã alijs rebus haud immerito nos abducẽtibus ab huiusmodi opinione. Nam audiui ex ijs, qui talia tradũt, quòd nationes quasdã animarum esse ponãt, in peculiari quadã ciuitate, antequã ad corpoream uitã deueniant, uiuentes: quæ in tenui atq; agili sua natura unã cum reuolutione atq; conuersione uniuersitatis uagentur atq; oberrent. propensione uerò quadã ad uitium atq; nequitiã, quasi defluentibus pennis animas intra corpora redigi, primùm quidẽ humana, deinde eodẽ modo propter consuetudinẽ rationẽ carentium affectuũ ac perturbationum, postquam è uita humana excesserint, in pecora degenerare, atq; inde usq; ad hãc plantarum sensúq; carentem uitã delabi, adeò ut natura tenue atq; agile, sic ut anima est, primum quidem ponderosum ac deorsum uergens efficiatur in corpora humana propter uitium atq; nequitiam immigrans: deinde ratione prædita ui extincta in ratione carentibus uitã degere: illinc uerò sensuum quoq; dono adempto, hãc plantarum uitã, quæ sensus expers est, inuicem susc ipere, ac postea rursus per eosdem gradus ascendere, & restitui in locum cœlestem. Atq; eiusmodi doctrina ab ijs, qui uel mediocriter exercitato iudicio fuerint, ex seipsa facilè deprehenditur, nullum in sese stabile firmamentũ habere. Nam si à cœlesti uita propter uitium & nequitiã ad ligneam uitã anima detrahitur: ab ea uerò rursus propter uirtutem ad cœlestem recurrit, reperitur eorũ oratio dubitare, quid præstabilius magisq; præferendũ putet, ligneam ne, an cœlestem uitam. Circuitus enim & quasi orbis quidã est, qui per similia peragitur atque conficitur, anima semper, ubicũq; fuerit, nullũ firmũ, certumq; consistendi locum habente. Nam si ex incorporea uita ad corpoream delabitur, & ex illa ad eã, quæ sensu caret: itemq; illinc rursus ad incorpoream recurrit: nihil aliud nisi indistincta atq; indiscreta tum malorũ, tum bonorum confusio ab ijs, qui hæc tradunt, fingitur & existimatur. Neq; enim cœlestis uita in beatitudine permanebit, siquidem uitiositas illic uiuentes inuadit: neq; ligna ac stipites uirtutis expertes erunt: si quidem hinc ad bonum recurrere, illinc uerò uitiosæ uitæ initium sumere animã putãt. Nam si anima, quæ unà cum cœlo uersatur, cũ uitio atq; nequitia conflictatur: ac propter uitiositatẽ ad materialem ac syluestrem uitam detrusa, rursus hinc subuehitur, ut uitã degat in sublimi: res nimirũ inuersa ab illis asseritur atq; affirmatur, nempe quòd materialis quidẽ uita uitiositatis expiatricẽ uim contineat: stellarum uerò inerrantiũ cœlo q; inhærẽtium conuersio atq; reuolutio, rationi alorũ causa atq; principium animabus existat, si quidẽ hinc per uirtutẽ alas adeptæ, sublimes abeunt,

*Aduersus eos, qui dicũt, animas esse corporibus antiquiores.*



abeunt, atq; cœlestia contemplantur: illinc uerò per uitium atq; nequitiam quasi alis amissis, humiles & abiecti fiunt, & ad terrã depressi cum crassitudine materialis naturæ commiscentur. Atq; hactenus nondum consistit eiusmodi sentẽtiarum atq; doctrinarum absurditas: ut in contrarium inuersæ sint opiniones. sed ne hæc quidẽ perpetuò certa stabilisq; eis imaginatio opinioq; permanet. Nã si immutabilẽ dicunt cœlestẽ esse naturã: quo pacto in immutabili passio & affectio locum habeat? itẽq; si affectib. & uitijs obnoxia est inferna natura, quo pacto in eo, quod affectibus obnoxium est, passionum atq; affectuũ uacuitas & abolitio confici atque expediri potest? Verum permiscent ea, quæ misceri non possunt, atq; uniunt ea, quibus inter se nulla communio est, in affectione immutabilitatẽ: in mutabili rursus passionũ & affectuum abolitionem & uacuitatẽ imaginantes. ac ne in his quidem semper permanent ac perseuerant: sed unde animã per uitium & nequitiam deduxerunt, illò rursus eam tanquã in tutã & immortalem uitã ex materiali reducunt, quasi obliti quòd uitiositate [a] grauata illinc quasi pennis amissis inferæ commixta naturæ sit. Itaq; obtrectatio & uituperatio huius uitæ cœlestiũq; ac superorum laus inter sese confunduntur & cõmiscentur, quippe quum illa quidẽ uita, quæ malè audit & infamia laborat, boni (ut illorum opinio fert) author & dux sit: quæ autẽ pro meliore habetur, propensionis ad malum ansam & occasionem animæ det. Quocirca ejicienda ex doctrina ueritatis omnis falsa pariter & instabilis de huiusmodi rebus persuasio est. ac ne illos quidẽ sequamur, quibus animas ex muliebribus corporibus ad uirilem uitam trãsire placet: aut contrà à uirilibus corporibus separatas animas intra mulieres redigi, aut etiã [b] ad uiros ex uiris transire. & ex mulieribus rursus fieri mulieres: sed illos, ut eos, qui à ueritate aberrauerint, missos faciamus. Nam prior quidem opinio, non solùm quòd & instabilis & fallax sit, reprobata est, quum ipsa per sese propter cõtrarias opiniones euertatur, uerumetiam quòd impia est, ut quæ tradat, nihil in rerũ naturã produci, nisi uitiositas principium cuiusq; naturæ det. Nam si neq; homines, neq; plantæ, neque pecora, nisi superne in hæc anima delapsa fuerit, nascuntur: lapsus autem is propter uitiositatem fit, utiq; uitium ac nequitiã præesse putãt rerum creationi. ac circa idẽ quodammodo tempus utraq; accidunt, ut & homo ex nuptijs procreetur, & animæ delapsus cum nuptiarũ studio conueniat & concurrat. Et quod absurdius est, & adhuc magis abhorret à cõmuni sensu atque opinione: uere pleraq; animalia rationis experti natura prædita coeunt & coniungũtur. Ergóne dici potest, quòd uer efficiat, ut superæ quoq; reuolutioni atq; conuersioni uitiositas innascatur? ut contingat simul & animas uitio compleri atq; delabi, & uteros brutorum animantium concipere? Quid autem dixerit aliquis de agricola defectos & auulsos plãtarum surculos in terram defigente? quo pacto manus huius unà cum planta animam humanã terra obruit atque defodit, concurrente cum hominis studio plantãdi defluxione pennarum, quibus anima spolietur? Eadem itẽ absurditas est, etiã in altera opinione siquis putet animas coitus eorũ, qui in coniugio uiuunt, explorare atque rimari, uel pariendi tẽpus obseruare, ut in corpora nascentia sese insinuent. Quòd si uir nuptias recusauerit, mulier item se ab necessitate pariendi liberauerit: an non animã uitiositas grauabit? Quocirca nuptiæ superæ uitiositati ansam & occasionẽ aduersus animas dãt: aut etiã absq; nuptijs affectus aduersus id, quod contrarium est, animã inuadit. Ergo domicilio carens interim & uagabunda anima oberrabit, quum à cœlestibus quidem defluxerit & exciderit, corporis uerò (si ita acciderit) receptaculi expers sit. Et quomodo deinde per hæc præesse rebus uniuersis diuinum numẽ in animũ inducent, qui huic fortuitæ & ratione carenti animorum delapsioni principia uitæ humanæ assignãt? Prorsus enim necesse est, ut id, quod principiũ cõsequitur, etiã cũ ipso cõueniat. Si enim à casu aliquo temerario uita alicuius initiũ ceperit, fortuitus etiã omnino cursus & exitus eius existit. ac stultè & ineptè atq; absurdè ab diuina potẽtia tales homines res uniuersas pẽdere uolũt, qui nõ uoluntate diuina res mundanas produci ac prouenire dicunt, sed ad

[a] *In exemplari quo usus sum ἀσθενὴς πῖπτουσαν, est: pro quo puto legẽdum, πῖπτουσαν: in altero est, ἀσθενὴς ἐν ταῖς πτέρυξιν ἐπιπτουσαν: utranq; lectionẽ exprimere conatus sum.*

[b] *In exemplari, quo primo sum usus in uertendo, est ἡ ψυχὴ πρὸς ἀνθρώπου, τοιγάρτοι ἐπεὶ τὰ ἄνω, ὡς γυναῖκας ἐν γυναιξὶν γίνεσθαι, &c. in Augustano, quo postea in corrigẽdo sum usus, est: ἡ ψυχὴ πρὸς ἀνθρώπου μεταβολὴν, ὡς γυναῖκας ἐν γυναιξὶν γίνεσθαι. Hanc posteriorem sequor. nã prior etiamsi pro τοιγάρτοι, τοιγάρ, legatur: tamen absurda atq; superflua uidetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



prauum quendam casum referunt principia eorum, quæ nascuntur, quasi uita humana constitui & conflari non potuisset, nisi uitium occasionẽ & initium uitæ dedisset. Quo circa si principium uitæ tale est, consequutia quoque nimirũ sicuti principiũ mouebũtur. Nõ enim aliquis dixerit, ex malo bonũ, neq; ex bono contrariũ. sed prout fuerit seminis natura, ita fructus quoq; expectare solemus. Ergo temerarius hic atq; fortuitus motus omni uitæ præerit atq; præibit, nulla prouidentia per res uniuersas pertinẽte atque permeante. inutilis itẽ prorsus erit rationib. nixa prudentia, cautio atque curæ uirtutis emolumentum nullum: & à uitio integrũ & alienum esse, pro nihilo ducetur. Nam omnia prorsus in potestate temerè rapientis & auferentis fortunæ sita erunt: neque uita quicquã differet à nauibus gubernatore carentibus, armamentorumúe expertibus, quæ fortuitis casibus tanquã fluctibus quibusdã aliàs ad alium bonorum malorumúe casum quasi trajiciatur atque traducatur. Non enim lucrum, quod ex uirtute contingit, inesse potest ijs, quorũ natura ex contrario principium habet. Nã si quidẽ uita nostra diuinitus gubernatur, dubiũ non amplius esse poterit, quin uitiositas uitæ nostræ nõ præsit. sinautẽ per uitium ac nequitiã nascimur, penitus ac prorsus uitiosè ac nequiter uiuemus. Quocirca nugæ ac deliramenta per hæc esse demonstrabuntur post hãc uitã futura iudicia: & pro merito compensatio atque remuneratio, & quęcunq; alia ad tollendã uitiositatem dicuntur & creduntur. Nam qui fieri potest, ut homo nequitiæ uitijq; expers sit, qui per uitiositatẽ natus sit? quomodo item alacritas animi quædã studiumq; ad uitã cum uirtute agendã homini innasci possit, cuius natura à uitiositate, ut aiunt, principium habet? Vt enim nullum ex brutis animalibus hominũ more loqui conatur, ac naturali consuetaq; & in qua innutrita sunt uoce utentia, nihil sibi detrimenti accidisse putãt, si orationis ac sermonis expertia sint: eodẽ modo etiã illi, qui uitium ac nequitiã existimãt esse principium & causſam uitæ, ad expetendã uirtutem, utpote quæ extra naturã eorum sit, adduci non possint. Atqui oẽs qui rationibus animã purgatã habent, uitã, quæ cum uirtute trãsigatur, summo studio appetunt atq; concupiscunt. Ergo per hoc apertè demonstratur, uitiositatẽ uitã antiquiorẽ non esse: neque illinc primã originẽ naturã habuisse: sed uitæ nostræ authorem & causſam esse sapientiã Dei, quæ rerum naturã uniuersam administrat atque gubernat. quũ aũt anima, quemadmodũ creatori placet, in rerũ naturã prouenerit, tũc ad arbitriũ eã eligere, quod placeat atque cordi sit, & quicquid per facultatẽ eligendi arbitrariũ esse uoluerit, id etiã euadere. Hãc aũt sententiã discere possimus ab similitudine oculi, qui ut uideat, quidẽ à natura habet: ut aũt nõ uideat, ex arbitrio ac præcedente uolũtate, uel etiã ex uitio atq; calamitate. pro natura enim aliquãdo fieri potest etiã id, quod præter naturã est, aut uolũtate sua oculos aliquo claudente, aut ex infortunio atq; calamitate usu oculorũ adempto. Ita dici potest de anima, à Deo quidẽ eam conditã atque creatã esse, ac quũ nulla uitiositas circa diuinũ numen animaduertatur, eã extra uitiositatis esse necessitatem. quũ aũt hac conditione creata sit, sua uoluntate atq; arbitrio duci eã, quò uisum fuerit, aut ex libera uoluntate ad bonũ & honestũ oculos claudentem, aut ex insidijs uitæ nostræ cohabitantis hostis, uitium & iacturam oculorũ sustinentem, & in fraudis tenebris uiuentem: aut etiam ex contrario purè in ueritatem intuentem procul à tenebrosis affectibus & uitijs abesse. Quando igitur dicet aliquis eam nasci, aut quomodo? Atque ea quidem quæstio, qua scire desideratur, qua ratione unaquæque res facta sit, ex oratione penitus eximenda est. Neque enim de ijs, quæ nobis animaduersu cognituq; facilia & expedita sunt, quorum perceptionem per sensum adipiscimur, fieri possit, ut ratio scrutatrix & inquisitrix, quomodo id quod apparet, in rerum naturam productum sit, animaduertat atque cognoscat, adeò ut nec spiritu quidem ac numine diuino raptis & afflatis sanctisq; uiris id comprehensibile esse existimetur. Fide enim intelligimus cõposita ac perfecta esse secula uerbo Dei, inquit apostolus, ut nõ ex apparẽtib. ea, quę cõspiciũtur atq; cernũtur, facta esse intelligãtur. nõ, ut opinor, hoc dicturus, si quidẽ p ratiocinatiões, id quæritur,



quæritur, cognosci posse putaret. sed quòd uoluntate quidẽ diuina, tum ipsum seculũ, tum omnia, quæ ex illo facta sunt, composita atque perfecta sint (quodcunque tandem etiã seculum est, cum qua unà intelligitur omnis & uisibilis & inuisibilis creatura:) hoc se credere dicit apostolus: sed quomodo cõposita atque perfecta sint, scrutari atque inuestigare prætermisit. Neque enim arbitror, id quẽquã inuestigãdo assequi atque comprehendere posse, quum multas nobis quæstio de his rebus prima fronte difficultates ac perplexitates ostendat: quo pacto ex consistẽte ac stabili natura id, quod mouetur, extiterit? itẽ ex simplici pariter ac dimensionis interuallicq; experte id, quod & dimẽsionibus interuallisq; obnoxiũ & compositũ est? nunquid ex ipsa suprema natura? at nõ cõceditur neque cõstat, propterea quòd diuersi generis ab illa res cæteræ sint, an aliunde alicũde? Atqui nihil extra diuinã naturã ratio cernit. nã scissa nimirũ ac diuisa esset opinio in principia diuersa, si quid extra causſam effectricẽ esse existimaretur, à quo artificiosa sapientia apparatus ad creandũ sumeret & corrogaret. Quoniã igitur una quidẽ rerum uniuersarũ causſa est, nec eiusdẽ cum suprema natura generis sunt ea, quæ per illã procreata sunt: par [a] nimirum utriusque opinionis absurditas est, siue quis putet ex natura Dei creaturã, siue ex alia quapiã essentia res cunctas in rerum naturã productas esse: aut enim numen quoque diuinum proprietatibus naturæ præditum esse existimabitur, si quidem eiusdẽ cum Deo generis sunt ea, quæ facta atque creata sunt [b], aut aliqua natura materialis extra diuinã essentiã aduersus Deũ introducetur, & cum eo comparabitur, quæ ratione non genitæ proprietatis, cum sempiternitate Eius qui est adæquetur: quòd nimirum etiã Manichæi imaginati, & nõnulli ex Græcanica sapientia eisdem opinionibus assensi pro certa stabilicq; sententia hãc imaginationem habuerunt. Vt ergo maximè effugiamus & euitemus eã, quæ ex utraque parte existit absurditatem in quæstione de rebus uniuersis, exemplo Pauli rationem, quomodo unumquodq; creatum sit, explorare atq; scrutari prætermittamus, tãtum obiter duntaxat indicãtes, quòd motus diuinæ uoluntatis ac destinationis, quum uoluerit, res sit, & uoluntas ad essentiã & effectum redigitur, protinus in naturã euadens: quia quodcunq; diuina potestas sapienter pariter & artificiosè uoluerit, eam uoluntatem uanã, inefficacem & absque effectu esse non patitur. uoluntatis autem existentia atque subsistãtia, essentia est. Quum autem bifariã diuisæ sint res uniuersæ, tum in intellectuale (quod quum mente sola cõstat & intelligens est, tum mente sola atque intelligentia cernitur & comprehẽditur:) tum in corporale: intellectualium quidẽ creatura non uidetur aliquo modo discrepare ac diuersa esse ab incorporei natura, sed esse ex propinquo, quippe quum id, quod uisum & tactum, dimensionem atque interuallum effugit, ostendat. quod utique siquis etiã de suprema natura suspicetur, non errabit. Porrò quum corporea creatura inter eas proprietates, quæ nullã cum diuino numine communionem habent, spectetur atque consideretur: eaq; potissimum magnã illã difficultatem ac perplexitatem rationi ingeneret, quæ ratio perspicere atque animaduertere non potest, quo pacto ex inuisibili extiterit id, quod uidetur? ex eo, quod tactum effugit, solidũ atq; durũ? ex indefinito definitũ? ex eo, quod & quãtitatis, & magnitudinis expers est, id, quod omnino mensuris quibusdã, quæ per quãtitatem intelliguntur, continetur? & quæcunque alia singulatim circa corporeã naturã comprehenduntur (de quibus tãtùm dicimus, quod nihil earum rerum, quæ circa corpus considerantur, per sese corpus est, non figura, non color, non grauitas & pondus, nõ dimensio atque interuallum, non quãtitas: nõ aliud quicquã prorsus eorũ, quæ per qualitatẽ comprehẽduntur, aut intelliguntur: sed unũquodque horũ ratio atque proportio est: horũ aũt inter sese concursus atque unitio, corpus fit.) Quoniã igitur eæ qualitates, ex quibus corpus constat, mente, non sensu cõprehenduntur, atq; intellectuale ac mẽte constãs, menteq; cõprehensibile, numẽ diuinũ est: quid negotij est ø, quod & mẽte cõstat, & intelligẽtia comprehenditur, efficere ea quæ mẽte cernũtur & intelligũtur? quorũ inter ipsa cõcursus corporis nobis generauit

[a] ἀλλ᾽ lego, pro ἀλλ.

[b] Duplex lectio αὐτὴ τὴν κτιστὴν καὶ ὑποστατὴν, et αὐτὴν ἀγαθότητα, utrãq; reddere conatus sum. Rom. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca



naturam. Sed hæc quidem extra propositũ obiter examinata, explicata atq; excussa sint. Quæstio aũt erat, an nõ animæ ante corpora extiterint, & in rerũ naturã, productæ sint: quãdo, & quomodo existant: atq; idcirco eã quæstionẽ, quomodo hæ existerent, ut quã assequi atq; expedire nõ posset, curiosè inuestigare atq; scrutari oratio nostra prætermisit. reliqua aũt secundum ea, quæ antehac examinauimus, ut quæratur, quãdo animæ principia sui ortus & existentiæ habeant: Nã si datũ fuerit, quòd ante corpus in peculiari quadã statione anima uiuat: omnino necesse est, ut absurdas illas sententias & fictas opiniones eorũ, qui propter uitiositatem animas in corpora deduci uolunt, uires habere putemus. Enimuerò posteriorem esse originem animarũ ipsasq; recentiores esse corporũ cõpositione, nemo sana mente preditus in animũ induxerit: quum manifestum ac perspicuũ sit omnibus, quod nihil ex inanimis habeat in sese uim mouendi pariter atq; crescendi. at eorum, qui in utero nutriuntur, neq; augmentum & incrementũ, neq; de loco ad locum motus controuersus & ambiguus est. Relinquitur igitur, ut putemus, unum & idem animæ & corporis constitutionis principium esse. Ac quemadmodum terra si furculum ab radice auulsum, ab agricolis acceperit, arborem inde efficit, nõ ipsa uim augescendi ei, quod nutritur iniiciens, sed incremẽti duntaxat materiam atq; subsidium sibi insito immittens: ita dicimus etiam id, quod ex homine auellitur ad hominis sationem, ipsum quoque aliquo modo animal esse ex animato animatũ, ex eo quod nutritur, id quod nutritur. Quòd si non omneis animæ efficientias pariter ac motus exiguitas furculi auulsi capere potuit, nihil mirũ. neq; enim in semine frumentum, quod quidem appareat, protinus spica est (nam quo pacto tãtum in tantillo locum habere potuerit:) sed terra frumentũ conuenientibus & aptis nutriente alimentis, in spicã frumentum euadit, non immutans in gleba naturam, sed exerens ac prodens, & absolutum ac perfectum sese reddens auxilio [a] nutrimenti. Quemadmodum igitur in nascentibus seminibus incrementum paulatim ad perfectionem progreditur: eodem modo in hominum quoq; formatione atq; constitutione pro ratione ac proportione corporeæ magnitudinis, animę quoq; potentia apparet atque elucet, primùm quidem per uim alendi simul atque augendi ijs, quæ in utero effinguntur, sese insinuans atque innascẽs. post hæc uerò donũ sentiendi in lucẽ productis inducens, atq; ita deinceps quasi fructũ quendã, aucta tã planta mediocriter exerens ac prodẽs ratione præditam uim, nõ uniuersam simul in unum conductam repentè, sed unà cum surgente & excrescente planta, per cõsentaneum & competẽtem progressum atque profectum crescentem & augescẽtem. Quoniam igitur id, quod ab animatis ad materiam & caussam animati constitutionis auellitur, mortuum esse non potest (mortalitas enim per animæ priuationem fit: nõ autem priuatio habitum anticipauerit:) [b] ex his deprehendimus, communem & in unum idemq; tempus collatum ingressum & aditum ad essentiã patefieri ei coagmentationi atque coalitioni, quæ ex ambobus (corpore scilicet & anima) constat & coalescit. neque hoc prius existente, neque illa posterius accedente. Porrò ratio necessariò futurum præuidet, ut aliquando incrementum animarum numeri consistat, nec ulterius progrediatur, ne perpetuò fluat natura, semper per eas, quæ aliæ post alias existant, manans ulterius, ac nunquam moueri desinẽs. Caussam autem quur nostram quoq; prorsus aliquãdo naturam stabilem fieri oporteat, hãc esse putamus: quòd quum omnis natura, quæ sensus effugiẽs mente sola cõprehenditur, in suo complemẽto ac plenitudine consistat, probabile ac par est, humanum quoq; aliquando genus ad finem esse peruenturũ (nam ne hoc quidẽ ab ea natura, quæ nõ sensu, sed mẽte cernitur, alienũ est:) ne semper in defectu cõspici existimetur. Nã aliorũ post alia subinde existẽtium semper accessio arguit naturã esse imperfectã. Quũ igitur genus humanũ ad surã plenitudinẽ peruenerit, cõsistet omnino fluxus hic naturæ motus, quippe necessariũ finẽ assequutus: atq; alius quidã status uitã excipiet, diuersus ab eo, qui nũc p generationẽ atq; corruptionẽ inuicẽ exigit. Vbi eñ ortus & generatio nõ erit, omnino necesse est, ut ne sit quidem

[a] Duplex lectionis uno est, τῆ φύσεως ἀναφορίᾳ: in altero, τῆ προφῆς ἀναφορίᾳ. ego lego, τῆ προφῆς ἀναφορᾷ.

[b] Scholion. Vnde ne redit quidem unquã priuatio ad habitum: ueluti cæcitas ad uisum. cõtrà nãque habitus, priuatione antiquior est, ac solet eum priuatio mutare.



quidem, quod intereat & corrumpatur. Nam si dissolutionẽ compositio præcedit (compositionem autem dicimus, accessum per generationẽ: omnino consequitur, quòd non præcedente compositione, nec dissolutio quidem sequatur. Ergo stabilis quædam, ac dissolutionis expers post hanc futura (prout credere par est) uita præsignificatur, quæ neq; per ortũ, neq; per interitũ immutetur. Ego uerò, quũ hęc magistra exposuisset, ac pleriscq; eorum, qui adsidebant, conuenientẽ fidem oratio adepta esse uideretur, ueritus ne, si ex morbo magistræ humanitus aliquid accideret (quod nimirum etiam accidit) non amplius esset, qui dissolueret ea, quæ ab externis nobis de resurrectione obijciuntur: Nondum, inquam, id, quòd est maximè proprium atq; præcipuum, maximeq; ad rem pertinet ex ijs, quæ circa hanc sententiam atq; doctrinã quæruntur, attigit oratio. Dicit enim diuinitus prodita scriptura, & secundum nouã & secundum antiquã doctrinam, quum natura nostra ordine quodam ac serie per transitoriũ & in orbem redeuntẽ temporis motũ, expedita atq; explicita fuerit, prorsus aliquando fore, ut fluxus quidem hic cursus per successionem & continuationẽ aliorum post alios inuicem existentium & exorientiũ prograediens consistat: complemento autem rerum uniuersarum naturæ non amplius incrementum in maius admittente, uniuersam plenitudinem & cœtum animarum rursus ex inuisibili ac dissipato statu ad eum statum, in quo collectus consistere stabilisq; permanere atq; apparere & conspici possit, rediturum esse, ijsdem elementis, per eandem seriem rursus alijs ad alia regressis. talis autem uitæ status ab diuinæ doctrinę scripturis Resurrectio dicitur, sub nomine eius, quod terreum est, erectionis & instaurationis omni elementorum motu comprehenso. Quid igitur horum, inquit, est, cuius in supradictis mentio facta non sit? Ipsa, inquam, doctrina resurrectionis. Atqui multa, inquit, ex ijs quæ nunc fusè, prolixè atq; copiosè dicta sunt, ad eam pertinent sententiam. An non nosti, inquam, quantum ab aduersarijs de hac spe nobis oppositionum & subiectionum quasi examen inferatur? ac simul dicere conabar, quæcunq; ad euersionem resurrectionis homines cõtentiosi commiscuntur. At illa, opus esse mihi uidetur, inquit, ea, quæ passim ac sparsim ab diuina scriptura de hac sententia atq; doctrina exposita sunt, paucis prius percurrere, ut inde nobis finis orationi imponatur. Audiui igitur diuinis cantionibus Da uidem laudes Dei prædicantẽ, quum sumpta occasione prædicandi ab rerum uniuersarum naturæ digestione & administratione in centesimotertio psalmo circa finem cantionis ita ait: Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum conterentur. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. omnia in omnibus operantem uirtutem spiritus eos, in quibus fuerit, uiuificare dicens contraq; uita priuare eos, à quibus abfuerit. Quoniã igitur recedente quidem spiritu uiuentiũ defectum: accedente autẽ eo atq; præsente eorum, qui defecerint, renouationem fieri dicit: & in ordine orationis, eorum qui renouantur, defectus præcedit, hoc ipso dicimus mysterium resurrectionis ecclesiæ annuntiari, spiritu ac munere prophetico hanc gratiã Dauide prædicente. Atq; etiã alibi dicit idem hic propheta, rerum uniuersarum naturæ Deus, rerum cunctarum Dominus appa ruit nobis, ut constitueremus festum nostrum inter tegentes & ornantes: festum tabernaculorũ fixionis indicãs per eiusmodi uocẽ τὸ πυκασμῶ, id est, tectionis, & ornationis & compositionis. quod olim quidem ex traditione Moysis institutum erat: propherarum, opinor, more futura legislatore prædicente: quũ autem semper fieret, nondum factum erat. Nam præsignificabatur quidem ueritas typicè atq; figuratè, per ænigmata atq; inuolucra eorum, quæ fiebant: ipsum autem uerum tabernaculorum fixionis festum nondum erat: sed hac de caussa iuxta propheticum sermonem Deus summæ rerum ac dominus seipsum ostendit nobis, ut constitueretur humanæ naturæ dissoluti nostri domicilij scenopegia, hoc est, tabernaculorum fixio, quæ rursus per coitionem & concursum elementorũ corporaliter componeretur & ornaretur. Amictum enim & ambitum eiusq; cultum & ornatũ propria significatione uox πυκασμὸς, id est, tectio compositioq; designat. Dictio autẽ

Psal. 103.

Psal. 117.

Universidad de Deusto
Biblioteca



psalmodiæ ad hunc modū sese habet: Dominus Deus & apparuit nobis ad constituendum festū inter tegentes & componētes usq; ad cornua altaris. quibus uerbis per ænigma, hoc est, per inuolucra, & quasi integumenta uerborū prædicere mihi uidetur, unum festum constitui omni ratione prædite creaturę, interioribus una cum eminentibus & excellentibus in cœtu & conuentu bonorum choreas ducentibus. Quandoquidem enim in figurata ac mystica templi fabricatione non omnibus, qui foris erant, permissum erat intra ambitum parietū penetrare, sed ab ingressu prohibebantur quicūq; gentiles, & alterius generis & nationis erāt: itemq; ex ijs, qui ingressi erant, non omnes ex æquo ius ad interiorē locum accedendi habebant, nisi puriore quadam uictus ratione, ac quibusdam aspersionibus essent expiati: ac rursus etiam ex his ipsis nō omnibus internū templum ingredi licebat: sed sacerdotibus duntaxat sacrificandi causſa intra uelū uersandi ius erat: occultus uerò & arcanus templi locus (quē adyton uocant) in quo altare collocatū cornuum quibusdam prominentijs adornatum erat, ipsis sacerdotibus inaccessus erat, præterquam uni, qui sacerdotio præpositus erat: qui semel in anno legitimo quodam certo, atq; solenni die, solus, ut arcanū & reconditum quoddam magis & occultū sacrificium offerret, introibat. Quum igitur tanta esset circa hoc templum differentia, quòd imago pariter ac simulacrū eius, qui mente comprehenditur, status erat, hoc nimirum [a] docente corporali obseruatione, quòd non omnis creatura ratione prædita templo Dei, hoc est, confessioni magni Dei appropinquet: sed qui falsis opinionibus ac persuasionibus seducti sunt, prohibeantur à septis diuinis atq; cancellis. ex ijs aūt, qui per confessionem intrò admissi fuerint, cæteris anteferantur ac præstent, qui aspersionibus, puritate & à uenerijs abstinentia antè fuerint expiati: atq; his illi, qui sacrificijs destinati sunt, exinde iam meliore conditione sint, ut interiorum sacrorū administratione ac præsulatu digni habeantur: [b] sed prout aliquis ad euidentiorem ac magis perspicuā explicationē ænigmatis atq; inuolucri significationem proferre possit: hæc discere licet docente ratione, quòd ex ratione prædi tis uirtutibus aliæ quidē ueluti sanctū altare sint in adyto Deitatis collocatæ: nonnullæ uerò rursus etiā ex his in excellentia conspiciantur cornuū instar prominentes: atq; aliæ rursus circa illas competenti cōsentaneoq; quodam ordine, tum primum, tum secundum locū obtineant: genus aūt humanum propter uitiositatē innatam extra parietum diuinorū ambitum summoueatur: quod ubi conspersorio lauacro expiatum fuerit, intrò muttatur. Sed quoniam hæc in medio opposita septa, per quæ uitiositas nos ab eo loco, qui intra uelum est, dirimit, aliquando soluentur, quum per resurrectionē natura nostra rursus quasi tabernaculum fixa, atq; omnis per uitiositatē innata corruptio, ex rerum natura abolita atq; sublata fuerit, tūc ijs, qui per resurrectionē tecti, ornati atq; compositi fuerint, cōmune festū circa Deū constituetur, ut omnibus una atq; eadē lætitia proponatur, nulla amplius differentia ratione prædita naturā à participatione æqui iuris atq; eorundem bonorū dirimente: sed ijs, qui nunc propter uitiositatē extrà sunt, tandē aliquando intra adyta diuinæ beatitudinis futuris, & cornibus altaris, hoc est, excellentibus supramundanis uirtutibus sese cōiuncturis. quod nimirū apertius dicit apostolus, uniuersitatis cum bono concordiā atq; consensum significans: nempe quòd Philip. 2. Ei omne genu flectetur cœlestiū, terrestriū & infernorū, atq; omnis lingua cōfitebitur, q̄ Dñs Iesus Christus sit in gloria Dei patris: pro cornibus quidem angelicū atq; cœleste genus dicēs, per reliquos uerò eam, quę post illos intelligitur creaturā, nos uidelicet significans, qui omnes in uno cōcordi atq; consentienti festo erimus occupati. Festum aūt est, eius, qui reuera est, tum confessio, tum cognitio. [c] Possunt autē, inquit, alia quoq; multa sanctę scripturæ loca colligi ad commendationē & confirmationem eius, quæ circa resurrectionē doctrina atq; sententia certa stabilisq; habetur. Nam & Hie-

[a] Locus corruptus.

[b] Locus corruptus uidetur.

[c] Scholion. Quale futurū sit festum angelorū & hominum? ut omnes & cōcordabūt gno cœlorum

*concorditer & consentienter unum Deum confiteantur. Ergo circa cognitionem quidem Dei omnes consentiunt peccatores & iusti: uerum tamen non erunt eiusdem status & conditionis (nam ubi iustitia?) sed hi quidem re-fruentur; illi autem, iuxta apostolicam sententiam, ab hoc arcebuntur.*



& Hiezeciel prophetico spiritu omne quod in medio tēpus est, quodq; inter hoc intercedit, interuallum trāsgressus, in ipso articulo ac puncto resurrectionis præno scendi uirtute consistit, & futurum, tanquam iam presens conspicatus narrando oculis subjecit. Campum enim ingentem, & in infinitū & immensum exporrectum atq; patentem uidit, ossiumq; in eo multorum cumulum & aceruum, aliorum alibi; fortuito casu dissectorum, quæ deinde diuina potentia ad cognata propriaq; unà mouerentur, & proprijs conuenientibusq; compagibus inhæresceren: postea neruis, carnibus, pellibus integerentur & operirentur (quod psalmodia, tegerentur sue componerentur & constiparentur per uerbum συνάξεως, dicit) & spiritum uiui ficantem simul & exuscitantem quicquid faceret. Porrò apostoli eorum, quæ circa resurrectionem existant, miraculorum descriptionem, ut quæ expedita, facilis & in promptu legentibus sit, quid attineat aliquē exponere? quemadmodū cum hortatu quodam, & tubarum sono, scriptura dicat in momento temporis mortuos atq; iacentes uniuersos repentè in immortalis naturæ statum immutatū iri. Quinetiam Euangelicas uoces, ut quæ cunctis manifestæ sint, prætermittam. Non enim uerbo solo Dominus mortuos resurrecturos esse dicit, uerumetiam ipsam quoq; resurrectionem repræsentat ac præstat ab ijs, quæ nobis propinquiora sunt, quibusue fides minus abrogari ac detrahi possit, huius mirifici operis initio facto. Nā primùm quidem in mortiferis morbis uiuificam uim demonstrat, iussu ac uerbo abigens affectiones: deinde paulo antè mortuam puellam resuscitat, postea adolescentem, qui iam ad sepulchrū efferebatur, excitatū è loculo matri dat: post hunc, Lazarum, qui iam quatridui tempore mortuus diffluebat & olebat, uiuum educit ex sepulchro, uoce pariter ac iussu uiuificans iacentem: postea suum ipsius hominem clauis ac lancea transfixum tertio die resuscitat, uestigia clauorum ac lanceæ, in testimonium resurrectionis adducentē. De quibus nihil arbitror opus esse dicere, quū nulla subsit ambiguitas inter eos, qui ea, quæ scripta sunt, acceperunt & approbauerunt. Verùm non hoc erat, inquam ego, quod quærebatur. Nam quòd resurrectio aliquando futura sit, & quòd homo incorrupto iudicio sistetur, quū propter scripturarū demonstrationes, tum propter ea, quæ iam antè exquisita atq; excussa sunt, pleriq; audientiū assentientur: reliquū aūt fuerit considerare, an prout est id, quod nunc est, ita etiam, quod speratur, futurū sit? Quod si ita fuerit, fugiendam dixerim hominibus esse spem resurrectionis. Nam si qualia euadunt humana corpora dum uiuere desinunt, talia rursum uitæ restituuntur: nimirum perpetua quædam calamitas ab hominibus per resurrectionem speratur. Quod enim miserabile magis spectaculū fuerit, quàm cùm in extrema senectute, incuruata atq; contracta corpora ad turpitudinē ac deformitatē redacta fuerint? carne quidem eorū tempore consumpta, rugosa aūt & arida cute ossibus adhærente? Etenim [a] neruis, q̄ naturali nimirū non amplius humore imbuantur ac pinguefiant, cōuulsis, & idcirco toto corpore contracto, res quædā infirma ac spectatu miserabilis existit, quū caput quidē in genua inclinatū sit: manus aūt utrinq; ad naturalem quidē usum inualidæ sint, præ tremore uerò semper inuitæ micent ac moueantur. qualia uerò rursus eorū corpora sunt, qui diuturnis ac longinquis morbis extabuerunt? quæ corpora hoc differunt à nudatis ossibus, quòd tenui ac iam consumpta cute obtecta esse uidentur. qualia item eorū, qui aquę intercutis morbo intumuerunt? Quę uerò oratio indecoram eorum iacturam ac detrimentū qui sacro morbo correpti sunt, ante oculos ponere possit? ut eis omnia membra, tam instrumentaria quàm sensoria paulatim putredo progrediēs depascatur? qualia item eorum corpora sint, qui in terræmotibus, uel bellis, uel ex alia causſa quapiam mutilati sunt, & ante mortē aliquo tempore post eam calamitatem acceptam adhuc uiuunt, aut eorū, qui à natiuitate aduerso aliquo casu læsi ac uitiati cum distortis membris adoleuerūt, & ad ætatem perfectam euaserūt, quid opus est dicere? De modò genitis autem infantibus, qui uel exponuntur, uel suffocantur, uel fortuito casu pereunt, quid existimandum est, si rursus tales ad uitā reducantur, utrùm in infantia remanebunt? & quid miserius?

[a] Locus corruptus uidetur.

an ad

Universidad de Deusto
Biblioteca



an ad ætatis modum perfectum euadent? & quali lacte natura rursus eos enutriet? Itaq; si quidē per omnia idem nobis corpus rursum reuiuiscet, calamitas & incommodum est id, quod expectatur. sinautem nō idem, alius atq; is, qui iacet mortuus, erit ille qui resuscitetur atq; resurgat. Nam si iacuit quidem puellus, resurgit autem homo perfectæ ætatis: aut contrà, quo pacto dicere possumus, ipsum qui iaceret, excitatum esse atq; exurrexisse? quum quod attinet ad differentiā ætatis, is qui occidisset, immutatus sit? Si quis enim pro puello, adultum, & pro sene in uigore ætatis ac flore constitutum uidet, alterum pro altero conspicatur: pro mutilato quoq; & aliquo uitio laborante, integrum ac sanum: pro macie confecto, corpulentum: & in cæteris omnibus eodem modo. ne si quis omnia singulatim cōmemorare uelit, molestiam ac tædium orationi inducat. [a] nisi igitur rursus tale corpus reuixerit, quale erat, quum terræ mandaretur: non id, quod mortuum fuisset, resurget, sed in alium hominem terra rursus formabitur. Quid igitur ad me resurrectio pertinet? si pro me alius reuiuiscet? Nam qua ratione ipse me agnouero, si nō cernā in meipso meipsum? nō enim ego reuera fuero, nisi per omnia idem mecū sim? Quemadmodum enim in præsenti uita si cuius memoria teneam figuram: ponatur autem uerbi gratia is esse raro capillo, labijs prominentibus atq; demissis, labeo, naribus nonnihil pressis, albus, cæsijs oculis, cano capillo, corpore rugoso: deinde si quærēs eum incidam in iuuenē, capillatum, adunco naso, nigrum, & in cæteris omnibus, quod attinet ad formæ figuram ac lineamenta, diuersum: nunquid hunc conspicatus, illum esse putabo? Enimuerò quid opus est ualidioribus omissis, minoribus ac leuioribus urgentium & instantiū oppositionibus immorari? Quisnam enim ignorat, quòd flumini cuipiam humana natura adsimiletur, ab natiuitate ad mortē per motum quendam semper progrediens, tunc moueri desinens, quum etiam esse desierit? Porrò motus hic non est de loco ad locum transitus atq; translatio (nō enim natura seipsam excedit:) sed per alterationem ac mutationem progressum habet: at mutatio quandiu id fuerit, quod dicitur, nunquā in eodem manet (nam quo pacto in eodem statu conseruari poterit id, quod alteratur & immutatur?) sed quemadmodum ignis, qui est in ellychnio, prout uidetur quidem, semper idem apparet (cōtinuus enim semper motus, nullo interuallo diductū atq; diremptum, sed eum secum unitū reddit:) reuera aūt ipse sese semper excipiens, nunquā idem manet (humor enim, qui per calorem extractus fuerit, simul & in flammā conuertitur, & exustus, in fumum ac fuliginē redigitur: ac semper alteratiua ui motus flammæ peragitur in fumū ac fuliginem per sese subiectū immutans:) quemadmodū igitur si quis bis simul flammam contingat, nō possit eandem tangere bis (celeritas enim alterationis atq; mutationis nō expectat eum, qui flammā iterum rursus attingat, etiamsi quàm celerrimè id faciat:) sed flamma semper noua ac recens est, omni tēpore nascens, ac semper sepsam excipiens, & nunquā in eodem manens: huiusmodi quidam circa naturā nostri quoq; corporis est. Nam quū tum influēs [b] tum effluens natura nostra per alterandi motū semper & ambulet & moueatur, tunc consistet, quū etiam uiuere desierit: quandiu uerò in uita fuerit, statum & locum consistendi non habet. Aut enim impletur, aut difflatur atq; euanescit & exinanitur: aut per utrunq; in perpetuum prorsus transigitur. [c] Si igitur nec qui natus quidem est, interim dum uiuit, idem est, nec is manet, qui heri fuisset, sed per immutationem alius euadit: quum resurrectio corpus nostrum rursus ad uitam reduxerit, populus quidam hominum prorsus unus euadet, ut nihil absit ab eo, qui resurgit, infans uidelicet, puer, adolescentulus, uir, pater, senex, & omnia, quę inter hæc intercedunt. Porrò quum continentia atq; incontinentia per carnem exerceatur, tum propter pietatem

[a] *Locum mutilus uidetur.*

[b] *Scholion. Id quod influit quidem, per ea bos fit, qui in locū dissipatæ, exinanitæ atq; exhaustæ partis eius, naturæ nostræ adijcitur: quod autē effluit, ab aere amplectēte & alteratiōe, quū tam humida q̄ inaniantur, sa sunt. Vna,* *continente nos fit, qui latēter dissipat & exhaurit haud exiguā naturæ corporis nostri partē. utrunq; uerò fit ab partim quidem cibi alterentur & fiant, in neruo, neruus: in osse os: partim uerò quum omnia, quæ sunt in nobis arida solidaq; corpora ab insito atq; innato calore semper alterentur & immutentur, atq; ita dissipentur & exa-*

[c] *Duplex lectio, quam utranq; exprimere conatus sum: neq; enim quod ad sententiā attinet, multū inter se diuer-*



tatem gratia atq; acerba supplicia sustinentium, tum animi mollitia refugientium hæc atq; uitantium, & per sensum corporeum horum utrunq; designantium: qui fieri potest, ut id, quod iustum est, in iudicio seruetur? aut quum idem nūc quidem peccauerit, postea uerò per pœnitentiam sese expiauerit, ac fortasse rursus in peccatum ac delictum lapsus sit: quum item per naturæ uicissitudinem, tum inquinatum, tum ab inquinatione uacuum corpus immutatum fuerit: & neutrum horum in perpetuum sufficerit atq; duraverit: qualenam corpus una cum intemperante atq; incontinente punietur? utrum id, quod in senectute morti uicinum contractum & incuruatum fuerit? At hoc aliud esset, atq; id, quod peccatum perpetrauerit, an id, quod uitio coinquinatum fuerit? Et ubi senex? Nam aut hic non resurget, & resurrectio non repræsentabitur, nec ad effectum deducetur, sed ineffica erit: aut hic resurget, & iudicium ac pœnam effugiet obnoxius atq; subiectus. Dicam etiam aliquid aliud ex ijs, quæ obijciuntur nobis ab illis, qui hanc doctrinam non approbant. Nihil, inquiunt, ex partibus & membris corporis otiosum & sine aliquo officio atque usu natura fecit. Nam alia quidem uiuendi causſam in nobis ac uim continēt, sine quibus fieri non potest, ut uita, quam in carne transigimus, consistat: ut cor, iecur, cerebrum, pulmo, uenter, & reliqua uiscera: alia uerò sentiendi motui destinata atq; attributa sunt: alia item agendi ac transeundi officio funguntur: alia item ad successionem posterorum idonea atq; accommodata sunt. Si igitur per eadem quidem nobis uita, quæ posthac erit, exercebitur atq; transigetur: ad nihil traductio atq; immutatio fit: sinautem uera est oratio (ut nimirum uera est) quæ neq; matrimonium in ea uita, quæ resurrectionem exceptura sit, amplius locum habere affirmat, neq; cibo ac potione eam uitā, quæ tunc futura sit, conseruari: quis erit usus corporis partium, quum non amplius ea, propter quæ nunc membra habemus, per illam uitam sperentur? Nam si nuptiarum causſa sunt ea membra, quæ ad matrimonium pertinent, quum nuptiæ non fuerint, nihil opus habemus ijs, quæ ad illas parata sunt. Sic ad opus manus, ad cursum pedes, ad sumptionem ciborum os, dentes ad ministerium alimenti, ad concoctionem atq; digestionem uiscera: & ad reiectionem & excretionem eorum, quæ corrupta atq; inutilia facta sunt, meatus illi, per quos ea transeunt & excernuntur. Quum igitur illa non fuerint, ea, quæ propter illa facta sunt, quomodo, cuiusue gratia erunt? ut necesse sit, si quidem circa corpus nō fuerint ea, quæ nihil adiumenti ijs, quæ ad illam uitam pertinent, allatura sint, nihil fore eorum, quæ corpus nostrum nunc constituunt & complent (in alijs enim uita fuerit:) idq; non amplius aliquis resurrectionem nominauerit, quum singularia quæq; membra propter eorū in illa uita inutilitatem, non unà cum corpore resurgant. Sin autem per hæc omnia resurrectio repræsentabitur, & exercebitur, uana nobis, & inutilia ad illam uitam procreabit is, qui resurrectionem exercet atq; repræsentat. Arqui & esse resurrectionem, & non frustra eam esse credere oportet. Ergo orationi diligenter animus attendendus erit, quo per omnia nobis in hac sententia atq; doctrina id, quod probabile & consentaneum est, conseruetur. His à me expositis: Egregiè satis atq; præclarè, inquit magistra, per eam artem, quæ oratoria dicitur sententiam atq; doctrinam resurrectionis aggressus atq; adortus es, probabiliterq; refutatorijs uerbis & argumentis undiq; ueritatem circumeundo tentasti, ut non mirum fuerit, si ij, qui non admodum ueritatis mysterium consideratum atq; perspectum habuerint, aliquo modo per ista uerba atq; argumenta, pro eorum probabilitate atq; uerisimilitudine commoueantur, ac putent nō absurdè neq; abs re ijs, quæ dicta sunt, inductam esse dubitationem. Veritas autē, inquit, nō ita sese habet, etiamsi contrà nō possimus à similibus argumentis officio oratoris in hac disceptatione fungi, sed uera quidē ratio harum rerum in abditis & occultis arcanisq; sapientiæ thesauris recondita conseruatur, tunc in propatulum & apertum uentura, quum reipsa didicerimus mysterium resurrectionis, quum uerbis nobis non amplius opus fuerit, ad earum rerum, quæ sperantur, manifestationē. Sed quemadmodum multas quæstiones de splendore

Universidad de Deusto
Biblioteca



dore solis, qualis is sit, mouentibus ijs, qui noctem peruigilem traducant, radij decor procul duntaxat apparens frustratur, uanamq; & otiosam atq; inutilem efficit propositam disputationē: eodem modo omnis ratio per coniuncturas futurū statum attingens pro nihilo esse ostendetur, quum reipsa experti fuerimus id, quod expectatur. Quoniam autem ex aduerso obiecta nobis argumenta non penitus inexcussa atq; inexaminata prætermittere oportet: ita disceptationem de his rebus disponamus. Considerare atq; intelligere primùm oportet, quò pertineat ac spectet resurrectiōis doctrina, cuiusue rei gratia à sancta scriptura prodita, introducta, & credita sit. Quocirca, prout aliquis definitione quadam talem quæstionē complexus designauerit, ita dicemus: Resurrectio est, naturæ nostræ in antiquum statum restitutio. At in prima uita cuius Deus ipse creator fuit, neq; senectus, ut probabile ac uerisimile est, neq; infantia erat, neq; ea, quæ per uarias infirmitates ac morbos accidunt incommoda, neq; ulla alia molestia atq; ærumna corporea (neq; enim decebat ac par erat, Deum eiusmodi res creare:) sed diuina quædam res erat humana natura priusquam genus humanum uitium appetere cœpisset. Hæc autem omnia unà cum ingressu uitiositatis in nos inuaserunt & irruperunt. Ergo uita uitiositatis expers in ijs, quæ propter hanc acciderunt, uersari nullo modo necesse habebit. Quemadmodum enim per gelu ac glaciem iter facienti accidit, ut corpus eius frigore laboret, aut per calidos radios inambulāti, ut facies ac summa cutis aduratur atq; nigrescat: sin autem extra horum utrunq; fuerit, protinus ab adustione atq; refrigeratiōe prorsus liberatur: ac nulla probabili ratione quispiam requisiuerit id, quod ex aliqua caussa contingit, caussa non extante: eodem modo natura nostra passionibus, uitijs, perturbationibus atq; affectibus obnoxia facta ijs, quæ patibilem uitā necessariò consequuntur, conflictata est: ubi autem ad eam, quæ à perturbationibus, uitijs, passionibusq; uacua est, beatitudinē recurrerit, non amplius conflictabitur ijs, quæ uitiositatem consequuntur. Quoniam igitur quæcunq; ex ea, quæ rationis expers est, uita humanæ naturæ commixta sunt, nō prius in nobis erant, quàm in affectiones ac perturbationes per uitiositatē delapsum esset humanum genus, necessariò relictis affectionibus ac perturbationibus, etiam omnia quæcunq; cum ijs cernuntur, simul relinquemus. Itaq; non rectè nullaq; probabili ratione quis in illa uita quæsiuerit ea, quæ ex affectione ac uitio nobis posterius acciderunt. Quemadmodum enim siquis lacera tunica circundatus, eo amictu nudatus sit, nō amplius in sese abiecti turpitudinem ac dedecus indumenti uidet: eodem modo quum nos quoq; exuerimus mortuā ac turpem illam tunicam ex ratione carentibus pellibus nobis iniectam (Pelles autē audiens, figuram ac habitum ratione carentis naturæ, quo cum affectione ac uitio cōiuncti atq; consociati circundari fuimus, mihi uideor intelligere:) etiam omnia, quæcunq; de rationis experte pelle circa nos erant, unà cum exutione tunicę simul exuentur. Sunt autem hæc ea, quæ sumpsimus à pelle rationis experte: mixtio corporum, conceptio, partus, sordes, mamma, cibus, egestio: quod paulatim fit, ad adultam atq; perfectam ætatem incrementū, summus uigor ætatis, senectus, morbus, mors. Si igitur pellis illa circa nos non erit, quomodo in nobis ea, quæ ex illa extiterunt, relinquentur? Itaq;, quum alius quidam status in futura uita speretur, si quis per ea, quæ nihil cum illa uita cōmune habent, contra doctrinam resurrectionis nitetur, frustra & in uanum laborabit. Quid enim incuruatio & corpulentia, macies & tabes, & abundantia humorum: ac siquid aliud fluxæ corporum accidit naturæ, commune habet cum illa uita, quæ à fluxæ pariter atq; transitoriæ uitæ ratione aliena est? Vnum duntaxat ratio resurrectionis quærit, ut productus homo, uidelicet, per natiuitatem sit: imò uerò ut inquit Euangelium, ut homo natus sit in mundo, longinquitatem autem uitæ, aut mortis ac fati celeritatem, aut modum mortis an taliter uel aliter contigerit, unà cum ratione resurrectionis exquirere, uanum & ineptum est, ac nihil pertinet ad rem. Nam quomodocunq; id sese exempli gratia dederimus habere, in idem omnino res redit, ac nihil refert, quum neq; difficultas & incom-

*ἀφωνια habetur, dicūtur malim legere: quod & expressi.*

DE RESVRRECTIONE.



& incommoditas, neq; commoditas atq; facilitas ex tali differentia circa resurrectionem sit. Nam cum qui uiuere cœperit, uiuere prorsus oportet, ea quæ medio tempore per mortem ei contigerit, dissolutione per resurrectionem correcta atq; emendata. Cæterùm qua ratione aut quando dissolutio fiat, quid hoc ad resurrectionem? Ad aliud enim propositum spectat huius rei consideratio. Verbi gratia, in uoluptate, uel in tristitia atq; dolore aliquis uixit. secundum uirtutem uel uitiosè, cum laude, uel crimini obnoxius: miserabiliter, uel beatè tempus transegit. Hæc enim atq; eiusdemmodi omnia ex mensura modoq; atq; ex genere uitæ deprehenduntur: & quantum attinet ad faciendum actæ uitæ iudicium, necessarium iudici fuerit, de uitio, de factura ac detrimento, de morbo, de senecture, de ætatis uigore, de iuuētute, de diuitijs, de paupertate inquirere atq; scisciari: quo pacto quis per horum unumquodq; uersatus bene an malè uitæ, quam sortitus sit, cursum confecerit, & an multorum capax bonorum, uel malorum fuerit? tempore longinquo, an nec ab initio quidem prorsus horum utrunq; attigerit, quippe nondum mente atq; ingenio perfecto uita defunctus? Quum autem ad primam fabricationem & constitutionem hominis per resurrectionē Deus naturam reduxerit, otiosum, uanum & inutile fuerit talia dicere, ac putare, quod per eiusmodi obiecta argumenta potentia Dei à suo proposito atq; consilio prohibeatur atq; impediatur. Porrò propositum atq; consilium eius hoc unum est, ut omni naturæ nostræ plenitudine singulatim per quosq; homines iam perfecta atq; absoluta, quum alij quidem iam statim per hanc uitā à uitiositate expiati, alij uerò posthac, alij item cōuenientibus temporibus per ignem curati fuerint, alij autem ex æquo boni simul ac mali scientiam atq; experientiam per hanc uitam non habuerint, omnibus proponat participationem & usum bonorum, quæ in ipso sunt, quæ bona Scriptura neq; oculum uidisse, neq; aureis accepisse, neq; cogitationibus & ratiocinationibus assequi atq; comprehendi posse dicit. Id autem nihil est aliud, ut mea quidem opinio fert, quàm in ipso Deo esse: bonum enim quod superat auditum & oculum & cor, id fuerit, quod in superis naturæ rerū præsidet uniuersæ. Porrò differentia uitę, quæ uel cum uirtute, uel cum nequitia uitioq; transigitur, posthac maximè per hoc ostenditur, quòd citius aut tardius quis beatitudinis, quæ speratur, particeps fiet. Nam pro modo unicuiq; insitæ uitiositatis proportione respondens accommodabitur prorsus etiam productio medicinæ. Medicina autem animæ fuerit uitiositatis expiatio: ea uerò sine dolorifica affectione perfici non potest. quemadmodum in superioribus quæsitum atq; ostensum est. Magis autem superfluitatem, ineptitudinem & inconuenientiam obiectorū argumentorum agnouerit, si quis profunditatem apostolicæ sapientiæ contemplatus fuerit. Nam Corinthijs mysterium huius rei declarans quum & illi ipsi eadem forsitan obijcerent, quæ nunc ab illis, qui hanc doctrinam oppugnant, ad euersionem fidei eorum, quæ creduntur, proferuntur, sua authoritate illorum imperitiæ atq; inscitiæ coercens audaciam, ita dicit: Dices igitur mihi, Quo modo mortui resurgunt? quali item corpore uenient? Stulte, inquit, Tu quod seminas, non uiuificatur, nisi mortuum fuerit, & id, quod seminas, non quod nascetur, corpus seminas, sed nudum granum, uterbi gratia, tritici, aut alicuius ex cæteris seminibus. Deus autem dat ei corpus, ut uult. Hic enim mihi os obturare, atq; silentium imponere ijs uidetur, qui proprias mensuras naturæ ignorant, & cum suis uiribus diuinam ex aduerso comparant potentiam: atq; existimant, tantum Deum posse, quantum humanum ingenium capere atq; comprehendere possit: quod autem supra nos sit, etiam diuinam potentiam præcedere atq; superare. Qui enim interrogauerat apostolum, qua ratione mortui resurgerent: quasi fieri non posse censet, ut corporis elementa dissipata rursum ueniant ad concursum: & quum hoc quasi fieri non posset, nec aliud præter id, quod ex concursu confletur elementorum, corpus relinqueretur: more eorum qui subtiliter & callidè differunt ac disputant, per quandam consequentiam ea, quæ proposuerat, oratione concludens, hoc dicit: Si corpus est concursus

*1. Cor. 15.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



elementorum, ac fieri non potest, ut iterum ea coeant & conueniant: quo corpore utentur ij, qui resurgunt? Hoc igitur, quod per artificiosam quandam calliditatem ab ijs connexum & concinnatum uidebatur, stultitiam nominauit, qui non animaduertissent in reliqua creatura præstantiam & excellentiam potentiæ diuinæ. Omissis enim sublimioribus miraculis Dei, per quæ ad dubitationem ac perplexitatem adduci poterat auditor, ueluti, quidnã sit corpus cœleste? aut unde sit? quidnam itẽ corpus solis aut lunæ? aut id, quod in sideribus apparet? quid æther? quid aer? quid aqua? terra? per ea, quæ frequenti consuetudine nobis nota magisq; communia sunt, arguit inconsiderantiam aduersariorum. An nec agricultura quidem te docet, inquit, quòd stultus & ineptus sit is, qui ex modo ac mensura suarum uirium diuinæ potentiæ æstimat excellentiam? unde seminibus ea, quæ nascuntur, corpora? quid item præcedit eorum germinationem? an non mors? Si quidem mors est, compacti atq; coagmentati dissolutio. Nam semen non perueniret ad germinationem, nisi in gleba dissolutum, mollitum & rarum effectum, atq; in plures meatus diffusum fuerit, ut sua propria qualitate permisceatur cũ adiacente humore, atq; ita in radicem & germen transmutetur: ac ne in his quidem maneat, sed in medio enatis geniculis, ueluti quibusdam nodis & uinculis succinctum in culmũ mutetur, ut in figura ardua atq; erecta spicam fruge grauatam ferre possit: ubi igitur hæc, quæ circa frumentum conspiciuntur, erant, antequam id in gleba dissolutum ac diffusum esset? Atqui illinc hoc ortum est. Nam nisi illud prius fuisset, ne spica quidem, nata esset. Quemadmodum igitur corpus spicæ ex semine prouenit, diuina potentia ex illo ipso hoc efficiente, ac neq; penitus idem cum semine, neq; omnino ab eo diuersum est: eodem modo, inquit, mysterium quoq; resurrectionis iam tibi per ea, quæ mirabiliter fiunt in seminibus, præsignificatur, quòd diuina nimirum potentia per suæ potestatis excellentiam non solùm illud dissolutum tibi denuo reddat, uerumetiam alia tibi magna atq; præclara adijciat, per quæ
1. Cor. 15. tibi natura ad augustiorem & ampliorem decorem instruitur & exornatur. Seminatur, enim, inquit, in corruptione: resurgit in incorruptibilitate. seminatur in infirmitate: resurgit in potentia. seminatur in ignominia: resurgit in gloria. seminatur corpus animale: resurgit corpus spirituale. Vt enim posteaquam in gleba dissolutum ac diffusum triticum fuerit, relicta ea, quæ in quantitate consideratur exiguitate, & ea, quæ in qualitate spectatur, figuræ suæ proprietate, seipsum non dimiserit, sed in seipso manens spica euadit, longè plurimùm ipsum sese & magnitudine, & pulchritudine, & uarietate, & figura superans atq; præcedens: ita natura quoq; humana omnibus suis in morte relictis proprietatibus, quas per affectionem ac dispositionem passionibus, motibusq; & animi perturbationibus obnoxiam acquisiuerat, dedecore, inquam, & ignominia, corruptione, infirmitate, ætatum differentia, seipsam non dimittit: sed tanquam in spicam quandam, in incorruptibilitatem immutatur, in gloriam, in honorem, in potentiam, & in omni re perfectionem, & in eam conditionem, ut uita eius non amplius naturalibus proprietatibus administretur, sed in spiritualem quendam, & à passionibus & animi motibus perturbationibusq; immunem statum transeat. Hæc est enim animalis corporis proprietas, ut semper per fluxum quendam & motum ab eo, in quo uersatur, diuersum fiat, & in aliud immutetur. Nam quæ nunc non solùm in hominibus, sed etiam in plantis & stirpibus atq; pecoribus bona uidemus, horum nihil in illa, quæ tunc erit, uita relinquetur. Videtur autẽ mihi per omnia sermo quoq; apostolicus cum nostra de resurrectione opinione concordare, atq; id ostendere, quòd etiam nostra continet definitio, quæ dicit, nihil aliud esse resurrectionem, quàm in antiquũ statum & conditionem naturæ nostræ restitutionem. Quoniam enim in prima origine mundi, hoc à scriptura didicimus, quòd primùm graminis herbam terra produxit, ut in narratione continetur, deinde ex germine semen prouenit: quod
[a] Ita habetur ego lego ita. postquam in terram defluxisset, eadem rursus species eius, quod ab initio prouenerat, enata est: id [a] nimirum diuinus apostolus in resurrectione quẽq; fieri dicit.

Non



Non solùm autem hoc ab eo docemur, uidelicet, quòd humanum genus ad magnificentiorem & augustiorem statum & conditionem immutetur: uerumetiam quòd nihil aliud sit id, quod speratur, nisi id, quod erat in principio. Quoniam enim ab initio non spica ex semine, sed ex illa semen prouenit: postea uerò deinceps semini spica accrescit, consequentia similitudinis aperte ostendit: quòd ubi omnis per resurrectionem nobis beatitudo repullulauerit, in antiquam gratiam atq; decorem restituetur. Quum enim spica quodammodo nos quoq; ab initio essemus, posteaquã æstu uitiositatis exaruimus, exceptos nos terra per mortem dissoluros rursus in uere resurrectionis, hoc nudum corporis granum spicam efficiet proceram, ingentem & copiosam, arduam & erectam, & ad altitudinem usq; cœli pertinentem, pro culmo uel aristis, incorruptibilitate reliquisq; diuinis & augustis insignibus conspicuam & ornatam. Oportet enim, inquit, corruptibile hoc induere incorruptibilitatem. Constat autem quòd incorruptibilitas, & honor, & gloria, & potentia, propria diuinæ naturæ sint. quæ quum prius aderant ei, qui ad imaginem factus est, tum in posterum reditura sperantur. Nam prima spica, primus homo Adam erat: sed posteaquam per introitum uitiositatis in multitudinem natura diuisa est, sicut in spica fructus existit, ita singulatim unusquisq; homo illius spicæ forma nudati & cum terra commixti, rursus in resurrectione in antiquam pulchritudinem renascemur, pro una illa prima spica, infinita millia segetum effecti. Porrò uita, quæ per uirtutem transigitur, in hoc differt à uitiosa uita, quòd illi, qui in hac uita per uirtutem sese excoluerint, statim in perfecta spica apparẽt, quibus autem propter uitiositatem exilis, euanida, adulterina, ignaua, uentorumq; iniuriæ obnoxia uis per hanc uitam in animali semine fuit, quemadmodum ea, quæ κιρκασ-
[a] Scholion Interpretis L. Sisani. Κιρκασ- ὁῖλαι dicuntur ea semina, quæ in cornua bouũ aratorum incidunt inter seminandum: παρὰ τὸ εἰς κέρατα ἐκκεῖσθαι: id est, ab eo, quòd in cornua proiiciantur. Ea autem semina ab agricolis durũ, & immitẽ consectuq; difficilem fructum edere existimabantur. Vnde per trãslationem, durũ, contumacem, pertinacem, audacẽ, ὁῖλαι [a] id est, dura atq; immitia dicuntur, talium rerum periti nasci dicunt: hi etiamsi per resurrectionem nati fuerint, [b] magnam duritiem & seueritatem iudicis experientur, ut qui nimirum non ualeant excrescere & surgere ad formam spicæ, & eadere illud, quod eramus antequam in terram delapsi essemus. Porrò curatura atq; remedium, quod adhibet is qui germinibus præest, hoc est, ut nimirum zizania simul ac spinas colligat, quæ unà cum semine enatæ fuerint, omni ui radicem subtus alente in adulterinam naturam transfusa: quibus rebus accidit, ut & genuinũ ac germanum semen non nutriretur, & idcirco, quod ab eo germine, quod præter naturam iuxtà enatum esset, suffocaretur, nihil unquam perfecti producere posset. Posteaquam igitur quicquid nõ syncerum ac germanum, sed adulterinum & alienum est, ex eo, quod syncerum est, ac uim nutriendi habet, euulsum & ad interitum redactum fuerit: atq; ignis id, quod naturale non est, absumpserit: tunc etiã horum natura copioso nutrimento accepto grandescet, ac fructum producere maturabit per eiusmodi curam longo tandem circuitu temporum cõmuni specie, quę ab initio nobis à Deo impressa atq; attributa est, recuperata. Beati autem, quibus per resurrectionem nascentibus protinus simul perfecta atq; absoluta spicarum pulchritudo exorietur. Hæc autẽ dicimus, non quòd ulla corporalis in resurrectione differentia apparitura sit in ijs, qui cum uirtute, uel uitio nequitiaq; uitam transegerunt: ut alium quidem, quod ad corpus attinet, imperfectum putemus: alium autẽ perfectionem habere existimemus. sed quemadmodum per hanc uitã & uinctus & solutus simili quidem ambo corporis habitu sunt, multum autem inter utrunq; quantum ad uoluptatem & dolorem attinet, interest: eodem modo puto in futuro posthac tempore differentiam bonorum pariter ac malorum æstimari oportere. Nam perfectio cõporũ ex semente renascentium cum in corruptibilitate pariter ac glo-



ἀδομιτῦ & intractabilem, νεφαλόεν appellãt: qua uoce utitur etiam Plato libro nono de legibus in principio. Porrò causa, quur ea semina duriora cæteris & immitiora nascantur, frigus esse existimatur: quòd ea temerè abiecta magis, q̃ seminata terra minus operiantur, atq; ita frigori exposita sint: & ut calor teneritatis & mollitiei: ita frigus duritiei causa putatur. Vide Plutarchũ Conuiualiũ lib. 7. quæstione secunda. [b] Altera lectio mihi nõ minus probatur: scilicet agricolæ insuper opus habent curatione, & altura atq; correctione, ut uix tandem conuenientibus & iustis temporibus surgant atq; excrescãt ad formam spicæ, & euadant illud, quod eramus, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ria, cum honore ac potentia futura dicitur ab apostolo. harum uerò rerum diminutio, non corporalem quandam renati mutilationem significat, sed uniuscuiusq; eorum, quę per bonum intelliguntur, priuationem simul & alienationē. Quoniam igitur alterutrum circa nos prorsus esse oportet eorum, quæ per oppositionē intelliguntur, uel bonum, uel malum: perspicuum est, quòd, quum aliquis non in bono uersari dicitur, prorsus eum in malo uersari demonstratur. Atqui circa uitiositatem non honor, non gloria, non incorruptibilitas, non potentia est. Prorsus igitur necesse est, ut circa quem hæc non sint, huic ea, quæ ex opposito intelliguntur, adesse nō dubitetur, infirmitatem scilicet, ignominiam, corruptionem: & quæcunq; eius generis sunt, cuius in superioribus scriptis mentionem fecimus, quum diceremus, quòd ij, qui ex uitiositate contracti sunt animæ morbi atq; affectus, quum per eam totam diffusi coaluerint, & cum ea uniti fuerint, eiusmodi euadūt, ut difficulter tolli atq; aboleri possint. Talibus igitur cura conuenienti expurgatis & expiatis, quic quid in meliorem partem intelligitur, inuicem & in locum eorū succedet, incorruptibilitas, uita, honor, gratia, gloria, potentia: & siquid aliud eiusdem modi uel in ipso Deo, uel in imagine eius (quæ est humana natura) cerni coniicimus & existimamus. Ei gloria in secula. Amen.

# GREGORII EPISCOPI NYSSENI DE HISTORIA SEX DIERVM, QVIBVS MVNDVS A DEO CREATVS EST:

*quam historiam Græci à numero dierum, quibus opus perfectum est, ἑξαήμερον appellant.*

VVR hæc facis, ô homo Dei, ut ad audendum non tentanda, & ad eiusmodi res aggrediendū, quas non modò assequi difficile sit, sed, ut mea quidem opinio fert, ne aggredi quidē quisquā possit absq; reprehensione, nos adhorteris? Iussisti enim, ut ex ijs quæ afflatu diuino à magno Moyse in libro De creatione & origine mundi philosophicè tradita sunt, quæ iuxta eam, quæ in promptu est, ac prima sese offert, scriptorum significationem contraria quodammodo esse uidentur, per quandam aptam & conuenientem sententiam in seriem deducam, & secum concordantem ostendam diuinam scripturā: idq; post diuinā illam patris nostri in propositi argumentū commentationem: quam qui nouerunt omnes nihilo secius, quām ea, quæ ab ipso Moyse philosophicè scripta sunt, admirantur, rectè ac meritò, opinor, hoc facientes. Quā enim spica proportionē habet ad granum, quū & ex illo sit, & illud non sit: imò uerò, quū potentia ac usi quidē illud sit, sed magnitudine, pulchritudine, uarietate & forma differat, atq; diuersa sit: eandem quis dicere possit habere proportionē ad magni Moysis uocem, eos, qui à magno Basilio per diligentiorem commentationē suppleti sunt intellectus. Quæ enim ille paucis circumscriptisq; ac definitis uerbis dixit: ex his per sublimem philosophiam à se amplificatis præceptor noster non spicam, sed arborē fecit: sicuti granum sinapis assimilatum regno cœlorum, quod in corde colentis in arborem excrescit: quæ intellectus undiq; suppeditet, & loco ramorum sententijs patula sit, ac pietatis propositō surgat in altum, ut etiā altæ sublimiaq; petentes animæ, quas Euangelium uolucres cœli nominat, in magnitudine eiusmodi ramorum nidos construere possint. Nam ueluti nidus quidam animæ est, de quaq; re in disceptatione posita assensio: quæ instabilem mentis curiositatem, tanquam errabundum quendam uolatum in sese acquiescere facit. Qui igitur fieri potest, ut tali ac tantæ arbori sermonū exiguum nostræ mentis stolonem ex aduerso pangam? Certè hoc quidem nec tu iubes, nec ego



ego unquam cōmittam, ut ex aduerso patris & magistri nostri industriæ laborem nostrum opponā. sed sicut agricolæ mira arte atq; solertia efficiunt, ut in una planta fructus diuersi nascantur: (Modus autem insitionis hic est. ubi exiguum quoddam folium cum cortice, qui basi subest, ex alia arbore detraxerunt, alteri plantæ maiori in aliqua parte eius incisione facta, corticem iniungunt, ut naturali maioris humore insitum illud alatur, & in ramum excrescat:) ita meam etiam ipse sententiam tanquam paruum quoddam folium humori magnæ arboris magistri nostri sapientiæ inserens, intellectibus, quoad eius à me fieri potest inhærescens, & inde nobis suppeditata materia atq; facultate irrigatus, ramus illius euadere conabor. Arbitror enim ego quosdam haud rectè intellexisse sententiam eorum, quæ ab ipso in hexaemeron elaborata sunt: cuius rei gratia, queruntur non perspicuam sibi notitiam solis traditam esse, quomodo post treis dies hoc luminare cum sideribus cæteris instituatur, quasi fieri non possit, ut diluculo & uespero diurnum temporis spatium definiatur, nisi sol prorsus uesperum quidem occidens, oriens uerò, diluculum efficeret. eodem itidem modo duorum etiam cœlorum creationem nō approbant dicentes, etiamsi tertij cœli mentionem faciat apostolus, nihilominus in hac parte dubium manere: propterea quòd, quum in principio unum factum sit cœlum, postea uerò secundum firmamentū, aliud autem cœlum creatum esse [2] uolumini Moysis ascriptum nō sit, demonstrari res non possit, si quis præter hæc duo, etiam tertium cœlum intelligendum putet, quia neq; post firmamentum factum sit aliud, neq; ratio principij aliquid antiquius præterea cōminisci permittat. Nam si in principio factum est cœlum: perspicuū est, quòd ex illo temporis puncto creatio cœpit. Non enim principium à scriptura nominatum esset, si principium aliud se superius haberet. Nam quod ordine secundum est, neq; est: neq; dicitur principium. Atqui etiam tertij cœli, quod in creatione mundi non continetur, Paulus mentionem facit. Ergo etiam hic [b] secundi mentio in quæstione ac disceptatione uersatur. Qui igitur hæc & eiusmodi proferunt, non uidentur mihi considerasse intentionem, consilium atq; propositum patris nostri doctrinæ: qui quum apud tantum populum in cōcione multitudinis innumeræ uerba faceret, necessariò sermonem ad usum hominum accōmodabat. Nam inter tot auditores multi quidem erant, qui uel sublimiores sermones intelligerent: multo uerò plures, qui subtiliorem intellectuum scrutationem & excussionem non assequerentur, homines idiotæ, imperiti & rudes, artifices manuum mercede inopiam tolerantes, sedentario operi quæstuiq; intenti, mulierum item uulgus in eiusmodi disciplinis nō exercitati, & cœtus puerorum, quiq; ætate prouectiores erant. omnes hi sermonibus eiusmodi opus habebant, quibus cum quadam perceptu facili animi delectatione per apparentes creaturas, & ea, quæ in ipsis rebus creatis bona considerarentur, ad cognitionem factoris uniuersarum rerum quasi manu ducerentur. Itaq; siquidem ad propositum magni illius doctrinæ quis exigat & excutiat ea, quæ dicuntur, nihil prædictis deest. Non enim contentiosiorem instituerat orationem, ut qui aduersus eos, qui huiusmodi quæstionibus instarent & urgerent, prompte dimicaret: sed simplicioris uerborum expositionis sermo erat, ut simplicitati audientium accommodatam orationem proponeret, præterquam quòd una cum idoneis ad accipiendum maiora auditoribus quodammodo expositio eius ascenderet, uarias externæ philosophiæ disciplinas obiter ostendens, quæ cùm à uulgo intelligerentur, tum doctrina præstantibus essent admirationi. Quòd si tu, sicut in monte Sinai, multitudine infrà relicta, mente super alios erectus unà cum magno Moyse ad caliginem arcanarum rerum contemplationis: in qua caligine ille res aspectum fugientes uidit, & audiuit ea, quæ proferenda non sunt, ascendere contendis, & necessarium creationis ordinem cognoscere desideras: qua ratione, quum cœlum & terra facta essent, lux quidem diuinum iussum expectaret, quo fieret lux: tenebræ autem etiam absq; iussu essent. item si luci nulla re opus est ad illustrandum aerem subiectum, & ad tempus die ac nocte definiendum: quid opus esset solis fabrica-

[2] *Locus corruptus uidetur.*

[b] *Locus corruptus uidetur, nisi pro ἀκουσίῳ, legas πρώτῳ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



tione: item si in principio cum cœlo terra facta est: quo pacto inconditum esset id, quod factum est. nam condere & facere, nihil, quod ad sensum & significationem attinet, inter se uidentur differre. Si igitur idem est, facere & condere: qui fieret, ut id, quod factum est, inconditum esset: item quæ de humida natura in dubio uersantur, quasi fieri non possit, ut super cœlestem cameram in figura globosa natura fluida resideat. Nam quo pacto humor in conuexo insistere possit, quum omnino necesse sit, ut ab ea parte globi, quæ semper attollatur, ad deuexas figuræ eius partes humor transmanet? qua ratione item, quum subiectum solum instabile sit, stabilitatem in sese habebit semper ab sua basi delabens? quomodo autem non diffundetur ac dissipabitur incitatissima cõuersione positi omnino reijciente & excutiente quicquid insideat? Quinetiam naturam humidam absumi, aduersarijs non probabile uidetur, propterea quòd semper in pari modo conspiciantur collectiones aquarum, tum in fontibus & amnibus, tum in mari & lacubus: præterquã siquit fontes in oppidis, aquã suppeditantes ex aqua pluuia niuali ue per subterraneos meatus manante atq; transiliente scaturiunt, torrentis ue in modum, unà cum aqua superne affluente tum deficiũt, tum crescunt. ubi autem perennis riuus profunditur, quum nulla uel diminutio fiat, uel incrementũ accedat, res ipsa fateri cogit, ac necessariò cõceditur nihil de humida absumi natura. nõ enim probabile est, id, quod absumitur, in eadem perpetuò manere mensura. ac ne ignis quidem, si reuera tum consumendi aquam haberet, in sua mensura absq; incremento quasi nihil à nutrimento adiutus maneret. Fieri enim nõ potest, ut natura ignis ab ea, quę absumitur, materia, nõ augeatur. Si igitur hæc & eiusmodi tu, qui ad omnia sublimia enitens, magno studio inquirens, etiam ea, quæ in caligine Mosaicæ uisionis sita sunt, & ipse uidere, & in conspectum uulgi producere cupis: equidem prudentiæ tuæ author fuerim, ut non alium spectes, sed eam gratiã, quæ in te est, & spiritu reuelationis, qui per orationes se tibi offert, diuinas profunditates perscruteris. Sed quoniam, iuxta apostolicã legem, per dilectionẽ seruire nos inuicẽ alios alijs oportet: atq; laudabilis seruitutis propriũ est ad effectum deducere iussa: quàm fieri potest pauciss imis, oratione tua ad sermonẽ adiutrice fretus, de his quæstionibus quid sentiam & existimẽ, patefacere & exponere conabor. Sed anteq; rem aggrediar, hoc à me protestatũ sit, nos nequaquã cõtraria atq; diuersa tradere ab ijs, quæ ab sancto Basilio de mundi creatione atq; origine philosophicè scripta sunt: ne si ad alteram quidem expositionẽ ex consequentia quadam oratio deuenerit. sed illa quidẽ authoritatem suam obtineãt, & ab uno diuino testamẽto secundas parteis ferant: nostra uerò tanquam in gymnasio quodam coniecturalibus argumentis collecta legentibus proposita sint, nullo quenquã per hæc detrimento contingente, si quid à cõmuni opinione diuersum inter ea, quæ dicuntur, deprehendatur. Non enim pro decreto certaq; ac stabili sententia sermonẽ habemus, ut calumniantibus & obtrectantibus materiã & occasionem præbeamus: sed confitemur nos ingeniũ ac mentem nostrã in propositis intellectibus duntaxat exercere, nõ doctrinã exponere posteris relinquere. Atq; ut cõfligam quidẽ cum ijs, qui de sancta scriptura propositis quæstionibus nos urgent, & quæcunq; ex ijs, quę præceptor noster uerbũ pro uerbo reddens interpretatus est, cum cõmunibus opinionibus non congruere & cõuenire uidentur, ea ne quis requirat à meo sermone. Non enim hoc mihi propositum est, ut patrociniũ ac defensionem aliquã excogitem ijs, quæ primo aspectu contraria esse uidentur: sed permittatur mihi, ut ad arbitriũ ac liberè ad meum propositum accõmodatè excutiã sententiam uerborũ. si quo modo nobis contingere possit, ut auxilio Dei, manente dictione in sua significatione, aptã & consentaneã in creatione rerũ cõmentationẽ excogitemus. In principio fecit, inquit, Deus cœlum & terrã, &c. quæcunq; cõtinet liber De origine mundi. Atq; ea quidẽ, quæ spatio sex dierũ facta sunt, hæc sunt. Oportet aũt opinor, antequã scripta excutiantur, illud in hoc cõmentario non amplius esse cõtroũersum, sed certum ac firmũ, quòd in diuinã natura cum uoluntate potentia cõcurrat, ac modus potentię Dei uoluntas exi-



tas existat. porrò uoluntas sapientia est: sapiẽtiæ autem proprium est, nullo modo ignorare, qua ratione res singulæ fiant. cognitioni uerò potentia quoque cõnexa est. itaq; simulatque cognouit & statuit quid fieri oporteat, etiam effectrix rerum uis concurrit, quæ quod mente conceptum est, ad actionem & effectum deducat, & cognitionẽ atq; decretum nullo modo moretur, sed cõtinenter nulloq; interuallo unà cum uoluntate opus ostenditur & exhibetur. potentia enim simul uolũtas est, & quomodo res fiant antè deliberans, & materias ad existentiam eorum, quæ mente concepta fuerint, curans, conficiens & subministrans: ut simul omnia, quæ à Deo proficisci oportet, ad creandũ cõcurrere intelligantur, uolũtas, potentia, sapientia, essentia rerũ. Hoc quũ ita sit, nemo amplius de materia anxiè poterit scisciari, quomodo & unde quæq; res existat, inquirens: qualia nimirũ dicentes audire licet: Si expers materiæ & incorporeus est Deus, unde materia? qua ratione quantitas ex eo, quod quãtitatis est expers? item ex inuisibili uisibile? item ex eo, quod magnitudinis expers & indefinitũ est, id quod omnino pondere ac magnitudine aliqua atq; quantitate definitur? item reliqua omnia, quæcunq; circa materiã cernuntur, qui uel unde produxit is, qui nihil tale habet in sua natura? Nã una nobis unusq; cuiusq; eorũ, quæ de materia obijciuntur, solutio est, nẽpe, quòd nec potẽtiæ sapiẽtiam Dei, nec potentiam sapientiæ expertẽ esse ponamus: sed hæc alterũ esse cũ altero, & unũ utraq; demõstrari, ut simul & eodẽ tempore cũ altero alterũ conspiciatur. Nam & sapiẽs eius uoluntas potẽtia earum rerũ, quæ efficiuntur, declaratur, & effectrix eius uis, sapiente uoluntate perficitur & consummatur. Si igitur in eodem & circa idẽ tempus & sapientia & potentia est: nec; ignorat, qua ratione materia ad rerum fabricationẽ inueniri possit, nec; facultas ei deest, qua facultate, quod animo conceperit & efficere statuerit, ad opus deducat. sed omnia quũ possit, simul omnia, per quæ materia conflatur, sapienti pariter ac potenti uolũtate ad res efficiendas præmolitus est atq; congessit, leue, graue, solidum & densum, rarũ & tenue, instabile, fluens, molle, durum, humidũ, aridum, frigidũ, calidum: colorẽ, figuram, [a] inscriptionem, interuallum & distantiam. quę omnia quidẽ per sese nudæ cogitationes sunt & mentis conceptus, & animi sensa. non enim aliquid horũ per sese materia est, sed quum inter sese concurrerint, materia euadunt. Si igitur excellentia sapientiæ atq; potentiæ omnia nouit & omnia potest, fortassis aliquo modo accedimus ad sublimem uocem Moysis, qui dicit, ἐν κεφαλαίῳ, id est, in summa uel summatim, uel aceruatim (hoc enim Aquila loco τὸ ἀκρῶς, id est, principij edidit) facta esse à Deo cœlum & terrã. Quoniam enim propheta fecit iiborum origines, quo ad cognitionem Dei quasi introduceremur, propositumq; Moysi est, eos qui sensui obnoxij essent, per ea, quæ apparerẽt quasi manu ducere ad ea, quæ sensuum comprehensionem superarent: cœlo autem ac terra definitur ea quæ per uisum nobis cognitio contingit: idcirco tanquam comprehendentia res uniuersas eorum, quæ per sensum à nobis cognoscuntur, extrema scriptura nominauit, ut per hoc, quòd dixisset, amplectentia res cæteras à Deo facta esse, simul comprehenderet quicquid intra extrema illa cõtineretur: ac pro eo, ut diceret, Omnia quę sunt, Deus aceruatim, collectim & una complexione fecit, dixit, In summa, siue in principio fecisse Deum cœlum & terram. Nam una duarum uocum significatio rũ principij tum summæ est. significatur enim æquè per utrunq; τὸ ἀθρόον, hoc est, id, quod una comprehensione summatim collectum, & in unum repentè conductũ & congestum est. nam in summa quidem, comprehensim omnia facta esse ostendit. per principium autem momentum temporis, quodq; interuallo careat, significatur. principium enim ab omni intellectu, quo spatium & interuallum notatur, alienum est: ut punctum principium lineæ: item corporis & molis, ἄτομον, id est, corpusculum solidũ & indiuiduũ: ita etiã momentũ, spatij temporalis initium est. Igitur ea, quæ ab inexplicabili porẽtia Dei una cõprehensione repẽtè peracta est, rerum uniuersarũ cõgestio constitutioq; principiũ, siue summa à Moyse appellata est: in qua rerũ naturã uniuersam conflatã atq; cõstitutã esse dicit: atq; extremitates

[a] τὸ ἐπιζῳωμένον, quid si longas παρηγμένον, id est, circumscriptionẽ, finitionẽ, terminationem?

Universidad de Deusto
Biblioteca



quidem rerū expressit, media uerò unà cū extremitatibus per id, quod tacitū intelligitur, indicauit. Extremitates aūt dico propter sensum humanum, qui neque in subterranea penetrat, neque cœlū peragrat. Quocirca principium mundi originis hoc intelligendū esse suggerit, quòd Deus omniū rerū, quæ sunt, materias & causas & uires comprehensim, in momento tēporis congesserit atque molitus sit, & in primo uoluntatis impetu uniuscuiusque rerū natura concurrerit, cœlum, æther, stellæ, ignis, aer, mare, terra: animalia, plantæ, quæ diuino quidē oculo omnia, quū ratione potentiæ ostenderentur, cernebantur, nimirum ab illo, qui, ut inquit
Psal.138. prophetia, omnia ante ortū ipsorū nouit. Potentiam autē pariter ac sapientiam in unum collatā ad perfectionem & consummationē uniuscuiusque particulæ mundi series quædam necessaria per quendam modum, rationem & ordinem consequuta est, ut unum quiddam eorum, quæ in uniuersitate rerum cernuntur, præcederet, & ante cætera existeret & ederetur, atque ita post illud id, quòd necessariò præcedens exciperet ac sequeretur, secundum hoc item tertium, prout artificiosa
a Locus mutilus uidetur, de sideraricis dictio Alia, quā suppleui. natura cogebat, itemq; quartum & quintum, & reliqua per[a] quandā consequentem uicissitudinē, non temerario quodā casu atque concursione, per quendā inordinatū & fortuitum motū & impetum ita existentia atq; prodeuntia, sed ut necessarius ordo naturæ uicissitudinē in ijs, quæ existunt, requirit: ita res quasque & factas esse ait per formā narrationis de naturalibus sententijs philosophicè tractās, & uoces quasdam Dei imperatrices uniuscuiusque eorum, quæ fierent, præponit, rectè ac Deo conuenienter etiam hoc faciens. Quicquid enim per seriē quandam & solertiam fit, Dei quædam planè uox est: propterea quòd Dei quidē essentiam & naturam, quæcunque tandē ea est, non nouimus. sed quū naturæ insitam & genuinam sapientiam & potentiā animo concepimus, Deum mente concepisse credimus. idcirco quū summa rerū facta est, antequam unūquodque eorū quæ complent & conficiunt summam, per se ostenderetur, caligo rerum uniuersitati offusa erat. Nondum enim ex igni editus erat splendor innumeris materiæ particulis occultatus. quemadmodū etiam silices obscuri in tenebris manent, etsi naturaliter illuminatricem in se uim continent, per mutuam collisionē ignem edentes, quum autem ex ipsis emicuerit scintilla, etiā illæ unà cum splendore huius apparent: ita inuisibilia atque obscura omnia erant prius, quàm illuminatrix natura in apertum ac propatulum prodiret. Quum enim iam aceruatim in uno momento diuinæ uoluntatis uniuersa rerum natura promiscuè & indistinctè creata esset, & elementa inter se omnia mutuò permixta essent, ignis qui passim dispersus esset, nimia ac redundante materia officiente, offuscabatur & obscurabatur. sed quoniā uelox quędam uis eius & agilis est, simulatq; naturæ rerum ad mundi ortum à Deo signum & occasio data est, ante omnem naturam grauiorē emicuit, atque prosiluit, ac statim res uniuersæ lumine collustrabantur. Quod autem per rationem sapientiæ uir
b Locus corruptus: ηφυκτικὸν habet exēplar, legēdum puto, προφανιστικόν. tute creatoris factum est, de hoc à Moyse quasi de imperatiuo [b] sermone Dei mentio fit, dum ait, Dixit Deus, fiat lux: & facta est lux. Nam in Deo, secundū nostram quidem opinionem, opus ipsum, oratio cum ratione coniuncta est: quoniam quicquid fit, ratione fit, atque ratione carens & concursione fortuita contingens atque temerarium nihil quicquam in ijs, quæ à Deo facta sunt, intelligitur. sed credere oportet, unicuiq; rei, etiam rationem quandam sapientem pariter & artificiosam insitam esse, eamq; maiorem, quàm nos cernere possimus. Verbū igitur illud, Dixit Deus, quoniam orationis cum ratione coniunctæ uim significatricem ea uox habet, Deo conuenienter, ut arbitror, intelligemus, si hoc dictum ad eam, quæ creationi insita est, rationem referamus. Ita enim etiam magnus Dauid tales uoces nobis exposuit, quum dixit, Omnia cū sapientia fecisti. Nā uerba quibus creatio rerū fieri imperatur, quæ Moyse quasi diuina uoce prolata perscripta sunt, hæc Dauid eā, quæ in rebus factis spectatur, sapientiā nominauit. Vnde etiā cœlos gloriā
Psal.103.
Psal.18. Dei enarrare dicit, quū uidelicet, id quod in ipsis apparet artificiosum, spectaculū per concinnā, ratā, constantē & aptam conuersionē loco sermonis peritis existat.

Quum



Quum enim enarrare cœlos & firmamentū annuntiare dixisset, dirigit eos, qui dicta crassius & imperitius intelligerent, & fortassis ex enarratione cœlorum uocis sonum, & sermonē articulatū acciperent, per ea, quæ dicit: Non sunt loquelæ neq; Psal.18.
sermones, quorū non audiuntur uoces eorū, ut ostenderetur, quòd ea, quæ spectatur in rebus creatis sapientia, oratio sit, etiāsi non sit articulata. Itē rursus quū Moyses fusioris narratiōis quasdā uoces Dei ad se editas dixisset in illa mirabili editio-
ne signorū, quæ in Aegypto facta sunt, sublimius quàm uulgus existimet, psalmo- Exo 9.10.11.
rū scriptor exposuit, quū dixit, Posuit in eis orationes signorū suorū, & prodigiorum suorū in terra Cham. Nam ratione quadā uim cuiusq; eorum, quæ fiunt, effe- Psal.77.
ctricem ad effectū deduci apertè per hanc uocē psalmorū author significat, quasi non in uerbis oratio sit, sed uis atq; potentia signorum edendorū ita nominetur. Proinde etiā hic præcucurrit quidem, & à rebus cæteris secreta est uis illuminatrix celeritate pariter atq; agilitate naturæ sese ab ijs, quæ diuersæ naturæ sunt, segregans: atq; uniuersum circūfusum splendore collucens per illustratricem uim eius illuminatū est. sed qua ratione natura ignis hæc efficiat, solius Dei est explicare, qui ratione illuminatricē imposuit ei naturæ. atq; hoc per sua scripta etiā Magnus testatur Moyses, dū ait, quod etiā dixerit Deus: Fiat lux: hoc, ut opinor, per ea uerba docens, quòd diuina ratio, quæ omnem præterit humanā cogitationem, lucis opus sit. Nam nos quidem id, quod fit, duntaxat intuemur, & sensu miraculū accipimus. ubi aūt ignis uersans inde repētè enascatur, aut ex collisis silicibus emicās, aut ex alius cuiuspiā materiæ mutua attritione prosiliens. item, quæ uis sit, quæ id, quod comprehenderit, peredat & absumat, aēra uerò flamma illustretᵉ neq; uidere, neq; de ea re aliquam notionem mente concipere possumus: sed rationem huius mirifici, communemq; sensum & opinionem effugientis operis sitam esse dicimus in solo Deo, qui per ineffabilē potentiæ suæ rationē effecit, ut igni lumen innasceretur: quemadmodū Moyses in suo libro testatur, quod etiam dixerit Deus:
Fiat lux, & facta sit lux. & uiderit Deus lucē, quòd esset bona. Solius enim Dei re- Gen.1.
uera est, uidere, quī fieri possit id, quod tā bonū est: nostræ uerò naturæ inopia uidet quidē id, quod fit: rationē uerò, qua fit, neq; uidere, neq; laudare potest. Laus e-
nim est earū rerum, quæ cognoscuntur, non earū, quæ ignorantur. Vidit igitur, in- Gen.1.
quit, Deus lucē, quòd esset bona: & Diuisit Deus lucē à tenebris. Rursus id, quod secundum consequentiā & uicissitudinē naturæ ordine, cōcordia atq; cōueniēa Locus corruptus.
tia quadā fit, ad diuinam efficaciā Moyses refert, docēs opinor, per ea uerba, quòd omnia, quæ per quēdam necessariū ordinem cōsequenter euentura erant, Dei sapientiæ præcognita essent. Nam quū natura illuminatrix, quæ per rerum uniuersitatē dispersa erat, ad res cognatas cōcurrisset, & tota circa sese coacta atq; collecta esset, necessariò quorū luminibus reliqua elementorū materia officiebat, obumbrabantur, eaq; obumbratio tenebræ erant. Hoc igitur, quod cōsequēter deinceps
accidit, ne quis ad casum aliquem temerarium ac fortuitum referret, Dei opus esse Moyses ait, qui eam uim ijs, quæ facta essent, imponeret. Enimuerò quòd & uelox sit & ad supera feratur, & semper se moueat, atq; irrequieta sit ignis natura, cuiuis perspicuum est ex ijs, quæ apparent. quæ autem per hoc principium ex consequenti intelligenda proponantur, historico more à Moyse per formam narrationis simul perscribuntur, dum dicit: Et factus est uesper, & factum est mane. Quis enim b Locus corruptus ualde.
ignorat, quòd, quū creatura in duo genera cogitatione diuidatur, tam in id, quod ratione ac mente percipitur, quàm quod sub sensum cadit: omne studium legislatori nunc sit, non ut exponat ea, quæ mēte ac ratione sola percipiūtur, sed ut ostendat per ea, quæ nobis apparent, eam quæ est in sensibilibus digestionem ac dispositionem? Quoniam igitur ignis, simulatq; rerum uniuersitas cōstituta est, ueluti retulit quoddā ab ijs, quæ diuersæ naturæ erant, elementis emissum, naturali suo motu, quo utpote res leuis, supera petit, ante uniuersas res cæteras exiluit: atq; eodem intellectu, pariūe cōsideratione, sensibili natura superata directò motū promouere nō potuit: quippe quū creatura, quę mēte atq; ratiōe sola percipit, eū sensibilibus,

qualis

Universidad de Deusto
Biblioteca



qualis est ignis, consociari ac permisceri non possit: huius rei gratia ignis, quū ad extremos creaturæ terminos pertenisset, necessariò in orbem redeuntē atque rotundum motū facere cœpit, quūcp ad res uniuersas quidē ferri ab insita naturæ suę ui compelleretur. sed is cursus, qui recta linea fit, locum nō haberet (omnis enim natura sensibilis proprijs terminis comprehēsa est) extremam oram sensibilis naturæ prosperè inibi sese mouendo peragrat: quum, ut modò diximus, natura quæ cogitatione percipitur, cursum ignis in sese non recipiat. Idcirco Moyses motum ignis mente subsequutus, non in ijsdē partibus immorari dicit eam, quæ facta erat, lucē, sed uehemēti suo motu crassiorē rerum naturam ambientē per eū circuitum, tum luce carētibus splendorē, tum illuminatis caliginē inuicem reducere atq; referre. Quum autē secundum interualla tēporum æquabiliter circa inferam regionē ea uicissitudo, lucis, inquam, & tenebrarum, contingat, rursus Deo Moyses imposition̄e nominis diei pariter & noctis tribuit, [a] nihil ex ijs, quæ consequenter facta sunt, temerè casuue fortuito factū esse, aut ab aliquo alio principiū & originē habuisse, in animum inducere atq; cogitare permittēs. Idcirco dicit: Vocauit Deus lucem, diem: & tenebras appellauit noctē. Quum enim uis illuminatrix naturaliter quiescere non posset, quū splendor superam circuli partē percurrisset, & cursus esset circa partē subiectam, necessariò accidit, ut, simulatq; ignis subtercurrere cœpisset, supera pars obumbraretur, crassiori nimirum natura splendori officiēte. Recessum igitur & occasum lucis, Vesperū nominauit: ac rursus quū ignis subiectū circulū percurrisset, superisq; partibus splēdorē reduxisset, id, quod hebat, mane, diluculum ita nominans appellauit [b]. Sed paulum quiddā sermonē repetamus, ut & ea, quæ de diuina scriptura deprompta sunt, ad seriem reddītæ explicationis nos adiuuent. Dixit enim inprimis historiā mundi originis, quòd in principio fecerit Deus cœlum & terram. Per id autē uerbi nos existimauimus scripturam per id, quod continet, etiam id, quod intus sit, ostēdentem significare eam, quę una complexione aceruatim repentè repræsentata est rerum conflationē atq; creationē, nā intra extrema, prorsus etiam media continentur. Extrema autem, quantum attinet ad sensum humanum, cœlum & terra sunt: propterea quòd his hominū usus utrinq; terminatur. Quemadmodum igitur ille, qui dixit: In manu eius fines terræ sunt, unà cum orarum comprehensione media quoq; cōplexus est: ita Moyses etiā materiarum totius mundi congestionem & molitionem per fines indicauit. Adiuuare autem hanc opinionem dicimus ea, quæ in medio posita sunt, uerba. scriptū est enim: Terra autem erat inuisibilis & incōdita: ut ex hoc perspicuū sit, quòd potentia quidem omnia erant in primo Dei motu atq; impetu, quo ad creandum mouebatur, ueluti seminaria quadam ui ad uniuersitatis ortum congesta. sed in effectu res singulę nondū erant. Terra enim, inquit, erat inuisibilis & incondita. Quod perinde est ac si diceret, Erat & non erat. nondū enim circa eam concurrerāt qualitates. Atque hanc sententiam demonstrat esse uerā, quòd inuisibilē eam scriptura fuisse dicit. Quod enim sub uisum cadit, color est. color autē superficialis figura ueluti quoddam defluuium est. figura uerò non est absq; corpore. Si igitur inuisibilis, prorsus etiam coloris expers erat. cum hoc autem unà cōsideratur & intelligitur etiam id, quod figura caret: atq; cum illo, incorporeū. Igitur in ea, quę cōprehensim ac repentè accidit, molitione atque congestione mundi erat quidē terra in rerum natura, sicut etiā reliqua omnia: expectabat autē, ut per qualitatū structurā & compositionem fieret id, quod est. Per hoc enim, quod dicit eam inuisibilē fuisse, scriptura indicat, quòd nec alia quidem aliqua qualitas circa eam animaduersa sit [c]. per hoc itē, quòd eā inconditam nominauit, dat intelligere & innuit eam nōdum corporeis proprietatibus densatam & consolidatā fuisse. Apertius autē is intellectus per Symmachi, Theodotionis & Aquilæ scripturā declaratur, quū unus quidem dicat: Terra autē erat ἀεργόν, id est incultum & illaboratum quiddam, & ἀδιάκριτον, hoc est, promiscuum, indistinctum, rude & indigestum quiddā: alter uerò, κένωμα, id est, uanū & inane quiddā, & οὐθέν, hoc est, nihil: alius autē θὲν & οὐθέν, id est

[a] *Videtur locus corruptus et mutilus, quē coniectura ductus ita reddidi.*

Gen. 1.

[b] *Locus corruptus & mutilus.*

Psal. 94.

[c] *Locus corruptus.*



id est hilum & nihilum. Significatur enim per hæc, prout mea quidem opinio fert, per illaboratum quidem siue incultum, quòd in effectu quidē & actu terra nondū esset, sed in sola potentia ac ui hoc ut esset, haberet: per rude & indigestum, quòd nondū qualitates altera ab altera separatæ essent, ut per sese peculiariter unaquæque qualitas agnosceretur, sed in confusa quadā, indiscreta atque indigesta qualitate ac mole res uniuersæ conspicerentur: quum nō color, non figura, nō corpus, non pondus, nō quantitas, nō aliud quicquā tale per sese secundum propriam rationem in subiecto spectaretur. Atque eandem sententiā nobis indicat etiā Inane & Nihil. Qualitatū enim capacē uim per uocē Inanis significauit, ut per hoc disceretur, quòd conditor rerū uniuersarū qualitatū capacē uim creasset. hæc autē inanis quædā esset, & antequā ea qualitatibus cōpleretur, nihil in sese haberet. Tertium autē uerbū, ut quod ex Epicuri philosophia sit adinuentū, indiscussum & inexplicatū relinquere existimo oportere. Simile enim etiā ille quiddā ait de prima rerū origine, inanibus & uanis nimirum uocibus utens, ac ne commentitiam quidem individuorum corpusculorum naturam per eiusmodi uoces indicans. quod simile est illi, quod dicitur θὲν & οὐθέν, id est, hilum & nihilum. Sed ad cōtinuationē commētationis & explicationis rursus progrediamur, quomodo, posteaquā ignis supremum sensibilis naturæ terminum semel ambiuisset atque lustrasset, cōsequēter firmamētum factum sit, quod cōfinium superarum & inferarum aquarum esse dicit. Nam ego corpus quidem densum & spissum, solidum, resistens ac durum, siue ex quatuor illis unum, siue etiam aliquod aliud præter hæc, quemadmodum externis philosophis uisum est, nullū circa firmamētū arbitror spectari: sed extremitatem sensibilis naturæ, quam natura ignis irrequieta semperq; se mouente ui lustrat & ambit, eam à scriptura firmamentum dici comparatione sempiternæ, incorporeæ, tactumq; effugientis proprietatis. Quis enim ignorat, quòd quicquid solidum & firmum est, per quādam duritiem prorsus densatum & cōsolidatum sit. At quod densum & durum est, à qualitate ponderis & grauitatis uacuū ac purum nō est. quod autem graue est, ad supera ferri natura nō potest. Atqui supra omnē sensibilē creaturam firmamētum est. nō igitur aliquid crassum & corporeum circa ipsum esse putare consequētia sermonis dat. sed ut dictum est, comparatione cum eo, quod cogitatione & mēte percipitur & incorporeū est, quicquid sensibilis generis est, solidum dicitur: etiamsi naturali tenuitate effugiat animaduersionem & usum. Quocirca consequēter quicquid ambitu ignis comprehēsum est (comprehensa est aūt extrema ora materialis naturæ, quæ semel proprio quodam termino circūscripta est) firmamētum quidem propter materialem naturā comparatione superorum appellatum est: cœlum autem ei impositū est nomē: quēadmodum etiam luci nomē diei, item tenebris noctis nomē impositum. Porrò aquarū discrimen atque separatio, quę firmamēto intercedēte fit, nec ab hac opinione aliena, & scripturæ consentanea est. scriptum est enim in consequētia atque continuatione dictorum, posteaquam de terra dixisset, Tenebrę erāt super abyssum, & spiritus Dei ferebatur super aquam. Existimamus igitur quòd tantum ablit, ut spiritus Dei, tenebræ sint, quātum etiā ab omni malo alienus est. Atq; innumeræ de hac sentētia uoces sanctæ scripturę in mediū afferri possunt, quòd & lumen uerum sit Deus, & lumen inaccessum incolat. spiritus autem Dei, natura idem est cū ipso Deo. quòd si una natura Dei & spiritus, atque lumē est Deus, lumē prorsus fuerit etiam spiritus Dei. Porrò lumen efficit, ut in lumine prorsus uersentur illa, super quæ fertur. igitur aqua, supra quam spiritus Dei ferebatur, in lumine prorsus, & à caligine seiuncta erat. quæ autem in tenebris non uersabatur, ne eius quidē, qui illuminaret, prorsus indigebat. Quòd si hæc, prout probabile ac par est, intelleximus: utiq; aqua, supra quā spiritus Dei ferebat, aliquid aliud atq; hæc fluitantium aquarū deorsum uergēs atq; inferū locū petēs natura est: quæ firmamēto ab ea, quæ & grauis est & deorsum fertur, aqua dirimitur & arcetur. Quòd si aqua etiā illud à sacra scriptura nominatur, quo per sublimiorem contemplationem, earum uirtutum, quæ

mente

Universidad de Deusto
Biblioteca



mente ac ratione noſcũtur, plenitudinem & cœtum ſignificari exiſtimamus: nemo æquiuocatione quaſi noua offendatur. Etenim etiã Deus ignis abſumens eſt: ſed à materiali ignis ſignificatione uerbum illud uacuum ac purum eſt. Quẽadmodum igitur quũ Deum ignem eſſe didiciſti, aliud quippiam eum, atque hũc ignem eſſe putas: ita quum de aqua, ſupra quã diuinus ſpiritus ferebatur, audiueris, nõ deorſum uergentem, & in terram defluentem naturã intelliges. Spiritus enim Dei ſuper depreſſa atque inſtabilia non fertur. Enimuerò ut planius à nobis quod ſentimus atque cenſemus, exponatur, breuiter ſententiam eorum, quę dicta ſunt, repetamus, nempe firmamentum, quod cœlum cognominatur, cõſinium ſenſibilis eſſe creaturę: nam illud deinceps excipit ea, quæ cogitatione percipitur, creatura: in qua non ſpecies, non magnitudo, non in loco poſitio, non interuallorum & ſpatiorum menſura, non color, non figura, non quantitas, non aliud quicquam eorum, quæ ſub cœlo conſpiciuntur. Nemo autem ſuſpicetur, me per translatitium & allegoricum ſermonem confuſionem inducere explicationi dictionis, ut conueniam & concordem cum opinionibus eorum, qui talia ante nos commentati ſunt, ac dicam, quòd poteſtates quidem quæ à Deo deſciuerunt, abyſſus dicantur, princeps autem mundi tenebrarum per eas, quæ ſupra abyſſum ſunt, tenebras intelligatur.

a Pro παραυτομάτως, quod habet exemplar, lego, ἀπαραγωγήτως.

Nũquam ita [a] deſipiam, ut creaturam Dei malitiam ac nequitiam eſſe putem, quã diuina ſcriptura aperte dicat in ſumma: Et uidit Deus omnia, quæ fecerat: & ecce omnia (erant) admodum bona. Quòd ſi omnia bona erant, quæ fecerat Deus: abyſſus autem, & quę circa eam erant, non excipiuntur ab ijs, quę à Deo facta ſunt: utique bona erant etiam hæc ſua ratione, etiamſi abyſſus eſſent, etiamſi nondum circa eam ſplenderet id, quod rebus inſitum erat, lumen. Quocirca quum abyſſum quidem in ſacra ſcriptura audiuero, multitudinem aquarum ſignificari dico. ita enim eam etiam pſalmorum ſcriptura definit, dum dicit: Turbatæ ſunt abyſſi, multitudo ſoni aquarum: item quum de tenebris, quæ circa eam eſſent, audiuero: quòd nondum uis illuminatrix, quæ naturæ rerum inſita erat, apparuiſſet, intelligo. Quum autem de ſeparatione aquarum, quæ per firmamentum facta ſit, à ſcriptura doceor, non præter rationem probabilem & nominis ſignificationem mihi facturus eſſe uideor, ſi de aqua ſeparationem intelligam, ut diuerſam utriuſque eſſe naturam putem, atque perſuaſum habeam, unam quidem, quæ in ſublime feratur, leuiſcq; atque adeò leuitate ignis leuior & agilior ſit, ut ſupra calidam naturam manens neque cum motu infra ſe poſiti una transferatur, neque calore ad contrarium ordinem traducatur: ſed & ipſa maneat expers deminutionis, neque ſubtercurrenti igni ullum per ſe tranſitum det: (qui enim fieri poſſit, ut id, quod materiæ eſt expers, materiali locus ſit?) alteram autem aquam, hanc eſſe, cuius naturam & oculis & tactu, & guſtatu cognoſcimus [b]. nam quæ & deorſum fertur, & clara perlucidaq; eſſe conſpicitur, & guſtatu per inſitam qualitatem cognoſcitur, eam ad aliquem alium intellectum transferre natura eius, quod cognoſcitur, non cogit. Illam uerò, quæ dicitur aqua, quæ neque uidetur, neque fluitat, neque aliquibus terminis omnino continetur, quibus humida natura coerceri ſolet, ſed quum extra locum eſt, tum cum nulla, quæ ſenſu iudicatur, qualitate commixta atque concreta eſt, non opinor aliquem fore ex ijs, qui ad iudicandum meditati acceſſerint, propterea quòd & ſpiritum Dei ſuper eam ferri, & ſuper cœlos eam eſſe, & extra omnia, quæ per ſenſus cognoſcuntur, manere eam credat, qui non ad eam, quæ cogitatione percipitur, naturam opinione propendens aliquid aliud atque communem hanc aquam eſſe intelligat. Hoc enim ex ijs, quæ exculſimus, animo ac mente concepimus, quòd quicquid mouetur, intra eam, quæ cogitatione percipitur naturam coerceatur, & circa ſeſe conuerſionem habeat: terminus item ijs, quæ mouentur, extremitas eius naturæ ſit, quæ ſpatijs & interuallis ſubiacet. Vltra quam extremitatem ea, quæ cogitatione percipitur & dimenſionis expers eſt, ab omnibus localibus & interuallaribus proprietatibus uacua ac pura reperitur natura. Extremam igitur oram ſenſibilis naturæ, ultra quam nihil tale eſt, quale inter

b Locus corruptus & mutilus.

Gen. 1.



inter ea, quæ apparent, agnoſcitur, eam dicimus nomine firmamenti ſignificari, confirmante nobis opinionem ſcriptura, quæ dicit: Diuiſit Deus aquam, quæ erat ſub firmamento. Oſtenditur enim per hæc, quòd nec ab initio quidem hęc cum illa aqua commixta eſſet: ſed in commmunione nominum inſociabilis eſſet natura, quum non dicar quæ facta eſt ſubter aut ſupra firmamentum, ſed quæ erat ſubter firmamentum, & quæ erat ſupra firmamentum. Quòd ſi una quidem ſtatim in caligine ad inferum ſitum repulſa erat: altera uerò non in caligine (in lumine enim prorſus eſt, quod in ſpiritu Dei eſt, & à caligine remotum & ſeparatum eſt:) ſimul autem etiam ſupra id, quod interim creatum eſt, firmamentum erat: iudicet intelligens & doctus auditor, nunquid oratio noſtra in ijs, quæ dicta ſunt, à conuenienti atque conſentanea opinione atque coniectura aberrauerit. Atque ea, quæ quidem nos de conſtitutione atque creatione rerum ſentimus: & quemadmodum ui ac potentia naturæ lux ſecundum locum rerum non teneat, etiamſi ſcriptura tenebras ante lucem cognitas fuiſſe dicat: & quæcunq; de firmamento coniectura ducti ſuſpicati ſumus. Item de differentia aquarum, quarum natura tum in id, quod deorſum uergit, tum in id, quod leue eſt, diuiſa conuenientes nobis de utroq; eorum, quæ una eademq; uoce diuerſa ſignificãt, inijcit ſuſpiciones: hęc & talia ſunt: poſteaquam autem una ab altera ſeparatæ ſunt aquæ, tum eæ, quæ uidentur, tum illæ, quæ cogitatione percipiuntur, ac medius terminus duplicis aquarum naturæ deſignatum eſt cœlum: quod in principio quidem unà cum terra, atque omnibus, quæ ad fabricationem mundi congeſta ſunt, factum eſſe dicitur, nunc uerò perfectum pariter & nominatum eſt in ea, quæ poſtea accidit, creatione firmamenti, quod per ambitum ignis definitum & determinatum eſt: atque ſecundus ambitus lucis iterum ſubiectum orbem inuicem modò tenebris obſcurauit, modò lumine colluſtrauit (quæ res etiam in præcedenti contextu atque continuatione ſcripturæ nominatus eſt dies:) quodq; neceſſarium & huic conſentaneum nimirum erat, etiam numeri natura unà cum creatione introducta eſt: (nihil enim aliud eſt numerus, niſi unitatum compoſitio. quicquid autem determinata quadam circunſcriptione animaduertitur ac percipitur, unitas nominatur:) Quoniam igitur circulo undique in ſeſe terminato atq; definito nihil deeſt: rectè ſcriptura unum quiddam nominauit unum circuli ambitum, quum dicit: Factum eſt ueſpera, & factum eſt mane, dies unus: ac rurſus alterum ambitum ſimiliter, unum. quum compoſuiſſet autem utraque, etiam in compoſitione utraque duo, μίαν, hoc eſt, unam [a] ſiue ἑνὰ τὴν, id eſt unum quiddam fecit. atque hæc oratio numeri originẽ particulis creationis cogit, dum numeri nominibus uicißitudinem & conſequẽtiam ordinis notat atque deſignat. Factus eſt enim ueſper inquit, & factum eſt mane dies ſecundus. Poſteaquam igitur hæc facta erant, rurſus natura rerum per id, quod deinceps ſequi conueniebat, uadens efficit id, quod antè facta neceſſariò excipiebat. atque etiam hoc opus iuſſus diuinus præcedit: Moyſe mentem noſtram ubique certiorem faciente atque confirmante, quòd nihil quicquam rerum ſine Deo conſtitutum ſit, ut miraculum uniuscuiuſq; earum rerum, quæ factæ ſunt, ad eum, qui fecit eas, referatur. Nam quum omnis illuminatrix & ignea natura, ſuis qualitatibus ab alijs ſecreta eſſet: aeris quidem conflatio atque fabricatio ſilentio prætermittitur. quanquam par erat etiam de hoc, quum expoſitum eſſet, ut ignis emicteſſet, ſecundo loco rationes naturales in medium afferre: propterea quòd cognatio quædam ratione leuitatis ei cum ea, quæ in igni cernitur, leuitate intercederet: atque ita deinceps grauem tractare naturam. ſed ille de hac quidem ea, quæ dicenda erant, in medium adfert, de aëre autem dicere prætermittit: nõ quòd nihil conferat ad totius mundi complexionem, nec quòd à ui elementorum ſecretus ſit: ſed quòd mollitie forſitan naturæ atque facilitate cedendi uniuſcuiuſque rerum capax eſt aër, in ſeſe quaſque res oſtendens, non colorem proprium habens, non figuram, non ſuperficiem: ſed alienis tùm coloribus tum figuris inficitur & informatur. Nam & ſplendidus illuſtratione lucis, & rurſus niger, dum umbra inuolu-

Locus corruptus.

a Locus ita corruptus & mutilus, aut certè obſcurus, ut ipſi, quod ingenuè fateor) ex his uerbis non planè aſſequar & intelligam quid dicat. Videtur autem uelle dicere, quòd altero ad unum addito, unum nomẽ collectiuum effectum ſit. in ſecundo enim unũ continetur: item in tertio duo: in quarto tria. atque ita deinceps, quemadmodũ hoc traditur in arte numerandi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tus est, euadit: ipse uerò per sese neque splendidus, neque niger est, atque omni figuræ obducitur, & ab omni tingitur specie colorum, tum ad omnem motum earum rerum, quæ in ipso feruntur, accommodatus est. Nam & nullo negotio utrinque cedit ei, quod fertur in ipso, & sponte sua circa corpus rei positæ fissus hinc inde retrocedit. quinetiam si quis ex amphora liquorem, quicunque in ea fuerit, effundat, quum humori, qui profunditur, diducendo se cedit, tum sponte sua in eam partem uasis, quæ euacuatur, inuicem sese insinuat introeundo. Atque innumera talia tum mollitudinem, tum incedendo facilitatem aeris naturæ demonstrant. Quoniam igitur in hoc hominum uita consistit, & omnis propemodum uiuendi uis, atque sensuum instrumentorum efficientia per aerem uires habet (nam & uidemus per eum & audimus, & eas res, quæ odoratu percipiuntur, similiter per eũ hauriendo spiritum capessimus & apprehendimus) maximè necessaria, opportunissima atq; commodissima res est ex ijs, quæ per uitam exercentur. nam qui respirare desijt, prorsus etiam uiuere desijt. huius rei gratia assueti nobis & domestici, cognati & intestini, per quod statim à natiuitate alimur & nutrimur, elemẽti naturæ rationem explicare Moyses prætermisit, sufficientem huius partis magistrã existimans esse eam, quæ insita atque cognata est naturæ nostræ cum aere habitudinem & affectionem. ea uerò, quæ circa creationem in eo apparebant, quẽadmodum singulæ res sese habuerint, sermone percurrit & exponit. Præterito enim die secundo, rursus scitus & omnibus modis concinnus rerum factarum ordo, qui aquam à terra secernebat, Dei uox & edictum dicitur. Verè enim quicquid cum sapientia atque solertia fit, Dei oratio est, quæ non sonantibus quibusdam instrumentis distinguitur & exprimitur, sed per ea, quæ in apparentibus rebus existunt, miracula pronuntiatur. Nam quum terrena qualitas adhuc cũ humida natura commixta esset, cuius erat alterius, terram quidem suis consolidare qualitatibus, ut omnibus eius particulis ad res cognatas coactis atq; compressis, per condensationem & constipationem insitum ex ipsa exprimeret humorem: aquam autẽ à commixtione terræ seperare & circa seipsam terræ cauernis cohibitam & coercitã colligere & congregare? Quoniam igitur diuinæ reuera potentiæ atque solertiæ eiusmodi opus est: idcirco Moyses orationẽ Dei præcessisse miraculum dicit, imperatiuam quandam dictionem edentem. sed ut ego de hoc iudico, eam, quæ naturæ creationis insita est, rationem per hanc enuntiatiuam indicat dictionẽ. Dixit enim, inquit, Deus: Cogantur aquæ in loca congregationis earum, & conspiciatur terra arida. Vides necessarium ordinem naturæ, quomodo à terra abstracta aqua, aresciit id, quod ab humore secretũ erat? & quẽadmodum humore nõ amplius luti in modum cum terra permixto, aqua necessariò quibusdã alueis & receptaculis continetur, ne fluxione suę naturæ ad interitum redigatur, nulla re diffusionẽ eius coërcente? Enimuerò non intempestiuum esse mihi uidetur, rursus mentionem facere supercœlestium aquarum. Nam si hìc necessariò terra ad recipiẽdas aquas figuratur ueluti finibus quibusdam fluitationẽ earum coercẽs, & sua firmitudine atq; stabilitate, instabili aquarum naturæ stabilitatẽ & locum constitẽdi præbens: quî fit, ut aqua, quæ suprà est (si quidẽ reuera aqua est) consistit quidem in eo, quod instabile & uagum est: diffusionis autem ac dissipationis expers in curuo atq; conuexo permanet? Nam si unam ponimus & eandẽ ambarum aquarum esse naturam: omnino necesse est, ut ea, quæ de hac dicimus, in illa quoq; ita se habere putemus. Ergo dorsa cœli ad similitudinem eorum, quæ in terra fiunt, finduntur in alueos & fossas, & ad distantias rupium ac præcipitiorum in conualles & uoragines excauantur, ut in concauitatibus aqua contineatur. Quid igitur dicemus, quũ poli conuersio, quæ in orbem circumq; fertur ad inferam partẽ detulerit id, quod nunc suprà est: numquid opercula quædam circulis [a] excogitabimus, ne aqua dependens è suis concauitatibus effluat? Verùm ignis, inquit, ui consumptrice præditus est: itaq; opus habet materia quadam, quæ flammam perpetuò alat, ne penuria atq; inopia succendentis & fouentis, ipse circa se consumptus deficiat & extin-

*Locus corruptus.*

[a] *Locus corruptus.*





guatur. Ego uerò etiamsi magna magistri nostri uox cũ eiusmodi opinione concorder, peram ab ijs, qui hæc fortè legunt, ne succẽseant & indignẽtur, si id, quod consequẽs & consentaneum est spectans non usquequaq; seruiero ijs, qui præsidẽt in speculatione rerum. Etenim præceptori quoq; propositũ erat, nõ omnino suas opiniones auditoribus tãquã legẽ proponere: sed per ipsius doctrinam inter eos, qui discerent, aditum quendem fieri ad ueritatem. Et nos igitur in disciplinis ab illo relictis exercitati ad id, quod conueniens & consentaneum est, respiciamus. referetur autem etiam hæc oratio, si quidem id, quod probabile est, assequutus fuerit, ad sapientiam præceptoris. Quid igitur nos de illata oppositione censemus? Non solùm in igni & aqua contrarias animaduertimus qualitates, uerumetiam in unoquoq; elemẽto prorsus inueniri aliqua potest in proprietatibus aduersus oppositã pugna. Quemadmodum enim in memoratis elementis frigiditati quidẽ aduersatur caliditas, humiditati uerò siccitas & ariditas: sic rursus circa alteram diametrũ, in terra atq; aëre, in utroq; qualitates ex contrario inter sese oppositæ sunt, tum soliditas & raritas, tum duities & mollitudo, tum grauitas & leuitas, & quæcunq; alia peculiariter, in alterutro horum ex contrarijs cognoscuntur. Quemadmodum igitur in his non potest dici, quòd alterum contrario nutriatur (neq; enim cõsumptione eius, quod põderosum est, leuitas aëris augetur: neq; dẽsitas & soliditas terræ efficit elemẽti contrarij raritatẽ: neq; reliquę terræ proprietates sui cõsumptione qualitates, quæ sunt in aëre, alunt:) ita dixerit aliquis contraria quidẽ humidũ & frigidum esse calido & sicco: non tamẽ hæc mutuis inuicẽ consumptionibus alimenq; eam, qua horum alterutrum est, uim in eo, quod alterum non sit, consistere. Sic enim neutrum esset, siquidem duratio atq; permansio horum in consumptione duorum uim haberet. par enim in unoquoq; alterum conficiendi uis est: ac semper prout redundat id, quod prævalet, interitus inferioris existit. Ac quòd uerus sit sermo, ex ipsa experientia sciri hoc potest. Quum enim aliquã materiam ignis cõprehenderit, deinde adhibita atq; affusa fuerit aqua, apertè horum duorum mutua cõsumptio uideri potest. Vtrumcunq; enim prævalet ac superat in his, alterum confecit & è medio tollit, ex æquo cedẽte altero uiribus maioris ac superãtis. nã quandiu pares in utroq; uires fuerint, æqualiter alteri ab altero interitus affertur, & neutrum altero nutritur: sed ambo alterum cum altero intereunt & euanescunt. Vt igitur bestiarum se mutuo deuorantium naturaliter altera per alteram uiuere non potest, quarum una ab altera conficitur: ita etiam humidi & sicci contrarietas neutrũ in essentia conseruauerit, si quidẽ alterius interitus alterum aleret. Sed mihi haud alienum esse, atq; ita magis conuenienter & consentaneè à nobis oratio disponi atque tractari posse uidetur. Quoniam omnia, quæ fecit Deus, ualde bona ac pulchra sunt, in unoquoq; eorũ, quæ sunt in rerum natura, dico oportere intelligi boni perfectionẽ & integritatem inesse. Nam dictio Valde, quæ apposita est, perintentiuam & exaggeratiuam significationem apertè indicat, nihil ad perfectionem deesse. Quemadmodum enim in natura animalium, innumeræ generum in his differẽtiæ uideri possunt: sed uniuersali ratione rerũ commẽdationis in unoquoq; ex æquo locum habere dicimus id, quod dicitur, ualde bonũ & pulchrũ esse, non tamen propter id, quod apparet, commẽdationẽ esse: (nã alioqui scolopendra quoque & rana terrestris, atq; ea, quæ ex putrefactione cœnorum gignuntur animalia dici possent ualde bona ac pulchra: sed non decorem eorum, quæ facta sunt, diuinus oculus respiciens in bonitate quadã coloris & excellentia formæ bonũ ac pulchrũ esse statuit, sed in eo, quod unũquodq;, iuxta id, quod est, perfectã & absolutã in se naturã habet. nõ enim in eo, quòd bos non est equus [a] (bonum & pulchrũ) esse cõtingit: sed in unoquoq; horum seipsam conseruat natura, suas materias atq; subsidia ad propriam & cõmodam sui durationẽ atq; permansionẽ tenens, non in interitu naturæ alterius essentiæ uim habẽs:) ita etiãsi inter se diuersa sint elemẽta, attamẽ in sese unũquodq; ualde bonũ ac pulchrũ est. in sese enim iuxta propriã rationẽ in bonitate & pulchritudine complerũ & absolutũ est. Bona res ac pulchra

*Locus corruptus.*

[a] *Locus corruptus & mutilus esse uidetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



est terra. nõ enim ad hoc, ut sit terra, interitu aeris indiget: sed manet in suis qualitatibus per eam, quæ naturaliter ei à Deo insita est, uim sese cõseruãs. Bona ac pulchra res est aer nõ propterea quòd terra nõ sit, sed quòd ipse natura insitis sibi uiribus ad sui durationem & cõseruationem sufficiẽs est. Ita etiã aqua ualde bona ac pulchra: item ignis ualde bona est ac pulchra res, quòd utrũq; propriis qualitatibus completum & absolutum sit, & potẽtia diuinæ uolũtatis, secundum proprias primi ortus mensuras in perpetuum permanẽs. Terra, inquit, in seculum stat non decrescẽs, non augescẽs aer in suis finibus & terminis cõseruatur. ignis nõ imminuitur. quî fit ut una ex omnibus aqua inter ea, quæ cõsumuntur, habeatur? præterea autem multam in comparatione rerum igneam naturam & uim esse uidemus, atque huius rei apertè demõstrandę causſa, ex eorum scriptis, qui res sublimes philosophico more tractauerũt, desumptum hoc in medium affertur, quòd magnitudine solis, terra multis partibus superetur: sed ne umbra eius in magnam aeris partẽm se porrigat & extẽdat, immẽsa magnitudine solis, coni in modũ in proiectione radiorum cõtractam impediri. [a] Si igitur hæc adeò exigua est, si cum illo comparetur, ut si unà cum omni terra aquam cõtrà metiamur, una de multis solaris magnitudinis pars sit: in quod usq; tẽpus exiguum hoc tãto igni ad absumẽdum sufficerit? Atqui mare pari modo semper abundare, & amnium cursum in propriis mẽsuris manere uidemus. Ergo hæc experientia documẽto est, nihil humoris cõsumi: sed quemadmodum initio nõ per interitum humoris ignis originem habuit, sed ab eadẽ ui etiã hic creatus est: ita prout initio hoc elemẽtum creatũ & cõstitutum est, etiã in perpetuũ duratio atque permãsio eius conseruabitur, nullã propter hoc, ut ignis permaneat, humoris natura molestiã capiente. At sæpè, inquit, uidemus crebris imbribus terram humectatã, deinde æstu solis uehemẽtiore subiectũ solum torrẽte, aridã euadere, quæ paulo antè madida esset. ubi est igitur, inquit humor, qui in hac erat, si quidem calore radij nõ penitus absumebatur? Num igitur etiã eam, quæ in testa sit, aquam, si aliò trãsfundatur, & uacuũ prorsus repente fiat id, quod plenum erat uas: quoniã in hoc uase nõ est, ne esse quidem penitus dicũt eam, quæ in alterum uas transfusa sit? Nam quod hîc fit, id nimirum in illa re quoque fieri, si quis credat, ab eo, quod probabile ac ueri simile est, nõ aberrabit. Pari enim ratione fit, tum ut ab hoc uase in alterum uas humor trãsfundatur, tum ut humor terræ per uapores extractus in aerẽ subducatur. quippe quum humor naturaliter, calore supernè incumbẽtis solis ad sese attrahẽte, per tenues particulas è terra sursum uersus trãscoletur. Eorum autem, quæ dicuntur, indicium & documentum est, quòd quum crassiores sæpè uapores exímo terræ eduntur, nebulosa quædam cõcretio exhalari uidetur. ac tãta crassitudo uaporum existit, ut eã etiã oculi assequi queant. fuerit autẽ aliquãdo tenuiorũ quoq; humorum quædã exhalatio, ut aerẽ quodãmodo tenuitate exæquet, & nõ prius oculis appareat, quàm humorum eiusmodi expiratio ipsa secũ collapsa coierit, & ita nubes per cõstrictionem euaserit, ut tenues & uaporum instar humores initio quidem in aere summo propter leuitatẽ quasi fluitẽt & innatẽt, uentisq; uehantur. sed si maior cognatorum liquorum uis secũ confluẽs grauis euaserit, tum per aerem erumpẽs ad terram gutta euadat. Ergo calor nõ cõsumit ea, quæ ex terra attrahit, sed ex ipsis quidem cõstatur nubes. nubes uerò compressa atq; dilapsa, aqua euadit. atque hæc rursus terræ commixta in uaporem refunditur: & uapor in nubẽ coactus imber euadit. atque ex hoc rursus terra uapores edit, & illi in cõcretione nubium cõdensati defluunt, & quod defluxit, rursus per uapores distractum exhalatur. atque ita circulus quidam fit ad seipsum reuertens & per res easdem semper sursum, deorsum, ultro citroq; commeans & sese circumuoluens. siue autem de plantis, siue de germinibus dixeris, omnia eodem orbe simul continentur. Nam humor per plãtas aut semina cũ germinibus succrescẽtibus unà surgit: deinde quicquid terreni secũ traxerit, in corpore germinis quod alit, relinquẽs, ubi id ipsum aere circũfuso, quo cõtinetur, exaruerit, rursus ad res cognatas expirat & exudat. quum aũt in suis particulis tenuis ac

[a] Locus corruptus et mutilus esse uidetur.



subtilis sit aer, atq; exilitate uaporum subtilior, quicquid in eo fuerit, ad res cognatas dimittit. Ita enim & puluis etiam si passim per aerem dissipatus sit, terræ denuo redditur, & humor non perit: sed omnino reperit aliquid cognatum & affine, quod per aerem oberret, cui coniunctus, & similium accessione auctus, rursus dilatatur, atq; grandescit ad nubis concretionem: atq; ita per guttas propriæ naturæ restituitur, adeò ut ubiq; mũdi partes, quæ per elemẽta in uniuersitate rerũ diffusæ esse intelliguntur, in eadem mensura conseruentur, quam ab initio in unaquaque re sapientia creatoris ad conciunitatem & conuenientiam rerum uniuersæ naturæ cõstituit & ordinauit. Sed noui quid opponatur. Sæpè enim uehementiore æstu nubes quasdam per aerem dispersas uidere licet, quas si quis fixis oculis diutius intuitus fuerit, confutabit & refellet aliquo modo hunc sermonẽ, quo nihil de humida natura dicitur absumi. Nam crassæ atq; grumosæ nubis particulæ passim per aerẽ dissipatæ primùm quidem dum ingenti & exuperanti ardore torrentur, corpore imminuuntur: deinde etiam penitus totæ euanescunt æstu concrematæ adeò, ut ne exiguæ quidem reliquiæ quædã ab ardore humore exiccato, relinquãtur. atq; hoc ratione uaporum non amplius compensari potest. Nam qui supra nubes est status, qui turbido uentoso q; huic aeri imminet & impẽdet, nihil quod grue & ponderosum sit, in tenuitatem atq; subtilitatem suæ naturæ admittit. sed omnes uapores & omnes exhalationes terminum sui in sublime cursus habent hãc circumfusi ac terræ uicini aeris, quæ circa illam partem est, crassitudinem: quã penetrare sursum uersus tendendo naturaliter non possunt. Non enim in eo, quod & tenue, & ætherium est, crassi aliquid subsistere atq; relinqui possit. Sic igitur etiam ingentium quorundam cacumina montium, qui rem explorauerunt, aiunt supra nubes quidem semper extare, & flatibus inaccessa esse, nec fieri posse, ut uolucres super illa uolatu ferantur, non secus atque ut submersa animalia in aere uiuãt, adeò ut per omnia apertè demonstretur, esse quoddam in aere confinium, quod intercedat inter superum locum & hũc terræ proximum aerem, quod omnibus ijs rebus, quæ crassiores ex terra exudant, terminum consistendi statuat. cuius rei gratia etiã ad æstatis usq; tempus, nix in cacuminibus mõtium, concretione uaporum in illa parte aerem perpetuò refrigerante, integra permanet à liquefactione. Quinetiam igneos tractus, quos quidã ἀιδάτους ἀστέρας, id est, stellas prosilientes, siue trãsimicantes uocant, qui hæc acutè scrutati sunt, rationibus naturalibus adductis ex eadem existere causſa dicunt: quum flatuum quorundam ui crassioris & magis materialis aeris nonnihil super ætherium locum sublatum & superfusum fuerit, id simul atq; ad superũ illum locum peruenerit, inflammari, & prout ex flatu impulsio contigerit, flammam fluitantem ferri: extincto autem spiritu, unà cum illo etiam flammam expirare. Si igitur nõ amplius dici potest, per abolitionem nubis rursus uapores conflari, ut per eos, ad similitudinem eorum, quæ infrà fieri cernuntur, reditus & restitutio humoris euecti atq; sublati speretur: necesse est assentiri ijs, qui humorem exuri, & ad nihilum redigi censent. Ego uerò humorem quidẽ, qui consistit in uaporibus, ardore nimio euanescere, & è conspectu subduci [a] assentior & credo, uanum & cõtẽtiosum esse iudicãs contra res manifestas pugnare. sed quoniam ueritatem undique inuestigãtes laborem fugere nõ decet. nihilominus, etiãsi hæc fiant, dico mensuram humidæ naturæ absque ulla deminutione cõseruari: & semper id, quod absumatur, deficientis in locum prorsus aliunde [b] inferri. ac quod eiusmodi o[c]inionẽ mihi cõfirmet, hoc est. Per efficientiam & operationem nostri ignis hoc experiundo discimus, quòd ignis nõ oẽs qualitates eius materiç, quamcunq; inuaserit, depascatur, ut uerbi gratia, in materia olei, quoniam in hac materia à frigida qualitate liquor separatus & alienus est: facile à calore ignis extrahitur & flamma euadit. sed nõ solùm in flammam oleum per ignem mutatur, [c] uerumetiã reliquiæ ignis, qui ex oleo, quod natura liquidum est, excitatus fuerat. postquam ignis esse desijt, aridus puluis fit. quod apertè indicat lucernæ fuligo, quę quicquid supra flammam proximum est, nigrum reddit. Quod si id diutius fiat, etiam tumor

[a] Erat initio scriptũ uerò non, sine negatione, postea quasi per negligentiam omissa adiecta est negatiua dictio, ὃ: quæ mihi rectius abesse uidetur.
[b] Videtur locus esse mutilus.
[c] Locus, ualde corruptus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quidam concrescit sub eo loco, qui per fuliginem denigratur. Vnde perspicuum est, quòd in tenues & ussim effugientes particulas oleum per ignem exiccatum mutatur, atque ita in aerem redigitur, & illinc ad terram considit. Quòd autem fuliginis tenues in aerem partes diffusæ sint, demonstratur per hoc, quòd nares eorum, qui hunc aerem aspirando hauserunt, subnigrescunt: atque etiam sæpe id, quod ex imo pectore excreantes ejiciunt, nigrum conspicitur, propterea quòd colore fuliginis, qui per attractionem aeris aspirando simul illabitur, etiam humores illi inficiantur. Ex his igitur manifestum est, quòd olei quidem liquor in ariditatem transmutetur, materiæ uerò corpus non ita de medio tollatur, ut ad interitum redigatur: quippe quum per tenues & ussum effugientes particulas in aerem dissipatum sit. Quod igitur de hoc liquore per earum rerum, quæ fiunt, [a] usum & efficientiam discimus, nempe, quòd mutetur duntaxat liquor in ariditatem, non prorsus id quod materiale est, intereat & aboleatur, hoc si quis etiam de rerum uniuersitate mente concipiat, à probabilitate atque uerisimilitudine non aberrabit. manifestum est enim, quòd ex partibus totum constat. quod autem in parte discimus, hoc etiam de uniuerso docemur. ac quin genere unus sit liquor, ne contentiosorum quidem quisquam contradixerit. atqui per ignem exustus liquor tenuis puluis euadit, ergo quicquid etiam liquidi in igni uersatum fuerit, mutat eã, quæ est in particulis, qualitatem, ad aridum ex humido transiens, non penitus interit & aboletur. Quoniam igitur uaporis concretio atque conglobatio, nubes est: uapor autem, tenuium partium humoris expiratio atque exhalatio est: omnino necesse est, quum ardore nubes exusta fuerit, tenue illud & indiuiduum uaporis corpus, etiamsi humidam qualitatem non conseruet, non tamẽ, quod ad ipsum attinet subiectum, ad interitum & abolitionem transire ad nihilum redactum. quatuor enim circa uaporem considerantur, humidum, frigidum, graue, quantitas. ex his quæcunque igni contraria sunt, ui prævalentis conficiuntur, & è medio tolluntur. neque enim humidum, neque frigidum si in igni uersetur, tale permanet. quantitas uerò cum natura ignis etiam cognata est. etenim ignis quoque in quantitate conspicitur. cum quantitate autem quantitas non pugnat. Si igitur quantitas uaporis conseruatur à qualitate humidi & frigidi disiuncta: atque grauitatis qualitas, quæ essentialiter insita est naturæ uaporis, unà cum quantitate conseruatur (æqualiter enim grauitas & humidis & siccis natura inesse solet) non amplius mens nostra id, quod in ijs, quæ fiunt, probabile atque consentaneum est, sequens laborabit ut intelligat, quomodo aqua ad terram redacta per hoc, quòd uapores qualitatem mutant, uniformẽ adipiscatur naturam. Siccum enim & ponderosum, proprium fuerit eius, quæ circa terram esse intelligitur, qualitatis, in quam exustus uapor transmutatur. Ac mihi haud alienum fore uidetur, si inhærentes huic principio non dimittamus consequentiam scrutationis, ad quam per probabilia atque uerisimilia commentatio progreditur quasi manuducens ad ueritatem. Videtur enim idcirco mare quoque semper intra suos terminos manere, quòd paulatim id, quod ei per aquas accedit, incrementum per uapores sursum uersus exhauritur: calore, qui suprà imminens eos fouet, cucurbitulæ in modum id, quod tenuium partium est, in natura humorum, [b] attrahente. At in mediterraneis & ad aquilonem magis spectantibus locis ambientis aeris frigiditas aduersari sermoni uidetur: quippe idcireo, quòd in his partibus mare non uehementer calefiat, uaporum expiratione & exhalatione cessante. Huic oppositioni duplici ratione satisfieri potest: primùm quidem, quòd unum & secum penitus continens sit mare, etiamsi in innumeros diuisum sit sinus, nusquam à sui coniunctione diuulsum, ut si mare australe perpetua præsentia caloris supra modum exuratur, ea, quæ illic diminutio fiat, in refrigeratis partibus sentiatur, aquarũ custu ad id, quod semper [c] euacuet, prona sui natura spõte trãsmanãte: deinde uerò quotiã omne mare salsugo sit, quæ propter uaporũ expirationẽ & exhalationẽ ex omni aqua fit: ex æquo constat, neutrumq; testimonio quicquã opus habet. Proprium enim

[a] Pro ἐὸ δηγμὸν ait, ἐμπύησιν malim legere.

[b] Videtur esse locus corruptus, & pro κὐτὸ μὴ ἐῶσιν, legendum, κὐτὸ καταθλίβουσι, uel κὐτὸ μὴ ἐῶσι, id est, exhaurientes & subuehẽtes.

[c] Locus corruptus.



enim salis cuiusq; naturæ est siccitas. quòd si ex æquo qualitas hæc cum omni mari permixta est: nimirum in omni parte similiter, quod sui officij est, salsugo simul efficier. Omnis enim natura prorsus quod suæ uirtuti conueniens & accommodatum est, efficit. ut ignis urit, nix refrigerat, mel dulcedinem addit: ita etiam salomnis exiccat. Quocirca quoniam in omnibus partibus maris salis uis exiccatrix mari unà permixta est, hoc ad commoditatem uaporum expirationis & exhalationis diuina sapientia prouidente (exprimit enim quodammodo & extrudit è mari salsugo quicquid in aqua tenuiorum partium est per insitam naturæ duritiem & asperitatem dominans in humore:) nullo modo à probabilitate atq; uerisimilitudine alienum erit, si quis putet, aere per uapores hauriente atq; delibante mare, ex omnibus partibus humorem æqualiter absumi. Iam uerò quòd omnis liquor, qui in aere sit, in nubem cogatur, atq; illinc imbres ad terram defluant, quum superior oratio demonstrauit, tum prophetia docet, quæ Deo opus eiusmodi tribuit & assignat, ubi dicit: Qui aduocat aquam maris, & effundit eam super faciem terræ: tum alia multa: tum quòd omnes nubes à suprà imminente calore torreantur & exurantur, ac penitus exarescant, etiam hoc per usum discimus & effectum. Reliquum est igitur, ut non prætereamus eam, quam ex modò dictis consentaneum est nobis existere oppositionem. Dicet enim aliquis ea, quæ ante hac excussa atq; explicata sunt, sequens, quòd per exemplum & similitudinem olei modõ didicerimus, subiecti quidem id, quod materiale sit, etiam post exustionem non perire, sed in aerem per efficientiam ignis ad terrenum quiddam redactum transire. quum autem humor per contrariam qualitatem dissipatus euanuerit, qui potest humida natura semper absq; deminutione permanere, calida natura semper uaporum liquorem torrente, & in aridam qualitatem immutante? quemadmodum commentatio secundum id, quod probabiliter ex præcedentibus consequitur & efficitur, per ea, quæ excussa sunt, demonstrauit? Si igitur humor quidem exudat, à calore autem humor facilè consici & uinci potest in tenues & indiuiduas particulas per uapores diffusus: omnino necesse est, ad aridam qualitatem humore transeunte, ueriorem illum sermonem putare, quo dicitur, quòd sit aquarum copia quædam & abundantia, quæ semper suppleat id, quod ab igni absumatur. Ac forsitan aliquod etiam testimonium ad eiusmodi opinionem assumpserit à scriptura: quòd apertæ sint cataractæ cœli, quum terram submersam esse oporteret, magna altitudine supra omnem montium uerticem aqua extante & eminente. Ego uerò scripturæ quidem oppositionem per alterum scripturæ locum compensari, & ad concordiam redigi posse dico. noui enim abusionem diuinorum uerborum in sacræ scripturæ consuetudine, quid significet per uerbum Aperire. quid item per uerbum Claudere indicet. manifestum est enim, quod id, quod claditur, aperiatur: item id, quod aperitur, claudatur. Quoniam igitur quum siccitas aliquando temporibus Heliæ obtineret, ita scriptura dicit: Clausum est cœlum ad annos treis, & menses sex huius nimirum cœli, quod clausum erat in tempore imbrium penuriæ, cataractas apertas fuisse, locum scripturæ opinor significare. Atqui tunc per preces Heliæ nubes è mari cùm extitisset, cœlum eis per tempus pluuium imbresq; continentes aperuit. Ergo apertè demonstratur per hæc, [a] quòd ne tunc quidem unquam fir mamentum cœli diductum ex ijs, quæ suprà sitæ esse dicuntur, aquis præcipitaret imbrem: sed cœlum dici terræ circumfusum aerem, qui uaporum coitionem & concretionem terminat atq; definit: qui tenuissimæ atq; subtilissimæ superi cœli terminus est naturæ: post quem nihil quicquam eorum, quæ ponderosæ naturæ sunt, ullam uim (ulterius) ascendendi habet: non nubes, non flatus, non uapor, non exhalatio, nõ uolucriũ natura. Quod igitur supra caput est, scriptura cœlũ appellare consueuit, uolucres cœli dicens, quæ hunc aerẽ transuolant. Verumetiamsi hæc ita sint, nondũ alterũ nobis oratio soluit, quemadmodũ in siccũ quiddã & aridũ uapores mutati non minuant humorem, qui uigore prævalentis calidæ naturæ absumitur? Aduersus hæc sanè non alienum fuerit, aliam excogitare consequentiã quæ

[a] Locus miserè corruptus & lacer atus.

Psal. 77.

Psal. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cum commentatione ſermonis cõgruat atq; concordet. Forſitan enim ſi maiorem induſtriam & diligentiam adhibuerimus, eam quam de hac quæſtione opinionem habere conuenit, aſſequemur. Audiui prophetiam magnificentiam diuinæ potentiæ per miracula, quæ in creatione rerum animaduertuntur, exponentem, dum dicit: Quis aquam manu menſus eſt, & cœlum palmo, & omnem terram pugno? Quis ponderauit montes ſtatera, & ſaltus libra? Per quæ aperte prophetam opinor docere, quòd unumquodq; elementũ ſuis ſpatijs circunſcriptũ ſit, comprehenſiua potentia Dei, quã manum & pugnum & palmũ nominat peculiariter unamquanq; rem intra conueniens & iuſtum ſpatium coercente. Si igitur per diuinã potentiã cœlum menſura continetur, & manu aqua, & pugno omnis terra, & ponderantur ſaltus & rupes, & mõtes certo pondere definiti ſunt: prorſus neceſſe eſt unũquodq; in ſua menſura atq; pondere manere, ita ut neq; incrementũ, neq; deminutio in ijs, quæ à Deo dimenſa ſunt, & ab eo continentur, accidere poſſit. Si igitur neq; additamentũ, neq; deminutionẽ circa res accidere prophetia teſtatur: prorſus in ſuis unumquodq; menſuris in perpetuũ permanet, natura uertendi, quæ rebus ineſſe intelligitur, omnia inuicẽ mutante, & unumquodq; in alterum transforman te, ac rurſus è diuerſo etiã ab illo per mutationẽ & conuerſionẽ in id, quod ab initio erat, reducente. Ac quòd humidus quidem hic uapor, poſtquã in flammea natura fuerit, in terrenam qualitatẽ tranſeat, in aridum per concremationẽ mutatus, id in ſuperioribus uerbis per exemplum olei mediocriter intellectũ eſt. diſpicere aũt conuenit id, quod deinceps ſequitur: an materia uaporis in contrariã qualitatẽ mutata, poſſint ſuprà manere illæ reliquiæ uaporis: quodcunq; tandem ratio intelligit & animaduertit id eſſe, quod per exuſtionẽ in tenuius quiddam, & id, quod tolli nõ poteſt, ac magis in ſublime fertur, tranſmutatũ eſt? Enimuerò opinor etiã de illa re poſſe [b] per nota nobis exempla atq; ſimilitudines fieri coniecturã. Neq; enim in hoc exemplo tenues lucernæ uaporis & fuliginis particulæ in perpetuũ in aere ſublimes permanẽt: ſed à tenuitate atq; ſubtilitate aeris, ad cognatas & ſui generis res, terræ, parietibus, & tecti lacunaribus, tignis, circumlitæ dimittuntur. Quocirca cõſentaneũ eſt etiã de illa re idẽ arbitrari, nempe q̃ à flatibus ſubuectus uapor ad ſuperũ & ardentẽ locum, etiã mutata humida qualitate materiã conſeruet. aridus aũt factus ad cognatas & ſui generis res detrahatur, ac terræ reſtituatur. Solet eñ naturaliter unicuiq; rei inſita eſſe uis attrahẽdi id, quod ſibi affine atq; cognatũ eſt: ut nullo modo ab eo, quod conſentaneũ atq; probabile eſt, eiuſmodi opinio aliena ſit, q̃ ad aridum & terreũ quiddam uapor redactus ariditati & ſiccitati terræ cõmixtus ſit. ac ſi oleacea quidẽ omnis humidæ eſſentiæ natura eſſet, omnino propter craſſitudinẽ qualitatis in nigrorẽ eiuſmodi uaporũ colorẽ exuſtio cõuerteret: atq; cuius perſpicuũ eſſet id, quod fieret, quippe eo quod hanc formã reciperet, oſtenderetur. ſed quoniã tenuiſſima clariſſimaq; pars aquarũ naturæ ad uapores redigitur. atq; iſti ſecundum eam, quam antè reddidimus rationẽ, in ignem delati humidam qualitatem in aridam tranſmutant: neceſſe eſt omnino, ut purum & aerium id eſſe putetur, quodcunq; tandem etiã id eſſe cogitatio cõprehendit, quod tenuitate ſua effugit animaduerſionẽ. Quòd ſi quis ſenſum certiorẽ eſſe putat, quàm id, quod ratione percipitur, & oculo indiuidua illa uiſumq; effugientia corpuſcula ſpectare deſiderat: cuilibet eiuſmodi particularũ plenum atq; refertũ aera uidere licet, quũ infuſus per feneſtrã radius magis perſpicuam effecerit illam partem aeris, quæ per radij ſplendorem fuerit illuſtrata. Quod enim [c] propter tenuitatẽ in eiuſmodi aere oculi aſſequi non poſſunt, id per radium innumera multitudine in aere ali uidetur. Qui igitur oculum in hæc intenderit, deprehendet tenues illas particulas deorſum uerſus impetu ſuo ſemper deferri atq; delabi. Quod autem in parte aeris oſtenditur argumento eſt, etiam in uniuerſo eiuſmodi rem eſſe. Quoniã ſecum continens eſt rerum uniuerſitas, atq; ex partibus totum completur. Quòd ſi ſemper tenuium horum & indiuiduorũ corpuſculorum lapſus per aerem ad terrã deflexit: atq; certũ eſt quòd non ætherea ſpecies in hæc cõminuta diſſipetur (ignis enim natura in tenues

Eſa. 40.

[a] Vetus trãslatio habet, & libravit in ponderemontes, et colles in ſtatera?

Cic. lib. 2. de nat. deo. colli. 77. Gryph.

[b] Locus corruptus & mutilus.

Locus corruptus & mutilus.

[c] Hoc nõ eſt in exemplari: ego uerò lego, ἀπτῆν.



nues particulas comminutionem atq; diffuſionem non admittit:) omnino credere neceſſe eſt, illarum rerum materiam deſcendere, quas res per uapores aſcendere ſuperiori ſermone explicatum eſt, ut humidæ quidem quum ſint, per calidam naturam ſurſum trahantur, exuſtæ uerò atq; in terreum quiddam redactæ non amplius in igni contineantur, ſed in terram denuo reſtituantur. Quemadmodum autem cibo in nobis per concoctionem in tenuem quandam qualitatem mutato, ad quancunq; partem corporis per digeſtionem delatus fuerit, ad illius incrementum redigitur id, quod digeritur: quumq; uaria ſit in conſtitutione corporis membrorum differentia, in humido & ſicco, in calefacienti & refrigeranti, ad quodcunq; membrum cibi pars acceſſerit, illud euadit quod ſubiectum ſecundum naturã eſt: atq; id, quod præualet ac dominatur, commodè & opportunè adiungit ſibi tenues digeſti cibi particulas: eodem modo latenter, atq; ita, ut ne animaduerti quidem poſſit id, quod terræ ſemper adiſcitur, per indiuidua illa corpuſcula incrementum fit, propterea quòd cum omni ſubiecto corpuſcula illa coaleſcentia, quodcunq; ſecundum eſſentiam fuerit id, quod recipit ea, in illam naturam tranſeunt atq; mutantur: atq; in gleba, gleba fiunt, in arena, arena: in lapide, lapis: & in omni re ad eundem omnino modum. quodeũq; enim ex rebus ſolidis fortè fuerit id, quod recepe rit ea, in id, quod præualet, tranſmutantur. Quòd ſiquis duritiem lapidis non putat eſſe eam, quæ eiuſmodi additamentum facilè admittat, etſi ſermo ſibi conſtat, nec quicquam obſtat, quo minus conſequatur & efficiatur, quod propoſitũ eſt: tamen ego aduerſus eos, qui ita ſentiunt, nihil opinor opus eſſe contrà pugnare, nihilominus enim cõmentatio probabilitatem habebit: quum terreum illud corpuſculum ſupernè affluens per flatus ab eo, quod non admittat ad id, quod unà coaleſcat, tranſuehatur. Sed forſitan dicet aliquis, nõ ad propoſitum atq; intentionem propriam ſermonem noſtrum ſpectare. propoſitum enim à nobis fuiſſe, ut demonſtraremus humidam naturã uſquequaq; permanere in ea menſura, quam ab initio nacta ſit, ſed imprudentes eó delabi, ut contrarium probemus. Siue enim in igni maneat id, quod exudat, & per uapores ſubuehitur: ſiue etiam ſiccatum denuo in [a] terram redeat: par alterutro modo aquæ deminutio erit: ac nihilominus propter hanc probationem humoris copia atq; abundantia neceſſaria eſſe demonſtratur, propter eam, quæ in perpetuum prorſus fiat liquoris aſſumptionem. Igitur neceſſarium fuerit aduerſus hunc ſermonem rurſum naturam rerum conſiderare, ut per eam nobis cõmentatio ad propoſitum atq; intentionem proſperè procedat. Quæ igitur eſt natura? Nihil ex ijs, quæ in conſtitutione mundi terreſtris in elementis cernuntur, ea conditione ab opifice ſummæ rerum factum eſt, ut non conuerti, neq; unum in alterum immutari poſſet: ſed omnia alia in alijs ſunt, atq; alia cum alijs permixta atque contemperata ſunt, mutatrice ui per quandam circularem & in orbem redeuntem conuerſionem omnia terrena alia in alia mutuò traducente, ac rurſus aliud ab alio ad ſeipſum reducente. Quum autem ipſa tranſmutatio uniuſ in alterum continenter in elementis repræſentetur & exerceatur, omnino neceſſe eſt, ut alia inuicem in alia tranſeant, tum aliud ab alio diſſidentia, tum rurſus pari modo atq; ratione aliud ad aliud accedentia. Non enim horum aliquid in ſe conſeruari poſſit, niſi cum altero genere cõmixtio atq; conſociatio contineat naturam. Qui igitur dicere quis poſſit per quatuor illa (corporum genera) mutatricem & tranſductricem uim in orbem circumire? nõ enim omnia alia ex alijs oriuntur: neq; æquabiliter unius in alterũ mutationis ambitus per unamquãq; rem peragitur: ſed aqua quidem per uapores in aera ſubuehitur: uapores autem poſteaquã flammã [b] aluerunt rurſus terræ reſtituuntur, ueluti cinis quidam facti, poſt conſuetudinem, quã cum igni habuerũt: terra uerò his rebus receptis inhibuit atq; repreſſit in ſe curſum unius in aliud mutationis. nondum enim excuſſum eſt an natura aquæ originem habeat ex terra. Reſtat igitur, ut conſideremus & ſcrutemur, an fieri poſſit, ut terra mutẽ in aquæ naturã. Ac nemo prorſus garrulitatis & futilitatis nos inſimulet, per quas res fieri poſſit inquirentes id, quod in his quæſtionibus conſe-

[a] Locus mutilus uidetur, de effectq; dictio, λεῖ, quam ſuppleo.

Pro διανήκει uel διανήκειν uel lego. Cic. lib. 2. de nat. deo. colli. 77. Gryph.

[b] uidetur ſibi contraria dicere ſuprà colũ. 231. & ſeq. & infrà 300.

Universidad de Deusto
Biblioteca



consequens & consentaneum est. Videmus igitur multas res aridas & siccas ex naturali quadam proprietate sponte sua liquescere, & ad humorem redigi. quale uidere licet in sale, tum eo, qui effoditur, tum qui ex quodã humore exusto & exiccato conficitur. cuius proprietas quidem ariditas & siccitas est: sed siquis humor eum attigerit, liquefit, & siccitatem suam cum humida qualitate permutat. Ita animaduerti etiam mellis naturam, aridam & siccam quodammodo fieri torrendo, ac rursus ex circunstantia quadam in liquorem resolui. Sed omittantur hæc. præstat enim ex principio quodam necessario commentationi probabilem consequentiam dare. Non unam in unoquoq; elemento censemus esse qualitatẽ, per quam & compleatur subiectum, & ab elemento cõtrario separetur: sed in diuersis unumquodq; deprehenditur qualitatibus: quarũ aliæ nullã inter sese communionẽ atq; societatem habent, aliæ autem æquabiliter inesse animaduertuntur, utpote accommodatæ atq; conuenientes cum ijs qualitatibus quæ inter se pugnant. ueluti in terra atq; aqua, insociabiles quidem inter se sunt siccitas & humiditas: ex æquo autem utriusq; horum adest frigiditas uniens quodammodo per sese pugnantia. segregatur item aqua ab aere per eam repugnantiam, quæ intercedit inter ponderosum & leue: sed etiam inter hæc mediam se gerit ea, quæ æquabiliter utriusq; naturæ inesse animaduertitur, frigiditas. rursus dissidet aer ab igni ea pugna, quæ est inter calidum & frigidum aduersans: sed qualitate leuitatis cum eo consociatur, atq; naturalis eorum repugnantiæ quasi conciliatrix quædam communio leuitatis existit. præterea ignis à terra dissidet eo, quòd hæc grauis, ille leuis est: sed ariditas & siccitas utriusq; communis est, atq; per hanc fœdere quodammodo inter se dissidentia coniunguntur. Sed quur hinc scrutationem exordior? quia frigiditas similiter quidem & terræ & aquæ & aeri inesse animaduertitur: sed maiori ex parte cum humore consociatur, conseruans quodammodo per sese aquę naturam, per eam, quam habet cum calore repugnantiam debilitans & infringens nocumentum quod existit ex siccitate & ariditate. Vt igitur calori insita siccitas est, nec solus in altero ignis ostendi potest: ita consentaneum est dicere humori frigiditatem unitam esse, propterea quòd opus est, ut utriq; eorum, quæ & in igni & in aqua esse animaduertuntur, contraria qualitas insit, & humiditas quidem siccitati, caliditas uerò frigiditati repugnet. Si igitur demonstratũ est, quòd etiam frigiditas haud minus quàm humiditas habeat uim aquam complendi, consequens atq; consentaneum fuerit existimare, quum frigida qualitas (quod ad potentiam attinet) naturaliter etiam terræ insita sit, tum aquã in terra, tum terrã esse in aqua. Naturalia enim humidi cum frigido coniunctio alterũ ab altero penitus disiungi non finit: sed etiamsi forte aliquando accidat, ut horum alterutrum per se solum sit, non plenè atq; perfectè solum est, sed potentia utrumq; simul in uno animaduertitur inesse. Quemadmodum enim humore in aera diffuso, refrigeratio quoq; uaporum particulas consequi solet: ita uice uersa, frigiditate in imo terræ uerlante, nec humiditas quidem à coniuncta qualitate frigiditatis abest, sed frigida uis naturaliter insita terræ, ueluti semen quoddam naturæ humoris existit, semper per sese coniunctam sibi qualitatem producens, unius in aliud mutandi efficacia, terram peruehementem refrigerationem in aquę naturam transmutante. Atq; harum rerum siquis rationem à nobis reposcat: qui fiat ut unius in aliud conuersio duri ac solidi in humidum ac liquidum mutationem efficiat? æquè atq; in cæteris etiam omnibus hærentes non habebimus aliquid certi, quod respondeamus. quî enim aqua diffunditur in aera, atq; ipsa grauis atq; deorsum natura uergens ab illo, qui leuis est, subuehitur? Aut qua ratione unius in alterum conuersio id quod ponderosum est, in leue transmutat? Quòd hæc quidem fiant, sensu deprehendimus, sed oratione exprimere opera naturæ nequimus. Quòd si quis experientiam pro testimonio eiusmodi opinionis admittat productis testibus sermonis puteorũ fossoribus, facilè rem demonstrabimus. Nam quum supra eas aquas, quæ in imo terræ reperiuntur, aridã terrã perfodiunt deorsum uersus opere progredientes nõ statim collectionẽ aquæ reperiunt



reperiunt: sed primum quidem tactu iudicant terram humoris expertem non esse, deinde per profundum ad id, quod magis refrigeratũ est, tendentes lutosiorẽ gleba offendunt. posthæc ubi ad id, quod magis refrigeratũ sit, opus aperiendo & excauando deprimitur: sudor quidã obscurus apparet: deinde quũ lapidosa quædam duricies incisa fuerit, tunc sub fundo lapidum, quò calorẽ solis, crebritate atq; densitate lapidum prohibente nõ amplius penetrare, magis uerisimile est: tenues quædam aquæ uenæ procedente opere aperiuntur, à quibus undiq; circa imũ putei collatione atq; collectiõe facta puteus abundat aqua. Quod igitur hic circa manufactã concauitatẽ fit, collato undiq; atq; collecto eo, qui circa puteum cõprimitur, humore, hoc consentaneũ atq; probabile est in omni fieri loco, & eam aquam, quæ per tenueis & minutos humores semper cõferẽ & colligitur, per uenas quasdam ad latiores diduci meatus, quum iam tenuis illa confluxio secum fuerit unita. Sic igitur[b] (de terra) generatur aqua, frigiditate quidem terrã liquefaciente, humore uerò ex frigiditate nascente atq; coeunte, & totam aquæ naturã in sese perficiente: unde coacta iam atq; conglobata, flumenq; effecta, qua facilem cursum reperit, ibi terrã aperit: atq; id fons uocatur. Frigiditatem aũt aquarum ortũ præcedere, maximo est argumento, quòd loca ad septentriones uergentia, quæ omniũ (maximè) frigida sunt, aquis abundant. nam alioqui soli expositæ atq; australes partes aquis æque atq; septentrionales loci irriguæ essent, si defectus atq; penuria refrigerationis humorũ ortui nihil officeret. Quemadmodũ autem ex imbrium continuatione aqua collecta ex confluxione guttarũ torrens fit. sed si quis ipsas per sese guttas intueatur, exiguum quiddam atq; pro nihilo esse uidebitur, quod in unaquaq; conspiciatur: itidem etiam ex imo semper minutatim humoris quantitate oriente atq; coeunte, quũ unum ex multis flumen multorũ exiguorum collectio facta fuerit, id in amnis naturam euadit. Ac siquis has circunscribit ac reprobat opiniones, unde perenneis fluuios existere censuerit: nunquid aliquos lacus intra sinus terræ esse suspicabitur? At etiam hi prorsus, nisi quid habeant quod affluat (eis) breui exhauriantur: itaq; necessariò subter hos etiã alteros sitos esse existimabit, atq; huius consequentia sermonis etiã id, quod hos alteros repleat, requiret. quòd si alios (etiam) lacus subter illos sitos esse ponat, etiam aliorum supplementũ quænã habeat subsidia necessariò perscrutabitur, atq; ita in infinitum sermo progrediens nusquã consistet, lacus lacubus superimponẽs, ne lacus, qui iuxta fontes sint, deficiant, donec extremorũ subsidia deprehenderit, per quas aquæ naturæ initium sumat. Quã nunc uerisimile est primæ aquæ naturæ cauſſam inuentũ iri, hanc multo magis rationi consentaneũ atq; probabile fuerit circa fontiũ constitutionẽ atq; collectionẽ mente animoq; concipere, & nõ subterraneos illos lacus imaginari, in quibus stetim aquæ decliuis ac deorsum uergens natura ex aduerso cõtra orationẽ consistit. Qui enim sursum uersus fluet id, cuius natura sinũ cursum deorsum uersus habet? deinde uerò quantã etiã illorum lacuum magnitudinẽ esse continuus tam multarũ aquarũ effluxus coniecturã facere atq; existimare dat, ut tantum profundẽs in tam longinquis temporibus manear inexhausta, nemine id, quod effluat ex imo cõtrà inducente? Verùm per ea, quæ quæsita atq; excussa sunt[c] perspicuũ fuerit, quòd fluminì quidẽ non desit id, quod aquã suppediter, quippe quũ terra in hanc transmutetur: moles autẽ terræ per id, quod elabendo subducitur, nõ minuitur, quippe ea, quæ quoq; tẽpore fit, aridorum uaporũ mutatione quicquid semper de mole demi nuatur, replete. Quæ quũ fiant, nõ iam amplius nobis elementorũ aliorũ in alia mutatio claudicare uideri possit: sed per id, quod cõsentaneũ est atq; ex antedictis effici tur, oratio curret, dum uniuscuiusq; elementi in alterũ conuersionẽ ortum eius, in quod mutatũ fuerit, atq; ab illo in id, quod ab initio fuisset, restitutionẽ esse uideri. Verbi gratia. Aqua in aerẽ per uapores subuecta, aer facta est. aer humectatus in supero ardore exiccatus est, quod terreũ in humore erat, per naturã ignis secretũ atq; separatum est. hoc in terrã redactum per frigidam qualitatem in aquam mutatum est. Atq; ita absq; ullo negotio atq; impedimento continua elementorum unius in alterum

[a] Videtur locus corruptus.

[b] Locus nihil eo tur mutilus.

Locus mutilus.

[c] Locus mutilus uidetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



alterū conuersio est, ita ut nullū in his absumatur, nullū augescat atq; redundet, sed in ijsdem, quas ab initio habuit, maneat in perpetuū mensuris. Quocirca cōsequentia earum rerum, quas quæsiuimus & excussimus, per aquas quæ supra firmamentum sitæ sunt, aliud quippiā atq; humidam naturā intelligendum esse præbet. si modò ex supradictis animaduertimus & intelleximus, q̄ natura ignis humoris consumptione nō alatur. Ostensum est enim per ea, quæ examinauimus, quòd calidū frigido nō alatur, sed extinguatur, itemq; aridū ab humido deleatur, & cōficiatur, nō augeatur. Sed (iam) tēpus fuerit ad alterā partē quæstionis cōmentationē conuertendi, qua ratione post tertiū diē omnes cœlestes flāmę luminariaue facta sint: ac quòd diuinū quidem aliquod uerbū imperatiuū unumquodq; miraculū, quod fieret, præcederet, ita historico more narrando sublimes sententias nos Moyse docente,[a] in superioribus uerbis tractauimus & ostendimus. in quibus hoc animaduertimus, nō iussum, non mandatū, quod uerbis fieret, diuinā esse uocem: sed artifi ciosam simul & sapientē uim atq; potentiā cuiusq; eorū, quæ fiebant, per quā efficiuntur ea, quæ in rerū natura sunt, miracula, id uerbum & orationē Dei esse, & dici: item, quū omnis accuratim, collectim, atq; repentè creaturæ plenitudo per primam Dei uoluntatē creata sit, eum, qui necessariò secundum inditam rebus uniuersis sapientiā consequitur, modum & ordinē ad uniuscuiusq; elementi institutionē atq; designationē a diuinis iussis nihil discrepare, sed ei consentaneū atq; cōuenientem esse. Rem enim paucis cōplexus in prima sub sensum cadentis creaturæ productione atq; repræsentatione cōprehendendi uoce Moyses rerum naturā uniuersam indicauit, quū dixit: In principio fecit Deus cœlum & terram. Quū igitur dixisset, quòd plenitudinē & congeriem rerū fecisset, deinceps ordine quodam naturali, eam, quæ fiebat, rei cuiusq; institutionē oratione designat. Facta est igitur una cum omnibus rebus cæteris lux: sed quandiu splendoris expertes creaturæ partes, illuminatrici facultati officientes manebant, non protinus rebus omnibus præluxit: simulatq; autem à Deo creaturæ data est occasio ad sui digestionem, ignea atq; illuminatrix uis leuitate agilitateq; naturæ ante res cæteras emicans atq; exiliens creaturæ præluxit. atq; initiò quidem tota circa seipsam collecta atq; coaceruata erat, uniuersitatemq; rerū circumibat. posthæc uerò rursus propriis particulis ad cognatas sibiq; accōmodatas[b] (redacta) dirempta separataq; est. Perspicuū est enim ex ijs, quæ uidentur, quòd non una illuminatricis naturæ uis sit: sed siquis generalī quidem uerbo unum quoddam lumen nominet id, quod ex omnibus colligitur atq; coaceruatur, non errauerit: quoniam etiam diuinus sermo singulari uoce ab initiò uniuersum designat, lucem, non luces fieri iubens. sinautem ea, quæ apparent, aliquis spectet, magnam illuminatricis uirtutis differentiā in rerum natura animaduerter. Vnde etiā psalmorū author: [c] Ei, qui fecit, inquit, lumina magna solum: & alia gloria solis, inquit, apostolus, [d] & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarū: stella enim à stella differt in gloria: quasi magna prorsus in lumine differentia sit. Nam si etiam omnia, quæ Paulus enumerauit, naturaliter illuminare solent, atq; unumquodq; in peculiari quadam uirtute ac gloria deprehenditur: haud alienū fuerit, unum lumen uniuersa singulari uocabulo nominare: sed inconfusam & distinctam in his differentiam considerare. Quòd si hæc ita sunt, non opinor nostram opinionem ab eo, quod probabile atq; consentaneum est, aberraturam esse, si hoc Moysen intellexisse existimemus, quòd ab initio quidem omnis illuminatrix uis apud seipsam coaceruata atq; collecta, facta sit lux: sed quoniam magna quædam in illo subtili & agili, ratione maioris & minoris, differentia in uniuersitate rerum natura esse cernebatur: tridui temporis spatium satis fuit, ut horum unumquodq; perspicue & absq; confusione alterum ab altero diduceretur atq; secerneretur, ut id quidem quod ex ignea natura summè subtile & leue ac plane materiæ expers esset, in summo loco sub sensum cadentis [e] naturæ uersaretur: quam partem ea, quæ mente cernitur & incorporea est, excipit natura: quicquid autem & tardum & ignauum esset, intra complexum tenuis & leuis (illius) [f] circa sese coiret: atq; hoc rursus,

[a] Locus corruptus uidetur et mutilus. ὅτω τ̃ μωσέως ἐτερομένῳ ἡμεῖς τὰ ὑψηλὰ τ̃ν λογικ̃ν ἐμάθομεν. Legendum puto, ἐτερομένου ἡμεῖς τὰ ὑψηλὰ τ̃ν λογικ̃ν ἐμάθομεν: aut certè post ἐτερομένῳ nos, interponendam dictionem copulatiuam, καί. Sed in his temerè diuinare periculosum est. non enim dubito, quin in multis locis extent exemplaria lōgè, quàm hoc, emendatiora, et in hiusmodi locis depravatis promptiora faciliusq; est sententiam diuinare, quàm ipsa uerba genuina authoris assequi coniectura.

[b] Videtur locus esse valde mutilus & corruptus.

[c] Psal. 135.

[d] 1. Corin. 15.

[e] Duplex lectio. φύσεως, κτίσεως.

[f] πρὸς ἑαυτὸ, ἐφ' ἑαυτό.



rursus, pro differentia insitæ sibi proprietatis in septem partes secaretur, omnibus particulis lucis, quæ & æquales & eiusdem naturæ essent, pro cognatione inter se coalescentibus, & ab ijs, quæ alterius generis essent, separatis atq; diremptis. Sic igitur quicquid solaris naturæ, illuminatrici naturæ insperſum erat, quum omnes hæ particulæ aliæ ad alias concurrissent, unum magnū (lumen) factum est. itidem etiam in luna, & in unaquaq; cæterarum tum errantiū, tum inerrantiū & fixarum stellarum, uniuscuiusq; particularum ad sui generis res concursus unum quiddam ex ijs, quæ (in cœlo) apparent, effecit atq; ita uniuersa facta sunt. Satis autē magno Moysi fuit, quum maximè insignia duntaxat in his nominasset, magnum luminare & minus, reliqua omnia generaliter stellarū nomine appellare. Quòd si mentis nostræ crassitudo laborat eo, quod subtilitatem diuinæ sapientiæ assequi non possit, nemini id mirum uideri debet inopiam naturæ nostræ spectanti, si gratum & iucundum fuerit, non si à nulla re aberrauimus, sed si unam saltem aliquam rem assequi potuerimus. Atq; hæc dico ad illam quæstionem respiciens, quæ ratio triduī huius spatij sit, ut tantum tēpus satis esset ad uniuscuiusq; eorū, quæ per lumen cernuntur, separationem atq; digestionē. Perspicuum est enim, quòd omnino aliqua ratio subsit, etiamsi maior sit ea, quàm ut à nobis cerni & animaduerti possit, qua conuenit spatiū temporis huius, quod sumptum est ad digestionē illuminatricis naturæ, cum ea, quæ ad mensurā redacta est, tēporis prorogatione, & quantitate eius, qui in motu cōsistit ignis efficacitate atq; operationis, quū luminū distinctio propter luminariū peculiarē naturā ita dirempta atq; diuisa sit, ut infinitæ hæ lumina differētiæ ad proprium & accōmodatū unaquæq; situ secernantur, à naturali proprietate illic collocatæ: quò insita uis unamquamq; duxit, nulla in his perturbatione ordinis atq; cōfusione existente, propterea quòd secundū impositā unicuiq; naturalem proprietatem, ordo in eis à diuina sapientia statutus sit, quem transgredi non possint: ut illa quidem supremam obtineant regionem, quæ magis, quàm omnis natura quę in sublime fertur, ad supera ferantur. atq; in illis rursus aut in medio collocentur, aut australia quædam sint, aut septentrionalia, aut eam regionem, quæ inter has intercedit, occupent, aut lacteum, aut Zodiacum circulum repleant: ac rursus in hoc uel hanc uel aliam sideris circunscriptionem efficiant: atq; in sidere rursus non temerè atq; fortuitò unaquæq; stella, quæ in illa figura collocata sit, uel hunc uel illum situm habeat, sed æquabiliter quò ea, quæ naturaliter insita est ei, proprietas eam abduxit, illic maneat, in immutabili constantia atq; stabilitate, propriæ naturæ uí, iuxta opificis sapientiam coercita atq; circunscripta. Hæc & eiusmodi sunt, quæ mens intuens æstuat & quasi uertigine laborat, suamq; tarditatem damnat, quæ non possit excogitare rationem, quo pacto triduī temporis spatium, ad digerendum atq; discernendum tam multas stellas satis fuerit? Aut quomodo propter infinitam inerrantium stellarum sphæræ ab terrestribus distantiam in medio uniuersi spatij solarem naturam magna sapientia Dei collocauerit: ut ne prorsus in tenebris uitam degeremus, quòd is, qui à stellis editur splendor, prius quàm ad nos perueniret, in eo spatio, quod intercedit, absumeretur: cuius rei gratia illuminatricem solaris naturæ uim à tanto spatio supra nos posuit, ut neq; propinquitate spatij radius obscuraretur, neq; nimia propinquitate molestus esset: aut qua ratione id quod materiæ crassitudinisq; plus habet, è superis rebus (lunare corpus dico) infra atq; deorsum detractum sit, & circum terræ proximum locum uerſetur atq; feratur? cuius media quodammodo cernitur esse natura ex æquo particeps tum lumine carentis, tum illuminatricis uirtutis. nam propriū quidem ipsius splendorem naturæ crassitudo debilitat & infringit, sed radio solis ex aduerſo illuminante illuminatricis naturæ non penitus expers est. Sed rationem quidem elucentis, in unaquaq; re sapientiæ uidere inopia naturæ nostræ non potest: attamen secundum eum, qui in creatione rerum à legislatore expositus est, ordinem, quandam in ijs quæ facta sunt cernere consequentiam, hoc opinor posse ab ijs, qui mediocriter norunt id, quod consequens & consentaneū est, uidere, per

Universidad de Deusto
Biblioteca



quasdam coniecturas utcunq; animaduerti. Quamobrem eorum, quæ facta sunt, continuam seriem reputamus. est autem hæc. Quum generalis & uniuersalis lux propter agilitatem atq; celeritatem ante res cæteras edita apparuisset, consequuta est firmamenti circunscriptio orbiculato rotundoq; ambitu ignis definita. Leui autem natura à grauioribus separata, consequenter graues & ponderosæ qualitates aliæ ab alijs distinguuntur terra & aqua discretę. infera autem natura, disposita atq; digesta, tenuis & leuis sublimisq; natura, propterea quòd non omnis eiusdem ipsa secum naturæ esset, in eo, quod interceßit, præteriti tẽporis spatio à cõmuni massa atq; cõgerie ad eiusdem generis proprietates diducitur atq; discernitur. in qua infinita multitudo stellarum explicata secundũ insitam unicuiq; parti naturalem proprietatem ad summũ creaturæ locum recurrit, atq; in suo unaquæq; loco uersatur, ac neq; à continuo perpetuoq; cursu desistit, neq; transfertur ab eo situ, in quo est: sed ordo quidem in his immobilitatẽ habet, natura uerò perpetuam mobilitatem. Atq; deinceps is qui secundum locum post uelocissimũ motum obtinet, suo cursu inferiorem circulum occupat. ac rursus à tertio & quarto, & ad septimum usq; pro ratione celeritatis naturæ, tanto magis infra superius sidus unumquodq; locũ occupat, quanto tardior ei quàm superioribus ad motum natura est. Hæc igitur quarto die fiunt, non tunc luce creata, sed illuminatrice proprietate pro cõmoditate suę naturæ in unum congesta atq; coaceruata, quum cæterę stellæ emicuerunt & emerserunt in apertum, tum illæ, quæ in corpore maiore quàm cæteræ cõspiciuntur, sol & luna, quorum natura quidem in prima congestione lucis materias adepta est: uerùm uero cuiusq; coitio atq; constitutio (quoniã omnino tempore mouetur, quicquid mouetur: atq; particularũ mutuo inter sese concursui etiã temporali quodam opus est interuallo) in tribus diebus absolura est. ut nihil alienum à consequentia atq; probabili ratione à magno Moyse scriptum sit in digestione rerum, qua quidem omnium materia aceruatim atq; summatim à potentia creatoris prius congesta esset ad rerum constitutionẽ, particularis eorum, quæ in mundo conspiciuntur, designatio atq; institutio ordine quodam & cõsequentia atq; uicissitudine naturali in certo spatio perfecta atq; absoluta est: tunc quidem collectim ac summatim uniuersa luce edita, nunc uerò omni illuminatrice natura specialiter distincta colluceντe: cuius naturæ est etiam sol & luna. Ac quemadmodum in ijs, quæ humidam & fluidam uim habent, etiamsi omnia fluant, non prorsus eiusdem inter se generis sunt, sed unumquodq; ab alio in aliquo differt: uerbi gratia, in oleo & aqua & argento uiuo: quæ si quis omnia inter se confusa uno uase cõprehenderit, exiguo tempore interiecto primùm uidebit argentum uiuum, propterea quòd cæteris ponderosius & magis infera petentis naturæ est, suis particulis, etiamsi eæ passim dilapsæ ac dissipatę sint, commisceri: deinde aquam secum cogi, postea particulas olei omnibus subiacentibus supernatare & circũ se coire: ita existimo de proposita quæstione coniecturam facere oportere, tantum duntaxat de similitudine uariantes & immutantes, ut id, quod in humidis & fluidis propter pondus hoc modo fit, in ea natura, quæ in sublime fertur contrario fieri modo intelligamus. Quum enim protinus in prima congestione atq; molitione rerum omnes igneæ naturæ particulæ leuitate sui ad supera ferrentur, prout uniuscuiusq; celeritas esset, secundum naturaliter omnibus insitam uim: par atq; consentaneũ est eas, quæ cursu inter se pares essent, omnes cõcurrisse, atq; ita ea, quæ eiusdem secum naturæ atq; uirtutis essent, per celeritatis differentiam ab sese eise direpta atq; discreta. Quemadmodum igitur in similitudine harum rerum fluidarum separatio per distinctionem materias eas non fecit, sed factas & inter sese confusas unamquamq; ab alia plane secretam ostendit: ita etiam post tridui temporis spatium non facta est solis illuminatrix natura & uis, sed diffusa per rerum naturam uniuersam ad sese coacta atq; digesta est. Quòd si quis à nobis etiã de tertio cœlo rationẽ reposcat, quod Moyses quidem nõ descripsit, Paulus autem uidit, atq; in eo tanquam in adytis quibusdam atq; penetralibus sapientię uersatus arcana illa audiuit: hoc dicimus, quòd nõ extra

2.Cor.12.



extra ea, quæ examinata sunt, tertium illud cœlum sit. Videtur enim mihi magnus ille apostolus, qui superiores omneis præcedere atq; à tergo relinquere conatur, transgressus omneis sensibilis naturæ terminos, ad eam quæ cogitatione percipitur, ac mente cernitur, stationẽ penetrasse, quum non planè in corpore contigisset ei res illas, quæ mente noscuntur, spectare. hoc enim etiam ipse in sua epistola significat, dicens: Siue etiam in corpore, non noui: siue extra corpus, non noui: Deus nouit raptum talem usq; ad tertium cœlum. Existimo igitur extremam sensibilis mundi partem, tertium cœlum appellatam esse à Paulo in treis quidem partes quicquid apparet diuidente, secundum consuetudinem autem scripturæ unamquanq; harum partiũ cœlum nominante. Nam sermo scripturæ abutendo quibusdam uerbis, unum quidem cœlum nominat, terminũ crassioris aeris: quousq; etiam nubes & uenti pertinent, & altè uolantium auium natura fertur (etenim etiam nubes cœli dicit, & uolucres cœli: ac non simpliciter hoc cœlũ dicit, sed cum adiectione etiã firmamenti. dicit enim: Edant aquæ reptilia animarũ uiuentium, & uolucres uolantes supra terram circa firmamentũ cœli.) deinde alterum & cœlum & firmamentũ denominat, id quod post inerrantium stellarum sphæram intrinsecus spectatur: in quo errantes stellæ uersantur. dicit enim: Et fecit Deus luminaria magna, & collocauit ea in firmamento cœli, ut lucerent super terram. Nemini autem eorum, qui aliquocunq; modo rerum uniuersitatis digestionẽ considerauerit, incognitum est, quanto hæc inferiorem locum, quàm superus ille cursus, obtineant. Atq; ipsam etiam extremitatẽ sensibilis mundi, quod confinium est eius, quæ cognitione percipitur, creaturæ, & firmamentũ & cœlum nominat. Ille igitur, qui cupidus & studiosus erat earum rerum, quę superant rationem, &, ut etiam nos hortatur, nihil earum rerum, quæ conspiciuntur, spectabat (quoniam ea, quæ uidentur temporaria, quæ non uidentur, sempiterna sunt:) quò eum suum studiũ erigebat, illuc euasit, potentia eius, qui iam antea hoc ei desiderium ostenderat & iniecerat, eleuatus. ac pro eo, ut diceret, noui hominem, qui omnem sub sensum cadentem creaturam transgressus est, & in adyta eius, quæ mente comprehenditur, creaturæ peruenit (quoniam sacras literas à puero didicerat:) scripturæ uocibus mentis sensum indicat, transitum harũ trium partium, quæ in uniuersitate rerum spectantur, tertium cœlum nominans. reliquerat enim aerem, præteruolauerat etiam eum, qui medius intercedit, orbem siderum: superauerat item extremũ ætheriorum terminorũ ambitum atq; complexũ, & in stabili, eaq;, quæ mente cernitur, natura constitutus, quũ pulchritudines & ornamenta paradisi uidit, tum audiuit ea, quæ non loquitur humana natura. Hæc tibi, ô homo Dei, de ijs, quæ nobis à prudentia tua explicanda proposita sunt, respondimus, neq; de scripturæ dictione quicquã ad tropicum & allegoricum intellectum traducentes, nec ex ijs, quæ nobis opposita sunt, aliquid inexcussum prætermittẽtes: sed, quoad eius fieri poterat, manente [a] dictione in sua significatione, naturæ seriem per interpretationem & explicationẽ nominũ sequuti sumus, in quibus [b] ea, quæ aliquo modo contraria esse uidentur, & secundum sim pliciorem lectionem inter sese discrepare, prout fieri poterat, demonstrauimus. reliqua uerò, quæ per mundi creationem, quę sex diebus absoluta est, facta sunt, persequi ineptum esse putauimus, quippe quũ sublimis præceptoris uox nihil ex ijs, de quibus quæri solet, reliquerit explicandũ præter hominis fabricationẽ: quã nos peculiari libro antehac elaboratã misimus tuę perfectioni, hoc & in illo scripto, & in præsenti & abs te & ab omnibus lectoribus petentes, ne puretis quòd ipsi nostrum præceptoris studijs opponamus & aduersemur, sed illic quidẽ quoad eius fieri poterat, defectus supplentes, cõmentariũ de homine ijs quæ circa hexaëmeron ipse elaborauerat, adiecerimus, hic uerò propter eos, qui in scripturæ intellectibus id, quod probabiliter cõsequitur atq; consentaneũ est, requirunt, hæc scribere uoluerimus, ut & dictio simul in scriptis seruaretur, & naturalis explicatio cum litera concordaret. Quòd si ijs, quæ dicta sunt, aliquid deest, per me licebit, uel à te, uel à quouis lectore suppleri, quæ desunt. neq; enim oboli illi duo, qui à uidua illa adiecieban-

2.Cor.12.

2.Cor.4.

[a] Pro πλέον, λέξεως.

[b] Locum ualde corruptus, ἀλ' ὧν τὸ μὲν ἐναντίωσιν ἔχειν δόξῃ διοικήσεως τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιμελουμένου ἀνάγνωσιν. legendum puto, ἀλ' ὧν τὸ μὲν ἐναντίωσιν ἔχειν δόξῃ διοικήσεως τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιμελουμένου ἀνάγνωσιν.

Luc.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Exod.25. ciebantur, diuitum munera prohibebant: neq; qui pelleis & ligna, & pilos Moysi ad tabernaculi confectionē conferebant, impedimento fuerūt ijs, qui & aurum, & argentum, & pretiosos lapides huic sacro operi dicabant. Ergo nos quoq; contenti erimus, si loco pilorum nostra scripta admittantur & approbentur, dummodo contingat, ut per uestram purpurā, quæ auro applicetur, tunica sermoni addatur: cui nomen est, & rationale, & doctrina, & ueritas: quemadmodū inquit etiam
Exod.28. Moyses, qui eiusmodi sacerdoti conficiebat indumenta iuxta præscriptū Dei: quē decet gloria & imperium cum unigenito filio & Spiritu sancto, in secula. Amen.

# SANCTI PATRIS
## NOSTRI GREGORII ARCHIEPISCOPI NYSSAE, EX VETERE TESTAMENTO DELECTA TESTIMONIA cū adiecta quadā expolitione & explicatione, aduersus Iudæos de sancta Trinitate: quibus probat, quòd Verbum & Spiritū habeat Deus, secundum scripturas, Verbum ὑφιστάμενον, id est, quod hypostasi, siue persona præditum & reuera sit, ac uiuat, & Spiritum similiter.

Psal.32. DIXIT Dauid in psalmo trigesimo secundo: Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis potentia eorum. Non igitur uerbum siue sermo est, aeris impressio (rei[a] cuiuslibet) significatiua, quæ per instrumenta uocis edatur: neq; spiritus est oris anima, quæ ex partibus respirandi excitetur: sed Verbum, siue sermo quidem est is, qui in principio erat apud Deū, & Deus est: Spiritus uerò oris Dei spiritus ueritatis, qui à patre procedit. Tria igitur intellige, lubentē & imperantem Dominum: creantem Sermonē, siue uerbum: firmantē & solidantem, hoc est, Spiritum. Firmationem enim & solidationem, sanctificationem dixit & completionem. Vt autem scias, quòd non hoc uerbo siue sermone, qui profertur (cœlos[b] firmatos esse) dicebat, sed eo, qui reipsa personaliter subsistit: idem alibi dicit: Emittet sermonē suum, & liquefaciet ea: spirabit spiritus eius, & fluent aquæ. Sermo autem & uerbum, quod substantia atq; essentia caret, non emittitur. Et rursus: Emisit uerbum suum, & sanauit eos, & liberauit eos ex discriminibus & periculis ipsorum. Et rursus: Emittes spiritū tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Quis fecit in firmamento Domini: & uidit uerbum eius? At sermo & uerbum hominis nō uidetur. Vides, quòd non sermonem dicat, qui auditu, sed qui uisu percipiatur & comprehendatur, nimirum eum, qui reipsa est, & in persona consistit. quandoquidem iuxta probabilem rationē, ne locum quidem hoc habet in sermone, qui substantia caret. Nos enim sermone creator instruxit & ornauit propter mutuam alio tum cum alijs consuetudinē & societatem, & ut per sermonem alter alterius mentem intelligeremus. Confert autem nobis etiam spiritus ad conseruationem corporis, per hoc, quod admittitur & hauritur, ac rursus repellitur idem & respiratur: de Deo uerò, qui etiam solus incorporeus est, non potest eiusmodi quippiam existimari. ANNOS PERFICIS, DEVS, POTENTIA TVA. Christus autem Dei potentia, Deiq; sapientia est. EX PERSONA SAPIENTIAE, Prou.8. ID EST FILII. Quum pararet cœlum, aderam una cum eo: atq; ego eram, qua delectabatur, quotidie oblectabar facie eius. Quem igitur locum hæc habent, si non in substantia atq; reuera facies erat? non enim est alius, cum quo colloquere-

[a] Locus mutilus uidetur, ita que explendæ sententiæ gratia adiect hæ duas dictiones.

Ioan.15.16.

[b] Videtur locus esse mutilus.

Psal.77.

Psal.106.

Locus ualde corruptus.

1.Cor.1.

2.Cor.2.



retur. Quis enim nouit mentē Domini, aut quis illi à consilijs fuit? Sed satis fuit ei sola uoluntas ad omniū rerum creationem. Scriptum est enim, Et spiritus Dei ferebatur super aquas: significante scriptura, quòd Spiritus sanctus, qui reuera atq; in substantia personaq; est, foueret & uiuificaret omnia ad futuram generationem. Quę quum ita sint, perspicuè & clarè sancta Trinitas, Patris, inquā, & Filij & sancti Spiritus demōstrari atq; probari potest, quippe huius ad seipsam sanctiæ atq; coessentialis Trinitatis est illud: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram. Et: Fecit Deus hominem: secundum imaginem Dei fecit eum. Formati enim sumus, prout intelligentia percipi potest, ad imaginem unigeniti. Et rursus: Ecce Adam factus est, sicut unus ex nobis. Quòd autem per Sermonē omnia creauerit Deus, perspicuū est ex eo, quòd unicuiq; creaturæ ascripta est hæc clausula: Et dixit Deus, Fiat: significante scriptura eam, quæ per Sermonem effecta est, creationem. Nisi enim hoc esset, satis fuisset dicere: Et fecit Deus cœlum & terram, & reliqua. Et rursus iussu Dei factum est firmamentum. Et rursus: Separauit & diuisit Deus. Et quum audiueris, Dixit Deus: statim mente concipe eum, qui obediuerit dicenti: Et dixit Deus, Fiant luminaria: &, Fecit Deus luminaria: quis dixit, & quis dicto audiens fuit? Atq; in pluribus ueteris Testamenti locis, sensim ac tacitè indicāte sancta Trinitate, deprehendi & animaduerti potest eius hypostasis, id est, repræsentatio personarū, & coessentialitas, uel consubstantialitas, id est unitas & identitas essentię atq; naturę. Verbi gratia, tēpore Abrahami. Apparuit enim, inquit, ei Deus ad quercū opacam sedenti in ostio tabernaculi sui tēpore meridiano. Quum sustulisset autem oculos, uidit: & ecce tres uiri astabant supra eum: & ecce accurrit obuiam eis, & adorauit pronus in terram, & dixit, Domine, si nactus sum gratiam coram te, ne prætereas puerum tuum. Et post alia: dixit autem ad eum, Vbi est Sarra uxor tua? at ille dixit, Ecce in tabernaculo est. Dixit item: Reuertens ueniam ad te circa hunc temporis articulum ad horas: & habebit filiū Sarra uxor tua. Ecce igitur dicit quòd Deus quidem apparuisset ei, sed quòd treis tamē uiri essent, qui[a] conspecti fuissent: ipsum autem rursus non quasi tribus dixisse, Domini, Si inueni gratiam coram uobis, ne prætereatis puerum uestrum: sed Dominum singulariter ternos nominasse, & tanquam unum inuitasse ad diuertendum. item tanquā unus loquitur, uetuam. Vide igitur quòd illi, qui apparuerunt, tres quidem erant, & in propriæ personę constitutione subsistebant: sed ratione tamē eiusdem essentiæ atq; naturæ comprehensi erant: atq; etiam tanquā unus colloquebantur. Quis item ad quem dicebat, Venite descendentes confundamus linguam eorum? Certē perspicuum, quòd ad illum ad quem dixit: De uentre ante luciferum genui te. &, Ante solem nomen eius, & ante lunā. Et rursus: Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ. Et rursus: Ego ero illi loco patris: & ipse erit mihi loco filij. Quid item illud? Pluuit Dominus ignem & sulphur à Domino? Quid uerò ex persona Dei etiam illud: Et omnis qui effundit sanguinem, pro sanguine eius effundetur: quoniam in imagine Dei feci hominem? Vides quòd Deus in imagine Dei fecerit? Quomodo item intelligendum est illud, quod in Exodo scriptum est: Et[b] cum mane surrexisset Moyses, ascendit in montem Sinai, sicut constituerat & præceperat ei Dominus. & accepit Moyses tabulas lapideas. & descendit Dominus in nube: & astitit illic, & loquutus est in nomine Domini. & prætereunte Dominus[c] à facie Domini. Quis ergo Dominus loquutus est in nomine Domini? & quis Dominus transiuit à facie Domini? Quid item illud ad Abrahamū dictū: Ego sum, qui apparui tibi in loco Dei? Quomodo item illud: Adorent eum omnes angeli Dei. quem? & cuius Dei? Dicit Moyses: Et statuit Dominus terminum dicens, Crastino die repræsentabit Dominus uerbum hoc super terrā. Et rursus: Confirmare Zorobabel: quia ego uobiscū sum, & uerbum meū bonum, & spiritus meus in medio uestrum. Quid opus erat triū mentionē facere, si non unumquodq; est in propria subsistentia personæ? Et rursus: Et dixit Dominus ad Moy-

[a] Dixerunt ad eum, habet uetus translatio.

[b] De nocte habet uetus trāslatio.

[c] Variat item hic uetus trāslatio.

Exod.34.

Gen.1.

Gen.1.

Gen.3.

Gen.1.

Gen.18.

Gen.11.

Psal.109.

Psal.2.

Gen.19.

Exod.9.

Aggæi 2.

Exod.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sen: Descende & contestare populum, & sanctifica eos hodie & eras: & lauent uestimenta sua, & sint parati in diem tertium. in die enim tertio descendet Dominus super montem Sinai coram omni plebe. Ac non dixit, descendam. Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnē carnem: & prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ, (& iuuenes uestri uisiones uidebunt: & seniores [a] uestri) somnia somniabunt. Et aliquanto post: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, priusquam ueniat dies ille Domini magnus & illustris. (Non dixit, dies meus.) Et futurum est, ut quicunq; inuocauerit nomē Domini, seruetur. Item non dixit, Nomen meum. Et rursus: Dominus de cœlo super terram despexit, ut uideret gemitum compeditorum: ut solueret filios morte affectorum: ad annuntiandum in Sion nomen Domini. Non dixit, Nomen eius. Et rursus: Qui habitat in cœlis, deridebit eos: & Dominus subsannabit eos. Et rursus: Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Quis igitur Dominus: apud Deum? Ex persona Dei. Subuerti uos, quemadmodū subuertit Deus Sodoma & Gomorra. (Et [a] Esaias) quando uidit gloriam eius: Domine, quis credidit sermoni nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Non dixit, Et brachium tuum. Ecce auxilio Dei per plura scripturæ loca sanctæ & coessentialis Trinitatis probatæ sunt hypostases, id est personarum eius propriarum repræsentationes.

Ioel. 2.

[a] Locus mutilus fuit, quē supleui ex propheta.

Ibid.

Psal. 78.

Psal. 78.

Psal. 2.

Esa. 12.

Ioan. 12.

[b] Hæc uerba, ac fortasse multo plura desiderantur in exemplari, quo unico sum usus.

## EIVSDEM ALIA DE ADVENTV DOMINI IN CARNE.

Hic est Deus noster, non reputabitur neq; comparabitur alius ad illum. inuenit omnem uiam scientiæ, & dedit eam Iacobo puero suo & Israeli dilecto suo. Post hæc autem: Super terram uisus est, & cum hominibus unà uersatus est. Deus palam ueniet, Deus noster, & non silentio prætermittetur. Et rursus: Apparebit Deus Deorum in Sion. Et rursus: Deus dominus, & apparuit nobis: repentè ueniet in templum suum Dominus, quem uos quæritis, & angelus testamenti, quem uos uultis. Gaude uehementer, filia Sion: prædica, filia Hierusalem: Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, & insidens iumento & pullo asinæ. Quis uerò regū unquam asino insidens Hierosolymam inuectus est? Et rursus: Oblectare & exhilarare, filia Sion: quoniam ego uenio, & habitabo in medio tui: dicit Dominus: & multæ gentes in die illo confugient ad Dominum, & erunt ei loco populi. Et rursus: Ecce ego mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui parabit & instruet uiam tuā ante te. Et rursus: Stabunt pedes eius in die illo super montem oliuarū, qui est e regione Hierusalem ab oriente. Et post pauca: Ostendit mihi Iesum, sacerdotem illum magnum stantem coram angelo Domini: & diabolus stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. & dixit Dominus ad diabolū: Increpet Dominus in te diabole. Et cōtestatus est angelus Domini Iesum dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in uijs meis ambulaueris, & si præcepta mea seruaueris: & tu quoq; dijudicabis domum meam. Et rursus: Audi igitur Iesu, qui es sacerdos ille magnus. Manifestatus sum & innotui ijs, qui me nō quærebant: & inuentus sum ab ijs, qui de me non sciscitabantur. Et rursus: Apparebit Dominus aduersus eos, & disperdet omneis Deos gentium. Et rursus: Ecce adsum genti, qui non inuocauerunt nomen meū. Qui sedes super Cherubin appare, & excita potentiam tuam & ueni ad seruandum nos. Et rursus: Descendet sicut pluuia in uellus: significans eius descensionem (fore) quietam atq; sine strepitu. Pluuia enim super terram descendens strepitum facit: quod in uellus lanæ descendens non facit. [c] Et tu Bethleem terra Iudææ, nequaquam minima es in principibus Iudæę. Ex te enim egredietur dux, qui regeet populum meū Israel: & exitus eius à principio à diebus usq; in seculū. Prophetam suscitabit uobis Dominus Deus ex fratribus uestris, similem mei, ei dicto eritis audientes in omnibus quæcunque loquutus fuerit ad uos. & futurum est, ut quicunque prophetæ illi dicto audiens non fuerit, exterminetur & disperdatur. Multi extiterunt prophetæ. de quo ergo eorum loquitur? Atq; is, qui exoriturus

Baruch. 3.

Baruch. 3.

Malach. 3.

Zach. 8.

Zach. 2.

Esa. 40.

Zach. 14.

Zach. 3.

Ἰδοὺ ἐγώ με, ἰδοὺ ἐγώ μου lego. Ἰησοῦ δὲ, legentiū opinor ἰησοῦν, et ita uetus habet trāslatio.

Ibid. 3.

Leuit. 26.

Zach. 3.

Esa. 65.

Esa. 37.

Psal. 71.

[c] Nonnihil uariat translatio uetus.

Mich. 5.

Matth. 2.

Deut. 18.



utrum Mosayca decreta docebit, an aliā? Si quidem Mosis decreta: ad quid illa superuacua diligentia alium excitandi, quum Moyses sufficeret? Sinautem alia: dicant & quæ nam erat eius doctrina, & quis ipse prophera? Nam ex legitimis institutis & solennibus consueris; cæremonijs nullus externorum uel docuit, uel petijt quicquam ab eis. Atq; ipse etiam summæ rerum Deus prædictionē de illo confirmauit, quum dixit: Rectè omnia loquuti sunt, prophetam eis excitabo de medio fratrum ipsorum, similem tui: & dabo uerbum meum in ore eius. Considera igitur uim dicti. neq; enim alij prophetæ dixit, se dedisse uerbum. Ipsi enim seruorum more ministrantes dicebant: Hæc dicit Dominus. ille uerò pro [a] patria dignitate dicebat leproso: Volo, mundus esto: mortuis, Tibi dico, surge: &, Lazare ueni foras. mare increpat, etiā flatibus pro potestate dicens, Sile, refrenare & obmutesce. Quid aūt (illud uerbū sibi uelit) prophetā quemadmodū te, si Moysis decreta cū Christi doctrina cōparauerimus & cōtulerimus, nullo negotio deprehendemus. atq; illud ipsum, quod à Moyse dictum est in lege, Nō licet ad hæc addere, & non licet ab eis demere atq; detrahere: deinde quum etiā dixisset, Ipsi dicto eritis audientes in omnibus quæcunq; loquutus fuerit ad uos: significat excellētiam eius, de quo prædicebatur. Ecce Deus uester: ecce Dominus cum uiribus & robore uenit & brachium cum uirtute & naturali potestate. Iurauit Dominus Dauidi ueritatē, & nō frustrabitur eum: de fructu uētris tui ponā super solium tuū. Et rursus: Dispositi & ordinaui testamentū electis meis. iuraui Dauidi seruo meo, usq; in seculū parabo semen tuum, & in generationem & generationē ædificabo sellam tuam.

Deut. 18.

[a] ἀνχιστὴν, fortasse, pro dominica potestate.

Deut. 4. 12.

Deut. 5.

Psal. 88.

Psal. 131.

Psal. 88.

## IN PARALIPOMENIS, ID EST PRAETERMISSIS.

Et futurum est, ut quum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, etiam semen tuum suscitem post te, quod semen erit de uentre tuo, & parabo stabiliam q; regnum eius. ipse ædificabit mihi domum: & [b] erigam regnum eius usq; in æternum. Ego ero illi loco patris, & ipse erit mihi loco filij: & misericordiam meam non remouebo ab eo, quemadmodum remoui ab ijs, qui ante te fuerunt. & confirmabo atq; stabiliam eum in domo mea: & regnum eius usq; in æternum: & solium eius erit erectum usq; in seculum. Et nūc Domine Deus Israel, confirmetur & stabiliatur utiq; uerbum tuum, quod fecisti ad Dauidem patrem meū. Si uerò habitabit Deus cum hominibus super terram, & homo est. & quis cognoscet eum, ut inuocet Deum tuum. Præparare Hierusalem. quoniā ego firmās & solidans tonitru, & creans spiritū, & emittens ad homines Christum meum, faciens diluculum & tenebras incedens & inambulans super excelsa terræ. Audite populi omnes sermonem, & attendat terra, & omnes eam incolentes. Et sit Dominus in uobis in testimonium, Dominus de templo sancto suo. quoniam ecce Dominus egreditur de loco suo, & descendet ad excelsa terræ.

Lib. 2. cā. 17. & 22.

[b] Firmabo solium.

Paral. 2. cā. 1.

Mich. 1.

## IACOB IN MANDATIS.

Non deficiet princeps & dux ex Iuda ex femoribus ipsius, quo aduenerit id, quod reconditum & repositum est. atq; ipse est expectatio & spes gentium. BALAAM. Orietur sidus ex Iacob, & homo ex Israel, & uulnerabit & franget primores. & duces Moabitarū, & diripiet ac depopulabitur filios Sur, [c] & erit Edom hæreditas gentium. Dauid autem de his rebus non aduenit. Quod si hęc de ijs, qui ex illo orti sunt, intelligenda essent, oportebat dicere, Orientur sidera ex Iacob: & duces ex Israel. Ecce dominator Dominus exercituum cum uiribus & robore conturbabit nobiles & splendidos, & insolentia atque superbia elati conterentur, & deprimentur elati atque sublimes, & occident gladio. Libanus autem cum excelsis cadet. Et egredietur uirga ex radice Iessæ, & flos de radice ascendet, & requiescet super eū spiritus Dei, spiritus sapientiæ & intelligētiæ, spiritus cōsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eū spiritus timore Dei. nō iudicabit secūdū existimationē & splēdorem. neq; secūdum loquelā arguet: sed [d] humilium iudicium

[c] Nostra trāslatio uetus nō nihil uariat. Esa. 10. Variat translatio uetus nonnihil. Esa. 11.

[d] Vetus translatio: sed iudi-



cabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[a] Vetus trãslatio habet, uirga oris sui, & spiritu labiorũ suorũ interficiet impios. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

[b] Locus multus. uetus trãslatio habet, Erit sepulchrum eius gloriosum.

Psal. 44. Heb. 3. Actor. Sap. 8.

Pro ἀγνὸς, legendũ ἀθῳὸς.

Esa. 9.

[c] Omnis uiolẽta prædatio cũ tumultu, & uestimentũ mistũ sanguine, erit in combustionem & cibus ignis. Paruulus enim natus est nobis, &c.

Esa. 45.

[d] In uulgart trãslatione est, labor Aegypti & negotiatio Aethiopiæ, etc.

[e] Et in te adorabunt.

Ezech. 44. ἐπίσκιστος habebat exẽplar: legendum. ἐπέγγεστος.

[f] Trãslatio uetus nõnihil hic uariat.

Dan. 2. Esa. 1. Esa. 8. Exod. 13. 34. Num. 8. Psal. 68. Esa. 49.

[g] Vetus & uulgatis trãslatio nõnihil uariat.

iudicium iudicabit, coarguet atq; cõuincet splendidos & nobiles terræ: & percutiet terram [a] sermone oris sui: & in spiritu per labia tollet impios: & habebit lumbos suos iustitia cinctos, & latera sua uncta ueritate. Et paulo pòst: Et erit in illa die radix Iesse, & qui exurgit ad imperandũ gentibus. in ipsum gentes sperabunt. & erit requies eius [b] gloriosa. DAVID. Solium tuũ, Deus in seculũ seculi. Virga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ. propterea unxit te Deus, Deus tuus. Vides quòd Deus ungitur à Deo. Carne enim humana assumpta, factus est põtifex & apostolus cõfessionis nostræ. Et paulo pòst: Et tu Dñe terræ fundamenta fecisti: & opera manuũ tuarũ sunt cœli. illi peribunt, tu aũt permanes: & omnes tanquã pallio ueterascent, & tanquã amiculũ inuolues eos & immutabuntur. tu uerò idem es, & anni tui non deficient: uncti uidelicet.

DE NATIVITATE EIVS EX VIRGINE.

ECce uirgo erit prægnans, & pariet filium, & uocabũt nomẽ eius Emmanuel: quod si quis interpretetur, significat, Nobiscum Deus. ac prius, quàm cognoscat patrem uel matrẽ, accipiet uires & potentiam Damasci, & spolia Samariæ comedet & deuorabit. Et Salomon propheticè: Puer eram ingeniosus, & animũ bonũ sortitus eram: imò uerò, Quũ bonus essem, uenit in corpus impollutũ & incontaminatum. Quis igitur ante natiuitatẽ erat bonus: & quis uenit in corpus incontaminatum & impollutum: [c] Et uolent, si facti sunt ambusti. quia puer paruus natus est nobis, filius etiam datus est nobis: cuius imperium super humerum eius, & uocatur, magni consilij nuntius, Deus ualidus, habens authoritatem & potestatẽ & ius exercens, princeps pacis, pater futuri seculi. Et rursus: Ecce uirtus peperit, & non peperit, hoc autem uirginem significat. Et rursus: Butyrum & mel comedet. His enim rebus alebatur, quum descenderet mater eius à censu. nam postea lacte abũdauit. Et rursus: Sic dicit Dominus Sabaoth: [d] laborauit & tumultuata est Aegyptus, & negotiatio Aethiopum, & Sabæi uiri proceri ad te descendent, & tibi serui erunt, & ponẽ te sequentur uincti manicis, & transibunt ad te, & adorabunt te, & in [e] te precabuntur. quia Deus in te est. nec est Deus præter te. tu enim es Deus, & non noueramus, Deus Israelis & seruator. Et conuertit me Dominus ad uiã portæ, quæ spectabat ad Orientẽ: & hæc erat clausa: & dixit Dominus ad me, Hãc hominis, hæc porta clausa erit, & nemo transibit, per illã. quia Dominus Deus Israelis [f] ingredietur & egredietur per eam: & erit clausa. De uentre matris uocauit nomen eius, gladium acutum. Ecce lapis sectus est absq; manibus, & percussit statuã, & euasit in magnum montem, & implenit orbem terræ habitatum. Lapis igitur sectus absq; satione uiri. Audi cœlum, & auribus percipe terra, quia Dominus loquutus est: Filios genui & exaltaui. illi autẽ me aspernati sunt. Nouit bos possessorem, & asinus præsepium domini sui: Israel aũt me non nouit, neq; populus me intellexit. Et rursus: Accipe uolumen nouum charræ magnæ, & scribe in eo stylo hominis ad faciendũ celeriter direptionẽ spoliorũ. Et accessi ad prophetissam: & cõcepit, & peperit filium. Et dixit mihi Dominus, Voca nomẽ eius, Celeriter spolia, citò prædare. Per uolumen igitur nouum, uirginem intelligimus. Quemadmodũ enim noua charta pura est, quũ sine scriptura est: ita etiã sancta uirgo uiri cõsuetudinis expers. Et rursus: Omne masculum aperiens uuluã, sanctum Domino uocabitur. Nullus autem masculus aperit uuluã, sed consuetudo uiri cum muliere. Igitur dictum illud de Domino est intelligendum. Contingit autem, ut multi primogeniti impij sint & peccatores. Qui igitur illi propterea sancti Domino & inculpati atq; innocentes: quin itẽ nõ etiam omne fœmininum: Perspicuum est igitur, quòd ipse sanctus sit solus. DAVID. Mater Sion dicet homo natus est in ea, atq; ipse altissimus fundamenta eius iecit.

DE MIRACVLIS, QVAE CARNE HVMANA ASSVMPTA DOMINVS EDITVRVS ERAT.

ECce posui te in testamentum generis, in lumen gentium, ad constituendam terram, & ad accipiendam hæreditatẽ, dicendo ijs, qui in uinculis sunt, Exite: & in



& in tenebris uersantibus, Detegimini & reuelamini. Ac quòd non de nudo homine dicat: ipse erat, qui dixit: Hic Deus noster, non reputabitur alius neq; comparabitur ad ipsum. Conualescite manus remissæ, & genua dissoluta. Cõsolamini pusillanimes: mente cõfirmamini: nolite timere: ecce Deus noster, ecce Dominus cũ uiribus & potentia uenit. Et rursus: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorũ audiẽt: tunc claudus saliet sicut ceruus: & perspicua atq; diserta erit lingua [a] balborum & difficulter uerba pronuntiantium. Et rursus: Spiritus Domini super me, qua de causa unxit me: ad annuntiandum bona egenis misit me, ad prædicandum captiuis dimissionem, & cæcis recuperationem uisus.

[a] mutorum. Esa. 61. Luc. 4.

DE PRODITIONE. DAVID.

Qui comedebat panes meos, auxit super me supplantationem. Psal. 40.

DE PASSIONE.

POpulus meus, qui beatos uos dicunt, seducunt uos, & semitam pedum uestrorum perturbant. sed etiam nunc consister Deus in iudicium, & populum suũ iudicio sistet: ipse Dominus in iudicium ueniet cum senioribus populi, & cũ principibus [b] eius ipsis. Quare fremuerunt gentes, & populi uana meditati sunt? Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersum Christum eius. Spiritus faciei nostræ Dominus dominus comprehensus est in corruptelis eorũ. ubi diximus in umbra ipsius uiuemus in gentibus. Ipse iniquitates nostras fert, & pro nobis dolet, & nos reputauimus eum in [c] morbo & in plaga, & in afflictione. ipse autem uulneratus est propter peccata nostra, & languidus fuit propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eũ: liuore & ulcere eius nos sanati sumus. Oẽs tanquã oues errauimus. unusquisq; [d] à uia sua abierrauit. Et Dominus tradidit seipsum propter peccata nostra. atq; ipse propterea q afflictus est, non aperit os: tanquam ouis ad [e] occisionem ducitur: & sicut agnus coram tondente se mutus, ita non aperit os suum. in humiliatione eius iudicium eius sublatum est. quoniam tollitur de terra uita eius. propter peccata populi mei ductus est ad mortem: & dabo improbos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius. quoniam iniquitatem nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Et post nõnulla. Idcirco ipse multos hæreditate consequetur, & robustorum ualidorumq; diuidet spolia, propterea quòd in mortem tradita est anima eius: quoniam iniquitatem non fecit, & inter scelleratos numeratus est. atq; ipse peccata multorum sustulit, & propter peccata ipsorum traditus est. Ex his patet, quòd non de populo, qui in Babylonem abductus est, loquatur prophera: sicut nõnulli opinati sunt. Qui enim populus propter peccata populi ductus est ad mortem? aut quis populus & cuius populi? Et item: Dorsum meũ dedi ad flagellãdum: maxillas uerò ad alapas. faciem autẽ meam nõ auerti ab iniuria atq; dedecore insputionũ. Et itẽ: Speciẽ nõ habebat, neq; decorem: sed species eius uilis & abiecta, deficiens præter morem filiorum hominũ. Et rursus, quũ hæc dixisset, dixit: Genus & naturam eius quis enarrabit? Quia circũdederũt me canes multi: cœtus & cõgregatio improbe agẽtium me amplexa est. Foderũt manus meas, & pedes meos: enumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi aũt cõsideraverunt & inspexerũt me: Diuiserunt uestimẽta mea sibi, & sur per uestem meam miserunt sortem. Ego uerò ueluti agnellus innocẽs, qui ducitur ut macte tur, nõ cognoui. Et item: Venite & inijciamus lignum in panẽ eius, & eliminemus eum de uiuentibus: & non sit amplius memoria nominis eius. Et acceperũt triginta argenteos pretium æstimati: quem æstimatũ emerunt de filijs Israel: & dederunt eos pro agro figuli, sicut constituit mihi Dominus.

[b] αὐτῶν, αὐτῆς. Psal. 2. Hier. Thre. 4. Esa. 53.

[c] Vetus trãslatio habet, quasi leprosum & percussum à Deo & humiliatum.

[d] Vetus trãslatio in uiã suã declinauit.

[e] Iugulationẽ. Vetus translatio Latina nõnihil hic uariat. ego cum fide reddidi, quod in exemplari Graeco est.

Esa. 50. Variat itẽ hic nõnihil trãslatio Latina uetus. Esa. 53. Et hic uariat. Psal. 21. Hier. 11. Zach. 11.

DE CRVCE ET TENEBRIS, QVAE FACTAE SVNT.

VIdebitis uitam uestram pendẽtem ante oculos uestros, & nõ credetis, si quis exponat uobis. Manè dices, Quis facta est uespera? & uesperi, Quis factũ est mane? Et futurũ est in illa die, dicit Dñs Deus. occidet sol meridie. Et obscurabit lumen in die. Occidit sol in meridie: tota die ad te expandi manus meas, ad populũ contradicen-

Deut. 28. Amos 8. Esa. 65.

contradicentem & non credentē. Et item: Tollite signū ad gentes. Et item: Et tunc
Zach.14. hæc consummabuntur, dicit Dominus. quia de lignis sanguis destillabit. Et erit in
Psal.68. die illa: non erit lux & dies illa nota Domino. &, non dies, & non nox. uesperi erit
lux. Et expectaui eum, qui unà condoleſceret, & non erat, & consolantem, & non
inueni. Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea dederunt mihi acetū ad biben-
dum. Quorum nihil Dauidi contigisse possunt ostendere. Et rursus: Posuerūt me
Zach.13. in lacu infimo. Framea excitare in pastorem & in uirum populi mei. Percute pasto
Zach.14. rem meum, & dispergentur oues gregis. Et item: Et in die illa futurū est, ut id, quod
est in frenis equi, sit sanctum Domino.

DE RESVRRECTIONE CHRISTI.

DAuid resurrectionem eius præuidens dicebat: Expergiscere. Quur dormis
Domine. Surge, & ne expellas in finem. Et rursus: Surge Domine, ferua me
Deus meus. Et item: Surge Domine, opem fer nobis, & redime nos propter nomē
Psal.43. tuum. Et item: Surge Domine: iudica terram. quoniā tu hęres eris in omnibus gen
Psal.3. tibus. Nunc surgam dicit Dominus, nunc glorificabor, nunc exaltabor, nunc ler-
Esa.33. uabimini. Vanæ erunt uires spiritus uestri. Et quærent faciem meam in afflictione
sua, & mane consurgent, ad me dicentes: Eamus & conuertamur ad Dominum
Deum nostrum. quoniam ipse percussit & sanauit nos. percutiet, & curabit nos:
sanabit nos post duos dies: in die tertia surgemus coram eo. annitemur, ut cogno-
Psal.15. scamus Dominum. sicut diluculum paratum inueniemus eum. quia non derelin-
ques animā meā in inferno: neq; permittes, ut sanctus tuus uideat corruptionem.
Et item: Factus sum sicut homo auxilio destitutus inter mortuos liber. Quis uerò
liber à morte, nisi Deus? factus est enim sicut homo destitutus auxilio, quum hu-
Esa.25. miliasset carnem suam usque ad mortem, mortem autē crucis. Ecce pono in Sion
lapidem angularem, electum, pretiosum, & qui credit in eū, non confundetur; fa-
Psal.118. ctus est enim in caput anguli (alterius uidelicet dispositionis circa ecclesiā) quod
Matth.21. (caput) est mirabile in oculis nostris.

DE ASSVMPTIONE SIVE ASCENSIONE.

AScendit Deus in iubilo, Dominus in uoce tubæ. Quod autem de seruatore
Psal.46. nostro (hoc) dictum sit, Daniel dicit: Considerabā, inquit, & ecce sellæ po-
Dani.7. sitæ erant, & antiquus dierum sedebat. Et post nonnulla: Et ecce cū nubibus cœli,
sicut filius hominis ascēdens: & usq; ad antiquū dierum peruenit, & adductus est.
Ei datus est honor & principatus & regnum. & omnes populi, tribus & linguę ser
uient ei. potestas eius, potestas æterna: quæ nō præteribit: & regnū eius non labe-
Psal.109. factabitur, neq; peribit. Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec
pōnam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

DE GLORIA ECCLESIAE.

Psal.44. Adstitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, amicta uarietate.

DE CIRCVNCISIONE.

DIcent autem omnes Iudæi: Si eundem Deum ueneramini, quur non circunci
dimini? uel animalia offertis ad sacrificium? aut sabbatum celebratis? quum
scripturæ de his rebus expresse ac nominatim præcipiant atq; præscribant? Audi-
ent igitur, quòd circuncisio non erat à principio: sed certo tempore introducta at-
que instituta est, ut quæ etiam certo tempore finem habitura esset. deinde quòd
Deus, qui circuncisionem patribus instituerat, ipse dixit: Ecce dies uenient, dicit
Dominus, quum ordinabo domui Israelis testamentum nouum, non quemadmo-
dum ordinaui testamentū patribus uestris, quū apprehēdissem manū eorū, ut edu-
Hiere.31. cerem eos ex Aegypto: quia ipsi non seruauerunt testamentū meū, & ego neglexi
Deut.10. eos, dicit Dominus. Et rursus incusans Iudæos dicit: Omnes gētes carne incircun-
cisæ sunt: populus autem hic. corde. Et item: Circuncidite cor uestrum, & non car-
Hiere.4. nē præputij uestri. Et rursus: Facite uobis noualia, & nolite seminare in spinas: sed
circuncidite duritiem cordis uestri, & circuncidite Deo præputium cordis uestri.
Quòd neminem circuncisio iustificet, ex his perspicuum est. Abrahā incircūcisus

seruiuit



seruiuit Deo. Primùm enim uisus est acceptus & probatus esse: & tunc dedit ei cir-
cuncisionem. Atq; illi item, qui spatio quadraginta annorum nati sunt in deserto,
incircuncisi erant. & illi, qui ab Adam usq; ad Abrahamum Deo placuerunt & ac-
cepti fuerunt, similiter omnes incircūcisi erant. Nam propterea quòd in gētes po-
pulus immiscereetur, & consuetudinem cum eis commerciumq; iniret, circuncisio
data fuit. Ac caussa manifesta est. Nam usus circuncisionis initium cepit ab Abra-
hamo: quem quū Deus supra omneis illius ætatis homines dilexisset, ex ipso Chri
stum quoq; nasciturum, quod ad carnē attinet, prædestinauit, ut id quod planè fie-
ri uoluerat, posset etiā sincerè & absq; adulteratione fieri ac degeneratione: huius
rei gratia opus fuit circuncisione, & reliquarum gentiū cōsuetudinis fuga, ut tan-
quam septū quoddā ab reliquis hominibus eos lex separaret. Vnde etiam nato eo,
propter quem hæc instituta ac facta sunt, deinceps quasi supernacua ea, quæ per
priscum illum statum suscepta sunt, noua instituta à Deo abrogata sunt.

DE SACRIFICIIS.

SImiliter Deus clamat dicens: Viuo ego, dicit Dominus, quòd de sacrificijs & Esa.1.49.
holocaustis non mandaui patribus uestris, ex quo die reduxi eos ex terra Ae-
gypti, & usq; ad hunc diem. nunquid præcepi patribus uestris exeuntibus ex terra
Aegypti, ut offerrent mihi holocausta atq; sacrificium? Et rursus: Ad quid mihi Esa.1.
multitudo sacrificiorum uestrorum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arie-
tum: & adipem agnorum, & sanguinem hircorum & taurorum nolo. neq; ueniatis
in conspectum meum. Quis enim exquisiuit hæc de manibus uestris. Calcare atri-
um meum animum non adijciatis. si feratis mihi similaginem, uana mihi abomina
tio est. Nouilunia uestra ac sabbata uestra, & diem magnum non tolero. ieiunium Variat nōnihil translatio ue-
& ab opere cessationem, & uestros dies festos odit anima mea. Et rursus: Lauami tus.
ni, & mundi estote: demite improbitates ab animabus uestris. non uescar carnibus
taurorum, aut bibam sanguinem hircorum. Et rursus: Non accipiam de domo tua Esa.1.
uitulos, neq; de gregibus tuis capros. Et item: Offer Deo sacrificium iustitiæ. odi, [a] repudiaui uestros dies festos, non accipiam ea, & [b] salutares apparitiones eorū nō aspiciam: & non olfaciam in conuentibus uestris. aufer à me sonum cantionū tua-
rum, & psalmum instrumentorum non audiam.

[a] Locus corruptus.
[b] Salutis apparitiones. Nōnihil uariat ueius translatio.

DE SABBATI CELEBRATIONE.

SAbbatum datum est eis ad sedandum nimium pecuniæ studiū eorū. Nā quum
populus pauper egressus esset ex Aegypto, & nihil haberet præter ea, quæ cō-
modato acceperant ab Aegyptijs, unusquisq; dabat operam, ut cōtinenti atq; assi-
duo labore sibi diuitias pararet. quamobrē dicit: Sex dies opus fac. die uerò septi- Exod.20.
mo non facies quoduis opus in eo. (& caussam subijcit:) ut requiescas tu & uxor
tua, & filius tuus, & filia tua, & puer tuus, & ancilla tua, bos tuus, & iumentū tuum.
Alioqui cuius rei gratia Iesus filius Naue circundās Hiericho cum tubis ad septē Iosuæ 6.
dies in sabbato feriatus nō est? qui itē die octauo circūcidit paruus puer? quur itē
die sabbati mulier parit? quur itē sacerdotes omne sacrificiū in sabbato faciunt?
quomodo itē sol & luna & sydera definitum cursum etiam in sabbato cōficiunt?

DE CONSIGNANDO.

SIgnatum est super nos lumen uultus tui, Domine. Et rursus: Fac mecum signū Psal.4.
ad bonum: & uideāt qui oderunt me, & uerecūdentur. Et rursus: Dedisti timē-
tibus te insigne ad fugiendū à facie arcus. Filii hominis transi mediā urbem Hieru Ezech.9.
salem, & da signum in frontem hominum gementium & dolentiū propter iniqui-
tates & scelera, quæ fiunt in medio ipsorum. Et rursus: Sex uiri ueniebant à porta,
quæ spectat ad Aquilonem, & unicuiq; securis est in manu eius. Audientes ite in
urbem, & cædite: & ne parcatis oculis uestris, & ne misereat uos senioris & adole-
scentuli, & uirginis & infantiū, & mulierū, & interficite ad deletionē & extinctio-
nē. ad omneis aūt, super quos est signū meum, ne appropinquetis. De sacrificijs au
tē eorū dictū est, non quòd Deus sacrificijs holocaustisue indigeret, sed quoniam
Leuitica tribus nō habebat sortē in terra p̄missionis (quia ipse Deus sors eius erat:)

hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca



hāc dedit eis occasionē, qua alimēta sibi conficerēt. Nolebat enim eos sacerdotio fungētes labore manuū & negotiatione, siue cauponatione ali, & inopiā tolerare.

DE EVANGELIIS.

Psal.67. Esa.52. DOminus dabit uerbum Euangelizantibus uirtute magna. Et rursus: Quàm speciosi pedes annuntiantium pacem.

DE INCREDVLITATE IVDAEORVM, ET ECCLESIA GENTIVM.

EX PERSONA DEI: Neq; noueras, neq; sciebas, neq; ab initio aperuisti aures. noueram enim, quòd contumax dicto audiens futurus non esses. Et item: Magnum nomen eius in gentibus, & in omni loco suffitus & incensum offertur nomini meo & uictima pura. Et erit in nouissimis diebus mons Domini illustris & conspicuus, paratus super uertices montiū: & eleuabitur supra colles, & festinabunt atque enitentur ad eum populi: & ibunt gentes multæ ac dicēt, Veníte ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & illuminabunt nos uijs eius. quia de Sion egredietur lex, & sermo Domini ex Hierusalē. Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi sermones meos in os tuum. ecce constitui te hodie super gentes & reges ad eradicandum, & concidendum, & perdendū, & instaurandū, & plantandum. Quòd si hæc de Hieremia: quæ regna extirpauit? aut quas gentes perdidit? Verùm de Domino dicta sunt, qui ex omni anima sibi credente regnū aduersarij extirpat, qui diruit structuras malitiæ atq; improbitatis, & uitiosis stolonibus malleolisq; meliores [a] restituit. Psal. Libera me atq; defende à contradictione populi. constitues me caput gentium. Populus, quē nō cognoui, seruiuit mihi: ad auditionem auris obediuit mihi. filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni uetustate cōfecti sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

Locus corruptus. Malach.1. Mich.4. Esa.2. Hier.1.

[a] Plantauit. μεμηλεκτωρ. legēdum puto μεχναλεκτωρ, propter uerbū ναλαφυσιοσαι, quod sequitur.

MOYSES EX PERSONA DEI AD ABRAHAM.

ET benedicentur in te oēs fines terræ. Et itē: Auertā faciē meā ab eis, & ostendā quid accidet eis in extremis. quia gens peruersa est. filij quibus nō est fides in ipsis, ipsi ad æmulationē prouocauerūt me in eo, qui nō erat Deus: ad irā prouocauerunt me simulachris suis, & ego ad æmulationē prouocabo eos ob gētē non gētem, propter gentē stultā & intelligētiæ expertē ad irā prouocabo eos. Et alibi, Dabit, inquit, sceleratos & improbos p̄ sepultura eius. Innotui his, qui me nō quærebāt. inuētus sui ab his, qui de me nō sciscitabant. [b] Dixit. Ecce adsum gēti, quæ nō inuocauit nomē meum. Abalienatus sum à fratribus meis, & hospes factus sum & peregrinus filijs matris meæ. De gentibus autem dicit, Annuntiabo nomen tuum fratribus meis. in medio ecclesiæ laudes tuas decantabo.

Esa.53. Esa.65. [b] Locus corruptus ualde. Psal.21.

DE IVDAEIS.

PRopter uos nomē meū semper malè audit inter gentes. Non est uoluntas mea in uobis, dicit Dominus omnipotens. Et in omni loco suffitus & incensum offertur nomini meo. Et magnum nomen meum inter gentes, dicit Dominus omnipotens. uos autem prophanatis illud. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuā, & possessionem tuam terminos terræ. Moyses. Sine me delere populum hunc & dabo tibi gentem magnam, & multo magis magnam, quàm hæc est.

Rom.2. Malach.1. Psal.2.

AD IVDAEOS.

AVdite sermonem Domini filij Sodomorum, & attendite legem Dei populus Gomorrhæ. Et item: Sabbata uestra & nouilunia odit anima mea, & uota uestra non accipiam. Lauamini, puri estote. manus uestræ sanguine inquinatæ sunt. Et quum lex aperte atq; diserte dicat, non oportere festum extra Hierosolymam & templum celebrare, iuxta illud, Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur uotum in Hierusalem: scriptum est, quòd adorabunt Dominū unusquisque de loco suo. Et rursus propheta, Magnum nomen eius inter gentes: & in omni loco incensum offertur nomini eius, & hostia pura. uos autem tollet Dominus. Atq; ijs, qui seruiunt mihi, uocabitur nomen nouū, quod bene audiet super omnē terrā. At quid magis nouū, q̄ nomē Christianorū? Annūtiabunt iustitiam eius populo, qui

Esa.1. Psal.64. Mal.1.



qui nascetur, quem fecit Dominus. Atqui postquam dixisset Dauid illum uersum, Deus habitare facit solitarios in domo: significat eam dissociationē & fugam consuetudinis atq; commercij, qua qui lege subditi erant, dissidebant & disiuncti erāt à gentibus. Implebitur omnis terra cognitione Domini, ut aqua multa ad operiendum & regendū mare, memores erunt, & conuertentur ad Dominum omnes termini terræ: & adorabunt coram eo omnes tribus terræ. quia Domini est regnū, & ipse dominatur in gentes. Haud alienum autem fuerit à Iudæis etiam sciscitari: Quid igitur obtinet? utrùm lex Mosaycæ quæ nunc negligitur, & nō obseruatur? propterea quòd ne templū quidem, aut locus est, aut propheta, qui de rebus futuris aliquid præsignificet atq; prænuntiet: aut arca, ubi tabulæ atq; decalogus reposita erant, in quibus treis illas solenneis celebritates peragere oportebat, & nō alibi. Item, Auferetur regnū à Iudæis, & dabitur genti facienti fructus eius. Hæc autē fuerit gēs Christianorū, quę cōuenientes etiā fructus diuini uitæ producat instituti. Cōfessio & magnificētia opus eius, & iustitia eius manet in seculū seculi. Cōfitetur aūt patri nō sua ipsius peccata qui innocēs est, & inculpatus, sed peccata eorū, qui in ipsum credunt. Nam quū Dauid dixisset, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, & reliqua: Esaias planius & apertius dicit: Dicit Dominus Christo meo Cyro. Aiunt autē hæc de Cyro Persa esse dicta, sed ridiculū. qui enim reliqua Cyro conueniūt? Apprehēdi manū dexteram tuā. Dicto audientes erūt ante eum gētes: & uires regū frangā. aperiā ante eū portas: & urbes nō claudētur: ante te ibo, & monteis cōplanabo: ianuas æreas cōteram, & uectеis ferreos contūdā & cōfringam: & dabo tibi thesauros abscōditos. Quī igitur hæc Cyro cōueniēt, qui paulo pōst apud Massagetas turpiter interfectus est? Et paulo [a] pōst explicat ipsa (uerba) idē propheta dicēs ex persona Dei: Ego Dñs Deus, qui uocaui te in iustitia: apprehēdi dexterā tuā, & uires addā tibi: & dabo te in testamētū generis, in lumē gētiū, ad aperiendū oculos cæcorū, & ad educēdū oculos cōpeditorū & ex domo custodię sedētes in tenebris. Et rursus idē Esaias: Et dixit mihi, Magnus tibi hic uocē [b] puer meus, & [c] sistat tribus Iacob, & dispersionē Israel cōuertat. Et posui te in testamentū generis, in lumē gentium, ut sis saluti usq; ad extrema terræ.

Psal.112. Psal.71. Psal.110. Psal.109. Esa.45.

[a] Labitur memoria. hæc enim uerba præcedunt capite uidelicet 42. Variat nōnihil uetus translatio.

QVOD ANTE SECVNDVM DOMINI ADVENTVM VENTVRVS SIT HELIAS.

MAlachias Propheta dicit: Ecce ego mitto uobis Heliam prophetā, antequā ueniat dies ille Domini magnus & illustris, qui restituet corda patrū in filios, & cor hominis in proximū suū, ne ubi uenero, percutiā & perdā terrā funditus.

QVOD VOCANDI eramus Christiani: Videbunt gentes gloriā tuā, & omnes reges iustitiā tuā, & uocabit te nomine nouo, quod ipsum nomē Dominus imponet. Et itē: At ijs, qui seruiunt mihi, imponetur nomē nouū: quod bene audiet in terra. Et erit in extremo nomē eius clarum in omni terra: & nomine eius cognominabuntur populi multi. & in uijs eius ambulantes uiuent in eis.

QVOD FVTVRVM ERAT, VT TVRBARETVR HERODES, ET FAMILIARES EIVS OMNES [d].

IN die illa dicit Dñs, subduxit eū in altitudinē speculationū & ad glorias excellentes: de quib. ait, Statuit fines gentiū iuxta numerū angelorū Dei. [e] Nonnulli aūt dicūt, quod ex sua ipsius persona & illis ipsis uerbis Diabolus ad eū hæc loqueretur, & non per mentē: quemadmodum etiā nobis iniecit uitiosas & humanis affectibus obnoxias cogitationes. Neq; enim fieri poterat, ut mens illa integra atq; incorrupta aliquid absurdi per cogitationes animo agitaret. Quod etiā ipsi magis q̄ illi fatemur. Quòd aūt ex sua persona cū Dño colloquutus est: (id em̄ uoluit ea sermocinatio concessioq; propter summam demissionem atq; consilij dispositio-

[b] ποιδιὰ μυ. aut legēdū τοῦ διὰ μυ. aut τοῦ διὰ θεοῦ.

[c] Ad eruditū & cōstituendū tribus Iacob, et ad cōuertendū dispersionem Israel. Malach. ult.

[d] Vt in pluribus locis totius exemplaris, quo usus sum, author hic fœdissimè corruptus & mutilatus est, ita quæ ad hūc titulū pertinent, cum titulo conueniunt. Quod ne cui mirum uideatur, & meos ipsius errores lapsusq; tegendi excusandiue caussa dici putetur, possum ostendere in illo opusculo, quo dictum Euangelicum, Quatenus fecistis uni ex his minimis, &c. explicatur, quadraginta sex uersus præterijsse, & in pro ximo postea folio, alienissimo loco insertos: nimirum ut cōstante numero uersuū, culpa lateret, & labor rescribēdi, quod perperam & præposterè descriptum erat, fugeretur.

[e] Et hic multa uidentur omissa esse.





negligentia, ne dicam an nequitia librarij præterita esse uidentur. nam quæ deinceps sequuntur, parum aut nihil cum titulo conueniunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



a ἀλλ' οὐ λέγω διακρινεῖται, legendū fortasse, ἀλλ' οὐ λέγω διεκρίθη.

nisq; diuinæ exequutionem & uictoriam de aduersario:) a nihil ea res Sermonem lædit. Permissum enim Malo fuit, ut tanquam hominem, qui uidebatur, Seruatore aggrederetur, ut cum Deo congressus superaretur, atq; ita haud magno negotio ab hominibus capi & uinci posset. Quoniam autem aduersarius hæc secum cogitabat, & in animo habebat etiam ea, quæ maiestati diuinæ cõueniebant, audiebat à Seruatore præoccupante nimirum, & arguente illius uecordem arrogantiam. si quis etiam illud, quod ad quendam sanctum mente intercedentem apud Deũ dictum est, Quid clamas ad me? item illud quod ad Pharisæos & scribas dictum est, Quid uos cogitatis mala in cordibus uestris? rectè excipiat, & sana mente intelligat atq; interpretetur: uidebit ineffabili & occulta sapientia supra captum etiã nostrum peragi opera diuina. Egredietur uirga de radice Iessæ, & flos ex ea ascendet, Christus Deus noster: & requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ, spiritus prudentiæ & intelligentiæ, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. & replebit eum spiritus timore Dei. Hi sunt generales spiritus siue dona, quibus reliqua comprehenduntur: quæ in Christo solo requieuerunt, in quo etiã corporaliter inhabitat omnis plenitudo Deitatis. de prophetis autem, Effundam, inquit, de spiritu meo, partem aliquam, & non totum, sicut in Seruatore Christo, quemadmodum etiam diuinus apostolus: Vnicuiq; nostrum, inquit, data est gratia iuxta modum doni Christi, hoc est, iuxta conuenientiam & proportionem uniuscuiusq; purificationis. Quinam autem & quot sint spiritus oppositi siue contrarij (his spiritibus,) dicere licet. quippe tot sunt, quot etiam uirtutis uidelicet sunt spiritus. Et quinam illi? Spiritus fatuitatis atque stultitiæ: spiritus imprudentiæ socordiæq;, quo etiam Iudas ille socors & inconsideratus repletus erat: de quo dicit scriptura: Qui inconsideratus & imprudens est, non intelliget: spiritus temeritatis & consilij contemptus atq; inconsiderantiæ. quoniam etiam consilium est, de aliqua re (suscepta) uoluntas: quod consilium (nempe) ut nos seruaremur, Dominus ante secula iniit. Consilij uerò contemptus & inconsiderantia est, nolle hominem consequi salutem. Ita dicimus etiam fortitudinis dono contrarium esse timiditatis & imbecillitatis incommodum, aut infirmitatem ad bonum, & debilitatem ad pietatem. Quoniam etiam fortitudo uirtus est aduersus dæmonas & affectus & uitia: ut etiam diuinus Dauid ait: Fortitudo mea & laudatio mea Dominus: & fuit mihi saluti. Nam à dæmonibus & affectuum atq; perturbationum uitiositate uinci, quis poterit huic diuinæ spiritus uirtuti non esse contrarium? quemadmodũ, opinor, etiam boni scientiæ, boni ignorantia: & pierati impietas uel contemptus religionis ac praua religio, & b satietati, Dei gustatio: itidem timori Dei contrariũ timoris uacuitas. Quid enim perniciosius esse possit, quàm non timere Deum? Nã timor Domini castus est, manens in seculum seculi. &, Initium sapientiæ timor Domini. & ubi timor, ibi mandatorum obseruatio est. Ac generalia quidem dona diuina hæc enumerauimus, ut quæ quam plurima alia dona atq; uirtutes spiritus in sese comprehendant. Nam donũ est etiã lenitas animi, mansuetudo atq; clementia: itẽ tolerantia. & innumera alia. Iam uerò uitiositatis & malitiæ sunt efficientiæ atq; spiritus, dolus, improbitas, mendacium. quinetiam maledicẽtia & furtum: & quæcunque (uirtuti) contrariam uim habent. ex quibus etiam horum author & inuentor nominatur. Fur est enim Diabolus, & pater mendacij, & serpens, & ignis, & draco propter pestiferam & uenenatam eius naturam, & insidiæ circumuentionesq; & laqueus: & si quod est aliud simile.

b πόρῳ θεῦ γνῶσις. πόρῳ θεῦ γνῶσις.

Psal. 117.

Locus corruptus.

Psal. 18.

Pro. 1. 9.

Locus corruptus.

### EXPLICATIO DICTI EVANGELICI, ET STATIM EXIVIT SANGVIS ET AQVA.

Ioan. 19.

SAnguinẽ & aquã ex diuino dominicoq; latere fluxisse ab Euãgelio docemur, non simpliciter: sed primũ quidẽ, ideo quòd purificationes legales ad figuram & adumbrationẽ horũ duorũ tum aspersiones sanguinis, tũ lustrationes per aquã peragebant: deinde uerò etiã, quòd ubi ueritas uenit, summa nostræ salutis per aquã & spiritũ mysticè perficitur atq; cõpletur: quoniã tum per diuinũ baptisma, tũ per



per sancti sanguinis participationẽ & usum cõsecrari nos ac diuinitatem induere credimus, quemadmodũ his ipsis dictionibus & uerbis diuinus orator Chrysostomus exponit. Exiuit, inquit, sanguis & aqua, ostendente scriptura, quòd nõ simpliciter eiusmodi fontes prosiluerint: sed quoniã ex his ambobus Ecclesia cõstat. atq; id cognoscunt & intelligũt fideles, qui per aquã quidẽ sunt renati, per sanguinem aũt & carnẽ aluntur. Atq; hinc mysteria sumunt initiũ, ut quũ ad horrendũ poculũ accedis, tanquã ab ipso dominico latere bibiturus accedas. Et paucis interiectis: Nec hoc solùm, uerumetiam ijs qui nõ crediturí erãt, loco demonstrationis fuit id, quod ausi erant (nefarij) facinus cõmittere, nempe Thomæ illiusq; similibus. Nõ longè aũt diuersa ab his est etiã mens theologica, dũ in libro de festo Paschæ (hũc ipsum locũ) exponit his uerbis: Oportebat enim etiã creaturas unà cum creatore pati atq; condolescere, uelum quod scindebatur, sanguis & aqua, quæ ex latere effundebantur: ille quidẽ tanquam hominis: hæc uerò super hominẽ. Et paulo pòst: Paucæ guttæ sanguinis totum mundũ reformantes & instaurantes. atq; omnibus hominibus sicuti coagulum lacti euadunt, in unum nos cogentes & coniungẽtes, ut per utrorumq; patrum sententiam coniungantur non solùm uirtus baptismatis & diuini sanguinis participatio, una quidem per aquam, altera uerò per sanguinẽ: uerumetiam ipsa humanæ naturæ firma certaq; probatio. id enim certum atq; perspicuum est Theologum dicere (illis uerbis) ille quidem tanquam hominis: cui apponit etiam totius mundi reformationem & instaurationem, & fidelium mutuam inter sese coniunctionem & consociationem. Sunt autem etiam aliæ multæ patrum de his uerbis expositiones, quæ supradictis non aduersantur, quas adijcere tempestiuum & commodum non est. Attamen quòd etiam anima Domini patris manibus commendata, quum ita bonum & commodum illi uisum esset, etiam ad inferos descendit, ut etiam ijs spiritibus, qui in inferno erant, salutem prædicaret, ac in mortuos & uiuentes dominaretur, & infernum quidem spoliaret, humanæ uerò naturæ reditum ad uitam conficeret, quum primitię dormientium & primogenitus ex mortuis extitisset: in multis scripturæ locis animaduertere licet, ut nihil ob hæc menti piæ officiat, quòd etiam post mortem sanguis fluxerit ex latere immaculato. quoniam cum naturalibus, etiam ea, quæ superant naturam, in uniuersum perfici in Sermone, qui & Deus & homo erat, uidemus.

### VT PETRA VITAE CHRISTVS IN DIVINIS scripturis prædicatus sit, & quare lapis?

PEtra uitæ, Dominus & Deus noster Iesus Christus dicitur, & petra fidei, atq; etiam petra offendiculi non credentibus, ut qui in eo cõterantur & dissoluantur. Sic autem his nominibus uocatur communi (uidelicet) ratione, propter firmitudinem Deitatis. ac petra quidem uitæ, tanquam fons & radix, & principium & causa & exitij expers & æternus: petra uerò fidei, tãquam fundamentũ: ut ipse Dominus ait ad principẽ (apostolorũ,) Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo Ecclesiã meam: super confessionẽ uidelicet Christi. quia dixerat, Tu es Christus, filius Dei uiuentis. quemadmodũ item Dauid in trigesimo nono psalmo: Et statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et apostolus in prima epistola ad Corinthios: Bibebant enim ex spirituali petra subsequente (eos) petra aũt erat Christus. Quoniam dixit quòd potus esset spiritualis, nihil habebat, quod uariarer et immutaretur, quẽadmodũ manna. ex modo scaturitionis probat, quòd potus esset spiritualis. neque enim propria natura petra aquam emittebat: sed alia quedã petra ipsi spiritualis, qui erat Christus, quicquid fiebat, efficiebat. Dictio autẽ, Subsequente, significat, quòd Christus semper unà adesset, & omnia miracula ederet. Lapis Dñs (Iesus) Christus nominat: quemadmodũ inquit propheta, Lapidẽ, quẽ reprobauerũt ædificantes, hic duobus parietibus, qui ex diametro inter se distabant (de ijs loquor, qui ex Iudæis & gẽtibus crediderũt, his quidẽ prauæ religioni seruientibus, illis uerò legis iugum trahentibus:) in unũ coactis, distantia atq; diuersa cõiunxit, & unã ex ambobus cõposuit ecclesiam, angulũ quendã imi-

Locus corruptus.

Matth. 16.

Psal. 39.

1. Cor. 10.

Greg. Nyssenus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tatus duos parietes coagmentantē & inter se cōiungentē. Hunc tamē lapidē, quē essent ædificatores, Pharisæi & Sadducæi & sacerdotes & scribæ reprobauerūt & crucifixerunt: sed factus est in caput anguli, qui etiā angularis uocatus est. Esaias Esa. 28. ex persona Dei, Ecce pono in Sion lapidē pretiosum, electū, angularē, honorabilē in fundamenta eius: & quicunq; crediderit in eū, non confundetur. De hoc itē beatus Paulus dicebat, Aedificati super fundamētū apostolorū & prophetarū, quum sit lapis angularis ipse Iesus Christus. Hunc aūt lapidē uidit etiā propheta Daniel sectū & incisum absq; manibus, quum de partu uirginis, qui citra uiri consuetudinem accidit, doceretur. hunc uidit imaginem confregisse, hoc est uitæ uanitatem, & in magnum montem euasisse, qui orbem terræ habitatum ornaret.

## EIVSDEM DE SANCTO BAPTISMATE.

NVNC agnosco meū gregē: hodie uideo formā ecclesiæ consuetā, quando etiam carnaliū curarū posthabito negotio, iusta plenitudine ad cultū Dei cōcurristis. atq; ædē quidē populus angustā reddit, intra sacra adyta penetrans & irrumpens: quotquot aūt ab ijs, qui intus fuur, nō admittuntur, apum in modū locū externū in uestibulis implent. nā apū aliq; quidē intus in opere occupatæ sunt: aliæ uerò foris alueare circūstrepūt. Sic igitur facite ō filij, & nūquā hoc studiū deseratis. Affectu eñ me pastorali affici fateor: ac uolo in hac sublimi specula sedens circa subiectos uertici colles undiq; congregatū gregē contueri. Et ubi id mihi contigerit, quum mira impleor animi alacritate, tum sicuti pastores circa rusticas cantilenas, ita circa orationem operam sumo lubenter. Quū autem aliter se res habet, & externo gentilium errore occupati estis, sicut non ita pridem (nempe) præterita dominica fecistis: magna molestia afficior, & silentiū teneo: atq; hinc fugere cupio, ac quæro Heliæ prophetæ Carmelū, aut aliquam petram inhabitatā. Amica eñ quodāmodo animi ægritudine affectis fuga consuetudinis & captatio solitudinis est. Nūc uerò quū uideo uos unà cum ipsis familijs & cognationibus cateruatim conuentū celebrare, uenit mihi in mentē oraculi prophetici: quod olim à longē prædicauit Esaias felicitatē ecclesiæ in numerosa atque Esa. 60. egregia sobole procreanda prædicens. Qui sunt, inquit, isti: ut nubes uolant, & ut columbæ cum pullis ad me. Quinetiam his adijcit etiam illud: Angustus est mihi locus, fac mihi locum ut inhabitem. Hæc enim uirtus spiritus de populosa ecclesia Dei uaticinata est: quæ posterioribus tēporibus ab extremitatibus terræ ad extremitates, omnē terrarū orbē repletura erat. Venit igitur agens & in orbē reuoluens tempus memoriam sanctorum initiorum, quæ hominem purgant, quæ etiam peccatum, quod difficulter eluitur, tum ab anima tum à corpore absterguntatq; depellunt: quę item ad pristinam pulchritudinem, quam optimus artifex Deus in nobis effinxerat, reducunt. Atq; idcirco uos quidem, qui ex hoc populo initiati estis, bona fidei nostræ experti conuenistis, atq; adducitis etiam expertem adhuc & imperitam harum rerum multitudinem, tanquam boni patres cura atq; cōciliatione nō initiatos ad perfectā pietatis comprehensionem deducentes. Ego uerò gratulor utriscq; initiatis quidem quòd magno dono ditati estis: non initiatis uerò quòd bona futura speratis, iudicij scilicet & pœnæ remissionē, uinculorum solutionē, cōciliationē & coniunctionē cum Deo, fiduciam ingenuam & aditum liberū loco seruilis humilitatis, parem cū angelis honoris conditionē. Hęc enim nobis, ac si quid huic simile est & affine, lauacri gratia spondet & dat. Quamobrē alijs scripturarum materijs & argumentis in alia tempora reiectis, in proposito argumento permaneamus, pro uiribus conuenientia atq; accommodata diei festo dona offerentes. Suum enim & proprium cuiq; celebritati gratum & acceptum est. Ita nuptias quidem epithalamijs cantilenis celebramus: luctu uerò funebribus q; lamērationibus iusta mortuis & inferias damus: in negotio serio loquimur: in uotis cōtractionem & contentionem animi soluimus. Vnumquodque tempus ab alienarū rerū confusione



fusione atq; perturbatione integrum seruamus. Natus igitur erat quasi ante paucos dies, qui ante omnem naturam, tam eam, quæ sensu percipitur, quàm quę mente cernitur, natus est. baptizatur hodie ab Ioanne, ut sordidatum & contaminatum expurgaret, spiritumq; supernè adduceret, & hominem in cœlos extolleret: ut lapsus erigeretur, & qui dejecerat, confunderetur & dehonestaretur. Ac ne admiris quòd Deo res nostræ tanto studio ac curæ fuerunt, ut etiam ipse per sese hominis salutē præstaret ac repræsentaret. Solicitudine enim adhibita maleficus nobis insidiatus est, cùm cura item creatoris seruamur. Atq; ille quidē inuidus & nequā, quum peccatum aduersus nos introduceret, dignum suo consilio uelamentū serpentē nactus est, impurus in similem sese insinuans, uolūtate ac studio terrenus & subterraneus reptili inhabitans: Christus uerò, quum illius nequitiam & improbitatem corrigeret, hominē perfectum assumit, & seruat hominē, & omnium nostri forma atq; figura existit, ut uniuscuiusq; actionis primitias sanctificaret, & studiū traditionis haud ambiguū seruis relinqueret. Baptisma igitur peccatorū expiatio est remissio delictorum, renouationis & regenerationis caussa. Regenerationem autem intellige eam, quæ cogitatione cernitur, oculis non uidetur. non enim uerè quemadmodum Hebræus ille Nicodemus dixit, atq; crassius intellexerat, senem Ioan. 3. mutabimus in puerum: neq; rugosum & canum in tenerum & iuuenem transformabimus: aut iterum hominem in uterum matris reducemus: sed cōpunctum notis peccatorum & malis moribus inueteratum gratia regia eò redigimus, ut innocens sit sicuti infans. Vt enim modò natus puellus à criminibus & pœnis liber est: ita etiā regenerationis puer nō habet, cuius nomine causssam dicat, ut qui regio dono causssæ dictioni exemptus, & à rationibus uitæ reddendis liberatus sit. Hoc aūt beneficium non aqua largitur (esset enim omni creatura sublimior) sed Dei præceptum & spiritus, qui mystice ad nostrā libertatē uenit accessus. Aqua uerò subseruit ad ostendendā purgationē. Quoniā enim sordibus & cœno fœdatū corpus aqua lauantes, purū reddere solemus, propterea etiam in mystica actione eam adhibemus, re sub sensum cadenti incorporeum splendorē significantes. Imò uerò si uidetur, etiam subtilius explicando perseueremus in quæstione lauacri, tanquam à fonte quodā initiū præcepti scripturæ facientes. Nisi quis, inquit, natus fuerit ex Ioan. 3. aqua & spiritu, nō potest intrare in regnū Dei. Quare bina illa, & nō solus spiritus sufficiens existimatus est ad completionē baptismatis? Cōpositus est homo & nō simplex, ut certò scimus. atq; idcirco duplici coniunctoq; cognata similiaq; medicamenta ad curationē destinata atq; attributa sunt: corpori quidē, quod apparet, aqua, quæ sub sensum cadit: animæ uerò, quæ usum effugit, spiritus, qui nō appa- Ioan. 3. ret, qui fide uocatur, qui ineffabiliter accedit. Spiritus enim, ubi uult, spirat: & uocē eius audis. sed nescis unde ueniat, & quò uadat. Aqua quoque, quæ baptismati adhibetur, corpori, quod baptizatur, benedictionem addit. Quare ne contemnas diuinum lauacrum: neq; id tanquam commune propter usum aquæ parui facias, & leui momento ducas. Nam id, quod operatur, magnum est: & ab illo mirabiles existunt effectus. Nam & altare hoc sanctum, cui adsistimus, lapis est natura communis, nihil differens ab alijs cruftis lapideis, ex quibus parietes nostri extruuntur, & pauimēta exornātur: sed quoniā Dei cultui consecratū atq; dedicatū est, ac benedictionem accepit, mensa sancta, altare immaculatum est, quòd non amplius ab omnibus, sed à solis sacerdotibus ijsq; uenerantibus contrectatur. Panis itē, panis est initio cōmunis: sed ubi eum mysteriū sacrificauerit, corpus Christi & dicitur & est. eo modo uinū: quū sint res exigui pretij ante benedictionem, post sanctificationē, quæ à spiritu procedit, utrunq; eorū excellēter operatur. Eadē itē uerbi uis etiā sacerdotē augustū & honorandū facit, nouitate benedictionis à cōmunitate uulgi segregatū. Quū eñ heri ac tēpore superiori unus ē multitudine ac plebe esset, repēte redditē præceptor, præses, doctor pietatis, mysteriorum latētiū prēful, eaq; contingūt ei, quū nihil uel corpore uel forma mutatus, sed quod ad speciē externā attinet, ille sit, qui erat, inuisibili quadā ui ac gratia, inuisibilē animā in me-

Universidad de Deusto
Biblioteca



lius transformatã gerẽs. Atq; ita ad multas res animũ aduertẽs, contẽnenda quidẽ uidebis ea, quæ apparẽt, magna uerò, quæ ab illis efficiunt: ac maximè quũ ex ueteri historia cognata atq; similia eius, de quo quæritur, argumenti exempla collegeris.

Exod. 4. Virga Moysis, uirga erat è nuce seu corylo. Etenim quid aliud atq; lignũ cõmune, quod à cuiusq; manu cæditur & portatur, & concinnatur adapturq; ad id, qd' uisum fuerit, & igni ad arbitriũ traditur? Vbi aũt Deus uoluit per illã efficere sublimia illa,

Exod. 17. quæq; nulla ui dicẽdi exprimi possunt, miracula, mutabat lignũ in serpentẽ. & itẽ

Exod. 4. alibi percutiẽs aquas, aliàs quidẽ in sanguinẽ aquã redigebat: aliàs uerò ranarũ fœ-

Ibid. 20. tũ infinitũ edebat ac producebat: & rursus mare scindebat: quod usq; ad imũ fundũ diducebat, & nõ cõfluebat. Similiter unius prophetæ indumentũ, quod erat ex pelle caprina, Heliseũ per totũ terrarũ orbẽ fama celebratũ effecit. Lignũ aũt crucis omnibus hominibus salutare est, quũ sit pars, ut audio, arboris uilis cõtẽptio-

Exod. 3. riscq; q̃ aliæ multæ sint. Et frutex rubi, Moysi diuinas apparitiones ostẽdit. Ihẽ Heli

3. Reg. 21. sæi reliquiæ mortuũ excitauerunt. Et lutũ cæcũ ex utero matris natũ illuminauit. Atq; hæc omnia quũ materiæ sint inanimatæ atq; sensus expertes, posteaquã uim Dei accepissent, magnis miraculis media interceserunt. Ac simili cõsequentia rationũ etiã aqua quũ nihil aliud sit, q̃ aqua, superna gratia benedicẽte ei, in eã, quæ mente percipit, hominẽ renouat regenerationẽ. Quòd si quis mihi rursus dubitando & ambigẽdo negotiũ exhibeat, cõtinenter interrogãs & sciscitãs, qua ratione aqua, eaq; q̃ per illã peragit, initiatio regeneret, dicã optimo iure ad eũ: Ostẽdemihi modũ natiuitatis, quæ fit secundũ carnẽ: & ego tibi uim regenerationis, quæ secundũ animã fit, exponã. Dices fortasse quasi quãdã rationẽ reddẽs: Semen causſã hominis effectrix est. Audi igit cõtrà à nobis, q̃ aqua quæ benedicit, purgat & illuminat hominẽ. Quòd si mihi rursus cõtrà subijcias, quomodo? clamabo cõtra uehemẽtius: quomodo humida atq; informis natura homo fit? Atq; de omni creatura ita oratio, pgrediens, in unaquaq; re exercebit: qui cœlũ? qui terra? qui mare? qui res singulares? Vbiq; em̃ ratio hominũ ad inuentionẽ perplexa hæsitãs ad hãc syllabã cõfugit, sicuti ad sellã, qui ingredi & ambulare non possunt. Et ut rẽ pauciscõ absoluã, ubiq; diuina uis & efficacitas incõprehensibilis est, nullaq; uel ratione uel arte explorari potest, creans quidẽ atq; producẽs facilè quæcunq; uult, subtilẽ uerò cognitionẽ efficientię nos celãs. Quare etiã beatus Dauid quũ aliquãdo animũ & mentẽ adhibuisset ad magnificentiã creaturæ, animiq; perplexitate ob inscrutabilia miracula repletus esset, illud qd' ab omnib. canit notabile dictũ pronũciauit:

Psal. 130. Quãta magnificẽtia pfecta sunt opera tua, Dñe: omnia eũ sapiẽtia fecisti. Nã sapientiã quidẽ animo cõcepit, artẽ uerò sapientiæ nõ inuenit. Omittẽtes igit inquire atq; scrutari ea, quę uires superãt humanas, illud potius quęramus, quod etiã particularẽ ostẽdit cõprehẽsionẽ: cuius rei gratia p aquã purgatio fiat: [a] & quum temq; immersiones adhibeantur? Quod igitur & patres docuerunt, & nostra mẽs accepit, hoc est: Quatuor elemẽta nota habemus, ex quibus mũdus cõstitutus est: quæ etiã si nomina silentio prætereant, omnibus nota sunt. Quòd si propter simpliciores etiã nomina (eorũ) edere ad rẽ pertinet: ignis (est) & aer: terra & aqua. Quũ igitur Deus & seruator noster pro nobis susceptã administrationẽ impleret, unum ex his quatuor terrã (scilicet) subijt, ut illinc uitã excitaret. nos uerò baptismã alsumentes ad imitationẽ Dñi & doctoris & præceptoris nostri, in terra quidem nõ sepelimur (hęc enim infirmitatẽ & corruptionẽ naturę nostræ cooperiens mortẽ penitus perempti corporis tegumẽtũ existit,) sed ad terræ cognatũ elemẽtũ aquã uenientes, in illa, sicuti Seruator in terra, nos abscondimus: idq; quũ ter simul facimus, triduo peractã nobis resurrectiõis gratiã effingimus, eaq; facimus, nõ illẽtio mysteriũ assumentes, sed triũ sanctarũ hypostaseon, in quas credidimus, in quas etiã speramus, ex quib. nobis cõtingit, ut & nũc simus, & rursus futuri simus, nominibus super nos pronuntiatis. Forsitan offenderis, qui aduersus gloriã spiritus cõfidẽter pugnas, & inuides Paracleto uenerationẽ, qua pij eũ uenerant. Sed omitte mecum confligere, & oppone te, si potes, Domini uocibus, quæ inuoçationem & cognominatio-

[a] Locus mutilus uidetur in Græco.



cognominationem baptismatis hominibus instituerunt. Et quæ sunt uerba Domini præcepti? BAPTIZANTES EOS IN NOMEN PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI. Quomodo in nomen patris? quia principium est omnium rerum. Qua ratione in Filium? quoniam conditor creaturę est quomodo in Spiritum sanctum? quia uim omnia absoluta reddendi habet. Submittimus igitur nos patri, ut sanctificemur. submittimus itẽ nos Filio, ut hoc ipsum fiat. Submittimus nos Spiritui quoq; sancto, ut id efficiamur, quod (ille) est ac dicitur. Non est differentia sanctificationis: quali Patre amplius, Filio minus, quàm uterq;, Spiritu sancto sanctificante. Quur igitur trinas illas hypostaseis concidis ac diuidis in diuersas naturas, ac treis efficis Deos inter se dissimileis, quum unam & eandẽ ab omnibus etiam gratiã accipias? Quoniã autem similitudines semper orationem apud auditores magis uiuidam reddunt: simulachro uolo maledicentium mentem erudire, per terrena atq; humilia, magna quæq; sensu non cernuntur, declarans. Nam si eiusmodi tibi calamitas accidisset, ut captiuus esses apud hostes, seruus autem & afflictus cum gemitu antiquam libertatem, quam habuisses, desiderares: atq; repentè noti quidam & ciues [a] tres, qui in regionem tuorum dominorum ac tyrannorum aduenissent, ex æquis partibus dato pretio, quo redimeretis, sumptuq; pecuniario æqualiter inter se diuiso, liberassent te ab urgente necessitate: an non hoc beneficium consequutus, similiter illos tres pro benefactoribus haberes, & pretij, quo redemptus esses compensationem ex æquis partibus tribueres, quum & studium pro te commune, sumptusq; communis fuisset: si modò iustus beneficij æstimator esses? Atq; hæc quidem quatenus per exempla rem demonstrare conueniebat. non enim nunc nobis propositum est, rectæ fidei tradere rationem. sed ad præsens tempus ac propositum argumentum recurramus. Nam inuenio, quòd non [b] solùm post crucem, Euangelia gratiam baptismatis prædicauerunt, sed & ante incarnationẽ Domini ubiq; uetus scriptura regenerationis nostræ imaginem præfigurauit non apertè & euidenter formam ostendens, sed ænigmatibus & inuolucris humanitatẽ Dei præmonstrans. Et ut agnus antè prædicabatur, & crux prophetabatur: ita etiam baptisma, & uerbis & reipsa indicabatur. ac redigamus honestarum rerum studiosis in memoriam figuras. exigit enim tempus feriarum (eam) tanquam necessariam cõmemorationem. Agar ancilla Abrahami, cuius etiam Paulus ad Galatas uerba faciens, allegoricam mentionem facit, ab domo domini sui propter iram Sarræ ablegata (molesta enim legitimis uxoribus res est, propter Dominum suspecta ancilla:) deserta ac destituta ferebatur ad terram desertam, lactentem secum habens puerum Ismaelem. quum autem redacta esset ad inopiam rerum necessariarum, ipsaq; prope mortem, & ante eam adeò puer uenisset (quam enim in utre aquam habuerat, consumpta erat, quoniam ne fieri quidem poterat, ut synagoga, quæ olim in figuris perennis fontis uersabatur, sufficientiam uitæ haberet:) angelus ex insperato apparet, & ostendit ei puteum aquæ uiuentis: atq; inde quum hausisset, seruat Ismaelem. Vide igitur figuram mysticam quemadmodum statim ab initio per aquam uiuentem, quæ non prius esset, sed per angelum dono data esset, pereunti salus contigerit. Item posteriori tempore nuptijs coniungi oportebat Isaacum, propter quem etiam Ismael una cum matre, paterna sede pulsus erat. missus autem seruus Abrahami pronubus & nuptiarum conciliator, ut domino suo sponsam adduceret, inuenit Rebeccam ad puteum: ac nuptiæ, quæ Christi genus effecturæ erant, ad aquam initium ac primam pactionem conuentionemq; habuerunt. Quinetiam ipse quoq; Isaac quum gregibus præfectus esset, in omnibus locis solitudinis puteos fodiebat, quos alienigenæ obstruebant, & aggere obruebant & occultabant, ad figuram eorum, qui postea fuerunt, impiorum: qui donum baptismatis prohibebant & impediebant, ueritati sese opponentes. Veruntamen martyres & sacerdotes puteos fodientes uicerunt, omnemq; terrarum orbem baptismatis donum inundauit. Per eandem item scripturæ uim festinans ad sponsalia etiã Iacob, inopinatò ad puteũ obuiam

[a] ista dictio in Græcis desiderari uidetur.

[b] Locus mutilus, & dictio, quæ desideri uidetur.

Gen. 16. Gal. 4. Gen. 21. Gen. 45. Gen. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Gen.29. factus est Racheli. Impositum autem erat puteo saxum magnum, quod ubi cœtus pastorum conuenissent, reuoluere, ac sic deinde & sibi & ouibus aquam haurire solebant. At Iacob solus amouet saxum, ac potu sponsæ suæ reficit oues. Aenigma, opinor ea res (erat) & umbra futuri. Quis est enim impositus lapis alius atq; ipse
Esa.28. Christus? de quo dicit Esaias: Et immittam in fundamenta Sion lapidem pretio-
Dan.2. sum, honoratum, electum. Et Daniel similiter: Sectus est lapis absq; manu, id est, Natus est Christus absq; uiro. ut enim nouum, inauditum & inusitatum est, lapidem ab rupe abscindi sine opera latomi, atq; instrumentis latomicis: ita superat omne miraculum, uideri partum ex uirgine innupta. Impositus igitur erat puteo lapis, qui mente cernitur Christus abscondens in profundo atq; mysterio lauacrum regenerationis, quod adhuc multo tempore, tanquã longo fune, ad reuelationem opus habebat. Nemo autem lapidem amouebat, nisi Israel, quæ est mens uidens
Gen.29. Deum. Quin etiam haurit aquam, & potum præbet ouibus Rachelis: hoc est, mysterio, quod absconditũ erat, reuelato, dat aquã uitalem ecclesiæ gregi. Adde huc trium uirgarũ Iacobi rem gestam. Ex quo enim tres illæ uirgæ fonti appositæ sunt,
Gen.41. ex eo tempore Laban ille multorum Deorum superstitione implicitus, pauper euasit: Iacob autem ditari & agnis abundare cœpit. Allegorico autem sensu Laban ad diabolum, Iacob ad Christum referatur. Nam post baptisma Christus omnem
Exod.2. diaboli gregem abstulit, & ipse ditatus est. Moyses autem ille magnus, quum puer scitus & elegans atq; etiamnunc sub uberibus esset, communi ac tristi sententiæ quam durus ille Pharao aduersus infantes masculos tulerat, subiectus expositus est ad ripas amnis, non nudus, sed cistæ impositus. Oportebat enim legem typice & allegoricè esse in arca. Prope aquam autem depositus est. Vicina enim gratiæ lex est, & quotidianæ Hebræorum asperliones: quæ, paulo pòst futurum erat, ut
1.Cor.10. perfecto atq; admirando baptismate obtegerentur. Atq; ut diuino Paulo uidetur, etiam populus ipse, qui rubrum mare transiuit, eam, quæ ex aqua contingit, salu-
Exod.21. tem annuntiauit. Transiuit populus. & rex Aegyptius cum exercitu submersus est. & mysteriũ per opera prædicebatur. Etenim nunc quando populus fugiẽs Aegyptum, improbum (scilicet) peccatum in aqua regenerationis uersatur, ipse quidem liberatur & seruatur: diabolus uerò cum suis ministris (de spiritibus nimirum improbis loquor:) animi dolore suffocatur, & conficitur, pro sua calamitate hominum salutem ducens. Atq; etiam hæc quidem nobis ad confirmationes propositæ tractatus sufficerint. Veruntamen ne sequentia quidem honestarum rerum studioso negligenda sunt. Multis enim incommodis conflictatus, quemadmodum dicimus, Hebræorum populus, & laborioso atq; molesto solitudinis confecto cir-
Iosuæ 8. cuitu, non prius terram promissionis recepit, quàm ducente Iesu, uitamq; eius gubernante ad Iordanem peruenit. Perspicuum est autem, quòd etiam Iesus, qui duodecim saxa in flumine deposuit, duodecim discipulos ministros baptismatis præparabat ac prædestinabat. Porrò sacrificium illud admirabile, quodq; omnem hu-
Reg.3. cd. 18. manam superat mentem, Thesbitæ illius senis, quid aliud tandem atq; re ipsa præsignificat fidem in patrem & filium & spiritum sanctum, atq; redemptionem? Posteaquam enim uniuersus Hebræorum populus patria conculcata pietate, in errorem multorum deorum cultus prolapsus erat: & rex Achaab ab simulachrorum
Reg.21. cultu deludebatur, quum malam uitæ sociam sceleratissimamq; impietatis magistram haberet infaustam & execrandam Hiezabelem: repletus propheta gratia spirituali, & cum Achaabo congressus, teste rege, omnicq; populo sacerdotibus Baal se opposuit ad certamen ingens & admirabile, atq; illos, qui proposuerat atq; professi erant, quòd absq; igni bouem sacrificaturi essent, ridiculos ac miseros ostendit, frustra precantes & inuocantes Deos, qui nulli sunt. tandem ipse suo ac uero
3.Reg.21. Locus corruptus. Deo inuocato excessibus pluribus & adiectionibus mirabiliter propositum certamen peregit. Non enim simpliciter precatus, lignis, quæ arida essent, ignem superinduxit: sed quum ministros hortatus esset ac iussisset, ut multam aquam afferrent, ac ter in ligna fissa amphoriscos effudissent, oratione ignem accendit ex aqua, ut ex-

repugnan-



repugnantia naturali elementorum, quæ præter spem & opinionem ad concordiam & mutuum adiumentũ concurrerant, cum magna exuperantia atq; excessu naturæ, sui Dei potentiam demonstraret. Hoc modo Helias quidem aperte eam, quæ in posterum peragenda erat, baptismatis institutionem & initiationẽ, per admirabile illud sacrificium nobis prædixit. Aqua enim ter superinfusa accensus est ignis, ut significaretur, quòd ubi aqua mystica est, illic etiam spiritus est ille uiuificans, ardens, igneus: qui impios comburit, & fideleis illuminat. Quinetiam huius 3.Reg.21.
quoq; discipulus Helisæus, quum ad eum supplex uenisset Neeman Syrus, qui le- 4.Reg.11.
præ morbo laborabat, quum lauisset in Iordane, purgat ægrotum, & generali usu aquæ, & speciali amnis illius immersione aperte præmonstratis futurum. Examnibus enim solus Iordanis, quũ in se recepisset sanctificationis & benedictionis primitias, tanquam ex quodam fonte suæ figuræ in totum mundum donũ baptismatis quasi per riuum & aquæductum transfudit. Atq; hæc quidem opere atq; reipsa designata sunt indicia regenerationis, quæ per lauacrum contingit. Videamus autem deinceps eas, quæ per sermones ac uoces editæ sunt, prophetias. Igitur Esaias Esa.1.
quidem clamat dicens: Lauamini, puri estote, auferte nequitias ab animabus ue- Psal.33.
stris. Dauid autem: Accedite ad eum, & illuminamini, & uultus uestri non confundentur. Hiezeciel autem utroq; apertius, clarius & candidius scribens, pollice- Hiezec.19.
tur bonam promissionẽ: Et spargam super uos aquam puram, & purgabimini ab omnibus immunditijs uestris, & ab omnibus simulachris uestris mundabo uos: & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum dabo uobis: & auferam cor lapideum de carne uestra: & dabo uobis cor carneum: & spiritum meum in uobis dabo. Euidentissimè autẽ etiam Zacharias & Iesum prophetat indutum pallio sordido, ser- Zach.3.
uili, scilicet, nostraq; carne: & exuens eum tristi ueste, pura splendidaq; stola exornat docens nos per imaginariam similitudinem, quòd nimirum in baptismate lesu, omnes nos exuentes peccata, tanquã tunicam mendici uilem & ex multis pannis consutam, sacram atq; pulcherrimã, nempe regenerationis (uestem) induimus. Vbi uerò ponemus etiam illud Esaiæ oracullum, ad solitudinem clamanEsa.35.
tis: Lætare solitudo sitiens. exultet solitudo, ac floreat ut lilium: & efflorescent & exultabunt deserta Iordanis. Perspicuum est enim, quòd non locis inanimatis & sensu carentibus lætitiam annuntiat: sed per solitudinẽ tropicè & allegoricè squalidam & inornatam animã significat. quemadmodũ sanè etiam Dauid, quum dicit: Anima mea tibi sicut terra aquarum penuria laborans. Et rursus: Sitiuit anima Psal.41.
mea ad Deum fontem uiuentem. Itemq; Dominus in Euangelijs: Si quis sitit ue- Psal.52.
niat ad me, ac bibat. Et ad Samaritanam: Quicunq; bibit ex aqua hac, sitiet rursus: Ioan.7.
at qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Atq; honor etiam Ioan.4.
Carmeli datur animę habenti similitudinẽ cum deserto: hoc est donum, quod con- Esa.35.
tingit per spiritum. Quoniam enim Helias quidem Carmelum incolebat: (clarus autem mons propter uirtutem inhabitantis & fama celebratus est:) Ioannes autem Baptista in spiritu Heliæ resplendens, Iordanem sanctificabat: idcirco pro- Luc.1.
pheta uaticinabatur honorem Carmeli illi fluuio datum iri. Atq; etiam gloriam Libani ex similitudine procerarum arborum transtulit ad amnem. Vt enim Libanus ille satis magnam causam admirationis ipsas arbores habet, quas producit & alit: ita Iordanis celebratur, quòd homines regeneraret ac plantaret in paradiso Dei, quorum iuxta uocem psalmi, semper florentium & uirtutibus quasi Psal.1.
frondentium folium quidem non defluet: fructu autem in tempore percepto Deus lætabitur, tanquam bonus plantator suis operibus gaudens. Porrò diuinus Dauid etiam uocem prædicens, quam de cœlis pater super filium, dum baptizaretur, emisit, ut ad naturalem Deitatis dignitatem deduceret audientes, qui prius ad eam, quæ sub sensum cadebat, humanam usitatem respiciebant, libro psalmorum suo dictum illud inscripsit: Vox Domini super aquas, uox Domini Psal.28.
in magnificentia. Verùm testimonijs quidem, ex diuina scriptura in medium afferendis, hic finis esto. (Progiedietur enim oratio ad infinitam prolixitatem,

si quis

Universidad de Deusto
Biblioteca



si quis uoluerit omnia sigillatim electa uni libro mandare.) Vos autem omnes, qui dono regenerationis uobis placetis, ac pro gloria salutarem renouationem habetis, ostendite mihi post mysticam gratiam, morum immutationem, & in melius transformationis differentiam puritate uitæ instituti indicate. Nam nihil quidem ex ijs rebus, quæ sub oculos cadunt, immutatur, corporis item signa integra manent eiusq; quę uidetur, naturę figura nō mutatur. Sed opus est aliqua prorsus euidenti demonstratione, per quam agnoscamus hominem recens natum, signis quibusdam manifestis, nouum à uetere discernentes. hæc autem signa esse opinor eos, qui secundum propositum fiunt, animæ motus, per quos sese segregans à uetere consuetudine, ac nouum uitę instituti iter ingrediens, apertè familiares docebit, quòd alia quædam ex alia facta sit, nullum post se ueteris nequitiæ uestigium ac signum relinquens. Est autem hic transformationis modus, si mihi credentes orationē pro lege seruaueritis. Erat ante baptisma homo proteruus, auarus & fraudator, raptor rerum alienarum, conuitiator & maledicus, mendax, calumniator, ac si quod his simile (uitium) est & affine. sit nunc modestus, sobrius, suis contentus, & ex his paupertate conflictantibus impartiens, ueritatis studiosus, honorem libenter alijs deferens, comis & affabilis: ut summatim dicam, omnem laude dignam actionem exercens. Vt enim aduentante luce, tenebræ discutiuntur, & albo colore illito atramentum aboletur: ita etiā uetus homo iustitiæ operibus exornatus abo-
Luc.19. letur. Vides ut etiam Zacchæus mutatione uitę instituti publicanum occidit, ijs, qui damnum iniuria acceperant, quadruplum eius, quod amiserant, reponens. di-
Matth.9. stribuit item pauperibus reliqua, quæ prius à pauperibus malè extorta collegerat.
Luc.9. Euangelista Matthæus alius publicanus eundem cum Zacchæo quæstum faciēs,
eandemq; artem exercens, statim post uocationem tanquam personam quandam
Act.7. uitæ mutauit institutum. Persequutor (erat) Paulus, sed post gratiam apostolus, graues (illas) ferens pro Christo catenas ad pœnitentiam & purgationem iniustorum uinculorum, quæ quum aliquando accepisset à lege, aduersus Euangelia portabat. Talem conuenit esse regenerationem. ita abolere oportet consuetudinem cum peccato. ita filios Dei in uita sese gerere decet: filij enim illius post gratiam uocamur. Atque idcirco exactè conuenit inspicere genitoris nostri proprietates, ut ad similitudinem patris nosmet formantes & effingentes, ueri, iustiq; ac legitimi filij fiamus eius, qui nos ad adoptionē quæ per gratiam contingit, uocauit. Graue enim probrum est, adulterinus, spurius & subdititius, qui factis suis paternam nobilitatem fallat atq; ludificetur. propterea mihi uidetur etiam ipse Do-
Matth.7. minus in Euangelijs uiuendi regulas nobis præscribens, illis ad discipulos uti uerbis: Benefacite odio prosequentibus uos. orate pro ijs, qui lædunt ac persequuntur uos: ut sitis filij patris uestri, qui est in cœlis. quoniam solem suum exoriri iubet super malos & bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos. Filios enim tunc fieri dicit, quum similitudinem paternæ bonitatis, humanitatem erga populares & proximos præstando, sensibus suis & cogitationibus impresserint. Idcirco etiam post adoptionis dignitatem, diabolus nobis uehementius insidiatur, inuido oculo contabescens, dum recens nati hominis festinantis ad cœlestem rempublicam, unde ille excidit, pulchritudinem intuetur, & acerbas nobis ac uehementes excitat tentationes, secundum quoq; ornamentum sicuti priorem ornatum auferre studens. Verùm ubi senserimus eius incursus, conuenit apostolicum dictum no-
Rom.6. bismetipsis subijcere: Quicunq; in Christum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus. Quòd si conformes morti facti sumus, mortuum prorsus dein-
Num.25. ceps in nobis peccatum est, lancea baptismatis, sicut ille scortator à Phineeso, qui
2 Σκολόπιον est in utroq; exemplari. ego lego ανκιστρον aut, ανκυλόπεμ. studio atq; amore Dei flagrabat, expulsum. Fuge igitur à nobis execrande atq; infauste. mortuū enim[2] spoliare uis, qui olim se tibi coniunxerat, qui propter uoluptates olim sensum amiserat. mortuus corpora nō amat: mortuus nō capitur diuitijs: mortuus nō calumniatur: mortuus nō mentitur, nō rapit ea, quæ ad se nō pertinēt, non cōuitiatur sibi obuiam factis, aliā uitæ regulam, aliam morum institui normā, didici



didici res mundanas contemnere, terrena prætercurrere, & ad cœlestia festinare. quemadmodum etiam Paulus palàm ac diserte testatur, quòd mundus sibi, & ipse mundo crucifixus esset. Hæc animæ uerè regeneratæ uerba: hæ recens initiati hominis uoces, propriū pactum memoria tenentis, quod pactum in traditione mysterij cum Deo fecit, quum omnem & pœnam, cruciatū & uoluptatem pro illius dilectione se neglecturum esse promisit. Atq; hæc quidem ad sacrum diei argumentum: quem diem in orbem statis circuitibus annus actus ad nos retulit, dicta sufficiant. haud alienū deinceps fuerit, ut ad eum, qui tantū nobis donum benignè largitus est, cōuerso sermone, hoc modo finem dicendi faciamus, exiguā uocem magnarum rerum compensationis loco proferentes. Tu enim reuera Domine, purus ac perennis fons bonitatis es, qui iustè nos auersatus, ac benignè nostri misertus es, odio prosequutus & reconciliatus es: execratus es, & benedixisti: exterminasti ex paradiso, & iterū reuocasti: exuisti nos foliis ficulneis, indecoro illo tegumento, & circundedisti pallio pretioso. aperuisti carcerē, ac dimisisti condemnatos: asperlisti aqua pura, & à sordibus mundasti. non si posthac à te uocetur Adam, erubescet, neq; cōscientia coarguente, sub luco paradisi latens præ pudore se obuelabit, neq; uerò flammeus gladius paradisum circundabit, qui aditu accedentes prohibeat, & locum efficiat inaccessum. sed omnia nobis hæredibus peccati ad lætitiam traducta sunt. ac paradisus quidē atq; ipsum adeò cœlum homini patet: creatura autem tam mundana, quàm supramundana olim inter se dissidens ad amicitiā coijt, atq; reconciliata est: [a] & homines cum angelis illorum colentes theologiam concordes facti sumus atq; consensimus. Propter hæc igitur omnia, gaudij hymnum Deo canamus, quem os spiritu obsessum olim propheticè magna uoce pronuntiauit: Exultet anima mea in Domino, induit enim me pallio salutari, & tunica lætitiæ circundedit me. ut sponso adoptauit mihi mitram, & ut sponsam exornauit me ornamento. Ornator autem sponsæ prorsus est Christus, qui est, & ante erat, & futurus est benedictus nunc & in secula. Amen.

[a] Καὶ ἀγγέλοις τοῖς αὐθέντας τοῦτο ἀγγέλους ἀνθρώπους συμφωνοῦντες. ἀλλὰ ἐνδύσασθε ἐκείνου τὸν ἐνδύσαντα βίον, γέγραπται γάρ, habetur in utroq; codice. ego lego, ἡμᾶς ἀγγέλους οἱ αὐθέντας ἡμῶν ἀνθρώπους ἐγενόμεθα συμφωνοῦντες ἀλλὰ ἐνδύσασθε ἐκείνου τὸν ἐνδύσαντα βίον, γέγραπται γάρ.

# EIVSDEM GREGORII EPISCOPI NYSSAE ORATIO, QVA FRATRIS SVI *Basilij Magni laudes & memoriam concelebrat.*

RONVM impositum Deus ordinem anniuersarijs his nostris ferijs, quas per ordinatā quandam uicissitudinem & seriem, his diebus & iam celebrauimus, & rursus celebramus. Ordo autem nobis spiritua-
1.Cor.12. lium celebritatū atq; conuentuum is est, quem Magnus etiam Paulus docuit supernè atq; cœlitus eiusmodi rerum cognitionē adeptus. Ait enim ille inprimis quidem apostolos & prophetas constitutos & ordinatos esse: post illos uerò pastores & doctores. Conuenit igitur ordo solennium conuentuum & celebritatū cum apostolica hac ordinatione. Sed primam celebritatē unà cum alijs non numero. Nam quæ propter diuinam Vnigeniti filij apparitionē, per partum uirginis à mundo festiuitas instituta est, ea nō simpliciter sancta celebritas est, sed sancta sanctarū, & celebritas celebritatum. Igitur eas, quæ hanc consequuntur, numeremus. Primū nobis apostoli & prophetæ spiritualis cœtus initium fecerunt. Vtraq; enim prorsus circa eosdem sunt dona, & apostolicus spiritus, & spiritus prophetiæ. Sunt autem hi, Stephanus, Petrus, Iacobus, Ioannes, Paulus. deinde post hos conseruato ordine suo, pastor & magister præsentem nobis celebritatem auspicatur. Quis est hic? dicā nomen, an nominis uicē gratia atq; festiuitas supplet ad uirtū ostendendā? Quī enim de magistro atq; pastore post apostolos audiueris, intellexisti prorsus eum qui apostolos consequitur pastor & doctor. Hunc dico, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui uas est electionis, sublimem illum & uita & sermone Basilium, gratum & acceptum Deo à natiuitate, qui moribus canus ab iuuentute, qui sicut Moyses, eruditus fuit omni sapientia atq; scientia externarũ disciplinarũ, sacris uerò literis ab infantia usq; ad perfectionem & consummationem innutritus, unà creuit, in adultra atq; confirmata ætate unà uersatus est. unde docens omnem hominem in omni sapientia tam externa quàm diuina, ueluti uir quidam fortis & strenuus bellator ambidexter, per utranq; eruditionem in aduersarios sese armans: per utranq; disciplinam uincit reluctantes, utraq; armatura præcedens & superans eos, qui per alteram aduersus ueritatem, aliquas uires habere se putabant, eos quidem qui de hæreticorum sententia scripturas proferrent, scripturis euertens atq; confutans: Græcos autem ac gentiles per suam ipsorum irretiens atq; illaqueans eruditionẽ. Sed uictoria de aduersarijs non ruinam ijs, qui uicti essent, adferebat, sed resurrectionẽ. Qui enim ueritati succumbebant, uictoriam & coronam de errore atq; mendacio referebant. Hunc igitur habemus nunc etiam nos, qui constituat nobis præsentem celebritatem, genuinũ & uerum ministrum & interpretem spiritus, strenuum Christi militem, sonorum & uocalem salutaris præconij atq; prædicationis præconem, liberè pro Christo loquendo decertantem, & in principijs pugnam cientem: cui secundas post apostolos parteis tempus *solùm dat. Nam si eodem tempore, quo Paulus, uitæ particeps humanæ fuisset Basilius, sicuti Syluanus & Timotheus: ita prorsus unà cum Paulo literarum monumentis celebratus esset. Atq; ut intelligatur, quòd coniecturam faciendo à ueritate non aberro, hoc modo rationem ineamus. prætermittatur ea oratio, qua explicetur, qui sancti, quos sanctos tẽpore anteceſſerint. (Temporis enim natura in præterito & futuro, quod ad uirtutem & uitium attinet, eodem modo sese habet, quum neq; hoc, neq; contrarium sit. In libero enim arbitrio atq; proposito uoluntatis, non in tempore bonum consistit.) ac fides cum fide, cum oratione oratio conferatur. Nam si quis iustus æstimator fuerit in conferendis inter se miraculis, reperiet unam in ambobus gratiam, quæ ex eodem spiritu iuxta conuenientiã atq; proportionem fidei, exisset in utroq;. Quòd si tempore Paulus præcedit, & multis ætatibus pòst Basilius exhibitus ac designatus est: diuinæ administrationis quam hominum gratia susceptr, opus dicis, non affers probationem circa uirtutem diminutionis. Nam & Moyses multis temporibus posterior Abrahamo: & Samuel Moyse: & hoc Helias: & ille Magnus Ioannes: & post Ioannem Paulus: & post hunc Basilius. Quemadmodum igitur in præcedentibus nihil tempus posterius, quod attinet ad gloriam, quæ cum Deo coniuncta est, sanctis incommodauit: ita etiam nunc in disceptatione uirtutis, ætatis commodum silentio prætermittatur. Nam id, ut (modò) dicebamus, prouidentiæ diuinæ, qua consulitur hominibus, continet demonstrationem. Ille enim, qui, ut inquit propheta, res omnes nobis antequam existant, & malitiam diaboli simul cum ætatibus hominum extendi atq; traduci & ad finem pergere animaduertit, conuenientem & accõmodatum ad cuiusq; ætatis morbum medicum parat, ne curationis expertem sinat esse morbum hominum, qui si desit, à quo sanetur, subigere solet, & in potestatẽ suam redigere genus humanum. Huius rei gratia, quum uigeret ac prævaleret aliquando philosophia Chaldæorum, qui rerum causſas à certo quodam motu siderum pendére statuebant: nec uirtutẽ quandam sideribus apparentibus præsidere ac præesse putabant, quæ rerum quarumlibet effectrix esset: tum Abrahamum exhibet, qui quasi scala usus eiusmodi disciplina, inuestigauit illum, qui per res, quæ uidentur, intelligitur: ac (quasi) uia fidei, quæ est in eum, qui reuera Deus est, posteris extitit, quum ipse relicto patrio errore, atq; ea, quæ sensuum instrumentis esse dicitur cum ea, quæ apparet in astris, creatura cognatione, dux ad eam fidem fuisset. Deinde quum Aegyptij ex suggestione, opinor, eius, qui per uarias fraudes (homines) demergit, mirabilem quandã & præstigiatricem calliditatem inuenissent, exhibuit Moysen, qui sapientiæ excellentia Aegyptiorũ fraudem expelleret & aboleret. Agnoscit aũt prorsus rem gestam, de qua

Act. 7.

Act. 7.

Act. 7.

*αὐτὸν, habetur: αὐτὸς, malim.*



qua loquor, qui scripturam nouit, quomodo, quũ præstigiatores illi diuinis signis ex aduerso suarum fraudũ specimen præberent, Moyses omnibus modis superior fuerit, & supernè auxilio misso omneis Aegyptias uires deleuerit. Intelligis autẽ hoc quum per alias res, tum per uirgarum ænigma. Processu deinde temporis, quũ etiam Israelitarum res per eum statum, quo nullius certi magistratus imperio continebantur, in promiscua populi atq; cõfusa potestate malè sese haberent: Samuel existit, qui per sese subditos in officio contineret, & à cõsuetudine atq; cõmercio alienigenarum prohiberet. deinde quum illum confusum statũ, quo nullus certus magistratus erat, ad constitutionem regni traduxisset, duodecim tribus congregatis in unum, & regium imperium lege lata sanxit. Secundum hęc multis pòst ætatibus, quum Achaab mulieris illud mãcipium, & ipse patrios ritus sacrorum deseruisset, mulieri delicatæ ac molli obnoxius factus, & per illam adscito simulachrorum errore, ad eandem secum defectionem Israeliticum populum traxisset: tunc Deus exhibet Heliam, qui magnitudini hominum morbi pares ad sanandum uires haberet, uirum, qui curationem & cultum corporis despiceret, facie squalenti, qui multitudine suorum crinium obumbraretur, qui peculiari modo uiuendi uteretur, aspectu uenerandum, uultu tristi ac risus experti, obtutu oculorum recto & eodem, quò intendisset uergenti, pelle caprina tantum de corpore tegentem, quãtum abscondi magis decorum est, reliqua parte corporis ad aera perdurantem, & nihil iniquitatem & iniuriam uel æstus uel frigoris curantem. qui quum populo exhibitus esset, primùm flagello famis Israelem ad sanitatẽ reducit, ueluti scutica quadam eiusmodi plaga atq; pœna insolentiam populi ac petulantiam incessens: deinde etiam diuino in sacrificio, igni excitato, curat morbum simulachrorũ cultus. Deinde secundum illum alius ille compluribus temporibus pòst existit, qui in spiritu & uirtute Heliæ per Zachariam & Elizabetã producius & in uita uerſatus est, atq; uniuersam gentem in solitudine per prædicationem (ad se) euocãs: & sordes ob sanguinem prophetarũ (effusum) contractas, & multiplicia piacula, uariosq; peccati nodos, quibus calceamentorum in modum in illo tempore universus populus implicitus & illigatus erat, omnia eiusmodi mala, quum & prædicatione pœnitentiæ dissolueret, & aquæ circumspersione ad Iordanem elueret, in nulla re diuina minus præstitit, quàm illi, qui in exercitio uirtutis ante eum fuerũt. Quid item pòst hunc Paulus, eò quòd tempore posterior esset, ad summum gradũ diuini progressus & incrementi euadere prohibitus est? an non protinus diuinæ pulchritudinis, quæ in oculis eius refulserat, amator extitit? simulatq; ab oculis squamas resecit? quæ squamæ signum erant tegumenti, quo cor (eius) obductum fuerat: quo tegumento Iudæorum animarum acies perspectiua obducta atq; obligata cæcos eos efficit ad ueritatem? non ne posteaquã lordes, quas ex ignorãtia atq; errore contraxerat, in mystico lauacro deposuit, protinus ad augustiorẽ conditionem natura transformatus est? & uelut exuto hoc crasso atq; carneo amictu in ipsis cœlorum adytis uersabatur? & nihil corporei impedimenti pondere tardatus etiam intra diuinam paradisi constitionem perueniebat, & illic arcana sacrorum disciplina à ueritate initiabatur, atq; illinc ad obediendum fidei in omnibus gentibus uim sermonis accipiebat? unde totius propemodum orbis terrarum pater existit, per spirituales labores & partus eos, qui per ipsum ad Christianam pietatem formantur, in lucem producens? Si igitur ratio temporis in cæteris sanctis nihil quod pertineat ad diuinum incrementũ atq; progressum, imminuit, eò quòd pariter & ex æquo gratia unumquemq; adiuuaret ad perfectionem: nõ immeritò audemus etiam eum, qui nostra ætate fuit, hominem diuinum, magnum illud uerustatis uas Basilium inclytis illis sanctis annumerandum esse dicere, quippe quũ temporis uicissitudo nihil impediat uel sublime illius erga Deum studiũ atq; desiderium, uel diuinam gratiam ad animam perfectè & absolutè excolendã & exornandam, ne quo modo uel diuini consilij dispositionisq; intẽtio atq; propositum frigescat, uel aliquid de illius auxilio atq; præsidio, quod ad mysteriũ conferebat,

Exod. 7.

1. Reg. 2.

3. Reg. 16.

3. Reg. 17.

3. Reg. 18.

Ibid.

Lucæ 1.

Actor. 9.

2. Corinth. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca



propter temporis cauſſam extenuetur, & leuiori quàm par eſt, momento æſtimetur. Nemo autem prorſus ignorat, quo conſilio in hoc tempore præceptor noſter deſignatus & exhibitus ſit. Poſteaq́ enim hominum inſania circa ſimulachrorũ cultum prædicatione Chriſti extincta, & omnia iã delubra cæteraq́ res, quę uano dementium cultu celebrari ac frequentari ſolébant, dirutæ atque è medio ſublatæ erant, quum per uniuerſum penè terrarum orbem habitatum, prædicatio pietatis & ueri Dei cultus atq́ religionis peruaſiſſet adeò, ut is, qui fraudis humanæ principatum & imperiũ tenet, ex omnibus partibus orbis terrarũ Chriſti nomine expelleretur & exturbaretur: ſolerti & callido nimirum ad malitiã inuentori malitiæ atq́ nequitiæ ſceleſtum & improbum conſilium non defuit, quo per fraudem denuò obnoxium ſibi redderet genus humanũ: ſed ſub prætextu ac ſpecie Chriſtianiſmi ſimulachrorum cultum latenter reduxit, quum ſuis cõmentis & impoſturis perſuaſiſſet iſs, qui ad ipſum ſpectabant, ne deficerent à creatura, ſed eam adorarẽt & uenerarentur, Deumq́ creaturã eſſe putarent, quæ filij nomine uocaretur. quòd ſi ex rebus quę non eſſent, creatura producta, & ab diuina eſſentia, quantũ ad propriam ipſius attinet naturam, aliena ſit, neminem eam rẽ debere curare, ſed Chriſti nomine creaturæ impoſito, hanc adorare, hanc colere, in hac ſpem ſalutis fixã habere, ab hac iudicium expectare. Et ut rem ſummatim cõplectar: quum inualeſſet apoſtata homines totius malitiæ ſuæ capaces, Arium inquam & Aetium, Eunomium, Eudoxium, ac præter hos multos etiam alios, per eos deficientem iã ſimulachrorum cultum, ſicut dictum eſt, nomine Chriſtianiſmi denuò reduxit. atq́ inualeſcebat aduerſus homines morbus, qui creaturam magis quam creatorem colebant, adeò ut etiam illius temporis imperatorum auxilio fraus cõfirmaretur, & omnes excellentes magiſtratus & principatus pro hoc morbo propugnarent. quumq́ omnes propemodum homines ad id, quod uigebat, & inualeſcebat, malè traducti eſſent: tunc Magnus à Deo Baſilius, quemadmodum tempore Achaab Helias, exhibetur: ac ſacerdotio, quod iam quodammodo collapſum atq́ neglectum erat, ſuſcepto, tanq́ lucernam, quæ defeciſſet, rationem fidei per inhabitantem in ſe gratiam relucere denuò fecit. & quũ ueluti fax noctu errantibus per mare, eccleſiæ bono apparuiſſet, omneis ad rectam uiam conuertit, cum præfectis & præſidibus confligens, cum ductoribus copiarum congrediens, apud Imperatores liberè loquens, in concionibus & eccleſiis clamans, eos, qui procul abeſſent, exemplo Pauli per epiſtolas concilians atq́ adiungens, effugiens & eultans conſligentium reprehenſiones, quum nihil in ſe haberet, quo teneretur & uinceretur ab aduerſarijs. Fortior enim & firmior erat, quàm ut ab iſs, qui bona eius publicarant, uinci ac ſubigi poſſet, quum ipſe ſe bonis propter ſpem futuri regni mulctaſſet. ab exilij metu liber erat, quòd unam patriam hominum cẽſeret eſſe paradiſum atq́ omnem terram, quaſi commune naturæ exilium ſpectaret. Qui autem quotidie moreretur, ac per mortificationem ſemper lubens abſumeretur, quando tandem mortem, quam inimici minabantur, metuere potuiſſet? cui quidem clades atq́ calamitas erat, quòd non ſæpè poſſet martyrum pro ueritate certamina imitari? quum uni morti duntaxat natura obnoxia ſit? qui profecto cuidam aliquando ſe iecur eius de uiſceribus erepturum terrendi cauſſa minanti ſubridendo inſultas atque proteruas minas deludens, Gratiam tibi, inquit, huius uoluntatis atq́ propoſiti nomine habebo. Etenim haud mediocriter moleſtũ eſt iecur uiſceribus incumbens. Si eieceris ergo illud, ut minaris, re moleſta atq́ odioſa corpus liberaueris. Quid igitur illius in rebus diuinis ſplendorem atq́ claritudinem imminuit, q́ poſt alios ſanctos in uita fuit? ut idcirco celebritas atque conuentus, qui illius nomine agitur, minor habeatur feriis, quę ſanctorum aliorum honoris atq́ memorię gratia celebrantur? Conſidera enim, ſi uidetur, atq́ perpende rem cum uno aliquo ſuperioris ætatis ſancto, huius uitam comparans. Dilexit Deum Paulus. Id eſt nimirum bonorum caput eſt: dilectionis, inquam, bonum: à qua dilectione proficiſcitur omnis fides, & omnis ſpes, & id quod per patientiam expectatur bonum. & in



& in omni bono ſtabilitas atq́ conſtantia, & in omni ſpirituali dono commodum atq́ præſtantia. Sed ſcrutemur, quantus eſſet in Paulo dilectionis erga Deũ modus? Dices omnino, quòd ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente ſua diligeret Deum. hunc enim ſummũ dilectionis aduerſus Deũ terminũ dat lex. Ergo qui omne cor ſuũ & animã & mentẽ Deo dicauit, & ad nullam rem aliam earum, quæ per hanc uitã expetuntur, affectus atq́ propenſus eſt, in ſupremo dilectionis gradu conſiſtit. Enimuerò ſi quis demonſtrare poteſt, q́ præceptor (noſter) in uita ad rem aliquam earum, quæ per hunc mundum experuntur, propenſus & inclinatus eſſet, ut ad diuitias & potentiam, aut uanæ gloriæ ſtudium (magis enim ſeruiles in eo uoluptates ne cõmemorare quidem æquum eſſe, cõſentaneum eſt:) quãcunq́ harum rerum expetiſſe deprehendetur, ea re dicere cõuenit imminui modũ erga Deum dilectionis, quòd eius affectio cupiditatis à Deo ad res materiales tranducta eſſet. Sin autem harum & eiuſmodi rerũ inimicus & hoſtis erat, quòd prius quidem è uita ſua omnem uitioſum & mollẽ circa has res affectũ ejiceret: deinde cõmunem quoq́ uitam, tum ſermone doctrinæ, tũ ſuo exemplo expurgaret: perſpicuum fuerit, q́ illum erga Deum dilectionis modum in ſeſe habebat, quo amplius natura non capiebat. Qui enim ex toto corde, & ex tota anima atque mente Deum diligit, qui poſſit ad maiorem dilectionis modum, qui locũ non habeat cõtendere atq́ enitiꝛ Proinde ſi unũ perfectæ charitatis atq́ dilectionis terminũ eſſe didicimus, nempe eum, qui ex toto corde Deo dicatus & cõſecratus ſit, ac diligebant Paulus & Baſilius toto corde Deo dedicati atq́ addicti: ſi quis auſit dicere, quòd unus eſſet in ambobus dilectionis modus atq́ menſura, à ueritate non aberrabit. Enimuerò quòd charitas atq́ dilectio maior ſit omnibus bonis quũ apoſtolus dicit, tum ſublimis Euangelij doctrina comprobat atq́ cõfirmat. Et apoſtolus quidem prophetia atq́ ſcientia præſtantiorem ac præferẽdam eam eſſe dicẽs, fide uerò ſolidiorem firmioremq́, & ſpe durabiliorem magisq́ ſufficientem, et ſemper in eodem ſtatu permanentem, ſine qua quicquid pro bono expetatur inutile ſit: Dominus aũt, omnem legem & omnia myſteria prophetica ex hoc dono pendẽdicens, charitatem omnium bonorum primas tenere etiam ipſe cenſet. Si igitur in eo, quod inter res præclaras & eximias eminet atq́ excellit, ac reliquas comprehendendi uim habet, Paulo non inferior eſt: nimirum etiam in alijs omnibus bonis, quorum charitas primas tenet, ac quæcunq́ ex hac pendent, & exiſtũt, omnino poſteriores partes ferre & inferior eſſe non uidebitur. Quemadmodum enim is, qui humanæ naturæ particeps eſt, omneis naturæ proprietates habet: ita etiã is, qui perfectã charitatem in ſeſe confecerit & aſſequutus eſt, omneis, quę cunq́ unà cum hac ſpectantur, & comprehenduntur, bonorum formas cum primario principalíq́ bono tenet. Siue enim fides eſt, quæ ſeruat, ſiue per ſpem ſeruamur, ſiue per patientiam gratiam expectamus, charitas omnia credit, & omnia ſperat, & omnia ſuffert, ut inquit apoſtolus. Atque reliqua omnia (ne ſingulatim omnia enumerando tempus teramus:) charitatis radicis germen & ſurculus exiſtunt, quæcunq́ ratione uirtutis expetuntur: adeò ut qui hãc habeat, nullo alio bono careat. Hanc igitur quum Magnus Baſilius haberet, per eam nullius boni expers erat. Quòd ſi omnia habebat, in nulla re prorſus inferior erat. Sed dicet aliquis prorſus, quòd tertium cœlũ uiderit ille, & raptus ſit in paradiſum, & audiuerit arcana uerba, quæ homini non liceat proferre. At nec ille quidem, quod conſtet, per carnẽ hanc eiuſmodi gratiam accepit: non enim celat ambiguitatem, dum dicit: Siue in corpore, neſcio, ſiue extra corpus, ignoro: Deus nouit: etiam de hoc audacter aliquis dicere poſſit, quòd in corpore quidem nihil eiuſmodi uiderit, ſed incorporea & ea quæ mente peragitur, contemplatione nihil harum rerum ſit, quod contemplari atq́ cõſiderare prætermiſerit. Teſtis harum rerũ eſt ipſius oratio, tum ea, quã ipſe proferebat, tũ ea quã reliquit in ſcriptis. Ille ab Hieroſolymis uſque ad Illyricũ in orbẽ circumiens omnibus in medio habitantibus Euangelicũ ſermonẽ prædicauit: & huius oratio atq́ prædicatio omnẽ propemodũ terrarũ orbẽ amplexa eſt,

*1. Corinth. 13.*

*Matth. 22.*
*Matth. 25.*

*1. Corinth. 13.*

*2. Corinth. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



quum etiam ipsa æquè ac Pauli sermones ab omnibus probaretur & expeteretur. Omittantur reliqua, quibus huius uita cum illius uita conuenit atq; concordat. uidelicet mundo crucifixus est ille: & huic mundus. corpus ille mortificauit: cõsummauit atq; perfecit etiã hic uires per infirmitatem. Christus utriq; uita erat: & utriq; similiter pro lucro, mors, & ad Dominum resolutio falsæ uitæ præferebatur. An etiam Ioannem cum magistro conferre atq; comparare placet? At quũ diuina uox testetur, quòd ille principatum teneat, propterea, quòd inter natos mulierum etiã amplius & excellentius quid habeat, q̃m propheta: insania simul & impietas fuerit alium ex aduerso comparando opponere eiusmodi uitæ. sed tanti ac talis uiri uel a tergo uenisse, supremç beatitudinis continet demonstrationem. atq; hoc modo rationem ineundo, rem consideremus atq; perpendamus. Neq; mollibus uestibus Ioannes erat amictus, neq; arundo erat, quæ uentis agitaretur. præferebat item solitudinem locis cultis & habitatis. & contrà in habitatis & cultis locis uersabatur. Numquis igitur refellet orationem, si ueritas etiam hoc magistro nostro attestetur, ut in his magno Ioanne non inferior sit? Quis enim ignorat, quemadmodum mollem & delicatum uitæ cultum, noxium & infestum iudicaret? in omni re lorticudinem atq; laborum & molestiarum tolerantiam magis quàm res iucundas fectans, ad solis æstum durans, frigori se exponens, ieiunijs & temperantia corpus exercendo subigens, in urbibus quasi in solitudinibus uersans, (quòd hominum congressus illius uirtutem nihil læderet,) & ex solitudinibus urbes efficiens. Neq; enim idcirco, quòd cum multitudine conuersaretur, quicquam de exacto & cauto uitæ instituto immutabat: neq; si seorsum in solitudinẽ secessisset, nudari ac deseri poterat ab ijs, qui utilitatis gratia consuetudine atq; conuictu eius utebantur, adeo ut etiam huius tempore, quemadmodum in uita Baptistę ex solitudine urbs efficeretur, quæ confluente multitudine coarctaretur. Quòd autem arundo non esset, quę facilè ad contrarias opiniones impelleretur, argumẽto est ea, quã habuit in omnibus rebus, quas per uitam cum iudicio suscepisset & instituisset, cõstantia atq; firmitudo. Placuerat ab initio nihil quicquam possidere & pauperem esse. iãquam petra immota atq; inconcussa, stabile ac firmum id iudicium fuit, concipiebat per puritatem appropinquare Deo. mons erat ea cupiditas, non arundo, nunquam enim ad tentationum spiritus aduersos flectebatur. Porrò dilectionis erga Deum (quæ in Basilio fuit) constantiam & firmitudinẽ solus apostolus suis uerbis exprimere & indicare posset, ppterea quòd neq; uita, neq; mors, neq; præsentia, neq; futura, neq; aliqua alia creatura à dilectione Dei cor eius dimouere atque detrudere posset. Adeò etiam in omnibus, quæ cum uirtute instituisset, ac sibi sectanda esse iudicasset, nequaq; arundineus quidam, & animo mobili ac mẽte inconstanti erat: sed per omnia uita (eius) in rebus præclaris constantiam in se habebat & stabilitatem. Liberè & ingenuè loquitur apud Herodem Ioannes. itè hic apud Valentem. Comparemus autem adinuicem horum uirorum dignitates. Ille quidem partis cuiusdam Palæstinæ decreto Romanorum permissum sibi principatum adeptus erat. huius uerò imperij terminus erat totus propemodum cursus solis à finibus Persidis ad Britannos usq; pertinens & extremam Oceani oram, ac linguæ quidem libertas aduersus Herodem id agebat, atq; eò spectabat, ne contra leges ille peccaret in muliercula quadam, sed cupiditatem utpote legibus uetitam in se coerceret. At aduersus Valentem præceptoris linguæ libertas quæ nã erat? Vt illæsam, intactam & impollutam sineret esse fidem, cui si fieret iniuria, totius orbis terrarũ scelus atq; piaculum existeret. Conferat igitur æquus rerum æstimator & principatum cum principatu, & linguæ libertatis huius propositum cum illa
Matth. 14. comparet libertate. Nã illic quidem, corpore Herodis scelus circumscribebatur: hic uerò uiolatio fidei, ad totius humanæ naturæ iniuriã redundabat. Ille ad mortem usq; perienerat in libertate sermonis, & huic finis linguæ libertatis exilium exstitit, quum imperator hanc pœnam in eum loco mortiferæ sententiæ statuisset. At enim Ioannes post mortem uiuere credebatur. Basilio item ab inimicis ipsis sententia



sententia exilij rescinditur, quum propter minas nihilo remissior & segnior factus esset ad resistendum. An etiam audebimus ad sublimen Heliã sermone ascendere, 3. Reg. 11.
& ostendere nostrum doctorem suæ uitæ instituto illius gratiæ assimilari? Enimuerò ut in flammeo curru sedeat atq; uehatur, & igneos equos moderetur, & ad eã potestatem, quæ superæ præsidet rerum naturæ, transmigret, nemo postulet ab humana natura. (Nam nec ille quidem intra terminos & limites naturæ manens illæsus in igni conseruabatur, quum terrenum hoc pondus diuina ui ad eam leuitatẽ, quæ in sublime ferretur, transformaret:) neq; (uerò) q̃ suo uerbo ueluti claui uieretur eius facultatis, quæ de cœlo suppeditabatur, aperiens quando uellet, & rursus claudens, quũ id facere cõmodius esse uideretur. quinetiam quòd ad multũ ille 3. Reg. 19.
tempus inediam toleraret uno cibo subcineritij illius hordeacij panis in pari habitudine uires suas ad quadraginta usq; dies conseruans: prætermittatur etiam hoc, utpote maius, quàm humana capiat natura. Earum enim rerum, quæ superant naturam, imitatio humanæ naturæ impedita est. Silentio prætereatur item cum his 3. Reg. 14.
& exiguus ille farinæ urceus, & uas, quo oleum continebatur. quorum utrunq; tã hoc, quàm ille, quod ad suppeditationem attinet alimenti, ad necessitatem sufficiebat, per omne tempus famis, beneficium simul prorogans & extendens ad annos treis & menses sex. Nam superæ operationis miracula peculiarem in operibus uim habent. nec recte quis eiusmodi mirificas operationes assignauerit humanæ naturæ. Quæ sunt igitur nostri præceptoris bona, quæ cum ijs, quę in prophetis cernuntur, communionem & societatem habeant? amor & studium uehemens erga fidem, odium aduersus aspernantes & reprobantes, dilectio erga Deum, studium & desiderium Eius, qui uerè atque reipsa est, ad nullam rem materialem effluens atque deflectens: uita per omnia exacta atq; exquisita: uictus aridus: acies oculorum & obtutus animæ uigori par: grauitas non affectata: silentium sermone efficacius: cura atque contemplatio rerum earum, quæ sperantur: contemptus earum, quæ uidentur: quum quisquis oblatus esset, siue in excellenti dignitate forte constitutus, siue ex humilibus & abiectis esse appareret, eadem dignatione exciperet, & in eodem honore haberet. Hæc & eiusmodi sunt, in quibus præceptoris uita miracula Heliæ imitatur. Quòd si quis profert quadraginta dierum inediam: & nos per omnem uitam magistri in cibo parsimoniam contrà in medium afferemus. Vicina enim quodammodo est inediæ cibi exiguitas & parsimonia uictus, ac maximè, quum illud quidem exiguo tempore factũ sit, hoc uerò per omnem uitam durauerit. præterea etiam illic quidẽ hordeaceus ille subcineritius panis prophetæ uigorem & uires conseruabat, eò quòd prorsus aliquid eiusmodi in sese haberet, quo quicunque cibum hunc sumpsisset, uires eius conseruarentur. Cuius rei argumentum est, quòd non popularium aliquis ei panem confectũ pro cibo apposuerat, sed ab angelis parato cibo satiatus est. Vnde etiam plenæ atque integræ manebant, & non effluebant atque expirabant eæ, quæ per illum cibum corpori uires ingenerarentur. hîc uerò quum nihil de cõsuetis innouaretur & immutaretur, ratio cibum moderabatur, tantum corpori præbens non quantum natura uellet, sed quantum temperantiæ lex iuberet. Porrò sacerdotium præceptoris prophetæ sacerdotij ænigmata imitatur, per hoc, quòd treis personas in ratione fidei tradit, cœlestem ignem ad sacrificia eliciens. Ignem autem, sancti spiritus uirtutem uocari in multis scripturæ locis didicimus. Vredinẽ uerò atq; siccitatem terræ magister neq; sustulit, neq; induxit. Illic aũt Magnus propheta quũ imbriũ penurię flagello terrã uerberasset, ipse quoq; medicus uulneris existit, cruciatui flagelli par & æquipollens largiens eis curationis leuamen atq; mitigationẽ. Quòd si etiam aduersus hoc nostri Heliæ aliquod miraculum proferre oportet: Quũ diuina uoluntate eiusmodi calamitas aliquando cœli minis significata immineret: (quippe totum tempus hybernum per siccitatẽ prætercrierat:) & nulla spes frugum appareret: tunc magister Deo supplicans ultra minas terrorẽ progredi passus non est, quũ precibus diuinũ numen placasset, & per orationes mœrorẽ, qui propter

Universidad de Deusto
Biblioteca



imbrium penuriam (homines) inuaserat, sustulisset. Quinetiam consolationis & leuaminis in fame, quod in una uidua magnus præstitit Helias, habet etiam nostra ætas aliquam similitudinem in magistro. Nam quum fames aliquando grauis & sæua tam ipsam urbem, in qua habitabat, quàm omnem urbi subditam regionem affligeret, uenditis suis prædijs & possessionibus, atque pecunijs in alimenta conuersis, quum etiam rarum esset, ut illi, qui ualde sibi prouidissent & instructi essent, ea quæ ad mensam & uictum pertinent, sibi conficere & suppeditare possent, ille per omne tempus famis, quum eos, qui undique confluerent, tum iuuentutem totius urbanæ plebis alere perseuerauit, adeò ut etiam Iudæorum liberos huius benignitatis & liberalitatis ex æquo participes faceret. Nihil autem prorsus interest, utrùm per uas olearium quis, an per aliquam aliam materiam & occasionem diuinum mandatum exequatur. Consolatio enim indigentium non quærit unde (sumas) sed ad id, quod fit, spectat. Quòd si sublimis raptus est Helias: mirabile quidem est etiam hoc, & maius miraculum, quam quis uel oratione explicare, uel ratione assequi possit. Veruntamen nec altera (quidem) species ad supera cursus repudianda, atque contemnenda est: quum quis per spiritum uirtutibus pro cursu usus, per sublime uitæ institutum è terra (sursum) in cœlum migrat. quod utique magistrum assequutum esse, quicunque rerum ab eo gestarum æquus fuerit æstimator, non negabit. An etiam aduersus Samuelem oratione audendum est? Sanè in alijs omnibus primas prophetæ partes concedentes, cum duobus quibusdam, quæ de illo dicuntur, etiam ea, quæ circa magistrum nostrum erant, conuenire ostendemus. Diuinitus data atque concessa utriusque natiuitas erat. ut enim illum mater, ita etiam hūc pater à Deo petitum procreauit. quumq; lethali morbo quodam correptus esset etiamnunc in ætate iuuenili, per uisionem in somnis pater uidit Dominum, qui in Euangelio, Regulo illi filium donauit, sibi apparere, & illa dicere ad se, quæ ad illum Dominus dixerat, nempe, Vade, filius tuus uiuit. cuius fidem & ipse imitatus eundem, quem ille fide fructum percepit, benignitate Domini salute filij recepta. Atque hoc quidem unum cum miraculis Samuelis* comparamus. Alterum uerò, quòd forma sacrificij eadem ab ambobus instituta atque peracta est. Pacificas enim uterque Deo hostias obtulerunt, ut hostes profligarentur, & interirent sacrificantes. hic quidem pro euersione hæreseon, ille uerò aduersus alienigenas id agens. Porro magnus ille Moyses commune omnibus, qui ad uirtutem spectat, propositum est exemplum. nec deliquerit si quis uirtutem legislatoris tanquam scopulum sibi proponat, ad quem uitæ suæ dirigat actiones. Proinde nemo prorsus inuidebit, si ostendatur, quòd magister noster, in quibus posset, legislatorem in uita imitaretur. In quibus igitur (rebus) imitatio consistebat.

Exod. 2. 3. Mulier quædam Aegyptios regens, Moysen adoptatum domestica disciplina instituendum curat, à maternis uberibus, quamdiu primam ætatem eiusmodi alimento nutriri conueniebat non recedentem. Hoc item magistro ueritas testatur. Quum educaretur enim ab externa sapientia, semper uberibus Ecclesiæ adhærebat, illius doctrinis animo crescens atque grandescens. Abnegauit atq; repudiauit postea Moyses falsò dictitatæ matris fictam & cōmenticiam cognationem. Ne hic quidem diu permansit in eo statu, ut eius studij nomine celebraretur atq; clareret, cuius eum pudebat. Quum enim omnem ex literis & disciplinis externis partam gloriam repudiasset, quemadmodum ille regnum, ad humile uitæ transiit institutum, quemadmodum etiam Moyses Aegyptijs thesaūris prætulit Hebræos. Porrò quum natura in unoquoque suum officium faciat: (unusquisque enim caro concupiscit aduersus spiritum:) ne hic quidem expers prælij erat, quo ratio pura ab Aegyptia ratione petebatur: sed opem ferens meliori, mortuam faciebat eam, quæ aduersus Hebræam haud rectè insurgebat. Hebræa autem ratio, expurgata est & incontaminata. Nam qui per mortificationem membrorum terrenorum animæ auxilium fert excellentem fortitudinem atque uirtutem Moysis, quam aduersus Aegyptium præstitit, imitatur. Præterea ad tem magnā partem

* aduersus, habetur: aduersus, ego lego.



partem historiæ conuenit, ne si quis omnia plenè atq; exactè uelit exponere, quæ & de Moyse scriptura continet, & in quibus Magistri fuit cum Moyse similitudo, magnam auditoribus afferat molestiam. Reliquit Aegyptum Moyses post necem Aegyptij, multoq; interiecto tempore seorsum per se priuatus degebat. reliquit etiam hic urbanos tumultus, & materiales hos strepitus undique circumsonantes, & erat in solitudine diuinæ philosophiæ addictus. Lumen illi per rubum alluxit. habemus aliquid huic uisioni cognatum etiam in hoc, quod dicamus. Nā quum nox esset, accidit ei illustratio atque affulgentia luminis domi oranti. expers autem materiæ quoddam lumen erat illud, diuina uirtute domicilium illuminans, & nulla re materiali accensum. Seruat populum Moyses à tyranno liberatum, patria de nostro legislatore testatur hic populus, quem per sacerdotium duxit ad Dei promissionem. Et quid opus est omnia singulatim exponere, quàm multos etiam hic per aquam traduxerit? quàm multis per sermonem columnam ignis prætulerit? quàm multos nube spiritus conseruauerit? quàm multos cœlesti cibo aluerit? quomodo imitaretur petram, in qua quondā ligno aquæ os & uena aperta est, hoc est, cuius quondam os crucis figura tetigit? quemadmodum sitientes aqua illa potaret, magnitudine abundantiæ imitans abyssos: quale tabernaculum testimonij, & quidem corporaliter in suburbio fabricatus sit, pauperes corpore, pauperes spiritu ut essent, per bonam doctrinam efficiens, adeò ut eorum egestas ob beatitudinem memorabilis existeret, utpote ueri regni donum gratiamq; consecutans. Tabernaculum autem uerum, in quo Deus inhabitaret, uniuscuiusq; animam sermone efficiebat, etiam columnas quasdam extruens in eo: (cogitationes & ratiocinationes dico columnas, quæ laboribus oppressam uirtutem sustulciant atque sustentent:) atq; etiam pelues (conficiens) ad eluēdum animæ pollutiones & inquinamenta, quibus aqua ex oculis emanante lituræ & maculæ abstergerentur. quàm multa candelabra in uniuscuiusq; anima imponebat, sermone illuminās occulta? quales orationum acerras & thuribula efficiebat? quales aras extruebat ex puro auro, & in quo fraus adhibita non esset, hoc est, ex uera & pura affectione: ubi graue uanæ gloriæ plumbum nequaquam eorum, quę fierent, splendorem obscuraret. Quid opus est commemorare mysticam arcam, qualem unicuique fabricatus sit, tabulas testamenti diuino digito inscriptas animæ imponens? Hæc autem dicens illō respiciens, quòd uniuscuiusq; cor arcam efficiebat, quæ spiritualia mysteria comprehendere posset, continens legem scriptam, quæ spiritus operatione per opera describeretur. Id enim per digitum Dei significatur: in qua arca etiam sacerdotij uirga suo semper fructu efflorescebat per participationem sanctificationum germinans & repullulans: & urna à manna nunq; uacua fiebat. Tunc enim animæ uas à cœlesti cibo uacuum fit, quum peccatum se insinuans influentiam mannæ prohibuerit. Manna autem panis cœlestis est. Quid opus est commemorare, quo pacto sacerdotali stola quum ipse exquisitè & caute se circundaret, tum cæteros suo exemplo exornaret, semper ferens in pectore illum ornatum, cui nomen est & oraculum, & decretum, & ueritas: quæ omnia relinquo diligentioribus & magis industrijs, ut ea per tropicam & allegoricam significationē præceptori accōmodent: per quæ quum ipse talis erat, tum cum alijs ornatum eū cōmunicabat. Sæpenumerò animaduertimus eum etiam intra caliginem uersari, ubi Deus erat. Nam quod alij cernere atq; contemplari non poterant, id illi doctrina spiritus qua ir. sacris instituetus erat, cōprehēsibile efficiebat, adeò, ut intra amplexū caliginis esse uideretur, in qua sermo de Deo occultatur. Sæpenumerò se opposuit Amalecitis pro scuto usus oratione. quo manus tollente uerus Iesus hostes deuincebat. Multorum præstigiatorum & incantatorum Balaami illius similium imposturas discussit atq; irritas fecit: qui uerò sermoni non obedientes, sed asininę dæmonum doctrinæ obtemperantes inefficax ad malitiam ex habebant, magistri precibus maledictionem cōuertentibus in benedictionem. Cæterum hęc à nobis pet transeuntem & compendium dicuntur: quæ singulatim quicunq; uitam sanctā

Universidad de Deusto
Biblioteca



non ignorat,accõmodabit ad rerum geſtarum ueritatẽ,quam multi qui ueneficijs & incantationibus aduerſus quoſdam inſidias inſtruxiſſent, inefficacem improbitatem habuerunt, quum nõ liceret eis per fidem præceptoris malum producere ad effectum. Sed relictis omnibus, quæ medio tempore acta ſunt, de fine utriuſq; cõmemorabo. Reliquit quidem uterq; ſeculum:monumentum uerò ſuæ circa carnem habitus neuter eorum ſeculo reliquit.neque enim Moyſis ſepulchrum extat, neque hic copia quadam materiali humatus eſt:ſed ſimul & uitam tranſiit,& omnia,quibus hominum uita conſeruatur,unà dilapſa ſunt,adeò ut nullum extet materiale uiri monumentum ex copia relictarum facultatum extructum, quo exiſtimatio eius ad ſpeciem auguſtiorem obruta teneatur: quemadmodum hiſtoria de Moyſe hoc dicit, quòd non inuentum ſit eius ſepulchrum uſque in hodiernũ diẽ. Si igitur talis oratione à nobis demonſtratus eſt eſſe Baſilius Magnus, qui ſi cum unoquoque magnatium inter uiros ſanctos uita eius comparetur, non procul ab illis abfuturus ſit: rectè à nobis feriarum uiciſſitudine propter hunc præſens nunc agitur conuentus. Proinde conueniens & commodum fuerit memoriam uiri per res illi gratas concelebrare. Itaque diſpiciendum & conſiderandum eſt,qua ratione feſtum hunc diem conſtituentes ita conuentum agamus, ut ſancto cordi eſt. An aliquis demonſtratiuum in eo dicendi genus atque inflatum laudationũ morem requiret? quæ patria fuerit,quo genere ortus: quomodo à parentibus educatus,quæ ſingulatim uitæ ſtudia fuerint,quibus cum ſimul & creuerit & uiguerit,et inter uiros clarus,ſpectabilis & illuſtris euaſerit? At magnitudo bonorũ, quę circa eum ſpectantur, omne hoc inflatum & ſublime genus dicendi repudiat & auerſatur,quia negocium in cõtrarium redigitur, eò quòd non ſit eiuſmodi uis in uerbis,quæ miraculorum magnitudinem pro dignitate aſſequatur. Ne igitur una cũ orationis exilitate miraculum deprimatur & extenuetur,eiuſq;,quam nunc unuſquiſque de eo conceptam habet opinionem,per eos,qui laudare conati fuerint,aliqua diminutio fiat: commodius fuerit ſilentio potius in nobis augere miraculũ, quam oratione laudem imminuere atq; extenuare. Quali enim oratione quis eum auguſtiorem effecerit? An ille eam, quæ per carnem & ſanguinẽ (contingere) dicitur nobilitatem ac generis claritudinem approbauerit? Et quis ignorat magnum illius erga carnẽ affectionẽ, quã ei aduerſus eſſet, tanq; mancipio cuidam fugitiuo ſemper uincula rationum injiciens, ac per ſummã afflictionem atque continentiã flagellans & torquens uerberonem illum ſeruum corpus,quaſi quidã inexorabilis dominus nullam uincto relaxationem indulgens. Eum igitur,qui ita affectus eſſet erga carnem, propter corporale beneficiũ celebrare & uerbis extollere, res abſurdiſſima fuerit. Nam qui nunc ab ea re honorabitur, cuius eum in uita pudebat? Atq; ſimiliter unà cum quæſtione generis, patriæ quoque mentio ejicitur & repudiatur. Qui enim ſe ſupra omnem mundum poſuerat, & quaſi coarctabatur in omni ſenſibili elementorum natura adeò, ut ne cœlum quidẽ ſupra ſe poſitũ ferret, ſed ad ulteriora anima contenderet, & ſenſibilem mundi ſuperans amplexũ ſemper in ijs, quæ cogitatione ac mente comprehenduntur, inambularet, & occupatus eſſet,atq; unà cum diuinis uirtutibus in ſublimi uerſaretur, & nihil impedimẽti corporalis onere ad mentis iter impediretur: quãdo ſuſtineat ſe à parte aliqua terræ cognominare,& per loci felicitatem atq; commoditatem, ſibi laudes corrogare? Contumelia enim fuerit, & uerarum laudum imminutio, ſi uirtute ad conſiderandum propoſita,aqua,frondes & flores,& gleba atq; huiuſmodi res admirationi ſint, quum alioqui quicquid liberæ uoluntatis bonum non eſt, etiamſi q̃ maximẽ pulchrum, cõmodum & egregium ſit, nullam famæ & nominis cõmendationem afferat illi, cui ſimul contigerit. Proinde ſilentio prætereatur patria ac genus, & quicquid eiuſmodi eſt,ut fortuita concurſione & caſu quibuſuis cõtingat.illius aũt merito quis in eo patrię atq; nobilitatis mentionẽ fecerit,quę liberæ uoluntatis arbitrio ijs,qui eã expetiuerint, contingit. Quæ eſt igitur Baſilij nobilitas & claritudo generis? quę patria? Ac genus quidẽ illi familiaritas & neceſſitudo cũ Deo;

patria



patria uerò,uirtus. Qui eñ Deũ recepit,ut inquit Euangeliũ, poteſtatẽ habet,ut filius Dei fiat. Quid uerò nobilius & generoſius cognatione cũ Deo quis requirat? Qui aũt uirtute præditus eſt, & hanc colit,& ex hac ſibi reditus cõficit,& quęſtum facit, patriã ſuam prorſus efficit id, in quo uiuit. Sobrietas illi pro domicilio erat: ſapientia loco prædij: iuſtitia autẽ & ueritas & puritas, pro ſplendidis,magnificis atq; uiſendis & cõſpicuis ædificiorũ ornamentis: in quibus inhabitans magis his delectabatur ac ſibi placebat, q̃ qui marmoreis & auratis ædibus gloriantur. Si quis eum ob talẽ patriã laudet,& ob eiuſmodi genus oratione celebret atq; honeſtet,quum uera dicet,tũ ob res ei gratas,laudes accõmodabit: terram autem & ſanguinẽ,& carnẽ,& diuitias, & principatus, & his rebus coniunctũ ſplendorem & gloriã mundi amicis qui uolent adeſſe prædicent atq; teſtentur. Si igitur conuenientes illi laudũ celebrationes oratio noſtra capere nõ poteſt: eiuſmodi ſtudia recuſanda fuerint,& laudationũ artes rejciendæ. Quomodo igitur memoriã eius agemus? (aliquis fortaſſe dicet) ſi cum laudũ celebrationibus id non fiet? qua ratione lex ſcripturæ implebitur,quæ dicit, Memoriã iuſtorũ cum laudũ celebrationibus agi oportere,ſi per ueras quidẽ laudes ſermo accõmodari non poteſt: communes aũt ſine contumelia cõmemorari laudes non poſſunt? Sed fortaſſe ratio aliqua nõ deerit,qua illic noſtrarũ laudũ honoris & præmij non penitus expers relinquatur. Quæ igitur eſt ea ratio? Quis ignorat, quòd omnis oratio ab operibus diſiuncta uana per ſe ſit,& non ſubſiſtat? at natura operũ in ſubſtantia atq; ueritate id, quod dicitur, oſtendit & repræſentat. Igitur oratione potior fuerit ea laus, quæ per opera præſtetur & repræſentetur. Hoc uerò quid eſt? Vt per memoriam illius uita noſtra melior q̃ eſſe ſolet,efficiatur. Quemadmodũ eñ quum in pala annuli optima quædã inſculpta forma apparet, ſigillo impreſſa cera inſitũ ſculpturæ decorem in ſeſe transfert totã ſignaculi effigiem ſuis expreſſam referens figuris:ac nemo bene diſpoſitũ & artificioſum ſculpturæ decorem oratione ita deſcriptũ exhibere poſſit,ut is,qui in cera efficta atq; efformata pulchritudinẽ oſtendit: eodẽ modo ſi alius quidẽ nuda oratione celebret uirtutẽ magiſtri,alius uerò ſuam ipſius uitam illius imitatione exorner,efficacior,quã oratio ſublimis, fuerit ea laus, quæ per uitã repræſentetur. Sic igitur,fratres,etiã nos ſobrietate ſobriũ imitantes factis noſtris uirtutẽ ꝓ dignitate laudemus.& itidẽ in cæteris omnibus,miraculũ ſapiẽtis participatione ſapientiæ repræſentetur:laus paupertatis,per hoc,ut etiã nos ſuperfluarum facultatũ materialiũ expertes ſimus: cõtemptus mundi huius, non modò dicatur quòd ſit laudabilis atq; glorioſa quædã res: ſed carũ rerũ, quæ per mundum ꝓbantur & expetuntur, contemptionis ac deſpicientiæ teſtis ſit uita. Ne dicas ſolum,ꝙ ille Deo dedicatus & addictus eſſet, ſed tu quoq; teipſum Deo dedica atq; addic.nec quòd ſolum ei bonum atq; poſſeſſio eſſet,ea, quæ ſperatur, requies: ſed etiã ipſe congrega tibi has diuitias,quemadmodum ille.licet eñ. Tranſtulit ille de terra uitę inſtitutũ in cœlũ.transfer itẽ tu. in ſacroſanctis & à furũ iniuria tutis cœlicærarijs ſuas diuitias depoſuit.imitare per hæc etiam tu magiſtrũ. Perfectus enim erit diſcipulus,ſicut magiſter eius. Etenim in reliquis quoq; uitæ ſtudijs atq; exercitijs,qui medici diſcipulus fuit,aut geometræ,aut rhetoris,indignus cui fides habeatur,magiſtri artis laudator erit,ſi oratione quidẽ ſcientiã præceptoris admiretur: in ſeipſo uerò nihil admiratione dignum oſtendat. Dicet eñ aliquis ad eũ:qui dicis medicum tuum fuiſſe magiſtrum,quum ipſe medicinæ ignarus ſis? aut quomodo te diſcipulũ geometræ dicis,quum geometriæ imperitus ſis? Verum ſi quis in ſeipſo ſpecimen artis,quam didicerit, edat,ſua ſcientia artis præceptorem ornat atq; honeſtat. Ita etiam nos,qui Baſilio magiſtro nos iactamus & gloriamur, uita diſciplinã oſtendamus ad illud enitentes & euadentes, quod ipſum clarũ & magnum Deo atq; hominibus fecit,per Chriſtũ Ieſum Dominũ noſtrum:
cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS LAVDATIONIS, QVA FRAtrem ſuum Baſilium Magnum ornauit.

EIVSDEM

Universidad de Deusto
Biblioteca



# EIVSDEM ORATIO HABITA IN LAVDEM SANCTORVM QVADRAGINTA MARTYRVM. EST autem principium potius orationis, nam quum tumultu ac strepitu certatim confluentis & sese constipantis in templo multitudinis exaudiri præterquam à proximè adstantibus non posset, in posterum diem rem distulit, & proxima oratione absoluit.

QVAS res existimo plerisq; graues ac molestas esse, his ipse animo lector. Molestum enim nimirum plerisq; est comprimi inter sese & constipari. hoc uerò mihi summæ lætitiæ est. Lætatur enim oculus pastoris, quum gregem præ multitudine coarctari, & ouili superfundi uider. Quanquam non exiguum ouium stabulum est: sed laxitatem an- Matth. 12.
gustam efficit multitudine grex abundans. Huiusmodi quid etiam circa Dominū
Petrus conspicatus respondit his uerbis, Præceptor turbæ te comprimunt & co- 2. Corinth. 4.
arctant. Hoc planè est, ut alicubi inquit diuinus apostolus, premi, & non in angustias redigi. Dum in omni re, inquit, urgemini, & non in angustias redigiminī. Ego uerò quam promam orationem in eiusmodi conuentu? quis dabit mihi uocem tuba clariorem & magis sonoram, ut resonantia strepitum multitudinis superet, & in auribus congregatorum uerba recondat? ad quid nam eorum, quæ (publicè) lecta sunt, mente mea conuersa rebus præsentibus conuenientem & accommodatum excogitabo sermonem? Multùm ualet Iob in instituenda uita ad fortitudinem suis exemplis: multus in ænigmatis & uerborum inuolucris scriptor prouerbiorum. Quid item de sacro apostolo dixerit aliquis? qui ex arcanis illis uerbis, quæ supra captum & intellectum humanum esse ait, fortasse per doctrinam, qua instituit Ephesios, etiam nobis suggerit arcanum in cruce per ænigmata atque inuolucra uerborum detegens sermonem. Huiusmodi item alia psalmodiæ quoque mysteria, recordatio, & tituli inscriptio, & ad torcularia celebrata cantio. His enim in inscriptionibus psalmorum, qui nobis prælecti sunt, animaduersis, haud paruam uidemus per ipsa ænigmata atque inuolucra uerborum materiem dari orationi. Sed mihi quidem commodum uidetur, ut explicationem eorum, quæ dicta sunt, in alterum tempus reijciamus, cupio autem præsenti festiuitati conuenientem & accommodatam aliquam uocem excogitare. Quę igitur est hæc? Noui quandam legem naturæ propriam, ipsis diuinis tabulis insculpram à conditore legis naturæ, quæ iubet, ut omnibus bonis & officijs quæcunque præ- Exod. 20.
stari possint beneficia parentum suorum quisq; compenset. Honora, inquit, patrem tuum & matrem tuam: quod est mandatum primum in promissionibus: ut tibi bene sit. Quod si primum locum, quod attinet ad promissionem, obtinet hæc lex, & exequutio huius proprium lucrum seruantis eam existit: (honor enim parentibus habitus reuertitur ad eum, qui legem impleuerit:) haud alienum fuerit, quemq; cordatum quidem certè ad hanc legem, cuius finis beneficium & gratia eius, qui eam exequutus fuerit, existit, respicere eamq; obseruare. Ac carnis quidem nostræ parentes ætati suæ iuxta destinatum sibi ab initio tempus ministerio præstito, honoris nostri debito officio non amplius opus habent, quum iampridem excesserint è uita, adeò, ut non extantibus ijs, qui beneficium accipiant, eiusmodi lex impleri non possit. Lex uerò iubet nos in opere uersantes conq; qui promissionem. neque enim fieri potest, ut cessantes in opere uersantium præmia obtineant. Quid igitur agere oportet, parentibus non extantibus, eum, qui & promissionem assequi cupiat, & rationem excogitare nō possit, qua ratione id, quod expetit, obtineat? profectò soluunt nobis prorsus hanc perplexitatem ea, quæ oculis exposita sunt. Vos enim quum uideo, nullos alios opus habeo inquirere parentes. Vos enim estis patres mei, qui etiam ipsorum mihi patrum patres. patria enim parentum, in se continet etiam parentum dignitatem. Quo



Quo igitur facto legem honoris uobis implebimus? Gratus enim quilibet & pius filius senilem patris ætatem suis officijs & obsequijs recreans & refocillās sustētat atq; confirmat uitium imbecillitatis, ipse patri omnium uicem præstans. Vnde reiuuenescentem in filio patrem uidere licet. ac nonnunq; etiā manus senilis ac tremula iuuentutis uigore ac robore sereficiens, & refocillans fructus ex uiribus iuuenis quodāmodo capit, & motus pedum, incuruatis iā mēbris labascens, filij studio suffulcientis subleuatus suam recipit efficaciā & uigorē. Quòd si tēpore uisus obscuratus sit, per filiū senex, dū manuducitur ad res uitæ necessarias, usus acumē recipit, & perspicax euadit. Vos aūt, qui mihi pro patria estis, nō ij estis, qui aliqua harū rerū indigeatis. Quid igitur faciendo benedictionis mandati fructum percipiemus? Quod donum uobis gratū offeremus, quū nullum bonū uobis desit? An etiam ipsa narratio bonorū, quæ uobis adsunt, pertineat ad debitū uobis honorē? Proinde tēpus fuerit ea cōmemorādi, quot & qualibus bonis uita uestra exornet. imò uerò non cōmemorare (modò) uerumetiam ostendere licet. nunquid autem putatis hæc cōmunia, quæq; in promptu sunt, dicenda esse? terræ fertilitatem, & fructuū copiam & abundantiam? item amnem, qui diuidit sedes uestras? hunc dico, qui circulo atq; ambitu campi fluentū suū includit, & lacus euadit: qui & antè & pòst quam restagnet, ad cuiusq; incolentium usum diuisus & nemora & prata quasi de industria efficiens cursum suū peragit atq; erumpit, innumeraq; habitantibus munera præbet & amœnitates, ad omnē cupiditatē & desiderium urbis incolarū sese diuidens & scindens. Alij hæc cōmemorent, quorū etiā oratio ad gratiam & amplitudinē accōmodata est, atq; exercitatis quandā adfert opinionē magnificentiæ atq; splendoris ab eiusmodi rebus patriæ laudē exaggerans & augens. Mundanus autem aliquis uir, quiq; ad hanc uitā accōmodate bona iudicare nouit, laudibus, si uidetur, adijciat etiam alterum amnem. hunc dico uicinum: qui propter magnitudinem adnumeratus ijs, qui per orbem terrarum clari amnes habentur, à nostra (regione) exoriens urbem proximè præterlabitur, haud parū gratiæ suæ atq; cōmoditatis ad augendam pulchritudinem & uitę adiumenta per sese conferens. Siue conditores urbis enumerare oporter, siue genera coloniæ incolarum celebrare, siue bellicæ manus res bene gestas nostris narrationibus adijcere: tropliæa, prælia, fortiumq; facinorum miracula, quę scriptores libris inserere solēt, procul hæc absint à nostro cœtu. Erubescit enim Christianus sermo ab ijs rebus, quæ à fide alienæ sunt, Christi ipsi fidelibus amicis famæ tribuere cōmendationem. quemadmodum qui umbram uiri fortis celebrant ante trophæa. Proinde ad præsentia sermo conuertatur, & fructum uestrum uobis ante oculos ponat. Mūdana uerò bona & eiusmodi argumentum laudādi, etiamsi magna dicenti copia suppeditari ex his possit, silentio prætereātur. Neq; eñ totum cœlum, quæ utiq; quū pulcherrima, tum maxima pars est in creatura rerum uniuersarum, neq; luminariū fulgores, neq; terræ latitudinem: neq; quicquam eorum, quæ per elementa uniuersitati subiecta sunt, magnum quiddam & admiratione dignū nouit diuinus sermo. Diuino eñ præcepto eruditus sum, nihil earum rerū, quæ prætereunt, admirari. Si igitur totū cœlū & terra prætеribunt, & omnis mundi species & habitus transit, ut inquit apostolus: quî possit aliquis decorū existimare, si terræ uobis & aquæ fertilitatem laudandi caussa afferam in medium. Nam etiamsi locus uester plura habet eiusmodi cōmoda terræ, quā alibi reperiantur: attamen cōparatione uestrorū bonorum, tanquam res nullius precij prætерire illa nouit oratio. quare ad res natura præstantiores laudationem conuertamus. hæ autem uobis non amplius per uerba ostendentur, sed licet in ipsum caput intueri uestrorum bonorum. Quis enim ignorat uestrum fructum, quòd uos martyrum produxeritis spicam, fœcundam hanc & copiosam, quæ ultra trigenarium numerum multitudine & copia frugum dilatatur. Videte sacrum hoc aruū. hinc martyrum manipuli collecti sunt. Quòd si scire desideras, de quo aruo dicam: ne procul ab eo, quod adest, circumspicias. quis est iste locus, qui amplectitur conuentum? quid ubi dicit anniuersarius circuli

*Locus uidetur corruptus in Græcis.*

*Locus in Græco corruptus uidetur.*

*Locus corruptus in utroq; exemplari.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



circuli ambitus? quales huius diei recordatio atq; commemoratio refert tibi narrationes? An' non loquelæ quædam sunt, ut inquit Propheta, & sermones, quorũ
Psal. 18. non solùm audiuntur uoces, ipsis omni sermone clarius exponentibus miracula? Si locum intueaeris, ipse martyrum stadium esse ait. si diem consideraueris, tanquã præco quidam magnæ uocis & sonorus martyrum coronã pronuntiat. Hæc mihi uideor ex die (ipsa) clamante audire: alius quidem dies luminariũ creatione gloriatur: alius uerò, cœlo: item alius lætatur & sibi placet propter fabricationem terræ. mihi autem ad ornatum miracula martyrum sufficiunt: sufficit coronarum decore atq; pulchritudine exornari: sufficit trophæis aduersus diabolum erectis honestari atq; decorari. quales in me fuerunt narrationes? qualis angelis per me facta est accessio? qualem dedit terra fructum suum? qualem Dominus in me cõsitionem conseuit? Vnde omnis etiam propemodum orbis terrarum hinc enatorum palmitum & surculorum propaginibus consitus est: tanquam uitis quædam copiosa, atq; abundans, quum alias per sese uites efficit, tum ipsa non deficiens in suo permanet uigore. Hæc & eiusmodi nimirum quũ diei festiuitas, tum locus in quem conueniſtis, altera talia læta annuntiare uidetur. Sed quid agam ad tantum populum, quum exili sim uoce, linguaq; tarda, qui superante sonitu ac fremitu sermonem uix astantibus in loco ita cõmodo loquar, ut exaudiri possit? Nã alioquin immoratus essem atq; perseuerassem in bonis narrationibus, quo pacto præclari contubernales quadraginta quum cõmune certamen, tum cõmunem ubiq; coloniam inhabitationemq; fecerunt, & ubiq; ratam & legitimam partem accipiunt, et in omnibus locis hospitio inter se coniunguntur. Quocirca nemo qui particularẽ reliquiarum gratiam susceperit, non ex toto martyrum apparitionem recepit. Vnus enim in Christo quum fuerint uniuersi, per unum cum toto suo grege recipiuntur. Sed quî fieri potest, ut oratio non iniuriam faciat, quæ initium narrandi res ab ijs gestas silentio prætermiserit? Quod est igitur initium? Adolescentia egregia, atq; spectata, ex optimis uniuersi electi, decore ac pulchritudine insignes, ad ramos
παρακόσιον habetur: ἀγχικόσιος malim. magnitudine proximè accedentes in flore ætatis constituti. Videtis ne uocem nostram multu turbari, & strepitu sermonem interrumpi? ut nobis ueluti pelago quodam æstuante, uocibus populi, inquam, iactatis, necessariò ad tranquillum silentij portum confugiendum sit. Quòd si per gratiam Dei nobis etiam ad alteram partem orationis otium contigerit, cum silentio auscultantibus reliqua, quæ nunc prætermissa sunt ad narrationem pertinentia, auxilio Dei supplebuntur. Ei gloria in secula seculorum. Amen.

## EIVSDEM DE SANCTIS QVADRAGINTA MARTYRIBVS ORATIO SECVNDA.

HERI martyres ad sese populum uocabant: nunc hospitio ecclesiæ ipsi sese offerentes excipiuntur. Lex autem quædam conuiualis est, ut circulares & uulgares istas epulas alij aliis conuiuis certa uicissitudine præbeant in orbem. Igitur necesse est, ut etiam nos contrà martyribus parem cœnæ gratiam referamus, & idem officium præstemus. Sed quoniam nostræ facultas orationis inops & exigua est, haud incõmodum fuerit, si ab illis ipsis sumptis reliquijs excipiamus eos, qui heri quidem cõuiuatores & epuli præbitores erant, hodie uerò conuiuæ sunt. Sufficit enim uc. exigua quedam de diuite mensa pars, quum tales reliquiæ fuerint, ad magni epuli apparatũ. Quæ sunt igitur hæ reliquiæ? Meminiſtis prorsus in qua parte orationis hæreba-mus, quum optatus ille & iucundus nobis ex multitudine cõgregatorũ tumultus confundebat eorum quæ dicebantur, auscultationem. quum animatum illud ecclesiæ mare multitudine aliorum super alios confluentium & ingruentium inundans, ad impetum & impulsionem eorũ, qui semper ui irrumperent, fluctuaret & æstuaret, sonitu quoq; ipso uerũ imitans mare, ueluti rupibus littoralibus auribus nostris



nõstris undarum strepitũ infringens & illidens. In quibus igitur tumultu quasi tempestate iactatã reliquerimus orationẽ meminiſtis prorsus, quibus recordatio martyrum curæ est. Erat autem continuatio, opinor, & contextus orationis hic, quòd non ex gregarijs & uilibus quidam essent, qui ad hoc certamen electi sunt, neq; promiscuum quoddam & obscurũ uulgus ex humilibus exercitijs & studijs prosecti ad hanc dignitatẽ euecti essent: sed primùm quidem propter bona atq; commoda corporis decore & uiribus, & robore superãte reliquos præcedentes militaribus numeris asscripti essent: deinde uerò sobrio atq; cum uirtute coniuncto uitæ instituto quum excelluissent, tanquam præmiũ quoddam decorandæ & honestandæ uirtutis ergô gratiã martyrij consummati accepissent. Ac si uidetur quo oratio nostra magis iucunda efficiatur, omnem rem gestam à martyribus deinceps ordine repetemus tanquã in conspectum huic theatro ipsam certationem adducentes. Erat uetus quædam circa uicinã urbem militum manus, præsidiũ totius gentis aduersus impetus Barbarorũ. Illis ex quadã antè oblata diuinitus apparitione, maiori studio fides erat, quàm res ac disciplina militaris. Ac forsitan nõ intempestiuum fuerit unum quoddam fidei uirorũ illorum facinus egregium obiter cõmemorare. Bello enim eis aduersus Barbaros aliquando cõflato, quũ omnibus locis opportunis ab exercitu hostiũ præoccupatis, aquæ quoq; in eorũ potestate essent, ad extremum periculum redacti, siue imperitia nostrorũ ducum, siue meliore & diuino magis consilio atq; dispositione, ut uel per hoc maximè appareret, quid interesset inter Christianos atq; externos & à fide alienos: quũ nulla ratione rebus præsentibus mederi possent, magnaq; trepidatio atq; desperatio esset, quũ nullus fons in eo loco, aut aliunde prouenientis aquæ facultas eis appareret, periculumq; esset, ne siti expugnati ab aduersarijs subigerentur: tunc præclari illi atq; egregij, omisso armorum præsidio, inuictum cui' ue resisti non posset auxilium in rebus animaduerterunt. Relictis enim in castris ijs, qui nondum fidem receperant, ac per se separati imitantur id, quod tempore Heliæ prophetæ factum est miraculum, cõmuni atq; coniuncta uoce precibus petentes, ut ex rebus desperatis in quas incidissent, eripe rentur. Atq; illi quidem precabantur: preces uerò extemplò in opus conuertebantur. Quum enim adhuc ipsi in oratione perseuerarent, flatu uiolento nubes alicunde coacta sublimis in aere castris hostium imminebat: deinde fragoribus ingentibus super intonãs, & fulgurum in subiectos incendia immittens, aquã fluminibus abundantiorem præcipitabat adeò, ut aduersarijs quidem tum continentia fulmina, cum continuationis imbriũ uis extremi exitij causſa existeret: his uerò, qui precum aciem opposuerant, ad utraq; sufficeret, tam ad uincendos hostes, quàm ad sitis leuamen, quippe defluentibus torrentibus abunde potum ipsis suppeditantibus. His igitur adiunctus est etiam noster cœtus eorum, qui de exercitu narrationibus illis etiam ipsi circa fidem confirmati & in eisdem studijs & exercitijs innutriti in tantam animi indolem ac magnitudinem euecti sunt, ut excellentia uirtutis aduersus sese inuidiam excitauerint. Quemadmodum enim didicimus ex ijs, quæ nunc nobis ex historia Iobi prælecta sunt, quòd aduersarius humanæ uitæ iniuriã sibi fieri putaret, quòd Iob uirtutis nomine clareret ac bene audiret, & idcirco eum deposceret ad tormentum, quòd offenderet ac molestia afficeret eum Iob, qui uerax iustus & inculpatus esset. eodem modo hostis & inuasor bonorum, improbo oculo uidit magnos hos pugiles, & non tulit canitiem morũ, quam in iuuenili ætate animaduertebat. Vidit corporũ florem continentia atq; sobrietate ornari: uidit armatum quendam chorum, per exercitũ eos Deo choreas ducentes, pulchros aspectu, oculis toruos & terribiles, excelsum animum & spiritus contumaces, pedum uelocitatem, uires excellentes, conuenientem, aptam & cõmodam membrorum compactionẽ, in omnibus, quæ ipsis adessent, commodis animi uirtutem suo splendore corporis bona superantem. inambulat etiam per illos in inuidia, qui per orbem terrarum obambulat. Vidit non unum hominem ueracem, sed cateruam diuinam tot uirorum, qui omnes ueraces, iusti, Dei cultores erant. deposcit etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca



illos ad suum arbitrium. Ac primùm quidem duci copiarũ insano simulachrorum cultui dedito persuadere conatur, non aliter eum de Barbaris uictoria potiturum esse, nisi prius mactaret eos, qui Christi nomen adorarent. His autem propter egregiam confessionem quàm primum designatis, & ultrò ad consummationẽ passionis confugientibus, statim eos gladio interficere (quasi mite quoddam ac benignũ genus mortis id esset) inimicus recusauit: sed uinculis ferreis affligens hinc supplicij initium fecit. At illis sanè etiam uincula ornamento erant, & elegans atq; iucundum Christianorũ oculis spectaculum iuuentus electa in tanto numero, pulchritudine insignis, ætate cæteris præstans, omnes simul eodem inter se nexu copulabantur, ueluti corona quædam aut torques & monile circum collum magnitudine paribus undiq; margaritis digestis atq; distinctis insigne. tales erant sancti, qui & per fidem uniti, & per uincula inter se constricti erant. Quum enim unusquisq; per se pulchri essent, accessio atq; incrementum pulchritudinis alter alteri erant. Quale in cœlestibus accidit miraculis, quum serena ac pura nocte stellarum decor alius per alium distinguitur & ornatur, unaquaq; earum suum splendorem ad communem ornatum cœli simul contribuente. Tale erat sanctorũ spectaculum, uere, ut alicubi inquit Hiezeciel propheta, uisio lampadum inter se coeuntium & quasi conuolutarum. Lubenter pulchritudini formæ & ætatis oratio immoratur. Solet enim, ut inquit Sapientia, ex magnitudine & pulchritudine creaturarum etiam cognitus pulchrum, inquã, ijs, qui pulchra atq; præclara contueri uolunt: pulchrũ angelis: pulchrũ supramundanis uirtutibus: acerbum uerò dæmonibus, & quotquot dæmonum cultum amplectebantur: homines (si modò homines (dicendi) qui tanta magnitudine indolis excelluerunt:) milites Christi, sancti spiritus armigeri, fidei antesignani, turres diuinæ ciuitatis: qui omnem tormentorũ pœnam atq; contumeliam, omnes terrores ingruentes, omnem minarum uim, tanquã puerilem quandam amentiam deridebant: perinde ac si non corpora uerberibus præberent, sed corporum umbras: qui quum carne carnem deuicissent, & contemptu mortis, omnes tyrannorum terrores magnitudine animi superassent, humana conditione superiores uisi sunt. O præclare corporeis trophæis exercitati: ô qui peritiam belland in aciem aduersus Diabolum instructam transtulistis. Non gladio manus armantes, neq; clypeum ligneum obijcientes, sed armaturam Dei sumentes: quam prætor & dux ecclesiæ, diuinus ille apostolus describit, scutum & loricam, & galeam, & gladium, ita tendebant aduersus copias aduersariorum. Dux autem erat horum quidem cœlestis gratia, Diaboli autem aciei, is qui mortis imperiũ tenet. Locus eis aciei, nefariorum & sanguinariorũ tribunal erat. illic congressi decertabant, illi quidem minis pugnam lacessentes: hi uerò per patientiam propulsantes & resistentes. Proponebatur ab aduersarijs, ut uel fidem in Dominum abiurarent, uel morte mulctarentur: respondebatur à uiris fortibus, se uelle usq; ad mortẽ permanere in sermone. Ignis sub hæc intentabatur, & gladius & barathrũ, & quæcũq; sunt alia nomina suppliciorũ. Vna uox ad hæc omnia audiebatur, Christus, quem ore sancti illi confitebantur. Hoc erat aduersariorũ uulnus: hanc cuspidem aduersarijs obijciebant. per hanc uocem in medio corde uulnus aduersarius accepit. hic est lapis, qui per manum Dauidis funda emittebatur, qui à galea aduersarij, quò destinatus erat, nõ aberrauit. Nam Christi confessio, boni militis funda existit. cadit inimicus, & caput amittit. Verùm quasi habenis excussis oratio præterlapsa est, & ter minos transilit, & ad audendum non dicenda proferre prouehitur, quasi spectatrix fuerit earum rerũ, quæ uisum effugiunt: quòd ob eiusmodi uocem, quæ Christum liberè cõfitebatur, suprà plausus erat & laus, itẽ acclamatio fausta cœlestis urbis ei uiũ applaudentiũ rei bene gestæ, ad hæc gaudiũ uniuersi cœlestis cõuentus. Quale enim angelis in mundo hominum conflatũ est spectaculum: qualem conflictum Diaboli

Hiezec. 1.

Ephes. 6.

1. Reg. 17.



Diaboli & hominum uiderunt nostræ uitæ spectatores? Quàm contrarium priori pugnæ cõgressum habuit, quum serpens Adamum deuicit? ne unum quidem homo tunc sustinuit impetũ Mali, quo per quendam speciosum prætextum & escam petitus erat: sed simulatq; ille irruit, etiam hic ruina euersus est. In his uerò omnibus uana & inefficaces erãt inimici conatus. Spem ostendebat: hi uerò respuebant. terrores intentabat: hi uerò deridebant. Vnus eis metus solus erat, ne à Christo seiungerentur, unum bonum, esse cum Christo solo. cætera uerò omnia, risus & umbra nugæq; & somniorum uisis similia. Propterea oratio de ijs quæ aspectum effugiunt, loqui sustinet, & ait, quòd omnis supramundanus exercitus ob rem quæ egregiè ab athletis istis gerebatur, lætarentur. Adhuc oratio in rebus non tentandis sese effert & audet: adhuc supramundana sustinet narrare: quòd cum hæc res nimirum hic prosperè gererent in conflictu contra aduersarios, iustus certaminis institutor ac præses coronas uictoribus destinatas proferebat, & imperator diuini exercitus præmia uictoribus præparabat, & Spiritus sanctus uarijs donis eos excipiebat. Quoniam enim fidem in Trinitatem profitebantur, idcirco gratia quoq; eis à Trinitate referebatur. Quænam autem ea gratia erat? Hoc ipsum, ut præstantiores primis athletis, Adamo, inquam, & Eua, demonstrarentur. Illi stantem humanam naturam, per peccatum deiecerunt: hi oppressam ruina superiorũ per patientiam rursus erexerunt. illi ex paradiso in terram eiecti sunt: isti hinc ad paradisum emigrarunt. illi mortem aduersus seipsos armarunt: (Arma enim mortis, inquit, (ille) peccatum:) hi mortem peccato armatã sua uirtute atq; fortitudine tolerandis incõmodis, stimuli aciem obtundentes frustrati sunt atq; fregerunt: adeò ut rectè dici possit, ubi stimulus tuus, ô mors? Vbi uictoria tua, ô inferne? Fructus ligni: (quid miserius? quid uilius?) ligni fructus coloris quadam bonitate & suauitate saporis cõmendatus effecit, ut amœnitas atq; commoditas paradisi parui fieret & negligeretur. At magnis istis certatoribus, ne sol quidẽ ipse dulcis usus est: sed ab hoc etiam sponte sua abalienati sunt, ne uero lumine excíderent atq; priuarentur. Quid dicit scriptura de Eua? (prouehor enim longius etiã quàm res postulat percurrere facta primorũ parentum.) Vidit, inquit, quòd esset oculis, & gustu pulchrũ & maturum. deinde illorum fructuũ gratiam atq; illecebram cum paradiso cõmutauerunt. At his pro degustationis uoluptate erant ea, quæ sub usum cadunt: cœlum, sol, terra, homines: patria, matres, fratres, amici, cognati, æquales. quibus rebus quid usu quidẽ dulcius? quid uerò magis expetendũ, quàm ad gustũ & fructũ istarum rerum peruenire? nostis liberi amorẽ aduersus parentes: nostis patres erga filios affectionẽ: nosti qui intueris dulce lumen solis: non ignoras qui fratrum studiosus es, naturalem erga fraternã necessitudinem, affectionẽ: scis iuuenis, quàm grata atq; iucunda consuetudo æqualium sit, quantopere uitã tuam delectent. At illis omnia inimica, omnia aliena erant. Vnũ solum nempe Christus (cordi [a] erat) omnia respuerunt, ut hunc lucrifacerent. Tempus erat uinculorum haud exiguum, & quo diutius supplicij prorogabatur, eo sancti uehementius & ardentius consummationẽ desiderabant. Ac quemadmodũ illi, qui corporis bonam habitudinem curant, posteaquã apud pædotribam satis uirium acquisiuerunt, tum demũ audacter ad certamina procedunt: eodem modo etiã hi uinculis & carcere satis ad pietatẽ exercitati, ita tandem ad coronã certaminũ producti sunt. Peruenit ad exitum, imò uerò ad uerticem totius rei bene gestæ cõtinuatio orationis. hoc erat tempus: hi certaminis dies: hoc paschæ proœmium, sanctę quadragesimæ mysterium. Quadraginta placationis nobis sunt dies, totidẽ etiam sanctorũ coronæ. Nunquid superuacuus uobis & nugator esse uideor, qui uestra inter uos miracula exponam, uestrisq; bonis aures uestras demulceam? Veruntamen ne imperfecta uos præterueheatur oratio, ad finem certaminũ cum sanctis etiam nos unà curremus. Frigus erat in illo die. Prorsus autẽ nihil opus est uos doceri, quale frigus esset, quũ ex præsenti die coniecturã facere possitis. nostis nimiam intentionẽ & asperitatẽ tam aduenæ locorũ, quàm indigenæ: ac nihil opus habetis oratione doceri, sed uel quiuis

Gen. 3.

[a] Locus mutilus uidetur nec trobiq;.

Universidad de Deusto
Biblioteca



alius exponere possit, quàm mirificè apud uos hyemes esse soleant: quemadmodũ congelatione flumini aduersante, & quasi in lapidẽ undas durante, perennes quidem amnes fluere supersedeant atq; consistant. Lacus uerò uicinus signis quibusdam etiam opus habet, quibus lacus esse agnoscatur, quasi terra inculta per congelationem effectus: in quo qui uolunt super undas eius equos alij in alios concitando certamina ludiera edere consueuerunt. Noui etiam sæpè locorũ incolas ex igni aquam solertia quadam cõficere, quũ frustro quodam aquæ gelu concretæ tanquã ære quodam uel ferro defracto & igni colliquefacto aquam rediguntex eo, quod in lapidem quasi duratũ est. is status temporis erat, quo tempore certamen peragebatur, malo præter naturã flatibus Borealibus incrementũ nactis: quemadmodum audire licet ex ijs, qui miracula exponunt. Posteaquã igitur clarè nomen Christi publicè prædicassent, & per eiusmodi præconiũ sese iam (uictoriæ nomine) coronatos esse declarassent, & tenderẽt ad mortis consummationẽ, hic modus certaminis eis excogitatus est. Imperat tyrannus, ut gelu athletæ exeruciati extinguerentur. O infirmitatẽ & uerborum & sententiarum, quantũ abest à dignitate oratio? sententia mortis pœnam irrogans: & gelu: & supplicium, & expectatio talis pœnæ: & beata iuuentus per risum & iocum & hilaritatem ad locum supplicij contendebat. cursus erat athletarum ad paillonem: cursus & facer & incitatus, & contentio præripiendi coronam confessionis. par eis studium ad uictoriam erat. nemo animi promptitudine posterior uisus est: sed unanimiter uniuersi hoc occupato loco, qui publicis tunc balneis uacabat, quasi & ipsi lauacro corpora curaturi & exterfuri haud cunctanter tunicarũ amictum deponebant, dictũ illud Iobi omnes adijcientes: Nudi introiuimus in mundũ, nudi ad eum, qui (huc nos) introduxit, abibimus. *Iob 1.* nihil importauimus in mundũ, ne exportare quidẽ quicquã debemus: imò uerò nudi ingressi, thesaurorũ ex bona cõfessione collectorum pleni abibimus. Hæc dicentes, & eiusmodi uerbis sese animantes & confirmantes corpus frigori constringendum dabant. ac elementorũ quidem natura congelationi succumbebat: martyrum uerò natura, quasi indomita atq; inuicta erat. imò uerò naturę quidem id, quod par & consentaneũ erat, accidebat, quippe cruciatus capiebat: athletarũ uerò magnitudo animi etiã aduersus ipsam naturã decertabat. Nam uires quidem corporis constringente gelu contabescentes paulatim soluebanẽ & cõsumebantur. animi uerò uigor maior euadebat. nigrescebat quidẽ decor corporis, ac pulchritudo deflorescebat, & carnis bonus color euanescebat: defluebant digiti gelu paulatim carpti atq; accisi: membraq; omnia ac sensuum instrumẽta sæuitia frigoris passim frangebantur, ac dilabebantur. Liuescens enim caro paulatim & intumescens quũ circa membra scinderetur, ab ossibus defluebat, ac mortiferi cruciatus sentiebãtur. Atq; ita mors eis paulatim ac sensim progrediens protrahebatur tribus diebus durans. Nam ad id usq; spatiũ sensu eorum durante, manserunt in eo loco, in quo ab initio *Vide Basilium.* collocati erãt per omnia aduersarij uictores euadentes. Sed quis mihi ea, quę consequuta sunt, pro dignitate exponere possit? quænã oratio diuinã illam pompam describet, quum sancta illa corpora plaustris ad ignẽ ueherentur? qua ratione pro eo, qui ab Diabolo subductus erat, ad supplendum numerũ custos carceris à gratia introductus & reliquis adiunctus sit? Quis mihi exponet de matre illa, digna quæ martyra produxerit radice: quæ ex sese nato à carnifice relicto, propterea, q etiamnunc spiraret, & idcirco cum cæteris in plaustrũ sublatus nõ esset, ut uidit humanitatẽ carnificis erga uirum fortẽ, contumeliã non tulit: sed illum quidẽ increpabat, quòd à cõmilitonibus & collegis athletã segregasset: ipsa uerò martyri assidẽs torpenti iam & prę cõgelatione immobili, ac cõspicata eũ frigido atq; infirmo anhelitu coarctari, tantũ duntaxat uiuentẽ, ut cruciatus sentiret, obscuro ac languido obtutu matrẽ suã aspicientẽ, emortua ac lãguida manu innuentẽ & cõsolantẽ, & ut fortiter ferret hortantẽ: ut hæc mater uidit nũquid eiusmodi aliquid, quale matribus accidere solet, admisit: nũquid uiscera eius cõmota sunt: aut tunicã circũscidit: aut filio circũfusa est, calidis ulnis torporẽ ac defectionẽ refouẽs & refocillãs? Remoue



isthæc. Etiam dicere aliquid eiusmodi absurdum est. ex fructu reuera arborẽ cognoscimus. non potest arbor putris & uitiosa bonos fructus producere. Quoniam igitur fructus martyrij bonus est, lauda optimæ prolis matrem, quæ per filij procreationem seruatur, ut inquit apostolus. Quoniã enim talem Deo fructum produxit, cõmunem fœminei sexus caussam defendit. Non meus, inquit, filius es tu: nõ mei partus germen. quoniam Deum recepisti, secundum Deum natus es. Accepisti potestatem ut filius Dei fias. curre ad patrem tuum: ne relinquaris ab tuis cœuis: ne secundus ad coronam uenias: ne irritum facias uotum maternum: non offendes, non molestia afficies matrem, si uictor coronatus, si signifer & trophæus euaseris. Hæc dicens & ultra (sexus) naturam sese obfirmans: imò uerò roborata à spiritu, ipsa ex se natum ad reliquos in uehiculum imponit, alacri uultu prosequens ac deducens athletam. Quæ consequuta sunt, qualia? Certauerunt in aere sancti: sanctificauerunt etiam ignem sui adiectione, materia flammæ facti. Tulerunt etiam ad aquam benedictionem. per omnia implebantur diuina oracula. Tres illi pueri ad communem laudum decantationem unà assumunt frigus & æstum. frigus per congelationem: æstum per combustionem.[a] deinde transierunt per ignem & aquam. Verùm hæc tanquã nota præteruehi cupit oratio, ac de aliqua earum quæstionum, quæ nuper motæ sunt, nunc in tempore differere atq; tractare. Posteaquã homo eiectus esset è paradiso, gladius flammeus, qui uerteretur, destinatus & collocatus est ad custodiendum aditum. Et caussa talis prouidentiæ Dei est, ne homo irrumperet ad lignum uitæ, ac degustaret, & permaneret immortalis. Meministis prorsus eorum, quæ quæsita fuerũt. recordamini item, ut par est, etiam eorum, quæ à nobis ad id, quod quærebatur, inuẽta sunt. sed si omnia ab initio denuo persequi, totamq; de integro quæstionem tractare & explicare uelimus, ultrà quàm præsens ratio temporis patiatur, res protrahetur. Ac quæstio quidem hæc erat: an etiam sanctis propter gladium, qui uertitur, paradisus inaccessus sit? & an athletæ paradiso excludantur? quænam promissio deinceps sit, cuius respectu pro pietate certamina suscipiunt? item, an deteriore cõditione futuri sint, quàm latro, ad quem Dominus dixit, Hodie mecum eris in paradiso. quanquã non sponte sua latro ad crucem accessit: sed posteaquã prope salutem fuit, animaduertit acutus & ingeniosus fur thesaurum, & nactus occasionem uitam rapuit arte furandi pulchrè atq; solerter abusus. Et ille quidem consequitur paradisum: quod ad sanctos attinet, flammeus eius aditum impeditum reddit? Sanè à seipsa quæstio solutionẽ habet. Nam propterea non semper ingredientibus ex aduerso stantem gladium scriptura demonstrat, uerum etiam uerti fingit: ut indignis quidem aduersus appareat: dignis uerò uersus à tergo existat, expeditum eis aditum patefaciens ad uitam. intra quam illi fiducia certaminum illæsi flammam transgressi penetrarunt: qua etiam nos intrepidè superata, intra paradisum peruenìamus per illorum intercessionem confirmati ad bonam confessionem Domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum. Amen.

[a] *Videtur locus corruptus utrobiq;. Gen. 3.*

## EIVSDEM ORATIO HABITA IN FVNERE PVLCHERIAE CONSOLATORIA.

EQVIDEM haud scio, quo pacto accommodem orationem. Nam & duplex uideo argumentũ. & utrinq; triste & acerbum, ut utrumcunq; oratio sumpserit, haud facilè lachrymas euitare possit. Præsens temporis circuitus, quemadmodum id nobis heri à Pastore nuntiabatur, acerbarum rerum, quæ uicinæ aliquando urbi per terræmotũ acciderunt memoriam continet. quæ quis absq; lachrymis commemorare possit? magna autem hæc & illustris, totiq; qui soli subiectus est, terrarũ orbi præposita, præclara

Universidad de Deusto
Biblioteca



urbs alium sustinuit terræmotum, atq; haud paruum ornamentum amisit, luminari, quod ad augendam imperatoriam felicitatem in ea resplendebat, repente priuata, atq; ideirco una cum lugentibus imperatoribus mœrens ac condolescēs. Quid autem dicatur, non ignoratis prorsus, qui conuentū completis, quum & hunc ipsum locum, in quo congregati sumus, & mœrorē luctumq; in eo uideatis. Haud igitur scio, ad utrum terræmotū orationem conuertā, ad eúmne, qui nunc accidit, an qui olim? Sané haud alienum est ad id, quod excellit incōmodum consistere, atq; ciuitatis proprium dolorem mitigare, rationibusq; quibusdam incommodum, quasi quodam adhibito medicamento lenire. Etsi enim nō omnes, ad quos incommodū simul pertinet, concioni interfunt: attamē per eos, qui adsunt, forsitan etiam in absentes oratio diuulgabitur. Etenim etiam illi boni & cōmodi medici sunt, qui ad excellentes & superantes dolores artem adhibendo consistunt, eorum, quæ minus doloris faciunt, malorum curationem differentes. Quemadmodum autem harum rerum periti aiūt, si duo simul uni corpori dolores acciderint, eum, qui exuperet ac dominetur solum sentiri, exuperantia prœualentis cruciatus minorē dolorem quasi sussurante: idem etiam in re præsenti animaduerto. Nam & nouus nosterq; prorsus dolor, ijs rebus, quarum memoria nobis acerba est, acrior atq; uehementior est. Nam qui possit aliquis ob ea, quę acciderunt, non afficī? quis animo adeó alienus ab affectibus est? quis adeó moribus ferreus est, ut absq; dolore quod accidit, excipiat? Nostris prorsus teneram hanc columbam, quæ in nido regio nutriebatur quæ iam primùm quidem nitidis pennis uolueris euadebat, sed ætatem gratijs & uirtutibus superabat: ut relicto nido discesserit: ut ex oculis nostris auolauerit, ut eam inuidia repente de manibus nostris rapuerit: siue columbam hanc dicere oportet, siue recens pullulantē florē, qui nondū quidem toto suo splendore ex gemmis ac uaginis emersisset, sed partim quidem iam enituisset, partim uerò in lucem emersurus speraretur: nec eo minus in exigua atq; imperfecta sui parte mirū in modum resplenderet: ut repente in gemma emarcuerit, ac priusquam ad sinum uigorē peruenisset, ac summū incrementum nactus esset, totumq; cum suaui odore decorem panderet ac diffunderet, ipse circa se defluxerit & in puluerem redactus sit. quem neq; quisquam decerpsit, neq; coronis adaptauit: sed frustra natura laborauit: ubi bonum quidem erat in spe & expectatione, inuidia uerò gladij instar ex transuerso irruens spem interrupit. Terræmotus quidā planè, fratres, erat id, quod accidit terræmotus acerbis casibus nihilo mitior. Non enim inanimum ædificiorū decus labefactauit: neq; floridas picturas, aut lapidum eximiæ pulchritudinis spectacula humi prostrauit: sed ipsius naturæ ædificiū pulchritudine splendidum, gratiarū ac uirtutum fulgore excellens, repente impetu facto terræmotus hic dissoluit. Vidi ego etiam sublime illud germen, altricomā palmam. (Imperatoriā dico potentiam:) quæ Imperatorijs uirtutibus ueluti ramis quibusdam supra omnē eminet orbem terrarū, & omnia amplectitur: uidi (inquam) eum cæteros quidem superantē atq; uincentē, naturæ uerò succumbentē, & ob amissum florem inclinari. Vidi item generosam illam uitē, quā palma amplexa est, quæ florē hunc nobis pepererat, quae lesnam iterū de integro, quasi paries dolores animo, nō corpore sustinuit, quū hoc ab ea germen auelleretur? Quis absq; lachrymis cladē præterijt? quis uitæ damnū nō deplorauit? quis calamitati nō illachrymatus est? quis cōmuni cōcentui lamentationis suas uoces nō admiscuit? Vidi spectaculum certū & exploratū, quod qui auditione ac fama miracula accipiunt, non credant. Vidi pelagus hominū, quod frequentia congregatorum, tanquā aqua quædam in omnes partes sese oculis offerret: plenum erat templum, plenum templi uestibulum, adiuncta platea, angiporta, bitiia, media, transuersa, ampla tectorum spatia: quicquid uidebatur, hominum plenum erat, quasi totus terrarū orbis propter cladem & infortuniū illud in unum concurrisset. Spectaculum aūt omnibus propositus erat facer ille flos, qui in aurea lectica efferebatur. Vt omnium aspicientium uultus demissi ac mœsti erant? ut lachrymis oculi oppleti? manus inter se collisæ? gemitus adhuc intimū cē dis dolorem

*Hic in altero exemplari desiderātur uersus decem.*



rem indicantes? Non mihi in illo tempore (forsitan ne cæteris quidem, qui tunc aderant) uisum est aurum naturali suo decore nitescere. quinetiam lapidum fulgores, & aurei panni, & argenti splendores, & lumē ignis, quod & multum & copiosum ex transuerso, utrinq; continentibus cereis lampadibus prætēdebatur: omnia luctu simul nigrescebant, nihil omnium rerum communis mœstitiæ expers erat. Tunc etiam magnus Dauid suos hymnos & laudū decātationes lamētationibus accōmodauit, ac pro hilari choro sumpto inuicē tristi ac lugubri cantilenis ad lamentationes inuitauit. Atq; omni per illum temporis articulum uoluptate ab animis pulsa atq; summota, solæ lachrymæ hominibus uoluptati erant. Quoniā igitur tātopere à perturbatione ratio uicta est: haud importunum fuerit mentem fatigatā cum ratione adhibito consilio, quoad eius fieri potest, reficere atq; confirmare. Periculū enim haud paruū est, ne si in hoc apostolo dicto audientes nō fuerimus, unà cū spe destituti cōdemnemur. Ait enim, quemadmodū ex eo, qui dudū recitabat, audiuimus, Non oportere tristitia nos affici nomine dormientium. Eam enim perturbationē illorū duntaxat esse, qui spem non habeant. Sed dixerit, opinor, aliquis de grege pusillanimorum, Ea, quæ fieri non possint, diuinū apostolum iubere, & suis præceptis superare naturā. Qui enim fieri potest, ut affectuū perturbatio nē superetis, qui uiuit in natura, neu uincatur ab animi dolore, ob tale spectaculū contractor, quū non suo tempore in senectute mors contigerit, sed in prima ætate morte pulchritudo quidem aboleatur: palpebris uerò radius oculorum tegatur: genarum item rubor in pallorē transmuterur, os quoq; silentio detineatur, ac flos in labijs apparere solitus nigrescat: idq; non parentibus modò acerbum uideatur, uerumetiām cuiuis incommodum intuenti? Quid igitur nos aduersus hos? Non nostrum uerbum, fratres, dicemus, sed dictum ex Euangelio nobis recitatū in medium afferemus. Audistis Dominum dicentem: Sinite paruos pueros, & ne prohibeatis eos uenire ad me. Talium enim est regnum cœlorum. Proinde etiamsi à te discesserit puer, attamen ad Dominum recurrit. tibi oculum clausit: sed lumini æterno aperuit. à tua mensa remotus est: sed angelicæ adhibitus est. hinc planta resulsa est: at in paradiso sata est. de regno ad regnum traducta est. purpuræ florem exuit: at superi regni amictum induit. Dicam tibi materiam unde confectum est diuinum indumentum. non linum est, neque lana, neque fila serica. Audi Dauidē, unde Deo contexti indumenta dicat: Confessionem & magnificentiam induisti: superinijciens lumen quasi pallium. Vides quæ quibus commutauerit? Angit te atque molestum est tibi, quod corporis decor non amplius apparet. non enim uides eius ueram animi pulchritudinem: quæ nunc in conuentu cœlitum exultat atque lætatur. quàm speciosus ille oculus, qui Deum uidet? quàm suaue os, quod diuinarum laudum decantatione exornetur? Ex ore enim, inquit, infantium & lactantium perfecisti laudem. Quàm pulchræ manus, quæ nunquam malum operatæ sunt? quàm decori pedes, qui ad nequitiam atq; malitiam non accesserunt, neque in uia peccatorum uestigium suum impresserunt? quàm speciosa tota animæ illius facies, non lapidum fulgoribus ornata, sed simplicitate, integritate & innocentia resplendens. Sed forsitan angit te, quòd ad senectutem non peruenit. Quid uerò, dic mihi, pulchri cernis in senectute? an pulchrū prurite ac fricari oculos? corrugari genas? ex ore defluere dētes, & linguæ balbutiē ingenerari? manib. subtremiscere? ad terrā incuruari? titubare atq; subclaudicare pedibus? ducib. innitī? desipere corde ac delirare? uoce absurda atq; inepta pronūtiare? qualia huic ętati necessariò accidunt incommoda? Et idcirco indignamur & stomachamur, quòd ad eiusmodi malorum experientiam non peruenerit? Atqui gratulari conuenit illis, quorum uita rerum acerbarum ac tristium periculum non fecit, & cùm hic nihil molestiæ senserit, tum nihil acerbitatis illic experietur. Nam eiusmodi anima, cùm nullum in se crimen habeat cuius nomine in iudicium ueniat, gehennam non metuit, iudicium non timet: intrepida atq; imperterrita permanet, nulla praua cōscientia iudicij terrorē incutiente. At oportebat, inquit, eā ad iustū ætatis modū uenisse,



Matth. 19.

1. Thess. 4.

Psal. 103.

Psal. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& in thalamo nuptiali exhilarari. Verùm ad hoc tibi uerus spõsus dicet, quòd melior in cœlo sit lectus genialis, anteferendus ille thalamus, ubi uiduitatis metus nõ est. Quo igitur, quæso te, bono priuata est, quum hanc carnalem uitam exuit? Dicam tibi uitæ bona. animi ægritudines & molestiæ, uoluptates: iræ, metus, spes, cupiditates, & desideria. Hæc & eiusmodi sunt, quibus in præsenti uita implicati atque connexi sumus. Quid igitur mali accidit ei, quæ à tot tyrannis liberata sit? Vnusquisq; enim affectus ac perturbatio, quum prævalet ac dominatur, rationibus sibi subiugatis, animi nostri tyrannus existit. An malè nos habet, quòd non doloribus pariendi confectat? quòd non cura liberorum educãdorum attrita est? quòd non similes dolores excepit, atq; propter illam parentes sustinuerunt? At eiusmodi res felicitatis nomine prædicandæ, non deplorandæ sunt. Nam in nullo uersatũ esse malo, melior res est, quàm humana capere possit natura. Ita sapiẽs etiã ille Solomon in suis scriptis mortuum superstite beatiorem esse ducit. item magnus Dauid uitã quæ in carne degitur, lamentatione & gemitu dignam esse ait. itaque quũ ambo splendidi atque magnifici, utpote regia potestate præditi essent, omnium rerum, quæ per uitã suaues atque iucundæ habentur ad arbitrium cõpotes atq; participes nihil ad præsentium rerum usum & oblectationem inclinati sunt: sed quum arcanorum bonorum, quæ in incorporea uita proposita sunt, desiderio tenerẽtur: calamitatis & infortunij loco habebant eam, quæ in carne transigitur, uitam. Audi ui Dauidem in multis locis sacrorum psalmorum, quum cuperet euadere ex eiusmodi necessitate, ubi aliàs quidem, Desiderat, inquit, ac desiderãdo deficit anima mea in atria Domini: alias uerò, Educ animam meam ex custodia. Similiter autem Hieremias quoq; maledictione & execratione dignum iudicat diem illũ, qui princeps ei fuisset eiusmodi uitæ. Ac multas eiusmodi priscorum sanctorũ uoces, quæ feruntur & extant in diuina scriptura, licet inuenire, quum desiderio ueræ uitæ ea, quæ in carne degitur, uita grauis eis esset & molesta. Ita etiam magnus ille quondam Abrahamus lubẽter atque haud grauatim dilectum filium pro uictima Deo offerebat, quòd sciret atque haud dubitaret quin futurum esset, ut puer in meliorẽ & augustiorem formam transmutaretur. Ac quicunq; historiæ cognitionem habetis, omnino non ignoratis, quæ de eo narrantur. Quid enim dicit scriptura? quòd quum iuuenis quidem esset Abraham, à Deo facta sit ei promissio de futuro filio: quum autem summum incrementum ætatis eius integritas & uigor præterisset, ac tempore iam emarcuisset atque absumptus esset, quum natura seipsam augere & propagare desinit, senectute non amplius libidini obtemperante, tunc præter humanam spem promissio deducitur ad exitum & effectum: & nascitur puer Isaac, ac tempore iusto præterito, quum ueluti germen quoddam in pulchritudinem & magnitudinẽ excreuisset, iucundus erat oculis parentum, iuuenilis ætatis decore nitens. tunc Abrahami animus quasi tormentis adhibitis probatur & explorat, an plenè atque exactè discerneret in rerum natura quid præstaret: an non ad præsentem uitam spectaret? Et ait ad eum Deus: Offer filium tuum pro uictima in holocaustum. Nostis omnino quicunque patres estis & liberos habetis, & amorẽ erga liberos à natura didicistis, ut uerisimile atque consentaneum sit Abrahamum affectum & animatum futurum fuisse, si ad præsentem solam uitam respiceret, si seruus naturæ esset, si in præsenti seculo uitæ dulcedinem consistere existimaret. Sed quid de illo dico, omissa muliere infirmiore parte humanæ naturæ? Nisi & illa à uiro diuina didicisset: nisi sciuisset occultã uitã ea, quæ apparet, esse potiorẽ: nõ commissura fuisset, ut uir eiusmodi quid aduersus filium perpetraret. Prorsus enim materiis cõmota uisceribus filio circumfusa fuisset, & ulnis eũ amplexa ante eum lethale uulnus accepisset. An nõ ad Abrahamũ eiusmodi uerbis usura fuisset: Parce filio, mi uir, ne prauæ in uita narrationis materia fias: ne fabula insequẽti tẽpori fiamus: ne filio uitã inuideas: ne priues eũ dulci radio solari. nuptiale cubiculum filijs, non sepulchrũ è patribus curari atque institui solet: corona nuptialis, non enßis lethalis: tæda coniugalis, non ignis sepulchralis. Hæc latrones & hostes, nõ patrum manus

Psal. 83. Psal. 141. Hierem. 20. Gen. 18.



manus in filijs perpetrant. quòd si omnino malum perpetrari ac repræsentari oportet: ne uideat oculus Sarræ Isaacum necari. en per utrunque adige gladiũ à me missera initio facto. una ambobus plaga satis erit: communis ambobus tumulus excitetur: unus titulus miserabilem utriusq; casum prodat. Hæc & eiusmodi Sarra prosus dictura fuisset, nisi illa oculis uidisset, quæ nostrum uisum effugiunt. Nouerat enim, quòd finis uitæ carnalis, initium augustioris uitæ instituti (hinc) translatis exsitat. relinquit umbras, assequitur ueritatem. dimittit fraudes & errores & tumultus: & inuenit illa bona, quæ sunt supra oculum, & audirum, & cor. neque amor eũ anget, neque sordida cupiditas peruertet, atq; deprauabit: non superbia inflabit: non aliquis alius affectus animum angens molestus erit, sed omnia sit ei Deus. Idcirco libenter Deo filium dat. Quid item magnus Iob? quum ei repentè quasi uno impetu aduersæ fortunæ spoliato omnibus rebus ac copijs, quibus abundauerat, prius quàm à superioribus plagis & calamitatibus animũ collegisset, ultima nunciata clades est, quo animo casum liberorum accepit? Tres ei filiæ erant: filij septẽ. nomine felicitatis in liberis procreandis, & ob egregiam indolem eorundem dignus erat, qui prædicaretur, ac beatus haberetur. Nam quum tot essent, mutuo inter se amore quasi unus uniuersi erant: non separatim ac diuisim per se singuli uiuẽtes, sed oẽs se mutuo frequenter inter se inuisentes quasi uicissitudinario quodã & usitato officio atque comitate inuitandi atque excipiendi perpetuo alter alterũ modò delectabat, modò inuicem alter ab altero exhilarabatur. atque adeò etiam tunc uicissitudinis officij orbe decurso atq; peracto, apud fratrem maximum natu conuiuium erat. pleni crateres: plena mẽsa esculentorũ: in manibus calices: spectacula, ut uerisimile est, ad hæc festiuæ iucundæq; narrationes, & omnia animi oblectamenta cõuiuijs adhiberi consueta: mos unus, una ratio, una uoluptas: comitas & hilaritas: ludicra, risus: omnia quæcũq; par est in cõuictu iuuenũ domi suæ per luxũ ac delicias agitari. Quid igitur consequutũ est? Quum his rebus iucundis iã maximè fruerẽtur, nihilq; ad hilaritatẽ iã amplius addi posset: tecto super eos collapso, sepulchrũ omniũ decẽ liberorũ conuiuiũ exsitit: ac sanguine iuuenũ crater cõmisceba?, & esculenta obtritorũ corporũ eruore coinquinabant. Vbi eiusmodi clades Iobo nuntiata est. (Considera, quæso, adhibita ratione athletã, non ut uictorẽ duntaxat admireris: parum enim lucri exsitit ex admiratione: sed ut uirum in similibus imiteris, & sit tibi athleta pro pædotriba, suo exemplo ad patientiã atq; fortitudinem in tẽpore tentationũ conflictus animũ ungens, atq; confirmãs.) Quid igitur uir ille fecit? an aliquid abiectũ & uile, qualia degeneris & exigui animi homines cõmittere solent, aut uerbo dixit, aut habitu gestuq; corporis designauit uel genas unguibus lacerãs, uel crines è capite euellens, uel puluerem inspergens, uel pectus manibus pulsans & tundens, uel humi corpus abijciens, uel lugubrium carminum decãtatores sibi adhibens? uel nominatim mortuos illos implorãs, memoriæq; ingemiscens? Horum nihil est. sed nuncius quidem rerum aduersarũ casum liberorum narrauit: ille uerò simul atq; audiuit, statim de rerum natura philosopho rum more disserebat, unde res existant docens, & à quo in naturam producantur: item quem par sit rebus uniuersis præesse. Dominus dedit, Dominus abstulit. ex Deo, inquit, hominibus est ortus, itẽ ad illum redirus: unde productus est, ad illud etiam redit. Deus igitur, qui dandi potestatem [a] habet, idem etiam auferẽdi ius habet. Bonus quum sit, bene consulit: sapiens quum sit, quid utile sit, nouit. Sicut Domino uisum est ac placuit: (placuit aũt rectè prorsus, quicquid placuit) ita etiã feciit. Sit nome Domini benedictũ. Vides quãta celsitudo animi magnitudinis athletæ sit? tẽpestatẽ afflictionis trãstulit ad studiũ rerũ cõsiderationis & contẽplationis. Nouerat eñ exactè, q uera uita per spẽ reposita atq; recõdita sit: præsens uerò uita ueluti semẽ futuræ sit. Lõgè aũt præsentibus præstãt ac potiora sunt ea, quæ expectantur atq; sperantur. quantum differt spica à grano, unde enascitur. præsens uita proportionẽ habet atq; assimilatur ad granum: futura uerò uita per pulchritudinẽ spicæ ostẽdit ac designat. Oportet eñ corruptibile hoc induere incorruptibilitatem,

Iob. 21.

[a] Locus mutilus esse, & dictio ἐχων, desiderari uidetur.

Iob. 21.

1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tatem.item mortale hoc induere immortalitatem. Ad hæc respiciens Iob gratulatur filijs ob fœlicitatem:ut qui citius uitæ uinculis exoluti atq; exempti essent. Cuius rei argumento est,quòd quum promisisset Deus duplum omnium eorum,quę adempta essent restitutum iri, in omnibus alijs duplicata restitutione, solorum liberorum duplicationem non requisiuit: sed decem soli pro totidem amissis dati sunt. Nam quoniam animæ hominum in perpetuum permanent, ideirco alterum tantum,quantum amiserat,recipit. Quod ad liberos attinet qui pòst nati sunt, cum prius natis unà connumerantur, quasi omnes Deo uiuant,ac temporaria mors uita defunctis nihil,quo minus sint,impedimento sit. Neq; enim aliud quicquam est in hominibus mors,nisi uitiositatis expiatio. Quandoquidem enim natura nostra à Deo summæ rerum, ueluti uas quoddam bonorum capax ab initio condita est, sed ab inimico animarum nostrarum per fraudem nobis uitio affuso, bonum locum non habuit: idcirco ne uitiositas nobis inhærens perpetuò duraret,prouidentia meliori morte uas ad tempus dissoluitur,ut ubi uitiositas effluxerit,reformetur genus humanum, atque integrum ac purum à permixtione uitiositatis in pristinũ uitæ statum restituatur. Id enim resurrectio est,nempe naturæ nostræ in pristinum statum reparatio. Si igitur fieri non potest,ut absque resurrectione natura ad meliorem formam & statum redigatur:ac nisi mors præcesserit, resurrectio fieri nõ potest:bona res fuerit mors,ut quę initium ac uia mutationis in melius nobis existat. Proinde ex animo eijciamus, fratres,ægritudinem & dolorem dormiẽtium nomine contractum,quem soli sustinent,qui spem nõ habent. Spes autem est Christus: cui gloria & imperium in secula, Amen.

## EIVSDEM DE PLACILLA ORATIO FVNEBRIS.

Matth. 25. FIDELIS & prudens dispensator: (nam ab ijs,quæ ex diuino Euangelio recitata sunt, ordior:) quem præfecit Dominus huic familię,ut det in tempore sibi commissis dimensa acrata cibaria,quum antehac rectè cõtinẽtiam uocis orationi atq; silentium indixisset: ut qui rectè magnitudine cladis animaduersa,luctũ silentio honorare uellet: nescio quomodo in præsenti conuentu denuo reducit ecclesiæ sermonẽ, ipse suã aduersus orationem sententiã rescindens. & quidem quũ in multis rebus uehementer admiror prudẽtiam magistri, tum in hoc maximè supra modũ admiratus sum, quòd recenti clade orationi rectè silentium indixerit. Aptum enim mihi & conueniens lugentibus remedium,silentiũ esse uidetur. quippe dolore æstuantem & efferuescentẽ animũ spatio temporis ac mœrore intercedente per quietem & taciturnitatem mitigat. Nam si quis calamitate etiam nunc animum incendẽte sermonem inferat,mœroris uulnus curatu difficilius fiet,mentione rerum acerbarum ueluti spinis quibusdam laceratum recrudescens. Ac nisi temerarium nimis est,si ego quoque præceptorem in aliqua re corrigere coner: forsitan haud incommodum fuisset, usque adhuc silentium nostrum obtinere atque durare, ne ad calamitatem oratio demissa auribus molesta esset. Nondum enim tantum temporis intercessit, quo mens ad malum assuescere potuerit. Adhuc recẽs in animo clades est: ac forsitan etiam semper recens erit ætati (nostræ) dolor. adhuc turbatur cor nostrum: ac ueluti mare quoddam turbine calamitatis commotum ab imo fundo euertitur. adhuc æstuant cogitationes ad mentionem malorũ efferuescentes. Quum igitur eiusmodi tempestate animus commotus sit: quî fieri potest, ut recto cursu oratio procedat ueluti procella quædã, affectu doloris iactata? Sed quoniã iubẽti obtemperare oportet,nescio quo genere utar orationis. Nõ em excogitare possum quibus cõiecturis assequar mentẽ præceptoris. An forsitan etiã aliquid ægritudini indulgere uult,ac uerbis ad affectus concitandos accõmodatis concioni lachrymas cõmouere? Ac si ita sentit rectè, meo quidem iudicio etiã hoc facit. oportet enim prorsus sicut oblectari cupimus & commodis rebus fruimur libẽter, ita ad tristeis &



& acerbos quoq; casus nos accõmodare. Id enim etiã consulit Ecclesiastes, Tempus est,inquit, ridendi, tempus est item flendi. Per hæc enim discimus,quòd ad rẽ præsentem oporteat etiã animum accõmodare. Prosperè res succedunt:tempestiuum est lætari. redacta est alacritas animi ad demissionem: conuerti etiã conuenit lætitiam in lachrymas. Quemadmodum enim risus signum in animo latentis alacritatis est:ita etiã dolor in corde delitescens per fletus & lamentationes significatur:ac uulnerum animi tanquã sanguis lachrymæ sunt. Id etiam prouerbium Solomonis ait: Cordis lætantis uultus floret: animi uerò tristitia affecti uultus mœstus ac demissus est. Proinde prorsus necesse est, cum affectione cordis unà cõtrahi atque demitti orationẽ. Atq; utinã inueniri possent eiusmodi aliqua uerba, quibus magnus quondam Hieremias Israelitarum cladem defleuit. Illis enim præsentia magis digna sunt, quàm si quid aliud ex antiquitate triste memoria tenetur. Res acerbæ atq; atroces sunt, quæ narrantur de Iob. At quid opus est cum hoc tanto incommodo unius domus numeratu faciles clades comparare? Quin etiãsi magna magisq; communia mala commemoraueris, terræmotus, bella, inundationes, hiatus: parua sunt etiã hæc, si cum præsentibus comparentur. quare? quia non ad uniuersum statim orbẽ terrarũ clades belli pertinet: sed alia quidẽ pars eius bello infestatur, alia uerò pars pace fruitur. Quid rursus? aut fulmẽ [a] aliquid cõcremauit: aut aquæ uis obruit: aut ab hiatu atq; uoragine alicubi absorptio facta est. Ac præsens malum uniuersi prorsus orbis terrarum uulnus est. fieri non potest, ut una gẽs, aut urbs una lamentetur: sed conuenit forsitan Nabuchodonosoris edere uocem, qua subditos appellat: Vobis dico, populi, tribus, linguæ. Imo uerò permitte mihi, ut adijciam aliquid Assyrio præconio, ut ampliori uoce proclamem ac diuulgẽ eadem ac dicam: ut aliquis in scena exclamans dixerit: O ciuitates & populi, & gentes, & uniuersa terra, & maris quicquid tum nauibus peruium, tum (gentibus) habitarum est. ô omnis nostri orbis quicquid imperij sceptro regitur. ô qui ex omnibus partibus confluxistis homines, communiter calamitati ingemiscite: communiter lamentationis concentum instituite: communiter omnium iacturam deplorate. An uultis, ut, prout potero, etiam detrimentum uobis exponam? Tulit ætate nostra humana natura extra suos terminos egressa, cõsuetisq; modis superatis: tulit natura, imò uerò naturę Dominus humanam animã in fœmineo corpore supra omnia propemodum superiora uirtutis exempla: in qua omnis tum corporis, tum animi uirtutis cõcursu facto, miraculum incredibile uitæ humanæ exhibitum est. quot bonorum concursum una anima in uno corpore cõtinuit? Atq; ut omnibus potissimùm perspicua fiat ætatis nostræ felicitas: ad sublime solium regni euehitur, ut solis in modum uirtutum radijs è sublimi dignitate uniuersum orbem illustraret, atque ei, qui uniuerso orbi terrarum diuino arbitrio præpositus esset, ad uitæ pariter & imperij societatem copulata, subditos per sese beatos efficeret, quum reuera, ut inquit scriptura, auxiliatrix ei esset ad omne bonum. Si humanitatem res postulabat, aut concurrebat cum eo ad hoc bonum, aut etiam præcurrebat: par erat utrinq; libra propensione humanitatis. Ac testimonio sunt orationi quũ priora facta innumerabilia, tum præsentis temporis præconia, quæ nunc audiuimus à pręcone ueritatis. Si pietatem requiris. Communis erat utrisque cursus ad pietatem. Si prouidentiam: si iustitiam: si quid aliud ex ijs quæ uirtutis nomine boniq; consequendi causa expetuntur: omnia posita erant in certamine contendentium secum, uterq; ab altero benefactis & officijs uinceretur. nec alteruter erat inferior. Aequalis quædam ac par erat utriusque inter ipsos mutua gratia commoditasq; illa quidem præmium uirtutis habebat orbi terrarum præpositum. hic uerò parui æstimabat terrę marisq; arbitrium ac potestatem pręea felicitate, qua illam nactus erat. pares inuicem alter alteri oblectationes præbebant, dum & alter alterum uideret, & alter ab altero cõspicerẽtur, hic quidẽ talis, qualis est (qualẽ enim pulchritudinẽ quis supra eã, quæ apparet, ostenderit? & quidẽ uel ad nepotũ usq; uitã duraverit ea, quæ uideri, pulchritudo:) illa uerò qualis quædã esset, nõ potest demonstrari

[a] Locus mutilus uidetur.

Eccles. 3.

Eccles. 7.

Dani. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtrari oratione. non enim extat eius aliquod ſimulacrum, quod per artē exactè ela
boratum ſit. ſed ſi quod etiā depictum uel effictū eſt, omnia à ueritate procul ab-
ſunt. Eiuſmodi etiā uſq; adhuc ſunt ea, quæ narrātur. quæ ſequūtur, qualia? Rurſus
clamare cogor. Ac mihi ignoſcite propter incōmodū clamādo extra modū egre-
dienti. O Thracia, fugiendum nomen. ô infelix prædium: gens cladibus nobilita-
ta. ô prius quidem hoſtili igni Barbarorum incurſionibus uaſtata: nūc uerò caput
ac ſummam communis calamitatis in te recipiēs. illinc bonum abripitur. illic inui
dia aduerſus imperium graſſata ac debacchata eſt. illic orbis terrarum naufragium
factum eſt. illic tanquam turbine correpti ad ſcopulum impingentes in fundū tri-
ſtitiæ atq; mœroris demerſi ſumus. ô malam illam peregrinationem, quæ reditum
denegauit. ô aquas amaras, quarum fontes utinam non deſideraſſet. O prædium,
in quo clades accidit, propter cladem ab obſcura nocte cognomen ſortitum. Au-
dio enim, patria eorum lingua Scotoumin (à tenebris ſcilicet) locum illū cogno-
minari. illic obtenebrata eſt lucerna. illic extinctus eſt ſplendor. illic radij uirtutum
obſcurati ſunt. periit imperij ornamentum: iuſtitiæ gubernaculum, humanitatis i-
mago, imò uerò ipſa principalis humanitatis forma: maritalis amoris figura atque
exemplum ablatum eſt, caſtum continentiæ atq; ſobrietatis & pudicitiæ donariū:
facilis aditu grauitas, non contemnenda facilitas, & manſuetudo: alta animi hu-
militas atque modeſtia: pudor ingenuus: promiſcua bonorum harmonia. periit fi-
dei zelus & ſtudium, eccleſiæ columna, altarium ornatus, pauperū diuitiæ, multis
ſubminiſtrando ſufficiens dextra, communis iactatorum & afflictorū portus. Lu-
geat uirginitas, lamētet uiduitas, ploret orbitas. cognoſcāt quid habuerint, poſt-
quam habere deſierunt. Imò uerò quid attinet me in partes & ordines diuidere la-
mentationem? Ingemiſcat omnis ætas, profundum à medio corde gemitum edēs:
unà lugeat etiā ſacerdotium ipſum. quoniam inuidia cōmunem ornatū detraxit.
Pſal.107. Nunquid temerarium fuerit prophetę dictum illud proferre? Quare repulisti, De-
us, in finem? & cōcitatus eſt furor tuus aduerſus oues paſcuæ tuæ? quorū peccato-
rum pœnas luimus? Qua de cauſſa? cuius rei nomine aliis ſuper aliis cladibus affli
gimur & caſtigamur? An forſitan propterea quòd abundat impietas uariarum hę
reſeων, hæc aduerſum nos ſententia obtinuit? Videte enim quibus in exiguo tem
pore malis conflictati ſimus? nondum à priore clade reſpirauimus: nondū lachry-
mas ab oculis abſterſimus: rurſus in tantam incidimus calamitatē. Tūc tenerū flo-
rem deplorauimus: nunc ipſum ramū, unde flos germinauit & enatus eſt: tunc ſpe-
ratum decorē: nunc eum qui uiguit: tunc bonū quod expectabatur: nunc id, cuius
periculum factum eſt. An ignoſcetis mihi, fratres, ſi quomodo propter cladem in-
Rom.8. eptus ſim & abſurda loquar? Forſitā, ut inquit apoſtolus, etiā ipſa creatura noſtro
incōmodo ingemuit. Atq; eorum, quæ acciderunt, uobis memoriam renouabo. ac
pleroſq; opinor ijs, quæ dicātur, aſſenſuros eſſe. Quū auro purpureaq; ueſte uelata
imperatrix in urbem portaretur (lectica aūt erat, qua portabatur:) atque omni or
dine, omni ætate ex urbe profuſa, quicquid ſoli aeri aperto expoſitū eſſet, à multi-
tudine coarctaretur: atque oēs etiam dignitate excellētes pedibus ſumus proſeque
rentur, meminiſtis prorſus, ut ſol nebulis ſuos radios obtegeret, ne forſitan puro lu
mine uideret imperatricē cum eiuſmodi habitu in urbē inuehentem, non in curru
quodā, aut rheda auro reuincta pro regio ornatu ſatellitibus ſtipantibus ſe lætam:
ſed in loculo tectā, formā illā triſti uelamento occultātē, ſpectaculū acerbū pariter
ac miſerabile: quæ omnibus occurrētibus lachrymarum materies propoſita eſſet:
quā omnis populus, qui cōfluxerat, tā peregrinus, quàm domeſticus nō fauſtis ac-
clamationibus ſed lamentationibus introeuntē excipiebat. Tunc etiam aer lugu-
brem in modū triſtis fuit, tanquā pallio quodā lugubri, caligine ſe induens atq; cir
cūdans. Quinetiam nubes, prout ab ipſis fieri poterat, illachrymabātur molles ac
tenues pluuiæ guttas & rores luctui ſuperfundentes. An hæc quidē deliramenta
ac nugæ reuera ſunt, ac ne digna quidē, quæ dicantur? Nā etiamſi eiuſmodi quid
accidit in creatura, quod cladem indicaret & inſignem efficeret, prorſus à creatura
factum



factum non eſt: ſed à creaturæ domino, per ea, quæ faciebat, ſanctę mortem hono-
rante. Honorata enim eſt, inquit ille coram Domino mors ſanctorum eius. Vidi Pſal.115.
autem ego tunc aliud ſpectaculum modò dictis magis inopinatū admirabiliusq;.
uidi duplicem imbrem, unum quidem ex aere, alterum uerò ex oculis lachryman-
tium ad terram defluentem. ac non erat minor pluuia oculorum, quàm is qui è nu-
bibus profluebat. In tot millibus enim, qui ſimul aderāt, nullus erat oculus, qui ter-
ram lachrymarum guttis non irrigaret. Verùm haud recta fortaſſe coniectura ad
mentē præceptoris aſſequendū uſi ſumus, & ita à ſententia eius aberrauimus, quip
pe rebus acerbis ac triſtibus diutius quā oporteret immorati. Forſitan enim curare
potius, q̄ moleſtia aures afficere uult. nos uerò contrarium nunc fecimus. Veluti
ſi quis medicus acceptū ſauciū non modò curare negligat, uerumetiā exedētibus
quibuſdā & cōſumendi uim habentibus medicamētis inſuper miſerū doloribus af
fligat atq; cōficiat. Proinde intumeſcenti uulneri affundenda eſt oratio, quæ ſicut
oleum, leniendi mitigandiq; uim habeat. Solet enim etiā Euāgelica medicina uini
adſtrictiuæ naturæ oleum admiſcere. Cōuertamus igitur uobis, oleario à ſacra ſcri
ptura uaſe ſumpto, quoad eius fieri poteſt, priorib. cōtraria in mediū afferētes, acer
bitatē atq; mœſtitiā eorū, quæ dicta ſunt, in conſolationē. Sed nemo, quæſo, fidem
ſermoni deroget, etiā ſi præter opinionē accidat, & à cōmuni ſentētia diſcrepet, at
que diuerſus ſit. Saluū, fratres, eſt bonū, quod quærimus. ſaluū eſt, & nō periit. Imò
uerò minus dixi, quàm ueritas habet. Nō modò enim ſaluū bonū eſt, uerumetiā eſt
in ſublimioribus, q̄ prius. Imperatricē quæris? In palatio domiciliū habet. At ocu-
lo hoc cognoſcere deſideras. Nō licet tibi ſuperuacuā operā ſumere in hoc, ut regi
nā ſpectes. Terribilis circū eā armigerorū cuſtodia eſt: nō horum, inquā, armigero
rū, quibus ferrea ſunt arma, ſed eorū, qui flāmeo gladio armati ſunt: quorū ſpeciē
uiſus hominum non ſuſtinet. in arcanis regni habitatio. tunc uidebis, quum & ipſe
e corpore eminens proſpexeris. non enim aliter intra adyta atq; penetralia regni
peruenire licet, niſi carnis uelo diducto. An præſtabilius putas per carnē uita fruí? 2.Cor.12.
Proinde doceat te diuinus apoſtolus, qui arcanorum paradiſi myſteriorum parti- Rom.7.
ceps fuit. Quid dicit de hac uita? forſitan ex cōmuni hominū loquēs perſona? Mi-
ſer ego homo: quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Quare hoc dicit?
quoniam reſolui, & eſſe cū Chriſto longè melius eſſe dicit. Quid item magnus ille
Dauid, qui tanto principatu florebat? qui omnia, quæ pertinent ad uoluptatē fru-
endam, abundè habebat? non angitur uita? non cuſtodiam nominat hanc uitam?
an non clamat ad Dominum: Educ ex cuſtodia animam meam? an nō productio- Pſal.141.
ne uitæ grauatur & offenditur? Heu mihi, dicēs, quoniam inquilinatus meus pro-
longatus eſt? An non nouerant ſancti diſcernere bonum à malo? & idcirco animę
præſtabiliorem eſſe putabant exitū è corpore? Tu uerò, quid boni, quæſo, in uita
uides? conſidera quibus in rebus uita ſpectetur. Non profero tibi uocē prophetæ Eſa.6.
dicentis, Omnis caro fœnum. ornat enim ille & honeſtat magis ea ſimilitudine mi
ſeriam naturæ. forſitan enim melius eſſet, fœnū eam eſſe potius, quàm id quod eſt.
quare? quia nullam à natura iniucunditatem & inamœnitatem (in ſe) [a] haberet. [a] ἐχει, habetur,
caro uerò noſtra, odoris eſt officina, quicquid acceperit corrumpendo inutile red ἐχει, legere m&
dens. Quod uerò ſupplicium eſt æquè graue, atque omni tempore miniſterio uen lim.
tis obnoxium eſſe? Videte enim hunc perpetuum tributi exactorem, uentrem di
co, quantam quotidie neceſſitatem adferat exactionis? cui etiamſi aliquando am-
plius quàm ſatutum & ordinatum ſit, antè dependerimus, nihil de inſequenti de-
bito antè ſoluendo deduximus: quemadmodum animalia quæ in piſtrino labore
conficiuntur, tectis oculis uitæ molam circuimus, ſemper per ſimilia obambulan-
tes, & ad eadem reuertentes. Dicam tibi hunc ambitum circularem. appetitus, ſatie
tas: ſomnus, uigilia: euacuatio, repletio. ſemper ab illis hæc, & ab his illa, & rurſus
hæc. ac nunquam in orbem obambulare deſinimus, donec extra molitrinum eua-
ſerimus. Rectè Solomon doliū perforatū, & domum alienā nominat hāc uitā. Ve-
rè ēm aliena domus eſt, & nō noſtra. quoniā in noſtra poteſtate nō eſt, uel quando

Universidad de Deusto
Biblioteca



uolumus, uel quàdiu desideramus in ea esse: quinetiã nescimus quẽadmodum introducamur. Porrò dolij ænigma atque inuolucrum intelliges, si ad inexplebiles & insatiabiles cupiditates respexeris. Vides ut homines sibi semper affundant & aggerant honores, potentatus, glorias, & omnia eiusmodi? At quod immittitur, effluit, & non permanet in eo, quo continetur. nam studium quidem gloriæ, potentatus & honoris semper exercetur & uiget: sed cupiditatis dolium inexplebile manet. Quid itẽ pecuniæ studiũ? an nõ uere doliũ perforatũ est, toto fundo perfluẽs? cui si uel totũ mare affundas, ea natura est, ut expleri non possit. Quid igitur molestũ & acerbũ est, si à uitæ malis beata ista segregata est, & ueluti lema quadã, corporis sordibus abiectis, pura anima ad immortalẽ & incorruptam uitã transit? in qua fraus non exercetur: calũniæ nõ creditur: adulatio locũ non habet: mendacium non immiscetur: uoluptas itẽ & ægritudo, metus & fiducia: paupertas & diuitiæ: seruitus & dominatio, omnisq; talis uitæ inæqualitas quàm longissimè ab illa uita remota est. Aufugit illinc, ut inquit propheta, dolor & molestia, & gemitus. pro his uerò quid? impatibilitas & malorũ incõmodorumq; uacuitas: beatitudo, ab omni malo alienatio: angelorũ cõsuetudo, inuisibiliũ cõtemplatio: societas cũ Deo: lætitia finẽ non habens. Nunquid igitur mœrere cõuenit de regina edoctos quæ quibus commutauerit? Reliquit regnum terrestre: at cœleste assequuta est. deposuit coronam lapidibus ornatam: at gloriæ corona se circũdedit. exuit uestem purpuream: at Christum induit. Hoc est uerè regium ac pretiosum indumentũ. Hãc terrenam purpuram audio sanguine conchæ cuiusdã marinæ rubescere. At supernæ purpuræ Christi sanguis splendorẽ & florẽ addit. Vidisti quanta sit in indumento
Matth. 25. differentia atq; præstantia. Vis tibi fidem fieri, quòd illis rebus fruatur? Lege Euãgelium: Venite benedicti patris mei, inquit (hæc ad dexteros ludex:) possidete paratũ uobis regnum. Quod à quo paratũ? Quod uobis ipsi, inquit, per opera præparauistis. quomodo? Esuriebã: sitiebã: peregrinus erã: nudus: infirmus: in carcere. Quatenus fecistis uni de his minimis, mihi fecistis. Si igitur eiusmodi retũ studium regni conciliandi uim habet: numerate, si modò enumerari possunt, quot homines indumentis ab illa suppeditatis, cooperti sint? quot à magna illa dextra alimẽta acceperint? quot in carcerẽ concluſi nõ modò ab ea uisitati, uerumetiã penitus dimissionẽ assequuti sint? Quod si uisitare conclusum, regnũ cõciliat: liberare pœna nimirũ maiori præmio dignũ est. si modò aliquid regno præstantius & excellẽtius est. Verùm non hîc consistit illius laus. Nam etiam ultra mandata rectè factis progreditur. quot propter illã resurrectionis gratiã in sese agnouerunt? qui legib, mortui, & capitis damnati, rursus per eã ad uitã reuocati sunt? In oculis est dictorũ testimoniũ. Vidisti iuxta altare, qui salutẽ desperauerat, adolescentulũ. Vidisti mulierculã ob damnationẽ fratris lamentantẽ audiuisti ex eo, qui bona ecclesiæ prædicabat, ut in memoriã reginæ tristis sententia mortifera in uitã resoluta sit. An etiã hæc solæ? Animi uerò demissionẽ ubi collocabimus? quã scriptura præfert omni
a Videtur locus mutilus utrobiq;. præclaro atq; cũ uirtute coniuncto facinore? a Quæ quũ tantũ imperiũ unà cũ magno Imperatore moderaretur, omni potentatu se submittente, b tot gentibus subditis & tributarijs, quũ terra pariter ac mare suis utraq; copijs stiparent eã arq; fouerent: superbiæ aduersum se aditũ non dedit, semper ad seipsam, non ad bona sua externa respiciens. propterea beatitudinis hæres exístit pro temporaria animi demissione atq; humilitate uera celsitudine quæsita. Dicã etiã aliquod mariталis amoris indiciũ & argumentũ. Oportebat omnino, soluto corporali coniugio, etiã pretiosa bona, quibus abundabat, uenire in diuisionẽ. Quomodo igitur fecit distributionẽ? Quũ tres essent liberi (hæc enim bonorum capita sunt) qui uirilis sexus essent, apud patrẽ reliquit, qui regno eius præsidio essent: ad suã uerò partẽ solã filiã pertinere existimauit. Vides quanto candore atq; æquitate animi pariter ac indulgentia sit usa, quæ in rebus pretiosis maiorẽ partẽ uiro concesserit? Cæterùm quod maximè à nobis dici oportet, ubi adiecero, sermoni finẽ imponam. Simulachrorũ odium cõmune est omniũ, qui fidei participes sunt: sed eius præcipuũ, quòd Arianam in-

b Τὸ τοσοῦτον habetur. τοσοῦτον, malim legere.

Matth. 5.



nam infidelitatem similiter atq; simulachrorũ cultum abominabatur. Nã eos, qui in creatura numen diuinũ esse existimarent, nihilo minora colere atq; uenerari putabat, quàm, qui ex materia simulachra efficiunt, ac rectè ac piè ita iudicabat. Nam qui creaturam adorat, etiamsi in nomine Christi id facit, simulachrorum cultor est, Christi nomen simulachro imponens. Idcirco quum didicisset, quòd non sit Deus recens & nouus, unam Deitatem adorabat, quæ in patre & filio & spiritu sancto glorificatur. In hac fide creuit, in hac uiguit, apud hanc spiritum deposuit: ab hac oblata est sinui patris fidei Abrahami iuxta fontem paradisi: cuius humor & gutta ad infideleis non manat, sub umbra ligni uitæ: quod plantatum est iuxta decursus aquarum. quibus rebus etiam nos digni habeamur, per Christum Iesum Dominũ nostrum: cui gloria in secula. Amen.

## EIVSDEM DE VITA BEATI GREGORII, MIRACVLORVM OPIFICIS.

ET oratio quidem nostra, & præsens conuentus ad unam eandemq; rem spectat. magnus enim ille Gregorius quum uobis conueniendi causla fuit, tum mihi sermocinandi materia atq; argumentũ propositum est. Ego uerò eadẽ facultate opus esse puto, si & uirtutẽ exequi factis, & præclaris facinoribus dicta exæquare uelis. Itaq; inuocandũ fuerit id auxilium, quo ille in uita uirtutẽ exequutus est. Est aũt illud, mea quidẽ opinione, gratia (sancti) Spiritus: quæ & ad uitã & ad orationẽ harũ rerũ utriusq; studiosis per sese uires subministrat. Qm igitur præclara illa, spectabilis & illustris uita uirtute atq; potẽtia spiritus exacta perfectaq; est: precari & optare oportet, ut quãta ope ille per uitã usus est, tantũ auxilij accedat orationi, quo amplitudine rerũ ab eo gestarũ uir esse demonstretur, qualis ille ipse factis suis ab illius ætatis hominibus cõspiciebatur. Enimuerò si mentio eorũ, qui uirtute excelluerũt, cũ nullo lucro coniuncta esset, nullũq; audientibus inde ad bonũ afferretur adiumentũ, superuacuũ forsitan, ac nullũ operæpretiũ esset, nulla proposita utilitate, & eandẽ rẽ frustra cõmemorando, & aures nequicquã obtundendo laudãdi causla orationẽ in mediũ afferre. sed quoniã eiusmodi munus orationis, si rectè & cõmodè adhibeatur, cõmune audientiũ emolumentũ erit, tanquã fax è mari adnauigãtibus ad se dirigens eos, qui in caligine per pelagus oberrãt: pari studio utriſq; & uobis auscultantibus & mihi dicenti ad hãc rẽ opus esse puto. perspicuũ est em, quòd uita eius per uirtutẽ transacta ueluti fax quædã animis nostris per cõmemorationẽ affulgens uiam ad bonum tam cõmemoranti, quã audiẽtibus patefacit. Natura em id nobis hominibus quodãmodo insitũ est, ut quicquid laudabile est, & in pretio habetur, ad id nosmet adiungere & accõmodare uelimus, idq; acquirere studeamus. Et argumẽtũ quidẽ orationis tale est. mihi uerò argumẽtũ tractare conãti nullũ ex utrocũq; euentu periculũ impendet: siue cũ magnitudine rerũ unà assurgere sublimitate sua oratio ualuerit, siue nõ. Parẽ enim, utrũcunq; horũ euenerit, laudẽ is, qui celebratur, assequetur. Nam si assequuta quidẽ oratio miracula fuerit, rerum præclarè gestarum commemoratione prorsus obstupefaciet auditores. sinautem a tergo relicta oratio magnitudinem rerum minus assequi potuerit, etiam hac ratione gloria eius, cuius laudes persequimur, clarescet. Præstantissima enim uiri laus est, si eius uirtus maior esse demonstretur, quàm laudantium facultas dicendo assequi possit. Cæterùm nemo ex ijs, qui diuina sapientia instituti sunt more externorum & à fide nostra alienorũ, artificiosis laudatiui generis dicendi apparatibus laudari desideret eum, qui propter spiritualia bona celebratur. Non enim simili ratione nos atque cæteri de bono iudicamus: neque easdem de rebus ijsdem reperiat aliquis opiniones tum apud eos, qui mundano more uiuunt, tũ apud hos, qui mundum supergressi sunt. Illis enim magnæ quædam studioq; dignæ atque expetendæ

a προέχειν, habet uetustum exẽplar, πρόσθεν, cætera.

Universidad de Deusto
Biblioteca



res esse uidentur, diuitiæ, genus, gloria, mundani potentatus, fabulæ, quibus suæ quisq; patriæ conditores celebrat: item fugiendæ, sana quidē mente prædītis, narrationes, trophea, prælia, bellorum incommoda. nostro uerò iudicio una in pretio & in honore patria est, paradisus: prima generis humani sedes: una ciuitas, illa cœlestis: quæ per uiuentes lapides construitur & coagmentatur: cuius artifex & conditor est Deus: unus splendor, una generis amplitudo, propinquitas cū Deo: quæ non casu fortuito ac temerè cuiquā contingit, quemadmodum mundana generis claritudo, quæ sæpè etiam ad improbos & malos per hanc fortuitam uicissitudinē ac seriem temerè manans defertur: sed quæ non aliter atq; liberę uolūtatis electione acquiri potest. Quotquot enim receperunt eum, inquit diuina uox, dedit eis potestatē, ut filij Dei fierent. Qua nobilitate quid splēdidius, quid honestius, quid augustius esse possit? [a] Patria uerò alijs quidē omnibus, fabulæ atq; cōmenta dæmonum q; fraudes ac ludibria fabulosis narrationibus simul permixta. nostra autē patria expositoribus & narratoribus opus nō habet. Nam si quis cœlum suspexerit, eaq; quæ inibi sunt ornamenta, & omnē creaturā animi oculo cōsiderauerit, quæcunq; in his miracula cōprehendere potuerit, has nostræ patriæ reperiet narrationes. imò uerò nō ipsius patriæ, sed coloniæ, quam à sublimiore uita reiecti & relegati mundū præsentē nimirum assequuti sumus. Quòd si talis est colonia, existimare oportet, qualis sit ea urbs, unde colonia deducta est: quæ sit in ea pulchritudo: quæ sit in ea regia: quæ beatitas eorū quibus illa habitatio obuenit. Nam si ea, quæ in rebus creatis apparent, eiusmodi sunt, ut nulla oratione explicari, nulla ratione cōprehendi possint: quid de ijs existimādum est, quæ supra hæc sunt? quæ neq; oculo cōprehendi possunt, neq; auribus percipi, neq; mētis & intelligentiæ coniecturis, qualia sint, iudicari & existimari potest? Per hanc spiritualem laudē, ab ijs, qui cōmendantur, diuina laudationum lex [b] infernas has nugas atque deliramēta secernit & excludit, turpe atque indecorum esse iudicans eos, qui propter eiusmodi bona noti sunt, per eas res, quæ in terra habentur in pretio, celebrari atque honestari. Nā siquidem aliquis est homo mundanus, qui materialem spectat felicitatē, is ex huiusmodi rebus laudem hominibus corroget: si cui patria pecorum ferax contigerit: si mare uicinū gulę deditis per sese abundè res aptas ad uescendū suppeditat: si lapides alij alijs superimpositi ædificia exornent. at qui superā suspicit uitā, cui pulchritudo atq; ornamentum animi puritas est, cui diuitiæ, inopia: cui patria, uirtus: cui ciuitas itē ipsa regia Dei, in rebus terrenis magnificentiā & ostentationē sibi probro atq; dedecori esse ducet. Quāobrem etiā nos omissis eiusmodi laudibus, neq; patriā laudibus magni Gregorij adijciemus, neq; maiores in subsidium laudationum assumemus, scientes quòd nulla uera sit laus, quæ eorum, qui laudantur, propria non sit. Proprium autē dicimus, quod prorsus in perpetuū ita permanet, ut adimi, auferrique non possit. Quoniam igitur, (quum omnia nobis eripiantur diuitiæ, claritudo, gloria, honor, deliciæ, atq; luxus, uoluptas & oblectatio, cognati, amici) solus ille habitus & affectus, quo uel cum uitio, uel cum uirtute coniuncti sumus, ita nobis inhæret, ut seperari & auferri non possit: solum beatum habendum esse iudicamus eum, qui uirtute præditus sit. Ac nemo puterme nihil amplum atq; magnificum de patria maioribusue uiri posse cōmemorare: sed sub specie atque prætextu contemptionis eiusmodi rerum dedecus atque turpitudinem quasi subducere atq; suffurari. Quis enim ignorat cognomē Ponti, quod ab omnibus hominibus tanquam præcipuum quiddam ac peculiare genti impositum atque tributum est? per quod eorum, quibus locus ab initio obuenit, uirtus demonstratur? Solus enim ex omni terra mariq; hic Pontus, [c] εὔξεινος, id est, hospitalis, hospitibus & peregrinis cōmodus & bonus nominatur, siue comitatē & humanitatē eius erga aduenas & peregrinos inibi uersantes attestante uocabulo: siue ideò, quòd locus eiusmodi est, ut nō modò incolis & indigenis, uerūetiā illis, qui ex omnib. partibus eò accedūt & cōfluūt, ad uiuendū subsidia atq; cōmeatus abundè suppeditet atq; subministret. Eiusmodi em̄ natura regiōis est, ut & omniū rerū, quę ad uitam

Ioan. 1.

[a] πατρὶς, est in uetusto. reliqua, πατρικὰ, habent.

[b] νόμος, est in uetusto. in cæteris, ἐπιτηδ. quod nihil ad rem facit.





ad uitam sustentandā necessariæ sunt, summè fertilis, & ne peregrinorum quidē & externorū bonorū expers sit, quū mare ei propria faciat ea, quæ ex omnib. regionibus illuc important. Quū aūt eiusmodi tota natio sit, ut quācūq; quis eius partem p̄ sese solā cōsiderauerit, cæteris præstare eā existimaturus sit: nihilo minus cōmuni iudicio gētis ueluti caput quoddā omniū aliarū finitimarū Magni Gregorij ciuitas est, quā urbē Imperator quidā insignis ex ijs, qui Romanis Imperiū cōfirmauerūt, Cæsar nomine, amore ac desiderio loci captus suo nomine uocari uoluit. Verū hæc nihil pertinēt ad nostrū propositū & institutū, ut per hęc ampliorē & augustiorē existimemus nos demōstraturos esse magnū illū uirū inter sanctos, si regio fuerit gibus abūder. Si urbs operibus & ædificijs ornata sit. si per mare uicinū ad arbitriū res undiq; magna copia importent. At nec parentū quidē eius, qui natiuitatis eius carnalis authores fuerūt, in præsenti oratione facta mentionē, diuitias, magnificentias & splēdores mūdanos eorū exponēs. Quid em̄ hæc cōferunt ad laudē? sepulchra, statuæ, inscriptiones & tituli, mortuæ & inanes narrationes ad eum, qui sese, supra omnē mūdū extulerat & euexerat? præsertim quū ne fieri quidē possit, ut in societatē laudis illi assumant, quorum iste, quod ad animæ propinquitatē attinet, cognationē respuit & aspernatur. Nā illi quidē per errorē simulachrorū uani & inepti fuerūt. hic aūt ad ueritatē oculis sublatis supera cognationi sese per fidē inseruit, & quasi in adoptionem dedit. Itaq; quo modo quidē, quibusue parēub. natus sit, aut quā ab initio urbē incoluerit, ut quæ nihil faciāt ad ꝓpositā narrationē prætermittemus. initiū aūr laudis hinc sumemus, unde ille uitā cū uirtute cōiunctā exorsus est. Quū enim corpore admodū iuuenili naturalis cognatiōis cura, parētib. uita defunctis, destitutus esset: quādo plerisq; ętate imperfecta mens quid sit bonū dijudicare nescit: protinus ab initio ostendit, qualis in ætate perfecta futurus esset. Ac quēadmodum germina generosa, quum à primo incremēto in directos ramos excrescunt, per præsentē pulchritudinē agricolis futurū decorē prænostrāt: eodē modo etiā ille, quādo cæteris propter ignorantiā erroribus obnoxius & lubricus est animus, ad res uanas & inutiles iuuētute facilè plerunq; prolabēte: tunc per primā uitæ instituti electionē ostēdit in sese, uerū esse illud uerbū Dauidis dicētis, Iustus ut palma florebit. Sola enim nimirū hęc arbor perfecta crassitudine cacumi nis à terra surgit & excrescit, quumq; proceritatis incremētum progrediat, nullam in latitudinē à tēpore accipit accessionē. Sic etiā ille à primo germine floruit, electione uitæ instituti protinus perfectus & eminentibus frondibus consurgens & excrescēs. Omnibus enim omissis, quarū rerū studio iuuenilis ætas tenet, equitatione, uenatiōe, cultu amœniore, indumētis, aleatione, delicijs, statim totus acquirendis uirtutibus incūbebat, deinceps eligēs ac persequēs quicquid præsenti semper ætati suæ cōueniens & accōmodatum esset. Initium autē acquirēdarum uirtutum ab studio sapientiæ fecit. atq; hāc ueluti pullus quidā cōiunctus unà sequebatur sobrietas. utriq; autem continentia præsidio erat. animi uerò humilitatē & moderationem unà cum contemptione pecuniarum assequutus est. Non enim aliunde fastus & superbia existit, nisi auaritia, remq; suam qualibet ratione augendi studium eiusmodi uitia unà secum inducat. Quemadmodum autem fama tenet patriarcham Abrahamum Chaldaicæ philosophiæ scientia præditum, quum concinnū, aptum, ratum, constantem, certum ordinatumq; situm ac motum siderum animad uertisset, harum rerum cognitione tanquā scala atq; adminiculo usum fuisse ad superi boni cōtemplationem, quum reputaret, quòd si ea, quæ sensu cōprehenduntur, talia essent, quale esse posset id, quod sensum superat: atq; ita assequutū esse id, quod quærebat, quum externam sapientiam quasi conscendisset, ac per eam sublimior euasisset, ut rebus incomprehensibilibus & captum effugientibus per illam quodammodo appropinquaret: ita etiam magnus iste quum in externæ sapientiæ studio diligenter uersatus esset, per quas res plericq; errores Græcorū gentiliūq; stabiliunt atq; cōfirmant, ijs rebus quasi ducibus & indicibus usus est ad Christianæ religionis cognitionē. ac relicta falsa parentū ac maiorū religione, rerū ueritatem

Τέλη, in antiquis. cæteris, τελείῳ.

Psal. 91.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quærebat,ex illis ipsis,quæ ab externis philosophis elaborata sunt,edoctus,quàm nõ cõsistere possint,quamq; parum sibi cõstent sententiæ atq; opiniones Græcanicæ doctrinæ. Posteaquã enim animaduertit Græcorum simul ac Barbarorum philosophiã in ijs sententijs, quibus de numine diuino quid sentiendum sit, statuunt, in diuersas scindi opiniones:earũq; sententiarum præsides, neq; inter sese cõgruere atq; cõcordare, & solerti exquisitaq; uerborũ & argumẽtorũ excogitatione suã unumquẽq; sententiã stabilire atq; cõfirmare conari:hos quidẽ,tanquã domestico bello se inuicẽ euertẽtes & cõficientes reliquit: cõsequitẽ aũt & amplectitẽ cõsistentẽ stabilẽq; ac firmũ fidei sermonẽ: qui non exquisita quadã atq; redundãti uerborũ curiositate,& artificiosis nexib. argumentorũ confirmatur, sed per simplicitatẽ uerborũ omnibus exæquo annũtiat:qui in hoc ipso, quod supra fidẽ est, uim fideifaciẽdæ habet. Nã si id, de quo sermo habetur, eiusmodi esset, ut humanarũ uirationũ & argumentationũ cõprehendi posset,nihil à Græcanica sapiẽtia differret. (nã &illi quodcunq; cõprehẽdere ualuerint,illud etiã esse cẽsent.)sed qm̃ eam naturã, quæ in superis sedibus,rebus præsidet uniuersis,cogitationes & rationes humanæ assequi & cõprehendere nõ possunt: idcirco fides in locũ rationũ succedit ad ea, quę superãt rationẽ & cõprehensionẽ,enitẽs. Propterea,quẽadmodum de Moyse Act.7. dicit scriptura,q̃ eruditus esset omni sapiẽtia Aegyptiorũ: ita etiã magnus iste uir, quum omnem Græcorum eruditionẽ ac disciplinã perscrutatus esset, factoq; periculo didicisset,q̃ infirmæ eorum opiniones atq; sententiæ sint, quamq; parum sibi constent:discipulus Euãgelij fit. ac priusq̃ per mysticã & incorporeã natiuitatem institutus esset, adeõ rectè atq; præclarè sese in uita gerebat, ut nullas peccati sordes ad lauacrũ afferret. Quũ autẽ degeret in Aegypto in magna Alexandri urbe, in quã ex omnibus partibus philosophiæ ac medicinæ studiosa iuuentus confluebat:molestũ spectaculũ æqualibus erat adolescens supra ætatem sobrietate rẽperantiaq; ornatus. Eius enim uitæ puritatis & integritatis laus impurorũ probrum ac dedecus erat. Vt igitur aliquã excusationem intemperantes ac libidinosi haberent,si ipsi non soli tales esse uiderentur:insidias cõminiscuntur, & uafrum quoddam consilium excogitant, ut aliquam notam & maculam magni illius uiri uitæ inurerent.ac producitur ab eis,quæ illum calumniaretur mulier cula meretrix,quę corpore quæstum faceret,infamia irrogata ex carcere dimissa.quumq; ille pro consuetudine cum uiris doctis atque delectis in habitu graui & honesto de quadam quæstione philosophica dispiceret,unaq; se cum illis exerceret,muliercula accedit ineptis gestibus formam ostentans, & mollitiem luxumq; præ se ferens, & peromnia quæ & dicebat & faciebat, sese consuescere cum eo simulans: tandem dicebat se mercedibus fraudatam esse,adijciens etiam causas præ impudẽtia, pro quibus querebatur se mercedibus esse fraudatam. At quum illi, qui eius uitæ puritatẽ & cõtinentiam non ignorabant,indignarentur,& ira aduersus mulierculam commouerentur:neque unà perturbatus est cum ijs, qui ipsius nomine stomachabantur:neque quicquam eiusmodi dixit,quum calumnijs premeretur, quale pronuntiare par esset eum,qui grauiter molestęq; rem ferret:non testes uitę aduocauit:nõ iureiurando probrum ab se retecit:non malitiam eorum,qui hæc aduersus eum machinati erant, conuicit: sed submissa atque sedata uoce conuersus ad quendam familiarem,Heus tu,inquit,numera ei pecuniam, ne diutius importunitate sua propositæ quæstionis tractatum conturbet. Quum autem is, cui hoc iniungebatur, à meretricula scisciatus quantam pecuniam ab illo posceret, sine mora omnem adnumerasset:atque ab lasciuis & proteruis aduersus sobriũ & cõtinentẽ insidijs peractæ essent: & iã in manibus illius infamis luerũ esset:tunc diuinitus & cõtinentia adolescẽtis probatur,& calumnia æqualiũ patefit. Simul enim atq; manu pecuniã accepit,spiritu infelici atq; maligno correpta fremituq; immani atq; ferali, diuerso à uoce humana sono ingemiscẽs,collabit prona in medio cœtu cõgregatorũ, spectaculũ horrẽdũ atq; terribile præsentib.repẽtẽ facta,quũ & capillus, quẽ suis manib.uellebat,[a] dilaceratus atq; dilectus,& oculi inuersi essent,& os spumã emitteret. Ac

[a] Διεσπαρμένος, habet uetustũ: cætera, διεσχισμένος.



ret. Ac nõ prius à dęmonio suffocari desijt,q̃ magnus ille Deum pro ea inuocasset atq; placasset. Talia de adolescentia magni illius uiri narrantur,digna profectò insequentis eius uitæ principia. Et quidẽ miraculũ tantũ est,ut etiamsi nullũ aliud præterea proferre liceret, ob hoc solum à nemine eorũ,qui uirtute excelluerunt, secundas laudũ partes debeat obtinere, diues,adolescens,peregrè extra patriæ fines degens, in populosa urbe habitans: in qua propterea quòd adolescentes ad arbitriũ & libitum uoluptatibus indulgerent,uitæ puritas dedecori haberetur ab ijs,qui sobrij sanaq; mente præditi non essent: quũ nec mater de uita curiosè inquireret, nec pater uitã quotidianã moderaretur,in tantã, sese à uitijs & affectibus seiungendo, uirtutẽ eius est,ut præsidẽ rerum uniuersarũ,qui per grauem plagam calumniam mulieris detexit atq; cõfecit,testẽ uitæ suę faceret. Ecquod maius aliquis ad laudandum argumentũ excogitare possit?qui possit hũc ipsum aliquis dignè ac pro meritо admirari?qui quũ ratione naturam deuicisset,ac ueluti mansuetũ quoddam animal,iuuentutẽ sub iugum rationis misisset,omnibusq; affectibus naturalibus insitis gentibus superior fuisset,& inuidiã, quę omneis res eximias inuadere solet,aduersus se excitasset,etiam hac superior fuit, quippe neq; ad ulciscendum insidias sodalium cõmotus,& eam,quæ illis in subornando probro operam nauauerat,per orationem ab afflictione dæmonis liberatam beneficio prosequutus est. Talem per historiam cognouimus etiã Iosephum fuisse,cui ad arbitriũ quidẽ cum uxore Domini scelus perpetrare promptũ erat, quũ illa ipsa decori adolescentis insano amore Gen.39. capta esset: nec quisquã hominum eorũ, quæ ausi fuissent, testis & arbiter futurus erat.sed etiam ille, quũ se diuinum oculum inspectorẽ eorum, quæ cõmitterentur, habere intelligeret, malus esse uideri, quàm fieri præoptauit, maleficorum potius pœnas atq; incõmoda subiens,quàm maleficus euadẽs. Sed licet forsitan huic etiã aliquanto amplius,quàm illa continet historia,gloriari. non enim æquè magnum affert momentum ad auersationẽ piaculi tum adulterij scelus, tum id, quod in minori delicto uituperationẽ habere uidetur. Itaq; qui,ubi periculum & metus à legibus non impendebat,ipsam uoluptatem per peccatum conciliandam,per sese longè formidabiliorẽ quàm pœnam esse iudicabat, aut præcessit & superauit Iosephũ amplitudine & magnificentia miraculi,aut prorsus non habebitur inter secundos. Ac principium quidem uitæ tale est:ipsa uerò uita quæ? Posteaquam omnibus disciplinis externæ sapientiæ percursis incidisset in Firmilianũ quendam patricium Cappadocem simile moribus & ingenio,(ut ille in sequenti uita ostendit,quum Cæsarienſium ecclesiæ ornamento fuit:) & animi sui consilium ac uitæ[a] propositum amico patefecisset, quòd ad Deum uidelicet spectaret: & illius studium circa idem desiderium conuenire intellexisset,relicto omni studio externæ philosophię accedit unà cum illo ad eum,qui in illo tempore Christianorum philosophiæ princeps erat(Hic autem erat Origenes,cuius propter scripta,fama celebris est:)etiam per hæc ostendens non modò studium discendi atq; industriam, uerumetiam sedatum ingenium & animi moderationem. Quum enim tanta sapientia plenus esset, alio in sacris disciplinis uti magistro non dedignarus est.quumq; apud magistrum iusto tempore in disciplinis perseuerasset, multis detinentibus eum in solo peregrino, hortantibusq; ac rogantibus, ut apud ipsos maneret, reliquis omnibus præferendam ratus eam terram, quæ ipsum tulisset, & in lucem edidisset, in patriam denuo reuertitur, uarias sapientiæ atque scientiæ diuitias, quas tanquam mercator quidam cum omnibus claris atque probatis in studijs externæ doctrinæ uiris conuersans acquisiuerat, inuehens atque importans. Ac profectò si quis uerè iusteq; res æstimet, ne hoc quidem prorsus ad commendationem nominis parum momenti habere uidebitur, quòd tantæ urbis communi consensu adhibitas preces auersatus est: nec omnium sapientium delectorumq; in ea uirorum, ut maneret operam dantium, studium, nec principum uirorum inibi uersantium, & ut hoc ipsum fieret cupientium egregiam uoluntatem magni fecit. qui omnes id unum agebant, ut magnus ille maneret apud eos tanquam conditor

[a] In antiquo est, φροντιστηρίου: in cæteris fit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uirtutis & uitæ legumlator futurus. sed ille omnibus modis superbiæ materiam fugiens, quòd haud ignoraret, uitium superbiæ improbæ sceleratæq; uitæ plerunq; causſam & occasionẽ præbere solere, ueluti portum quendam, quietam in patria uitam ingreditur. Quum aũt uniuersa natio eum intueretur, omnibus expectãtibus, ut in publicis conuentibus diuulgata sua eruditione, aliquẽ fructũ diuturnorum laborum caperet ex his partã nominis claritudinẽ atq; celebritatẽ: haud ignorans ille magnus, quibus rebus ueram philosophiã à ueris ac perfectis sui cultoribus publicari atq; diuulgari conueniat, ne quando animus eius aliqua ambitione uulneraretur (Laus enim auditorũ magnam uim habet, uigorẽ ac firmitudinẽ animi fastu quodã ac gloriæ studio inflandi atq; soluendi:) idcirco silentio utitur pro documento atq; ostentatione suæ eruditionis, re ipsa nõ uerbis ostendẽs reconditũ in animo thesaurũ. quumq; sese à turbis forensibus, & ab urbana uita penitus seiunxisset, in solitudine quadã secum solus, ac per sese cum Deo uersabatur, uniuersi mundi rerumq; mundanarũ paruam curam gerens, nõ de regibus curiosẽ inquirens, nõ magistratus excutiens, non ex aliquo cõmemorante audiens, ut res quæq; publica administraretur: sed ut animus uirtute perfectus euaderet, solicitus, ad hoc omni studio per totam uitam contendebat atq; enitebatur: seculoq; omni ac rebus secularibus ualedicens, alter hic nostris temporibus planè Moyses fuit, qui cum illius miraculis certaret. Exiuerunt uterq; ex turbulento strepitibusq; & clamoribus circunsonanti hoc seculo, Moyses & Gregorius suo uterq; tempore per se priuatã uitam degentes, quoad reuelatione & apparitione diuina utriusq; puræ uitæ lucrũ manifestaretur. sed Moysen quidẽ unà cum philosophia etiã uxor sequebatur: Gregorius aũt coniugem sibi solam uirtutẽ adiunxit. Quũ igitur id, quod uterq; agebat, eodẽ pertineret (causſa enim finalis, ad quã uterq; à uulgo secedẽs spectabat hæc uidelicet erat, ut puro animi oculo liceret eis diuina mysteria animaduertere atq; cõsiderare:) iudicare licet uirtutẽ rectè spectare scienti, utrius horũ uita per uacuitatẽ humanorũ affectuũ magis trãsacta sit: illiusne, qui ad legitimũ atq; cõcessum uoluptatum usum descenderat: an huius, qui & uoluptatẽ superauit, & materiali crassæq; affectioni, nullũ aduersus se aditũ dedit. Cæterũ quũ Phædimus, cui diuinitus à spiritu sancto præscia (futurorũ) uis quædã inerat: in illo tempore Amasensium ecclesiæ antistes esset, & omni studio laboraret, ut magnũ Gregoriũ in potestatem redactum, ecclesiæ administrationi præficeret, ne tantum bonũ otiosum & infrugiferũ uitã transigeret: ubi hic sacerdotẽ id agitare atq; conari sensit, cogitare cœpit, qua ratione latere posset, aliàs ad aliam solitudinẽ transiens. Sed posteaquã nihil nõ intentatũ relinquens, ille uir magnus Phædimus, & omni machinatione atq; solertia utens non poterat uirum ad sacerdotiũ adducere innumeris oculis præcauentem, ne quando manu sacerdotis caperetur: atq; uterq; inter sese studio certarent, illo quidem capere, hoc uerò persequentis manus effugere cupiente (nam ille sciebat se sacrum Deo donarium oblaturũ esse: hic autem uerebatur, ne quomodo sibi sacerdotij cura tanquã onus quoddam uitæ imposita, ad philosophiam impedimento esset:) idcirco impetu quodam diuino Phædimus ad propositũ studium productus, nihil curans interiectum spatium, quo ab Gregorio dirimebatur (quippe ille aberat itinere triduí:) sed ad Deũ suspiciens, precatusq; ut & ipse & ille pariter in illa hora ab Deo respicerentur, loco manus impositionis Gregorio adhibet sermonem, Deo consecrans eum, qui corpore corãm non adesset: & illam ei ciuitatem destinans atq; attribuens, quam contigerat ad illa ipsa usq; tempora deò simulachrorum errori deditam esse, ut quum infiniti essent, qui & ipsam urbem, & regionem circumiacentem incolerent, nõ plures quàm septendecim inuenirentur, qui sermonẽ fidei recepissent. Sic igitur iugum subire coactus, omnibus posthæc, quæ fieri solent, solennibus in eo peractis, quum exiguum tempus ad mysterium exactius cognoscendum ab eo, qui sacerdotium ipsi assignauerat, petijsset, nõ amplius, ut inquit apostolus, carni & sanguini adhærendum esse & acquiescendum putabat, sed ab Deo sibi occulta manifestari perebat: ac non prius prædicationem sermonis

ἐορίαν, antiquum habet: priorem, reliqua.

Exod. 25.

Gal. 1.



sermonis aggredi sustinuit, quàm per quandam apparitionem ei ueritas reuelaretur. Quum enim per totam noctem aliquando de ratione atq; sermone fidei dispiceret & specularetur, & uarias animo cogitationes agitaret. (Erant enim nimirum etiam tunc nonnulli, qui piam & synceram religionis doctrinam adulterarent, ac per probabiles argumentationes sæpenumerò etiã doctis & prudentibus ueritatem facerent ambiguam:) pro qua tunc ei peruigilem curis atq; solicitudine noctẽ agenti quidam in figura humana, facie ac forma senili euidenter apparet, ornatu atq; compositione indumenti augustum quendam sacrum ac diuinũ referens decorem, magnam gratia uultus atq; dispositione figuræ præ se ferens uirtutẽ. Hic uerò uisu perterritus & surgere è lecto, & quis esset, cuiusue rei gratia uenisset, scisciari, quum autem ille perturbationem mentis eius submissa uoce sedasset ac dixisset, se iussu diuino apparuisse ei propter eas rationes, quę apud ipsum cõtrouersæ & ambiguæ essent, ut piæ fidei ueritas reuelaretur: & bono animo esse audito sermone, & cum quodam gaudio atq; consternatione illum cõtueri. deinde quum ille directo manum protendisset, & quasi ostenderet ei per digitorum directam protensionem id, quod ex transuerso apparebat: hic & unà cum directa manus protensione circumagere suum obtutum, & uidere aliud spectrum aduersum ei, quod prius apparuerat, in figura muliebri excellentius quiddam & augustius, quàm pro humana conditione. rursus autem perterritus & facie auersa uultum demittere, ac perplexus & dubitabundus hæsitare de spectaculo, quum oculis apparitionem ferre non posset. (etenim miraculum uisionis nimirum in hoc potissimùm erat, quòd quum nox esset obscura, lumen unà cum ijs, qui apparuerant, ei effulxerat, quasi aliqua lucida tæda accensa.) quum igitur oculis ferre apparitionem non posset, eorum, qui sibi apparuerant, inter sese rationem eius rei, de qua ambigebatur, exponentium sermocinationem audiuit: per quam non solùm accepit ueram cognitionem fidei, uerumetiam nominatim eos, qui apparuerãt, cognouit, utroq; eorum propria appellatione alterum alloquente. Audiuisse enim dicitur ex ea, quę in muliebri habitu uisa erat, quum hortaretur Euangelistam Ioannem, ut adolescenti mysteriũ * uiræ pietatis aperiret ac declararet. Atq; illum dixisse, se paratũ esse etiam in hoc matri domini gratificari, quoniam hoc ei cordi esset. atq; ita, exposito sermone, qui & rei quæsitæ conueniret, & ad modum bene definitus & circumscriptus esset, rursus ex oculis discessisse. atq; hunc extemplò diuinã illam institutionẽ ac disciplinã lite ris mandasse, & secundũ illã posteà in ecclesia sermonẽ prædicasse, ac posteris tanquam patrimoniũ quoddam & legatum, diuinitus daram illam doctrinã reliquisse, per quã usq; in præsentem diem instituitur illius ciuitatis plebs, quæ ab omni hæretica malitia intacta permansit. Porrò mysticæ illius disciplinæ uerba hæc sunt:

*VNVS est Deus pater uerbi viuẽtis, sapientiæ subsistentis & potẽtiæ, & figuræ æternæ, perfectus perfecti genitor: pater filij unigeniti. Vnus dominus solus ex solo, Deus de Deo, figura & imago deitatis, verbũ efficax, sapientia constitutionis rerum uniuersarum comprehensiua, & potentia totius creaturæ effectrix, filius verus veri patris, visum effugiens visum effugientis, & corruptioni non obnoxius nonobnoxij corruptioni, & morti non obnoxius morti non obnoxij, & æternus æterni. Vnus Spiritus sanctus, ex Deo ortum & existentiam habens, quiq; per filium apparuit videlicet hominibus, imago filij perfecti perfecta, uita viuentium causſa, fons sanctus, sanctitas sanctificationis suppeditatrix, per quem manifestatur Deus pater, qui est super omnia & in omnibus, & Deus filius, qui per omnia permanat. Trinitas perfecta, quæ gloria atq; æternitate & regno non diuiditur neq; abalienatur.*

Ergo neq; creatum quicquã aut seruum in Trinitate (est) neq; adscitium quicquam & aduentitium, ut quod prius quidem non esset nec suppeteret, posterius autem introductum sit. neq; uerò deest unquam filius in patre: neq; in filio spiritus: sed

* In uetusto, ἀναδείξαι, habetur: in cæteris, ἀναδείξαι.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed immutabilis & inalterabilis eadē semper Trinitas est. Quòd si quis sibi fidem de hac re fieri cupit, audiat ecclesiā, in qua sermonē prædicabat. apud quā illa ipsa uerba à beata illa manu exarata adhuc etiam nunc conseruantur. An non hæc cum diuinis illis tabulis magnitudine gratiæ certant? Illas dico tabulas, in quibus diui-
Exod. 26. næ uoluntatis constitutio insculpta & exarata est. Quemadmodum enim Moyses dicit scriptura, quum extra id, quod apparet, euasisset, & intra inuisibilia adyta animo constitutus esset (hoc enim obscurè per caliginem significatur:) & didicisse diuina mysteria, & sese omni populo authorem & institutorē Dei cognitionis fuisse: eandem licet etiam in hoc magno uiro animaduertere dispositionē. cui loco montis quidem erat, non sub sensum cadens aliquis collis, sed altitudo desiderij uerarū sententiarum & opinionum, caliginis autem uice, spectaculum, cuius spectandi alij capaces nō sunt: tabularum uerò loco, animus: loco literarū in tabulis exaratarū, eius quidem apparuit uox. quibus omnibus & ipsi, & ijs, qui ab illo in sacris instituebantur, contigit manifestatio atq; declaratio mysteriorum. Postquam igitur animi alacritate quadam, fiducia atq; libertate per illam uisionē repletus est, quemadmodum athleta quidā sufficientes apud pædotribam uires atq; peritiam ad certamina adeptus, præsenti animo atq; fiduciæ pleno in stadio se exuit & expedit, & cum aduersarijs decertat: eodem modo etiā ille quum sicuti oleo corpus ungentes athletę uires cōfirmare solent, tum sui exercitatione, tum auxilio gratiæ, quę ibi apparuerat, animū satis confirmasset, ita demū ad certamina aggreditur. neq; enim alter atq; labores & certamina uocari oportet omne tempus uitæ, quod administrando sacerdotio transegit: in quo per fidem omneis aduersarij copias fregit atq; deuicit. Nam quū relicta solitudine protinus urbem peteret, in qua oportebat eum ecclesiam Deo constituere, ubi cognouit omnē regionē fraudi dæmonū obnoxiam esse, ac ueri quidem Dei templū nusquam extructū, urbem uerò totam atq; agrū uicinū aris, sacellis & statuis repletū esse, quū tota natio id sibi studio haberet, ut delubra simulachrorū atq; sacella exornarentur, & homines in insano simulachrorum cultu, qui pompis, ceremonijs atq; immunditijs ad aras fieri cōsuetis cōfirmaretur, permanerēt: quemadmodū strenuus quidā miles cum duce copiarū, cuius robore potissimū ac uirtute acies aduersariorū stet, congressus, illo deuicto imperio eius parentes in fugā uertit: eodem modo etiā magnus iste uir ab ipsis dæmonibus rem bene gerere orditur. sed qua ratione? Quū prætereuntē à solitudine ad urbem uersus uesper oppressisset, & imber uiolentior urgeret, unà cum comitibus templum quoddā intrat. Templū aūt illud celebre erat: in quo qui colebant dæmones mant festò se offerre & accedere ad antistites tēpli & ædituos solebāt: quippe diuinatio quædā ab eis exercebatur, & oraculū edebatur. quū se recepisset igitr cū comitibus in illud templū, dæmones quidē statim inuocatione nominis Christi perterrefecit. figura aūt crucis nidoribus inquinatū aera quum expiasset atq; lustrasset, quod facere solitus erat, noctē totam orationibus & laudū decantationibus peruigilē transegit, adeò ut in domū orationis transformaretur ædes illa, quę & altariū sordibus & immunditia conspurcata, & statuis odiosa atq; abominabilis erat. Hoc itaq; modo nocte ab eo transacta, circa diluculum rursus iter suum porrò facere pergebat. quū autem antistes mane cōsueto officio dæmones coleret, oblata ei dæmonia dixisse feruntur, nō sibi patere posthac amplius aditū ad templum, propter eum, qui in eo diuersatus esset. atq; ille lustratorijs piacularibusq; sacrificijs & hostijs utens per hæc ad immigrandū rursus in templū dæmonia dicitur inuitare conatus esse. ut aūt nihil nō tentantis studium irritū & inefficax erat, dæmonibus nullo modo, sicuti consueuerāt, eius inuocationi obtēperantibus: tunc ira atq; indignatione furibundus quū sese proripuisset antistes magnū illum uirū assequitur, grauissimas & maxime terribiles quasq; minas intentans, quòd & ad magistratus eum delaturus, & manu aduersus eum usurus, & Imperatori audaciā indicaturus esset, q; nimirū Christianus & Dijs inimicus tēplū ingredi ausus esset: cuius introitu auersa esset ea, quæ in sacris operaretur uis, nec amplius ut consuesset, in ijs locis uaticinandi dæmonū efficacia

οὗ τῆ εἰσόδῳ ἀπεστράφθαι, est, in uetusto. in cæteris, ἀ ἀλλὰ ἀπεσθαι.



efficacia uersaretur. Quum autem ille effrenatam & imperitam antistitis excandescentiam animo excelso spreuisset, & contra omneis minas ueri Dei auxilium obij ceret, ac diceret, quòd tantū fiduciæ haberet in uirtute atq; potentia sui propugnatoris, ut pro arbitratu eos & abigere posset undecūq; uellet, & introducere in quæcunq; loca sibi uideretur: earumq; rerum, quæ diceret demonstrationes se extemplò iam præbiturum esse pollliceretur: obstupefactus antistes & admiratus magnitudinem potestatis, [a] postulasse dicitur, ut ab his ipsis uirtutem ostendendi initium faceret, & inuitaret rursus & introduceret in templū dæmonia. quibus auditis magnus ille uir abscidisse exiguum quoddam frustum de codice dicitur, idq; quum in eo uocem quandam imperatricem aduersus dæmones exarasset antistiti dedisse. erant autem ipsa uerba literarū hæc: GREGORIVS SATANAE, INTRA. Atq; hanc scedulam acceptam dicitur antistes imposuisse altari: deinde quum consuetos eis nidores & impiamenta obtulisset, uidisse, quæ prius conspicere soleret antequam dæmones ex delubro eiecti essent. Quibus rebus peractis, eum cœpisse cogitare, quòd diuina quædam uirtus Gregorio adesset, per quā dæmonibus ualidior uisus esset. quum autē rursus eum festinando consequutus esset, priusquā perueniisset in urbem, rogauit eum, ut sibi mysteriū ab ipso discere liceret, & quisnam esset ille Deus, qui naturam dæmonū obnoxiam haberet. quū autem magnus ille uir paucis mysterium pietatis exposuisset, accidisse quiddam dicitur antistiti quale par erat accidere ei, qui in rebus diuinis non esset initiatus: ac uilius esse putasse, quam de Deo existimari conueniret, credere quòd numen diuinū per carnem hominibus apparuisset. quumq; ille contrà dixisset, quòd non uerbis ac rationibus huius rei fides confirmaretur, sed ex rebus mirabilibus, quæ fierent uim fidei faciendę mysterium haberet: antistes ab eo petijsse fertur, ut sibi liceret aliquod ab eo miraculum uidere, ut re ipsa, quæ fieret, ad assensionem & approbationē fidei adduceretur. Ibi uerò id, quod omnium maximè dictu incredibile est, magnū illud fecisse magnus ille dicitur miraculum. Quū enim postularet antistes, ut saxum quoddam ingens, quod oculis eorum subiectū prospiceretur, & non moueretur, absq; manu humana moueretur, ac per solam fidei uirtutem, iussū Gregorij ad alterum locum transferretur: nulla interiecta mora magnus ille statim imperasse dicitur saxo tanquam animato, ut transiret ad illum locū, quem designasset. quo facto, extemplò credidisse sermoni dicitur antistes: ac relictis omnibus, cognatione, familia, uxore, liberis, amicis, sacerdotio, sede, possessionibus, loco omnium bonorū, quibus abundaret, duxisse, si magni illius consuetudine frui, & laborum, diuinæq; illius philosophiæ atq; eruditionis una cum illo participi sibi esse liceret. Sileat ad hæc omnis [b] ars tificiosa scriptorum inuentio, res amplas atq; præclaras arte quadam dicendi augendo, amplificando atq; exaggerando in maius extollens. Non enim eiusmodi miraculum est in ijs, quæ cōmemorata sunt, quod ui ac facultate dicentis uel maius, uel minus fieri possit, q; re ipsa est. Quid enim dictis aliquis adijciens miraculū amplificabit & exaggerabit? qua ratione uerò quis audientibus admirationē rei gestæ minuerit? Saxum abstrahit à saxis eos, qui saxis & lapidibus mancipati seruiebant: lapis præco diuinæ fidei, & dux infidelibus ad salutem existit, non uoce quadam atq; sermone diuinam potentiā celebrans atq; diuulgās, sed suo facto Deum, qui ab Gregorio annuntiaretur, ostendens: cui omnis ex æquo obnoxia creatura obtemperat, non solùm quæcunq; sensu prædita, spirat & animata est, uerumetiam si qua extra hās est, ita iussa famuli accipiunt, quasi sensus expertes non essent. quis enim lapidis auditus? quis iubentis potestatis sensus? quæ uerò uis in eo transeundi? quę membrorū & artuū fabricatio atq; instrumenta? sed omnia hęc & eiusmodi lapidi præstat iubentis uirtus atq; potestas. quā spectans antistes ille statim fraudem dæmonū, quæ ad seducendum humanā naturam adhiberetur, & animaduertit & abominatus est, & ad Deum uerū traductus atq; cōuersus est. quippe qui per ea, quæ à seruo gesta erant, ineffabilem & inexplicabilem Domini potentiam esse cōfecisset. Nam si tanta serui potētia, inquiebat, ut uerbo moueat res immobiles, &

imperio

[a] Locus mutilus esse uidetur, desideratq; dictio, ut fortem, uel fortis & æquipollens.

[b] τεχνικὸν est in antiquot. in cæteris δόκιμον.

[c] κατασκευή est in antiquo. in cæteris, διακονή.

Universidad de Deusto
Biblioteca



imperio utatur aduersus res sensu carentes, & hortetur res inanimatas: quantam copiam potentiæ Domino rerum uniuersarū adesse cogitare atq; cōijcere par esset cuius uoluntas ueluti materia quædā fuit & fabricatio, & uis tum ipsius mundi, rerumq; omniū, quæ in eo sunt, tum earū rerum, quæ supra res mundanas sunt? Hinc magnus ille rem bene gerere aduersus dæmonas exorsus, ac ueluti trophæū quoddam aduersus deuictos antistitē circunducens, quum & fama sui, gentē ante percu lisset & obstupefecisset, ita demū cum fiducia animoq; alacri atq; confirmato urbē inuehebatur, nō curribus & equis & mulis & multitudine comitū assectantiū sese ostentans, sed uirtutibus undiq; stipatus. Omnibus aūt urbis incolis populariter ac uulgò cum coniugibus & liberis uelut ad nouū quoddam spectaculū uisendū obuiam effusis, & omnibus uidere cupientibus, quis esset ille Gregorius, qui homo licet esset, eos tamen, qui apud ipsos pro dijs haberentur, tanquā rex quidam in potestate haberet, pro imperio ferens & agens quocunq; uellet, & undecūq; uellet, prout uisum esset, dæmonas sicuti mancipia ejiciens, & eodē rursus, si uideretur, introducens: quisq; cultorē illorum adduceret tanquā iure ac potestate quadā sibi mancipatum habens despicientē & honorē, quo antè prædītus esset, & huius consuetudinem, cum omnibus, quę habuisset, facultatibus & copijs cōmutantem. Tali nimirum animo atq; opinione omnibus eum ante urbē expectantibus, ubi ad eos peruenit, omnibus eū intentis oculis cōtuentibus, tanquā syluam quandā inanimā homines prætergressus, ad neminē eorum, qui obuiam ueniret, sese conuertēs, sed rectā ad urbem uadens multo magis eos in stuporē & admirationē adduxit, famā superare intuentibus apparens. Quòd enim magnā urbem primū inueheretur, quū nihil et tale consuetū antea fuisset, deinde cum stupore nō admiraretur tantū propter se populum congregatū esse: sed ueluti per solitudinē iter faciens seipsum duxat & uiā spectaret, ad neminē eorum, qui circū se collecti essent, sese cōuertens, hoc nimirū supra miraculum, quod in saxo translato editū erat, hominibus esse uidebatur. Idcirco quū admodum pauci essent, ut suprà cōmemoratum est, qui ante administrationē eius fidem suscepissent, quali tota ciuitas honorē sacerdotio eius haberet, ita in urbem ingrediebatur, prosequentiū turba undiq; frequenti stipatus. Quoniā autē protinus ut attigit philosophiā omnibus rebus se ueluti onere quodam leuauerat: nec quicquā ei rerū ad hanc uitā necessariarū supererat, non ager, non locus, nō domus: sed omnia ipse sibi erat, (imò uerò uirtus & fides ei patria erat & sedes & diuitiæ,) ut igitur urbem ingressò domus ad requiescendū ei nusquā uel ecclesiæ uel ipsius propria erat, comitibus eius trepidantibus atq; solicitis quomodo diuerteretur, & à quibus tecto reciperetur, anxijs: quid hæc, inquit magister ad eos, quasi extra protectionē Dei cōstituti anxij atq; soliciti inquiritis, ubi corpora reficere atq; curare oporteat? an parua uobis domus, Deus esse uidetur? si quidem per eum uiuimus & mouemur & sumus? an arctum & angustum cœleste tectum uobis uidetur? & præter hoc aliud diuersorium quæritis? una uobis domus studio curæq; sit, ea uidelicet, quæ cuiusq; propria est, quæ per uirtutes ædificatur, & tollitur in altum. hoc solum uobis curæ atq; solicitudini sit, ne eiusmodi uobis habitaculum nō paratū nec instructum sit. Nam terreni parietes ijs, qui cum uirtute uitam transigunt, circundari, nihil commodi adferunt. quinimò par consentaneumq; fuerit ab ijs, qui uitijs atq; nequitia coinquinantur, parietum usum studiosè atq; cum cura institui atq; parari: propterea quòd domus occultarum plerunq; turpitudinum uelamentum existit. at quorum uita cum uirtute trāsigitur, in his nihil est, quod parietes obtegant & obuelent. Atq; hæc eo ad familiareis dicente, assistens uir quidam insignis, qui genere, diuitijs, reliquisq; opibus inter primos numeraretur (Musonius ei nomen erat) ut uidit multos idem officium deferre paratos, & id agentes, ut in suas ædes uirum reciperent, quum cæteris anteuertisset, gratiam præripit rogans magnum illum uirum, ut suo hospitio uteretur, & introitu domum honestaret, quo & augustior & in sequenti seculo celebris & memorabilis ea euaderet, tempore etiā ad posteros memoriā eiusmodi honoris trāsmittente. quum

ἀ ἐστὶ παντοδῶν: est in antiquo: in cæteris, ὁ βίος ἐκάθαιρεν.



quū aūt multi etiam alij concurrerent, & eadē rogarent, æquū esse iudicans gratificari ei, qui tēpore prior in deferendo officio fuisset, quū cæteros benignè salutatos uerbis honorificis inuicē prosequutus dimisisset, ad priorē diuertit. Quòd si hi storia rerū ab eo gestarū nihil præter rerum narrationē cōtinet & incondita est, q̄ sermo noster consultò prætermiserit eas, quę solerti quadam excogitatione adhiberi rebus solent, amplificationes & exaggerationes: fuerit etiā hoc nō leui apud eos, qui recto iudicio res æstimāt, testimonio atq; argumēro, q̄ nullo modo de industria miracula uiri, cuius memoriā celebramus, exaggerētur: sed rerū eius memoria sufficiat ad perfectissimā laudē: tanq̄ natiua quędā pulchritudo, quæ nullius lenocinij superuacua adhibita cura in facie efflorescit. Quū aūt exiguo numero essent, qui sermonē antè audiuissent, prius q̄ dies præterijsset, & sol occidisset, adeò multi primo cōcursu accesserunt, ut ad constituendū populū multitudo eorū, qui crediderant, satis magna esset. Postridie eius diei simulatq; diluxisset, rursus hominū multitudo frequens cū uxoribus & liberis, irē senilis ætas, & quibuscūq; ex dęmonū iniuria, aliāue qua ui calamitas corporis acciderat, pro foribus præsto erant, & ille in medio eorū ad id, quod cuiq; eorū, qui cōuenerant, opus erat, sese uirtute spiritus impertiēs, prędicans, unà disputans & examinās, admonēs, docēs, sanans. Hac eā utiq; re potissimùm multos ad prędicationē adducebat, quòd ea, quæ uidebantur cū ijs, quæ audiebātur, cōgruebant & cōueniebant, atq; per utraq; diuinæ uirtutis in eo notæ atq; indicia relucebant. Nā aures quidē sermo, oculos uerò ea, quę circa infirmos edebātur, miracula stupore & admiratione captos tenebāt. Si quis lugeret, consolationē accipiebat. iuuenis & adolescēs castigabatur & emēdabātur modestiāq; discebat: senex conuenientibus ætati sermonibus curabatur. serui, ut erga dominos fideles essent: qui potestatē in alios haberent, ut erga subditos humanitatē præstarēt, admonebātur. pauper unas diuitias esse uirtutē docebatur: quā omnibus abūdē acquirere liceret. Si quis diuitijs floreret ita, ut par erat, admonebat, quū administrator ac dispensator, nō dns esse facultatū doceretur. mulieribus cōuenientia atq; accōmodata: pueris cōperentia atq; utilia: patribus ipsos decētia quū tribueret, & omnibus omnia fieret, & omniū uicē præstaret, tantū sibi auxilio spiritus repētē populū adiūxit, ut ad templi fabricationē animū adijceret, quū omnes offerendo tā pecunias, q̄ operas suas, studiū eius adiuuarēt. Hoc est tē plum, quod usq; adhuc ostēditur: quod magnus ille uir statim aggressus ueluti fundamentū quoddā atq; crepidinē sui sacerdotij initio instituit atq; molitus est, diuino quodā conatu & auxilio supero opus absoluēs: quemadmodū insequētis tēporis testimonio cōprobatum est. Quū em grauissimus aliquādo ciuitati nostris tēporibus terræmotus accidisset, atq; omnes propemodū funditus perijssent, omnibus tā publicis, q̄ priuatis ædificijs collapsis, [a] dissectis ac desolatis: solum illud tē plum illęsum & inconcussum mansit. ut uel per hoc pateat, cum qua ui atq; uirtute magnus ille uir res suas capesseret & aggrederetur. Verùm hæc quidē multis temporibus pōst in testimoniū fidei magni illius uiri à diuina potentia designata sunt. tunc aūt quū omnes tam illius urbis incolæ, q̄ uicini apostolicis miraculis obstupefacti essent: & quicquid ab eo uel diceretur uel fieret, diuina uirtute & agi [b] & dici credidissent: ne secularium quidē ac temporaliū controuersiarū aliud ullū iudicium sibi magis ratū ac firmū, maioris ue authoritatis esse putabant: sed omnis quæstio discepratioq;, & omnis intricatus & explicatu difficilis negociorum nexus illius consilijs & admonitionibus resoluebatur & dirimebatur. Vnde quū communiter uniuersis, tū singulis illius beneficio tam æquitas rectaq; iuris constitutio, q̄ pax erat: magnūq; bonorū tū publicē tū priuatim incrementū, nulla malitia, nullāue fraude mutuam cōcordiā imminuēte. Forsitan aūt nō intempestiuū fuerit unū eius decretū atq; sententiam cōmemorare: ut iuxta prouerbiū, totus pānus ac tela à nobis ex fimbria cognoscatur. Etenim quū multas subditorum cōtrouersias Solomon decretis suis & sentētijs interpositis dirimisset, per unū dūraxat eius decretū satis habuit omnem uiri prudentiā ostendere diuina scriptura. quum inter duas

[a] In uetusto exemplari est, ὁρεσιωδόντων: in cæteris ὁρεσιωδόντων: ego utrunque reddidi.

[b] Τελεῖσθ, habet uetustū: cætera λέγεσθ. Nota ecclesiasticæ iurisdictionis originem.

3. Reg. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



matres ius dicens, quando quidē iniuria atq; improbitas probari atq; conuinci nō poterat: utraq; earū pariter mortuū quidem infantem auersante, superstitem uerò uindicante: solertia quadam ac uafro consilio, latētem ueritatē statuit inuestigare. Quoniam enim testibus, improbitas & nequitia carebat, ac par utriq; tam mendacij, q̄ ueritatis suspicio erat: naturam sibi in testimonium ueritatis adhibuit, per simulatas & fictas minas quid ageret & in animo haberet occultans. Quum enim quasi iussisset, ut tam superstitis, q̄ mortui gladio æqualiter dissectorum utriq; darentur dimidiatæ filiorum partes, rei ueritatis iudicium naturæ permisit. Vt enim una quidē lubenter id, quod imperatum erat, accipiebat, & carnificē urgebat: altera uerò maternis uisceribus cōmota se uictam esse cōcedebat, rogans ut filio parceretur (gratiam enim sese habituram [a] esse aiebat, si quouis modo insans seruaretur:) hoc arbitriū ueritatis rex esse reputans, ei, quæ sponte sua succūberet, & uinci se pateretur, sententiam uictricem largitur, exitimans quòd ea, quæ non curaret filium trucidari, ab natura argueretur, quòd non esset mater eius, cuius necem urgebat. Quam igitur nos contrà magni Gregorij cautæ cognitionem atq; decretū narrabimus? Duo quidam fratres erāt iuuenes, qui paternam hæreditatem nuper inter sese diuisissent, lacū unū uindicabant totū uterq; habere cōtendentes: & neuter alterū in societatē possessionis admittebat. Permittitur igitur magistro litē dirimendi libera potestas. qui quū ad locum (de quo controuersia erat) uenisset, suis ipsius legibus utebatur ad arbitriū, q̄d receperat, disceptandū, reconciliationē suadens, & ut amicè inter se cōcordarent, & pacis lucrū pluris, q̄ id, quod ex puentibus caperēt, æstimarēt, adolescētes adhortans. nā pacē quidē in perpetuū & uiuentibus & mortuis permanere: redituū uerò temporariū quidē esse usumfructū, q̄ferenā uerò ob iniuriā condemnationē. & quæcunq; par erat illū dicere reprimente & cohibentē insolētiā & immoderatā cupiditatē iuuēturis. Sed posteaq; adhortatio inefficax erat, & iuuētus æstuabat & inflāmabatur, ac spe lucri intumescens maiori iracundia exardescebat, & exercitus utriq; ex subditis parabatur, & manus cædis auida furore atq; iuuentute ducibus utens instruebat: tēpusq; cōflictus præstituū erat: pridie eius diei, quo prælio utriq; cōmittendum fuerat, quū homo Dei ad ripas stagni pmansisset, nocteq; pugilasset, miraculū quoddā Mosaicū edidit in aqua, nō percussione uirgę in duas partes, pfundum diducens, sed omnē eū locum in incultā & uastā terrā redigens cōtinentem diluculo ostēdit & aridū & humoris expertē, adeò ut ne in cōcauis quidē locis aliquas reliquias aquę haberet, qui ante preces fusas pelagi instar exundaret. Atq; ille quidē diuina ui hoc interposito decreto, rursus se domū recipiebat. adolescentibus uerò rebus ipsis edita sententia cōtrouersiā diremit. quū em̄ nō esset, cuius nomine bellū alter aduersus alterū parabāt, pax furorē excepit, ac rursus natura sese in fratribus ostendit. Atq; etiam nunc uidere licet diuinæ illius sententię euidentia signa. Nā undiq; circū illū locum, qui quondā lacus erat, uestigia quędā aquę alluuionis & inundationis adhuc etiā nūc extant. quicquid aūt tunc submersum erat, & in fundo aquę totū redactū est in nemora, loca habitata, prata & arua. Hoc iudiciū, quin primas teneat, ne clarū quidē illū ipsum Solomonē opinor cōtrouersiā esse facturum. Quid em̄ tantum ad utilitatem habet momenti, cōseruasse unum infantē, ad ubera duarum mulierum, quarum utraq; se matrem esse cōtenderet, adhuc lactentem: cui ad salutē prorsus nihil interesset, utrùm à matre, an ab altera sibi alimenta, pcurarentur: quantum duobus adolescentibus tribuisse salutem? qui nunc (primum) ad negocia sęculi progressi, in uigore iuuentutis circa ipsum ætatis florem, ira stimulāte eos ad mutuā cędem, quum alter in alterius perniciem manus armassent, acerbū hominibus illius gratis spectaculum paulo pòst edituri erant? in quibus periculum erat, ne uel ambo mutuis cædibus conficerentur, uel alter omnino se fraterna cæde contaminaret? ut prætermittam eos, qui una cum utroq; horum pari furore in acie starent. quorum aliorum aduersus alios conatus, ad id unum spectabat, ut aduersarios morte afficeret. Qui igitur iam decretā à mali illius prętoris cōcilio aduersus eos mortiferam sententiam per preces rescidit, & naturam rursus secum reconciliauit, & cędis studium in pacificā lætitiā cōuertit: quāto magis is iure admiratione dignus nomine cognitionis & decreti uideri debet, q̄ is, qui meretriculæ fraudē deprehēdit? Nā quod in aqua editum est miraculum, qua ratione repētē in terram incultā ea, quæ nauigabilis esset, trāsmutata, lacus in campum depressum redactus sit: itē quo pacto id quod pro mari illi loco prius esset, nūc eò redactum sit, ut fructus producat: id tacere atq; silētio prætereire cōsultius esse puto, quàm persequi oratione, quæ se unā cum dignitate & amplitudine rei, quæ narretur, erigere non possit. Quid em̄ eiusmodi didicimus in ijs miraculis, quæ literis mādata atq; perscripta sunt, quod huic comparādo par fieri posset? Inhibuit Iesus filius Naue cursum fluminis Iordanis: sed quamdiu arca erat in aqua. trāsgresso autem populo, atq; arca traducta rediit rursus amni cursum cōsuetum. Aqua nudatur in sinu rubro solum profundo subiectū, ad utrūq; latus à spiritu mari summoro. sed miraculū tāmdiu durabat, dū exercitus, qui in profundo per aridā ibat, traduceret. postea uerò rursus una aquæ facies apparuit. atq; ea, quæ ad exiguū tempus diducta fuerat, rursus cōtracta atq; cōsusa est. hic uerò, quod semel acciderat, sicuti factum erat, ita mānsit, adeò ut ne fides quidem miraculo, quod sancti illius precū efficacia editū est, diuturnitate temporis abrogari possit, quippe signa apparētia rē gestā in perpetuum testātur. Atq; ea, quæ de lacu quidē & dicūtur & ostēduntur, ita se habēt. Alterum uerò secundū hoc miraculum eiusmodi ab eo factum & ostēditur & memoratur. Amnis quidā per regionem illorum fluit, ipso nomine asperitatem & inclemētiam fluminis præferēs. Λύκος em̄, id est, lupus, eò quòd noxius esse soleat, ab accolis cognominatur. hic copiosus quidem & uehemēs etiā ex fontibus delabitur, Armenia per impędentes mōtes largum ei flumē suppeditāte. pfundus autem ubiq; & alueo depresso rupium ac præcipitiorum pręruptorū saxorū radices subterfluēs, multò magis uoraginibus hybernis exasperatur, omneis ex mōtibus cōfluenteis aquas in se recipiēs. sed in supina patētiq; ac plana regione, per quā excurrit, dū crepidinibus & molibus iactis utrinq; frequēter coarctarctur, in parte quadam super ripas effundebatur omne subiectum solū undis ex trāsuerso inuoluēs, adeò ut crebra nec opinātibus accolis loci pericula inuehērētur, nocte sæpè intempesta, aut etiā interdiu flumine agros inuadēte. unde nō plantæ modò, & segetes & pecora aquarum impetu peribāt, uerumetiā ad ipsos habitatores periculū peruenīebat, quippe ex improuiso aquis inundātibus ueluti naufragio quodam in propriis ædibus opprimebātur. Quū igitur fama miraculorū antè à magno isto uiro editorū per uniuersam nationē increbuisset, ac diuulgata esset: qui illā partē fluminis accolebant, uulgò domo profecti uniuersi uiri simul cum uxoribus & liberis supplices magno illi uiro fiunt, rogātes ut aliquod eis ex insperato malorum remedium quęreret & excogitaret. Omnia em̄ in eo Deum posse, quæcunq; cogitationibus atque rationibus humanis cōfici & explicari nō possent. nihil em̄ ab sese eorum, quæ pertinent ad cōsilium & uires humanas, prętermissum esse, saxorum molibus & aggeribus obiciendis, & si quid aliud aduersus eiusmodi mala excogitari solet, omnia expertos esse, & aduersus impetum mali resistere nō potuisse. ac quo maximè ad misericordiam ab ijs adduceretur, rogabant, ut ipse inspector calamitatis esse uellet atq; cognoscere, quòd fieri non posset, ut habitationem transferrent: quodq; omni tēpore mors eis ab imperu fluminis immineret. Quum igitur ad locum uenisset (nulla em̄ ei pigritia atq; desidia ad studium boni impedimento erat:) neque uehiculo præterea, nec equis, neq; alia re quapiam, qua (commodè) trāsuehi posset, usus esset: sed baculo quodam innitens, totum iter confecit, simul etiam cum comitibus suis & socijs itineris de sublimi spe serios & philosophicos conferens sermones. in quibus se præcipuè semper exercens, & in primis rationem eorū habēs, cætera accessoria potioris studij non magnoperè curanda esse existimabat. Vt igitur & ab ijs qui etiā antè duces itineris fuerant, ostensus est locus, ubi flumen ruptis aggeribus ab suo cursu deflexerat, & id ipsum, quod apparebat, cladē declarabat: quippe

[a] ἐχεμυθίαν, est in uetusto: in cæteris, εὐχαριστίαν.

Locus corruptus, quem cōiecturis adductus ita reddidi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



eruptione atq; impetu aquarū in profundā uoraginē locus excauatus erat: his uer-
» bis usus est ad eos, qui cōuenerant: Nō est hominū, fratres, inquit, regere terminos
» atq; distinguere motū aquæ: solius diuinæ potentiæ id opus est, intra terminos cō-
Psal. 103. » cludere atq; coercere cursum aquarū. Ita em̄ ait ad Deū, ꝓpheta: Posuisti terminū,
» quem nō transibit. Soli Domino creaturæ Christo elementorū natura subdita atq;
» obnoxia est, in quibuscunq; locis collocata fuerit, in his in perpetuum permanēs.
» Quoniam igitur Deus est, qui terminos aquis cōstituit, solus ille sua potentia etiā
» huius fluminis insolentem & inordinatum cursum coercere & impedire possit. Di-
xit, ac tanquam afflatu diuino animo consternatus, ac magna uoce Christum, ut
sibi ad propositum opus subsidio ueniret, precatus, scipionem, quem manu tene-
bat, in corrupto ripæ loco defigit. quum autem circa illam partem terra madida,
mollis ac laxa esset, & ponderi baculi simul & manui figentis cedens, facile subse-
dit ad imum. deinde precatus, ut hoc ueluti claustrum quoddam & impedimen-
tum insolētis & inordinati cursus aquarum esset, retro domum reuersus est, reipsa
demonstrans, quòd quicquid ab sese fieret, à diuina potētia administraretur. Pro-
tinus enim haud multo tempore pōst, baculus quidem radicibus in ripa actis, ar-
bor euasit. flumini uerò hæc planta pro termino fixa est, eaq; ad hoc usq; tempus
incolis loci quum spectaculo est, tum narrationis et commemorationis argumen-
tum præbet. Quum enim crebris imbribus atq; torrentibus (amnis) ille Lycus in-
undans ex consuetudine & asper rapidusq; undarum ac fluctuum se inuicem col-
lidentium strepitu terribilis fertur: tunc summis aquis imas arboris radices allu-
ens, rursus intumescens in medium alueum contrahit undas, ac quasi metuens ar-
bori appropinquare curuo flumine locum illum præterlabitur. Talis magni Gre-
gorij uirtus fuit, imò uerò Dei, qui miracula per illum edebat. Nam perinde ac si
mancipium quoddam esset, elementorum natura, ad arbitrium iubentis immuta-
ri uidebatur, ut & lacus in frugiferum agrum cōuerteretur, & uoragines eluuiesq;
fluminis, scipione securitatem futuram accolis spondente habitarentur. Nomen
autem arbori usq; ad hoc tempus est, scipio: quod pro monumento Gregorij be-
neficij atq; uirtutis, ab incolis loci in omni tempore seruatur. Quid ex propheticis
miraculis, his rebus ex aduerso comparando opponi uis? dicam Iordanis sectio-
nem, quam percussione pellis ouillæ ante ascensionem fecit Helias, & post illum
Elisæus hæres & pellis & spiritus illius? At tempore horum prophetarum, quum
usu poscente aqua fissa esset, accidit, ut ipsi soli prophetæ per flumē Iordanis tran-
sire possent, quum tandiu amnis ille in sese flumen diduxisset, dum siccis pedibus
per aridum alueum prophetæ transirent. insequenti uerò tempore reliquis; ho-
minibus talis erat, qualis etiam ante transitum illorum: Lycus autem ille semel ab
insolenti atque inordinato cursu repulsus, recens in perpetuum Gregorij miracu-
lum facit, omni consequuto tempore talis manens, qualem eum magni illius fi-
des, quo tempore miraculum edebatur, effecit. Nam propositum rei gerendæ mō
eò spectabat, ut qui uiderent, obstupescerent: sed ut accolæ fluminis seruarentur.
Itaque quum par sit miraculum (cedit enim ex æquo natura aquæ tam prophetis,
quàm imitatori prophetarum:) si ingenuè dicere (id, quod res est,) oportet: ma-
ior in huius, quàm in illorum facto humanitas est, per quod salus accolis in tuto
collocata est, quum aqua circa illam partem fluminis semel coercita atq; repressa
etiam in posterum permanserit immota. Posteaquam autem eiusmodi miracu-
lorum, quæ uirtute fidei in Christum fieri credebantur, fama in omnes partes re-
gionis dimanante, omnes illius fidei, quæ talium miraculorum testimonio com-
probaretur, participes esse cupiebant, & ubique prædicatio procedebat, mysteri-
um (strenuè) exercebatur, studium boni intendebatur, quippe apud omneis sa-
cerdotium constituebatur, ut per omnia fides crescret & augeretur: ideirco ex fi-
nitima quadam ciuitate mittitur ad eum legatio, ut ueniret ad ipsos, & ecclesiam,
quæ esset apud eos, sacerdote designato constitueret. Comana autem ciuitati no-
men erat: cuius ut hospes magnus iste uir esse uellet, uulgò omnes hanc ueniam
sibi dari



sibi dari petentes orabant. Quum uenisset ergo ad eos, & aliquot dies unà conuer
satus tum dictis, tum factis suis magis eorum studium erga mysterium incēdisset,
quum iam tempus esset etiam id negocium, propter quod legati ad eū missi erant,
ad exitum deducendi, ac designandi aliquē eorum ecclesiæ primarium sacerdotē:
tunc principum quidē & magistratuū ciuitatis omniū sententiæ in hoc occupatæ
erant, ut anxiè atq; curiosè inquirerent ac scisciterentur, qui eloquētia, qui genere,
reliquoq; uitæ splendore cæteros præcedere uiderentur. putabant em̄, quoniā etiā
his bonis magnus Gregorius cumulatus erat, nec earū quidē rerū oportere expe-
rtem esse, qui ad hoc munus deligeretur. quum aūt in multas partes suffragijs scin-
derentur, & alij alium præoptarent atq; præferrent, expectabat ille uir magnus di-
uinitus aliquod sibi consilium ad propositum negocium suppeditari. ac quemad-
modum Samuel in eligendo rege fertur non pulchritudine nec magnitudine cor- 1. Reg. 16.
porum motus esse, sed animum regium requisiuisse, etiāsi in contempto sorte cor-
pore reperiretur: eodem modo etiam ille studijs erga unumquēq; eorum, qui de-
stinabantur, neglectis, id unum duntaxat spectabat, an aliquis etiam ante declara-
tionem industria uitæ atq; uirtute in moribus sacerdotium gestaret. Quum autem
illi quidem producerent eos de quibus suffragium ferretur, quem quisq; promo-
ueret eius honorificam mentionem facientes: atque hic, ut etiam utilitatum (quod
ad uitæ speciem attinet) rationem haberent eos hortaretur (posse enim etiam in
talibus reperiri aliquem, qui animi bonis super eos emineret, qui uitæ splendore
præstarent:) quidam ex ijs, qui præerant suffragijs ferendis, eam magni illius sen-
tentiam pro contumelia atq; derisione accepit, si quum nullus eorum qui & elo-
quentia & dignitate & manifesto facultatum uitæ splendore cæteris prælati essent
ad sacerdotium admitteretur, ex opificibus sellularijs, quiq; labore manuum uitā
tolerarent, ad eiusmodi munus aliqui magis apti & idonei existimarentur: & si-
mul cauillans cum quadam irrisione ad eum, Si hęc, inquit, iubes, ut hi quidem ta-
les, qui ex omni ciuium numero electi sunt, præreeantur, atq; ex quisquilijs & in-
fima plebe assumamus aliquem ad administrationem sacerdotij, qui tali ciuitati
præsit, tempus tibi deinceps fuerit carbonarium Alexandrum ad sacerdotium uo
candi, atq; ad hunc transitione facta, si uidetur, suffragijs inter nos uniuersi ciues
consentiemus. Atq; ille quidem hæc loquebatur, sententiæ eius obtrectans, ac per
hoc simulatum & cauillatorium suffragium summā & exactam diligentiam in su-
perioribus uituperans ac reprehendens. sed magno illi per hæc dicta subit animū
cogitatio, quòd non sine numine diuino Alexandri à deliberantibus inter cæte-
ros mentio facta esset. Et quis, inquit, est Alexander, cuius mentionem fecistis?
Deinde quum quidam ex ijs, qui unà intererant, cum risu memoratum in medium
produxisset, pannis uilibus ac sordidis ne toto quidem corpore amictum, & simul
apparentibus rebus, manibus pariter & facie, reliquoq; corpore carbonibus infe-
cto ac sordidato opificium & quæstum ostendentem: cæteris quidem risus ma-
teria erat talis in medio stans Alexander. at perspicacem illum oculum ualde id
spectaculum obstupefaciebat: uir in extrema paupertate, ac neglecto corpore se-
ipsum solum spectans, ac ueluti sibi placens & gaudens eo habitu: qui habitus o-
culis imperitis ridiculus erat. Etenim ita se res habebat. Non urgente paupertate
ad eiusmodi uitæ genus deuenerat. sed philosophus quidā uir erat, quemadmodū
insequuta uita indicauit, adeò ut etiā ad martyrium usq; peruenerit, per ignē cursu
confecto. Iatere aūt dedita opera uolebat, altiori animo preditus, quàm ut eā, quæ
uulgò expetitur, felicitatem curaret, ac pro nihilo seculū ducebat, eò quòd & sub-
limis & ueræ uitæ studio teneretur. & ut maximè uirtutem ad quam aspirabat, as-
sequeretur, operam dabat, ut talis esse ignoraretur cōremptiore genere uitę, ueluti
turpi quadam persona se occultans. Atq; alioquin etiam, quod eximio flore iu-
uentutis præditus esset, periculosum esse ducebat ei, qui continentiam sibi sectan-
dam proposuisset, corporis sui pulchritudinem patefacere, felicitate naturæ tanq;
in pompa sese ostentantem. nouerat enim eiusmodi rem grauium offensionum

Universidad de Deusto
Biblioteca



ac delictorum occasionem plerisq; præbere solere. ne igitur uel sibijpsi aliquid accideret imprudenti, quod factum noluisset, uel alienis oculis casus & offensionis materiam præberet, idcirco se carbonario opificio ueluti persona quadam deformi consultò circundat. quo tam corpus laboribus ad uirtutem exerceretur, quàm pulchritudo sordibus carbonum infecta obtegeretur, & simul pecunia, quam ex laboribus quærebat, ad mandatorum exequutionem dispensaretur. Posteaquam igitur eum ex concilio abduxit, ac de statu eius atq; conditione omnia diligenter scrutatus & scisciatus est, illum quidem familiaribus suis tradit exequi iussis quæ res postulabat: ipse uerò in consilium reuersus ex præsenti deliberatione sumpto argumento congregatos instituebat de sacerdotij officio sermones eis proponés, ac per hos uitam cum uirtute coniunctam præferibens. perseuerabat autē in eiusmodi sermonibus conuentum detinens, quoad executi mandata, qui operam ei nauabant, superuenerunt, secum adducētes Alexandrum, qui & lauacro luliginis iniucunditatem absterserat, & magni istius uestibus indutus & ornatus erat. Hæc enim curare iussi erant. Omnibus autem in Alexandrum conuersis, & ad nouam eam speciem admiratione defixis, Nihil noui, inquit, ad eos magister accidit uobis, si oculis decepti estis, & sensui soli iudicium pulchritudinis permisistis. Fallax enim & incertum rerum ueritatis iudicium sensus est, aditum per se ad profundiorem mentis & intelligentiæ præcludens. simul autem etiam pietatis inimico demoni prorsus id studio erat, ut uas electionis ignoratione contectum, otiosum & inutile esset, neu prodiret in medium uir, qui ipsius principatum euersurus esset. Hæc loquutus, quum eum iuxta consuetum morem, rituscq; solenneis ad hoc manus idoneum effeciſſet, per sacerdotium Deo uirum dicat. Omnibus autem nouū sacerdotem intuentibus, rogatus ut aliquam ad ecclesiam haberet orationem, statim in initio suæ administrationis Alexander ostendit, haud falsum in sese Gregorij iudicium fuisse. erat enim oratio eius intelligentiq; sententiarumq; plena, dictionis floribus minus exornata. unde petulans quidam ex Attica adolescens apud illos agens incomptam dictionem derisit, quòd nō ea, quam Attici in dicendo adhiberent, exacta atq; superuacanea cura exornata esset. quem aiunt diuina quadam ulsione emendatum esse, quum columbarum gregem incredibili quadam pulchritudine nitentem conspicatus esset, & quendam audiuisset, qui diceret, has esse columbas Alexandri, quas ille deriſisset. Vtrum horum magis aliquis admiretur? quir ille non motus est suffragio eorum, qui dignitate præstabant, neq; simul ad testimonia optimatium ac principum uirorum raptus esse an magis admirari conuenit in carbonibus absconditas diuitias? quas statim à Deo editum recti iudicij testimonium per ulsionem oratoris consequutum est? Nam mihi quidem horum utrumq; in sese eiusmodi esse uidetur, ut inter se quidem paria sint, ac quasi de principatu certamen habere uideantur, inter omnia autē ea, quæ nomine miraculi celebrantur, primas propemodum teneant. Nam quòd optimatium studijs aduersatus est, constantis, recti, atq; excelsi animi manifestissimum iudicium erat: a quo omnia, quæ per mundum apparent, ex æquo despiciebantur, siue ad magnificentiā atq; splendorem, siue etiam ad humilitatem & obscuritatem accedere uiderentur. quumq; soli uirtuti primas tribueret, & uitiosam uitam solam reiciendam esse indicaret, pro nihilo intuebatur omnia, quæcūq; per hoc seculum uel aliquo studio, uel contemptione digna iudicantur. quod nimirum etiam tunc fecisse demonstratur. Quum enim daret operam, ut Deo gratum * ac dignum inueniret, nō diuitias, non dignitatem, non huius mundi splendores, quarum rerum nihil in recensione bonorum à diuina scriptura enumeratur, res idoneas putabat, quas ad testimonij admitteret. Non igitur hoc solum est, quod & laude & admiratione dignum sit, ipse quod respuit studia principum: uerumetiam quòd per ea, quæ cōsequuta sunt, ipse superauit. Nam qui ineptam ac minus idoneam sententiam duntaxat reiecit, neque adjcit id, quod res poscit, malum quidem prohibet, bonum uerò nō confert. at qui præterquam quod non consentit deteriori, etiam bonū inuenit, per utrūq; bonum

* *Ἐκκεκριμένον, est in antiquo: in cæteris, ἄλλον.*



bonum perficit, dum neq; malo aditum dat, & bonum ad effectum producit, adeò ut utraq; ratione beneficium magni Gregorij ciuitati cōtigerit, qui & id, quod per ignorantiam ab ijs delinquebatur, auerterit, & bonum apud eos absconditum per sese patefecerit. Quum autem omnia magno illi uiro auxilio sancti spiritus ex sententia succesſerint, non intempestiuum fuerit, etiam accessorium opus itineris cōmemorare, quo per omnia gratia, quæ uiro unà aderat, ostēdatur. Quoniam enim omnibus palàm erat, quòd hoc ante omnia sibi studio haberet, ut in omnib. rebus ad egentium consolationem * præsto esset: duo quidam Hebræi siue lucrum spectantes, siue ui superationem quādam aduersus uirum, ut qui fraudi ac deceptioni opportunus esset, quærentes eius reditum obseruant. atq; horum unus quidē, qui mortuus esse uidebatur, supino habitu extensus per transuersam uiā publicā prostratus erat. alter uerò iacentē scilicet deplorans, lamentantiū uoces imitabatur: ac prætereuntē magnum illum uirum inclamabat dicēs: repentè morte correptus hic miser nudus iacet, eiq; deest apparatus ad sepulturā. * rogabat igitur magnum istū uirum, ne negligeret in eo iusta mortuorum, sed misertus aliquo modo pauperta tis, præberet ex ijs rebus quę suppeterent, quo extremus ornatus corpori iniceretur. ille quidē hæc & talia dicēs supplicabat. hic uerò nihil cunctatus super iacentē iniecta diploide, qua circundatus erat, iter sunm porrò prosequebat: sed posteaq; digresso illo, soli erāt, à quibus ita delusus erat, mutata in risum simulata lamentatione impostor ille iacentē ut surgeret, hortabatur, præ gaudio ob lucrū fraude quesita cachinnās. At alter erat in eodē habitu, nihil exaudiēs eorum, quę dicebantur. Quū aūt ille clariore uoce uteretur, ac simul pede trudēs (eum) excitare niteretur, nihilo magis qui iacebat uel uocē exaudiebat, uel ictum sentiebat: sed in eodē habitu extēsus erat, mortuus esse erat, quū simulatq; palliū super eū iniectū erat, uera morte, quā decipiēdi magni illius causa simulauerat, correptus expiraſſet, adeò ut homo ille diuinus haud fallus sit, sed cuius rei gratia palliū ab eo datū erat, ad hanc rem ei qui accepisset, usui esset. Quòd si acerbū & atrox eiusmodi facinus magni illius & fidei & potentiæ esse uidetur, nemo quasi rē nouā miretur, sed ad magnū illū Petrū respiciat. Nā & ille nō benefaciēdo duntaxat uirtutē, qua præditus erat, demōstrabat, quū & eū, qui claudus natus erat, currentē atq; saltantē populo ostēderet, & sui corporis umbra ad quoscunq; eā sol, trāseunte apostolo, ex transuerso corpori incumbēs adigeret, ægrotātiū morbos sanaret: uerumetiā Ananiā, qui insuā apostolo uirtutē cōtemnebat, morte condēnat: ut illius, opinor, * pœna quisquis in populo eodē contēptionis morbo laboraret, ad saniorē opinionē reuocaret, quū exēplo horrēdo coercereť, ne & ipse cōmitteret, ut isdē pœnis subjiceretē. Meritò igitur imitator Petri, quū per multa beneficia miracula magnitudinē potētiæ ostendisset, etiā eū, qui aduersus spiritū fraudē facere conatus esset, veracē aduersus seipsum effecit. Oportebat em opinor, mēdacij euersorē, etiam deceptoris mendacium cōuertere in ueritatē, ut omnib. per hoc palàm fieret, quod & quicquid à magno illo tum diceretur, tum fieret, uerum esset: & quodcunq; pro uero accepisset, mendacium non esset. Ac ludęi quidem, quemadmodum dictum est, magni illius potentiam, ut rebantur, ludificati, documento exteris fuerunt, non reuocandā esse fraudem, in quibus Deus eorum, quæ tentaueris, accusator existit. Post hæc quum quidam conuentus sub dio quodam in loco regionis aliquando fuisset, atque omnes admiratione doctrinæ tenerentur: adolescentulus quidam ad congregatos clamabat, non à seipso magistrum ea dicere, sed alterum ei assistentem uerba proferre. quum autem dimisso conuentu puer ad eū adductus esset, dixisse magnus iste fertur ad eos, qui aderant, adolescentulum à dæmone integrum non esse: ac simul detractum sibi linteolum, quod in humeris gestabat, & oris sui animę admotum, ita iniecisse iuueni. Quo facto, turbari cœpit & exclamare adolescentulus, & humi prosterni & huc illuc iactari, & omnibus affici incōmodis, quæ à dæmonibus prouenire solēt. deinde quū sanctus ille manum iniecisset, & turbationē sedasset, dæmonium quidem ab eo auolasse, ipse uerò rursus ad priorē statum atq; tranquil-

* *Ἀναγκαῖον, est in antiquo: in cæteris, βλέπων.*

* *ὑπὸ ἑδάφη, est in antiquo: ἑδάφη τινὸς in cæteris.*

Actor. 9.

* *ἐπτύρλω, est in antiquo: in reliquis, ψέλω.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



tranquillitatem redactus non amplius dixisse fertur, quòd uideret sancto adsistentem qui una loqueretur. Etenim etiam hoc nimirum ad magna pertinet eius miracula, quòd nulla curiositate & exquisita quadam ratione miracula sanationū efficeret, sed & ad dæmones fugandos & ad corporis morbos profligandos sufficeret oris eius anhelitus, qui per linteū laboranti cuiq; admouebatur. Cæterūm omnia quidem edita ab eo miracula deinceps ordine persequi, prolixæ scripturæ res fuerit, & sermonis, qui præsens otium superaret: unius autem præterea alteriusue eorum, quæ de eo feruntur, miraculorum mentione atq; commemoratione facta, huic sermonem circumscribam. Nam quum iam in omneis parteis diuini uerbi prædicatio diuulgata esset, & omnes tam qui urbem habitarent, quàm qui agrum nicinum incolerent, ad piam doctrinæ fidem traducti essent: altaribus atque delubris, quæq; inibi inerant, simulachris euersis: atq; humana uita, iam ab inquinamētis simulachrorum expurgata: impuro hostiarum nidore extincto: altarium spurcitia atq; exmactatione & immolatione animalium contractis inquinamentis absterssis: omnibus item in omni loco templa ad orandum sub nomine Christi studiosè extruentibus, furor quidam atq; inuidia inuasit eum, qui tunc præerat imperio Romanorum, eò quòd patrij quidem falsi cultus & religiones negligerētur, crescret autem mysterium Christianorum, & in multitudinem ubiq; terrarum propagaretur ecclesia per eos, qui semper sermoni adiungerentur in magnitudinē excrescēs: & arbitratus fieri posse, ut sua sæuitia diuinæ potentiæ resisteret, & mysterij quidē prædicationem inhiberet, & constitutas ecclesias euerteret, traduceret autem rursus eos, qui sermoni adiuncti essent ad simulachra, his de caussis mittit ad rectores gentium edicta, quæ terribiliū pœnarum in eos statuendarum minas continebāt, nili omni genere tormentorū atq; suppliciorū mulctassent eos, qui Christi nomen

a ἐπιβοωμένους, est in uetusto: in cæteris, προσκυνοῦντας.

inuocarent [a] & adorarent, metuq; ac tormentorū ui rursus eos ad patriū dæmonū cultum adduxissent. Vt aūt hoc terribile atq; impiū edictū magistratibus exhibitū est: quippe in omneis imperij parteis atq; puincias peruenerant, qui ad hoc spiritum ab tyrannica crudelitate destinati & ordinati erant: ac talis quidam gēti illius loci præerat, qui ad prauum studium atq; conatū nihil superioris potestatis indigeret, quū suopte ingenio atq; natura sæuus, & ijs, qui sermoni credidissent, infensus esset: publicè propositis edictis ab eo denūtiatur, quòd uel fidem abiurare, uel omni genere suppliciorum, ac morte puniri oporteret. nullaq; res alia uel publica uel priuata tunc ab ijs, qui publica negocia tractabant, gerebatur ac curabatur, nisi ut oppugnarent atq; punirent eos, qui fidē amplecterētur. Erant aūt non in uerborum duntaxat minis terrores: sed una cum his uarius carnificinarum & tormentorum apparatus omnem afferebat concussionem, etiam ante periculum hominibus formidinem iniiciens. enses, ignis, bestiæ, scrobes & foueæ: item instrumenta, quibus membra constringerentur & torquerētur, tū ferreæ sellæ [b] ignitæ: tū ligna erectæ: in quibus stantiū corpora dū intenderētur, terribilium unguium uiolentis admotionibus lacerarētur. Atq; alia itē innumera ad uaria corporū tormēta exquisita ab ijs excogitabantur. ac studium ijs, qui eas potestates susceperāt, unū erat, ne quisq; alteri secundus exuperātia sæuitiæ mitior uideretur. Nam alij quidē deferebāt, alij uerò demonstrabant, nonnulli item celatos & occultatos scrutabantur: pars fugientibus instabant: nonnulli item possessionibus fidelium inhiantes, quo potirentur earum rerum sub prætextu pietatis uexabant & exagitabant eos, qui fidem amplecterentur: ac summa erat in gente confusio, magnaq; trepidatio, omnibus inter se suspectis, non patribus filiorum beneuolentia in discriminibus atq; periculis permanente, non filijs fidam paternam curationem spondente natura. sed familiæ atq; cognationes aliæ ab alijs in religionum sectas diductæ dissidebant: ac filius Græcorum errores amplectens, fidelium parentum proditor: filij fidem amplexi pater in infidelitate manens accusator erat. frater item eadem de caussa naturā oppugnabat, fas esse iudicās à cōsanguineo pœnas expetere, si pietatē amplecteretur. Hinc plenæ quidē solitudines erant eorū, qui (suspecti accusatiue) profugissent

b λαπάστους λαθίδρους, est in antiquo: in cæteris, λαὸς πυρὸς λαθίδρους.

uacua uerò atq; deserta ab habitatoribus domicilia erant. multa item publica edificia [a] eorum, qui uinculis coercerentur, usibus destinata erant. Carceres enim capere in sese non poterant eorum multitudinem, qui propter fidem punirentur. omniaq; fora atq; conuentus tam publici, quàm priuati pro consuera hilaritate atq; lætitia eiusmodi inuicem casus atq; calamitates accipiebant, quum alij quidem arriperentur: alij uerò abducerentur: cæteri ob ea, quæ fierent uel uiderēt, uel lachrymarentur. non misericordia infantium, non honor canitiei, non uirtutis uerecundia in mentem ueniebat insensis: sed tanq; in urbe capta omnis ætas hostibus fidei quasi dedititia atq; obnoxia erat, ne mulierum quidem naturali sexus infirmitati indulgebatur, ut eiusmodi periculis exemptæ manerent. sed una aduersus omneis crudelitatis erat lex [b] eodem pœnæ modo, nullo discrimine sexus habito, subijciēs eum, qui à simulachris esset alienus. Tunc magnus ille uir, animaduersa atq; cōsiderata imbecillitate & fragilitate humanæ naturæ, quòd plerisq; non possent usq; ad mortem pro pietate decertare, author ecclesiæ fit, ut terribilem illum impetum atq; incursum paulisper declinaret, satius esse ducens per fugam animas eorum seruari, quàm stantes in acie certaminum atq; periculorū fidei fieri desertores: ac quo maximè hominibus persuaderetur, nullum animæ periculum afferre, si uel per fugam quis fidem conseruaret, suo exemplo author secedēdi fit, ipse ante alios secedendo periculi impetū deuitans. simul aūt etiā hoc ijs qui rerū potiebantur, maximo studio erat, ut illo tanq; duce capto omnem fidei aciē funderēt ac dissiparent. atq; idcirco inimici annitebantur, ut illum redigerent in potestatem. At ille una cū eo quem ab initio ad fidem exædituo adduxerat, diaconi iam munere fungente collem quendam desertum occupauerat, persequutores aūt indicio cuiusdam edocti quo in loco lateret, magna multitudine uestigijs inhærētes: alij quidē radicibus collis circunsessis obseruabant, ne quà si fugam tentasset, euadere posset: nonnulli uerò, qui montem subierant in omnibus partibus scrutantes, iam magno illi erant in conspectu recta ad eum subeuntes. Ille uerò comitem hortatus, ut firma atq; indubitata erga Deum fiducia consisteret, eiq; salutē cōmitteret similiter atq; ipse faceret, manus ad orationem extendens, ac ne si propè quidē persequutores accessissent, metu fidem excussam proijceret, exemplum eius rei, quam præcipiebat diacono seipsum præbebat, quū & imminotis oculis, & passis manibus et habitu arduo atq; erecto cœlū intueretur. Atq; hi quidem hæc agebāt: illi uerò, qui ad eum euaserant, quum locum totū perlustrassent, & inibi omnia dumeta atq; arbusta, omnia prominentia saxa, omneis cauernas uoraginum cum summa diligētia perscrutati essent, rursus ad collis radices contendunt, ut metu perscrutātium ille in fugā uersus in potestatem eorum ueniret, qui infimam partem collis circumsepsissent. Vt igitur neq; ab his inuentus est neq; apud illos erat, atq; speculator ille locū ubi magnus ille cōsisteret, signis describebat, in quo loco scrutatores præter duas dūtaxat arbores paululum inter se distantes neminem se uidisse affirmabant: digressis tandem scrutatoribus quum substitisset index, atq; in oratione & ipsum illum uirum magnum & comitem eius offendisset, atq; id ope diuina factū esse iudicaret, ut illi perlequentibus arbores esse uiderentur, procumbit ei ad pedes, creditq; sermoni. & qui paulo antè persequutor fuerat, unus ex profugis fiebat. Quum igitur multo tempore in solitudine manerent (inualescebat enim bellum aduersus fidem, præside prouinciæ grauiter sæuiente in eos, qui sermoni pietatis adhærerent) atq; omnes in fugam uersi essent: posteaquam quod ad magnum illum uirū attinet, desperauerant eum aliquando in potestatem persequentium uenturum: tunc aduersus reliquos rabiosam [c] sæuitiam suam uertentes in omnibus partibus prouinciæ perscrutabantur omneis similiter tam mulieres & pueros, quàm uiros, quicunque nomen Christi uenerarentur, ac trahebant ad urbem, & carceres complebāt, [d] pietatem eis alterius cuiuspiam loco maleficij crimini dantes, adeò ut in nullo alio publico negocio iudicia tunc occupata essent, præterq; q̄ id solum magistratus agebant, ut omne genus suppliciorū, uariaq; tormenta solerter excogitata adhiberēt

ijs, qui

a τῶν ἀτειμήτων, est in uetusto: in cæteris, ἐλαθέων γινομένων.

b ἐως ὅτε μέν τινα τῶν ἐν τιμῇ ὑπόγυων, est in antiquo: in cæteris, ἐως ὅτε μέτρια ἐν γινομένων.

c πικρίαν, est in antiquo: in cæteris, μανίαν.

d in antiquo est ἀνοσίαν, in reliquis, ἀσεβείαν.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ijs,qui fidem amplecterentur. Tunc uerò etiam magis palàm omnibus fit,quòd nihil non sine numine diuino consilij magnus ille uir iniret. Nam quum per fugã se populo conseruasset,commune omnibus pro fide decertantibus auxilium atque præsidium erat. Quemadmodũ eñ de Moyse audimus, quòd quũ procul abesset ab acie Amalecitarũ, per orationem popularibus uires aduersus hostes inijceret: eodem modo etiam ille quasi animi oculis intueretur ea,quæ fiebant, diuinũ auxiliũ pro ijs,qui nomine fidei confessionis decertarent,inuocabat. quumq; aliquando unà cum familiaribus,ut solebat Deum precaretur, repentè angore ac trepidatione repletus ijs, qui aderant quasi rem nouã admirari, & eo, quod spectaret angi, & ueluti sono quodam ad eum pertinente, aureis admouere aperte uidebatur, atq; haud exiguo præterito spatio, quum toto hoc intercedente tempore erectus & immotus permansisset, deinde quasi propositum spectaculum bonum euentũ habuisset,& ad statum pristinum redijt,& clara uoce Deum laudauit, adijciens eã [a] sermonem,quo uictoriam adepti uti ac Deo gratias agere solemus.quem in multis locis libri psalmorum Dauidem audimus pronuntiantem: Benedictus Deus, qui non dedit nos in prædam dentibus eorum.Familiaribus autem eius admirantibus & scire uolentibus, quod nam id tandem spectaculum fuisset, quod ante oculos eius obuersaretur, dixisse fertur, magnam se in illa hora uidisse ruinam, diabolo ab adolescente quodam in certaminibus pro pietate susceptis deuicto. Atq; illis adhuc non intelligentibus id, quod dixisset, apertius eis exponit, quòd auxilio diuino in illa hora adolescens quidam nobilis in primis ab lictoribus ad præsidem adductus,in certamine pro fide susceptо desudasset. Adiecit autem etiam nomen Troadium eum nominans:& quòd post multa tormenta,quæ fortiter toleraуisset,martyrij corona redimitus esset. Obstupefactus aũt & attonitus his auditis diaconus,quũ neq; fidẽ derogare ijs,quę dicerẽtur,auderet,& simul excellẽtius q̃ humana natura caperet, esse iudicaret, qui procul abesset ab urbe, quũ nemo hominũ eũ de suis rebus certiorẽ fecisset, hunc perinde ac si interfuisset,ad familiares loqui de rebus illic gestis,orat magistrũ, ut permitteretur sibi oculis inspicere quæ acta essent, neu ,phiberetur ab eo peruenire usq; ad ea loca, in quibus miraculum editũ erat.at illo periculosum esse dicẽte uersari in medio uirorũ cædis auidorũ, ac sæpè ex incursu atq; impetu aduersarij posse accidere aliquid repẽtè præter uoluntatẽ,de quo cogitatũ nõ esset:diaconus se precum eius auxilio confidere dixit, his uerbis ad eum utens, Tu me cõmenda Deo, & nullus ab hostibus terror me inuadet. quumq; ille præsidium diuinum pro comite per preces unà cum eo emisisset, fiduciæ plenus iter faciebat ad neminem obuiã uenientẽ sese cõuertens. Quũ aũt uesperi in urbẽ peruenisset, et de uia fessus esset, defatigatũ labore corpus lauacro curare necesse esse putabat. Dominabatur autem in illo loco dæmon quidam homicida,in balneo uersari solitus: cuius pernicioſa atq; pestifera uis in tenebris aduersus propinquantes exercebatur, & idcirco post solis occasum balneæ illæ non exercebãtur,nemoq; eò accedere id temporis solebat. ad quas stãs diaconus præfectũ loci rogabat,ut ostium aperiret,& aditũ sibi præberet,neu inuideret sibi quominus corpus lauacro reficeret. Illo uerò testante neminem, qui circa illam horã aquam ingredi ausus esset, suis pedibus reuersum esse. sed post uesperum dæmonium omneis in potestate habere: ac multos iam imprudentes in insanabilia mala incurrisse, quos pro sperato leuamine lamentationes & sepulturæ, & gemitus exceperint. hæc & eiusmodi balneatore dicente, nihilo magis ille quicquam de cupiditate remittebat: sed instabat omni modo urgens eũ, ut se intromitteret. at balneator in lucro ponens, si non unà cum imperito hospite periclitaretur, quum ei uem ei tradidisset, procul à lauacro discedit. posteaquam autem nudatus intus erat, multiplices quædam terrorum & concussionũ materiæ à dæmonio instruebantur, spectra uaria igni & fumo mixtam naturam præ se ferentia, in forma hominum & ferarum oculis incidentia,auribus insonantia,anhelitu appropinquantia, undiq; corpori se circumfundentia. at ille signum (crucis) ante sese obijciens, Christiq;

[a] In antiquo habetur, λέγοντα cæteris, ὑμνοῦ. Psal.123.



Christiq; nomen inuocans,primum conclaue illæsus trasiuit:ad interiorem autem partem ędium progressus,in molestiora incidit spectacula in terribiliorem faciem transformato dæmonio.& simul terræmotu concuti conclaue ei uidebatur,adeò, ut etiam solum intrà ruptum, flammam,quæ subtus esset, nudam conspiciendam præberet: scintillæq; flammeæ ab aquis emitterentur.ac rursus eisdem armis signo (crucis scilicet) & nomine Christi, præsidioq; precum magistri terrores earum rerum,quæ tum apparebant tum fiebant,discussit: quumq; iam aqua recreatus exire festinaret, rursus prohibebatur à dæmone, qui ostium occupauerat. Verumetiam hoc rursus impedimentum per eandem uim sponte sua ianua cedente signo (crucis) discutiebatur. posteaquam autem ei omnia ex sententia successerant, exclamasse dicitur ad eum humana uoce dæmonium, [a] ne sibi uirtutem illam imputaret,per quam perniciem effugisset, uocem enim eius, à quo custodiæ atq; præsidio diuino commendatus esset, hoc ei præstitisse, ut ab incommodis tutus esset. Seruatus igitur quemadmodum diximus,admirationi loci præfectis fuit,eò quòd nemo eorum, qui unquam id temporis aquam ingredi ausi essent, inter uiuos postea conspectus esset. Quum autem & hos quæ sibi accidissent, docuisset, & martyrum in urbe fortia facta ita accidisse cognouisset, quemadmodũ magnus ille uir in solitudine degens antè exposuisset, propter eas res, quas & uidisset & audiuisset,& per quas suo periculo atque experientia magni illius uiri fidei uim,cui etiam dæmoniũ insuper testimonium perhiberet,didicisset, de miraculis eius non amplius dubitans,iterum redit ad magistrum, & suæ æraris hominibus & posteris cõmune præsidium relinquens,ut per sacerdotes quisq; sese Deo commendet. atque etiam nunc quum per omnem ecclesiam, tum præcipuè apud illos eiusmodi uox pro monumento haberur auxilij atq; præsidij, quod tũc illi uiro ab Gregorio præstitum est. Cæterum quum iam auxilio diuino tyrãnis illa dissoluta esset, ac pax rursus humanam uitam excepisset, per quam expeditum erat ad arbitrium omnibus abundè propositum studium erga numen diuinum, descẽdit rursus ad urbem, & omni circa regione undiq; peragrata ac perlustrata additamentum & quasi collarium studij erga numen diuinum instituebat apud omneis ubiq; populos sanciens,ut nomine eorum,qui pro fide decertassent, dies festi atq; solennes conuentus celebrarentur: quumq; alius in alium locum corpora martyrum diduxissent, per anniuersarium circuli ambitum congregati lætabantur in honorem martyrũ ferias agentes. Etenim etiam hoc nimirum magnę sapientiæ atq; solertiæ eius documentum est, quod quum omneis suę prorsus ætatis ac gentis homines ad nouũ uitæ institutum transformaret,& tanquam auriga quidam naturæ præfectus fidei ac Dei agnitionis frenis eos firmiter subiugaret, indulgebat, ut paululum quiddã subditi sub iugo fidei lætitia exultarent. Quũ animaduertisset enim quòd propter corporis uoluptates simplex & imperitum uulgus in errore simulachrorũ cultus permaneret, quo maximè id, quod præcipuũ est interim in ijs assequeretur, nempè ut uanis superstitionibus relictis ad Deũ cõuerterentur, permisit eis, ut in memoriã sanctorum martyrum sese exhilararent & oblectarent,atq; in lętitiam effunderentur: quòd successu temporis aliquãdo futurum esset, ut sua sponte homines ad honestiorem & exactiorem uitæ rationem transirent,præsertim quum etiam fides ad illam rem uiam præmonstraret. quæ res nimirum iam etiam in plerisq; successit atq; confecta est omni uoluptate à corporis oblectamentis ad spiritualem lætitiæ formam reducta. Quum autem hoc modo se gereret, & munere suo fungeretur in ecclesia administranda,& antequã excederet è uita, cuperet omneis à simulachris ad salutarem fidem uidere cõuersos:ubi suum obitum præsenſit,studiosè diligenterq; totã urbem,agrumq; circà uicinum perscrutatur, scire uolens ecqui adhuc essent extra fidem relicti. Vt igitur cognouit,nõ plures septendecim esse, qui in antiquo errore permãsissent: Acerbũ quidẽ etiã hoc, inquit, ad Deũ suspiciens, deesse aliquid eorũ plenitudini, qui seruãtur:uerũtamẽ magna gratiarũactione dignã rẽ esse aiebat, q̃ totidẽ simulachrorũ cultores relinqueret ei, qui sibi successurus esset

[a] μὴ ἐαυτῷ τὴν ἀνοίαν ἐπάιρειν ποιήσεως Θῦ, εἰπὼν ἐν ἀντιχρυσῳ: ἐν ἑτέροις μὴ ἐπὶ ἐαυτῷ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rus esset iis ecclesia, quot ipse Christianos accepisset. precatus autem & ijs, qui iam credidissent, incrementum ad perfectionem, & incredulis conuersionem, ita (tandem) ex uita humana ad Deum migrat, obtestatus necessarios suos, ne peculiarē sibi locum sepulturæ compararent. Nam si uiuus nullius loci dominus uocari uoluisset, sed in alienis tanq; inquilinus & peregrinus habitans uitam transegisset, ne post mortem quidem prorsus inquilinatū sibi dedecori fore putare: sed inquit, seculo fama prodatur, quòd Gregorius nec uiuens quidem ab aliquo loco cognominatus sit, & post mortem alienorum [a] locorū fuerit inquilinus, quum ab omni terrena possessione sese abstinuisset, adeò ut ne sepelri quidem in proprio loco sustinuerit: solā em illam possessionē preciosam & expetendā putasse, quę fraudis & auaritiæ uestigiū in sese nō admittit. Cæterùm quod uniuersa repente natio â Græcanica uanitate ad agnitionē ueritatis traducta est, admiretur quidē quicq; hoc scriptum leget: nemo uerò fidē detrahat, sed ad dispositionē atq; cōsilium respiciat, quo tanta mutatio facta est eorum, qui à mendacio ad ueritatem traducti sunt. Nam quod in primis sacerdotij eius temporibus accidit, quod ad reliqua miracula festinans oratio prætermisit, nunc repetitū atq; resumptū exponam. Erāt quædam publicę & uniuersales erant in urbe, dęmoni cuidam domestico, patrio quodam ritu ac more solenni celebrari cōsuetæ. ad quas unā cū urbanis celebrandas uniuersa propemodum gens ex tota ea regione confluebat: atq; eorum, qui cōcurrerant, theatrum plenum erat, & eorum, [b] qui postremi affluxerant, multitudo subsellijs undiq; superfundebatur. atq; omnibus ad spectacula atq; acroamata orchestram intueri cupientibus: plena scena tumultus & trepidationis, irrita præstigiatoribus mirabiliumq; spectaculorū artificibus ostentatio erat, tumultu sese mutuo constipantium non modò oblectationem musicæ impediente, sed ne circulatoribus quidem & præstigiatoribus suas artes ostentandi tempus concedente. Tum uerò communis ab omni multitudine erumpit uox dæmonem, cui diē festū agebant, implorantium, & ab illo sibi laxitatem fieri petentium. Posteaquam aūt omnibus simul loquentibus in altū uox tollebatur, ac totius ciuitatis ueluti unius oris sermo esse uidebatur, quo hæ preces dęmoni adhibebantur: (erat autem precatio, ut ipsa uerba eius audiantur: Iupiter fac nobis locum:) audito sane magnus ille uir sono nominatim inuocantium dęmonem, à quo laxitatem ciuitati fieri petebant, quodam ex astantibus ad eos misso, laxitatem ait ipsis mox datum iri maiorem, q; optarent. Hac autem ab eo uoce tanq; tristi quadā sententia prolata, perstilentia frequentem illum ferias agentium & ludos celebrantium cōuentum excipit, ac statim tripudiantiū choris lamentatio miscebatur, adeò ut in luctus & calamitates eis uoluptates conuerterentur, quum pro plausibus & cantu tibiarū ac super alias næniæ cantusq; lugubres urbem passim inuasissent. Quum enim semel morbus homines inuasisset, opinione citius propagabatur atq; serpebat, ignis in modum domos depascens, adeò ut ædes quidem sacrę, quò spe sanationis atq; remedij confugiebant, ijs, qui morbo peribant, repletæ: fontes uerò, aquęductus sq; turigines q; ac putei eorum, quos atrocitate morbi sitis exurebat, referti essent. (in quibus aqua morbi incendium restinguere nō ualebat, qui semel morbo correpti essent, perinde post aquam sumptam, atq; antec; eam sumpsissent affectis:) multi item ultrò transirent ad sepulchra, eò quod superstites sepeliendis mortuis nō amplius sufficerent: nec inopinato malum homines inuaderet: sed si spectrū quoddam ad eas ędes, quibus pernicies imminebat, accederet, ita certum exitium subsequeretur. Vt igitur caussa morbi omnibus patefacta est, nempe quòd dæmō abipsis inuocatus malè stultorum ac miserorum preces impleret, qui hanc, quę morbum consequuta esset, laxitatem in urbe efficeret: magno isti uiro supplices fiunt orantes, ut per eum, quem ipse Deum agnosceret ac prædicaret, quē solum reuera Deum esse, & in omneis imperium habere confiterentur, mali impetum sisteret & inhiberet. Nam quum spectrum illud ante futuram pestem alicui domui appareret, ac protinus desperationem uitæ habitatoribus iniiceret, unā periclitantibus salutis

[a] Τόπων in antiquo: τόπων, in cæteris.

[b] Επεφρόνων, est in antiquo: in cæteris ἐπιῤῥόνων.



salutis ratio erat, si illas ædes magnus Gregorius ingrederetur, ac per preces morbum, qui domum inuasisset, repelleret ac summoueret. Quum autem celeriter per eos, qui primi ea ratione seruati erant, ad omneis fama permanasset, omnia, quæ prius uanitate atq; stultitia adducti curabant, omittebantur, oracula, sacrificia piacularia, in delubris simulachrorum commoratio, omnibus magnum sacerdotem intuentibus, & unoquoq; eum ad se totius familiæ suæ seruandæ gratia alliciente. Mercedem autem ab ijs, qui seruabantur, salutem animarum consequebatur. Quū enim eiusmodi experimento pieras sacerdotis patefieret, non amplius differendū censebant, quin mysterium approbarent, qui per opera uirtutem fidei cognoscebant. Adeò illis hominibus sanitate morbus ualidior erat. [a] Qui enim in sanitate ad approbationem mysterij rationibus infirmi essent, corporali morbo ad fidem conualuerunt. Atq; ita simulachrorum cultus errore deprehenso, omnes ad nomē Christi traducebantur. pars [b] urgente morbo ad ueritatem quasi manuducti, pars etiam fidem in Christum quasi munimentum, quo tuti essent aduersus pestem obijcientes. Sunt aūt etiam alia magni Gregorij miracula, quæ memoria usq; adhuc tenentur. ea nos incredulis auribus parcentes, ne offendantur qui propter amplitudinem earum rerum, quæ memorantur, ueritatem mendacium esse putant, scriptis non adiecimus.

[a] οἱ γὰρ, est in antiquo, ὅσοι γὰρ, in cæteris, & item in antiquo deest, τοῦ σώτηρος, quæ dicto respondet ad ὅσων, nerbū ὅσων deest in antiquo, ut sæpe numero.

[b] In antiquo est ἐνεγκοπέντος: in cæteris ἐνεγκοπέντος, in cæteris.

## EIVSDEM ORATIO CONTINENS LAVDES SANCTI VIRI AC MAGNI MARTYRIS THEODORI.

VOS, qui populus Christi, qui grex sanctus ac regale estis sacerdotiū, qui undiq; & ex urbibus & ex agris cateruatim confluxistis, unde signo itineris accepto ad hunc sacrum locum ueneritis? quis uobis huc ueniendi adeò seriam ac quasi præstitutam necessitatem imposuit? idq; tempore hyberno, quo tempore & à bello quies est, & miles arma maturam amouet, & nauta gubernaculum supra fumum ponit, & agricola aratores boues in præsepio curans quiescit? an palam est, quòd sanctus martyr ex militaribus ordinibus & tuba cecinit, & multos ex diuersis regionib. excitatos ad suæ requietis locum ac sedem uocauit, non ad bellicum instruens apparatum, sed ad dulcem ac maximè Christianos utiq; decentem pacem cogens? Hic enim, ut credimus, etiam anno præterito Barbaricam tempestatem sedauit, & horrendum ferorum & immanium Scytharum bellum inhibuit atq; repressit, terribilem atq; formidabilem illis iam uisis & appropinquantibus obuibrans non galeam trinis cristis & conis insignem, neq; gladium bene acutum, & ad solem resplendentem, sed malorum propulsatricem & omnipotētem crucem Christi, pro qua & ipse mortē perpessus hanc gloriam acquisiuit. Ac mihi deinceps animum attendentes considerate, qui huius puri cultus ministri ac martyrum studiosi estis, quanta res sit iustus, quamq; multas consequatur remunerationes (de ijs loquor remunerationibus, quæ in mundo, & apud nos præstantur. nam earum, quæ uisum effugiunt, magnificentiæ nemo satis idoneus æstimator est:) & cognito pietatis fructu, imitamini consilium, & adspirate ad animum & uoluntatem eorum, qui ita præ cæteris honorantur, atq; concupiscite & affectate ea præmia, quæ Christus athletis ꝓ merito, cuiusq; distribuit. Atq; in præsentia si placet, cessante futurorum bonorum fructu, quem bona spes iustis in illud reijcit tempus, quo rerum in uita nostra actarū iudex aduenerit, præsentem sanctorum statum inspiciamus, quàm præclarus magnificusq; sit. Nam anima quidem ex quo sublimis abijt, in suo loco acquiescit, & corpore soluta cum sui similibus unà uiuit: corpus uerò uenerandum & immaculatum illius instrumentum, quod suis uitijs & affectibus illius inhabitantis incorruptibilitatem non læsit, cum multo honore & cultu compositum atq; ornatum in augusto sacroq; loco situm est: quod ueluti res chara magnicq; æstimata atq; recondita in tempus regenerationis reseruat, multis singularibus & exímijs rebus

Universidad de Deusto
Biblioteca



præditum, propter quas ad alia corpora, quę communi ac uulgari morte dissoluta sunt, ne comparandum quidem est, idq; in simili materia naturæ. Nam cęteræ quidem reliquiæ etiam abominabiles plerisq; sunt: ac nemo lubenter sepulchrū prætерit, aut si ex inopinato apertum offendit, deformitate nimirum earū rerum, quæ intus iacent, faciem operiens omni iniucunditate repletus, & humanę naturæ conditioni grauiter ingemiscens prætercurrit. Quòd si uenerit ad aliquem locum similem huic, ubi hodie noster conuentus habetur, ubi memoria iusti, sanctæq; reliquiæ sunt: primum quidem earum rerum magnificentia, quas uidet, oblectatus, dum ædem ut templum Dei & magnitudine structuræ, & adiecti ornatus decore splendidè elaboratum intuetur: ubi & faber in animalium figurā lignū formauit, & latomus ad argenti leuitatem crustas lapideas expoliuit: induxit autem etiā pictor flores artis in imagine depictos, fortia facta martyris, repugnātias, cruciatus, efferatas & immanes tyrannorum formas, impetus uiolentos, flammeū illum fornacem, beatissimam consummationem athletæ, certaminum præsidis Christi humanæ formæ effigiem, omnia nobis tanquam in libro quodam, qui linguarum interpretationes contineat, coloribus artificiosè depingens certamina atq; labores martyris nobis expressit, ac tanquam pratum amœnum & floridum templum exornauit. solet enim etiam pictura tacens in pariete loqui, maximeq; prodesse: lapidorum item concinnator historiæ par opus in pauimento, quod pedibus calcatur, effecit. his igitur arte laboratis operibus quæ sensui exposita sunt, ubi oculos oblectauit, cupit deinceps etiam ipsi conditorio appropinquare, sanctificationē ac benedictionem, contrectationem eius esse credens. quòd si quis etiam puluerē, quo conditorium, ubi martyris corpus quiescit, obsitum est, auferre permittat, pro munere puluis accipitur, ac tanquam res magni precij condenda terra colligitur. Nā ipsas attingere reliquias, si quando aliqua eiusmodi prospera fortuna cōpingat, ut id facere liceat, quàm id sit multùm desiderandum & optandum, ac summarū precum donū, sciunt experti, & eius desiderij compotes facti. Quasi corpus enim per se uiuens & florens, qui intuentur, amplectūtur oculis, ori, auribus, omnibus sensuū instrumentis adhibentes. deinde officij & affectionis lachrymas martyri, quasi integer esset & appareret, superfundentes, ut pro ipsis deprecator intercedat, supplices preces offerunt tanquam satellitem Dei orantes, quasi accipientē dona quę uelit, inuocantes. Ex his omnibus ô populę pie, discite, quòd preciosa ac honorata coram Domino sit mors sanctorum eius. Nam unum quidem & idē corpus omnium hominum est: ex una massa conflatum: uerùm id, quod simplici morte dissolutum est, ut res quelibet uilis proijcitur. At quod martyrij affectione gratiosum effectum est, ita est amabile, iucundum, & a multis desideratū & expetitum, ut superior oratio demonstrauit. Quocirca propter ea, quæ apparent, ijs, quæ uisum effugiunt, propter experimentum earum rerum, quæ in mundo uisuntur, futurarum rerum promissioni credamus. Nam multi qui uentrem & uanam gloriam, & has mundanas paleas omnibus rebus anteferunt, nihil putant esse futurum: sed eū utq; fine terminari omnia arbitrantur. Verùm qui ita sentis ex paruis magna disce: ex umbris principales formas, quales eæ sint, intellige. cui regum talis honor habetur? Quis ex ijs, qui supra modum inter homines excellere uisi sunt, tali memoria celebratur? Quis imperatorum, qui urbes munitas ceperunt, nationes innumeras subegerunt, adeò decantatus & fama celebratus est, ut hic miles pat[illegible]per, modò conscriptus & tyro: quem Paulus armauit, quem angeli ad certamen unxerunt, quem uictorem Christus coronauit? Enimuerò quoniam oratione prope ad certamina atq; labores martyris accessi, age communibus relictis peculiarem sancti sermonem instituamus. est enim suum cuique gratum & acceptum. Patria igitur præclaro ac strenuo huic uiro est ea regio, quæ ad solem spectat orientem. nam etiam hic, sicuti Iob, ex partibus orientalibus nobilis est. quumq; patriam cum illo communem haberet, eiusdem imitatio morum ingenijq; ei nō defuit. nunc uerò quilibet martyr totius soli subiectæ regionis ciuis uniuerso terrarum orbi cōmunis est, sumptus



sumptus autem illinc ad armatos ordines militares, quum duces militum eos hic in hybernis collocassent, ita cum ea legione, in quam conscriptus erat, ad nostram regionem transiuit. Bello autem repentè moto nō ex incursione Barbarorum, sed ex lege Satanicā decretoq; quo Deus oppugnaretur: (quicunq; enim Christianus esset, impio scripto exagitabat, & ad mortem ducebatur:) tunc nimirum tunc hic ter quaterq; beatus Theodorus, quòd insigni pietate præditus esset, fidemq; in Christum ubiq; circumferret propemodum in fronte confessionem inscriptam gerens, non iam amplius uirtute tyro modò conscriptus erat, neq; rei bellicæ & pugnæ rudis: sed animo strenuus, fortiter sese periculis obijciens. non remissus & languidus, non trepidans, non formidans & metu fractus, non uerbum minus liberū proferens. Vt enim præses & tribunus in unum conuenerunt, sicut olim Herodes & Pilatus, atq; consedit sceleratum & improbum illud concilium, seruum crucifixi simili ratione atq; domino eius acciderat, ad iudicium sistunt, ac die, inquiunt, unde tibi innata audacia atq; temeritate, aduersus legem Imperatoris contumax es? nec te tremēs Domini tuīs submittis? neu quemadmodum placet ijs, qui rerum potiuntur, adoras? Maximianus enim cum consorte tunc imperium tenebat. Ille uultu confirmato atq; imperterrito animo, scitum & acutum dictis adiecit respōsum: Deos quidem nescio (neq; enim reuera sunt.) Vos autem erratis, qui dæmonas fallaces & impostores Dei appellatione honoratis. mihi uerò Deus est Christus, Dei unigenitus filius. pro pietate igitur atq; confessione illius, & qui uulnerat, iugulat: & qui uerberat, laceret: & qui cremat, flammā admoueat: & qui his uocibus meis offenditur, linguam eximat. per singula enim membra corpus creatori patientiam debet. Fracti sunt his uerbis tyranni: ac primum impetum uiri fortis non sustinuerunt, adolescentem uidentes ad passionem exultantem, ac ueluti suauem potum mortem appetentem. Vt autem illi paulisper cunctabantur hæsitantes ac deliberantes quid facto opus esset: unus quidam ex ijs, qui ordines ducebāt, miles, qui sibi lepidus & urbanus esse uidebatur, simul responsum martyris irridēs: Est ne, inquit, ô Theodore, filius tuo Deo? & generat ille carnis affectibus, ut homo obnoxius? Humano quidem more affectibus carnis obnoxius meus, inquit, Deus non generauit: uerùm & filiū confiteor, & natiuitatē talē esse dico, quę Deū deceat. tu uerò, ô miser & imperite, quod ad sensum & rationem attinet: an nō erubescis, ac pudore uultum demittis, qui etiam fœminam Deam confiteris, & ut matrem duodecim liberorum eandem adoras, fœcundam quādam leporum suumite modo dæmona, quæ facilè & concipiat & partum edat? Quum autem hoc modo duplicem sanctus irrisionem simulacrorum cultori reposuisset, humanitatis & clementiæ specie ficta tyranni, Exiguum, inquiunt, ad considerandum insanienti tēpus concedatur. forte esse per otium re secum perpensa atq; deliberata mutabitur in melius. Insaniam enim dementes sanitatem mentis uocabant: alienationem uerò mentis & uecordiam, pietatem. quemadmodum sit, quum ebrij suam affectionem sobrijs obijciunt. At homo pius Christicq; miles dato sibi spatio ad forte ac uirile facinus abutitur. Quod nam autem id fuerit, tempus est uobis cum lætitia narrationem accipiendi. Ei quæ fabulis celebratur, matri Deūm templum erat in metropoli Amasea, quod illi, qui tunc errabant, inibi alicui circa ripas amnis uanitate adducti extruxerant. hoc iste uir strenuus in tempore datæ sibi securitatis captata occasione, & aura secunda incensum concremauit, reipsa responsum, quod post deliberationem prorsus expectabant, impijs atque scelestis dans. Quum ea res celeriter omnibus patefieret: (quippe in urbe media clarissimus ignis accensus erat:) non occultabat audax inceptum, neque laborabat, ut hoc ab se factum lateret, sed palàm ac uehementer quidem significabat sese propter præclarum facinus & rem bene gestam exultare & efferri, atque tumultu impiorum, quo templi atque statuæ nomine dolentes perturbabantur, supra modum gaudere. quanquam etiam magistratibus indicatum est, quòd ipse suis manibus incendium fecisset. ac rursus iudicium priori terribilius, ut nimirum etiam par erat, quum tanta

Universidad de Deusto
Biblioteca



res, quæ exacerbaret & irritaret eos, incidisset. Atq; illi quidem in iudiciale tribunal ascenderunt: Theodorus uerò in medio eorũ (erat) magna loquendi libertate utens, in statu causſam dicentis magistratus confidentia præditus, quum interrogaretur celeritate confessionis interrogationem anteuertens. Postea quam autem & imperterritus erat, & ad nihil eorum, quæ grauia atq; aspera cum minis ei ostentabantur supplicia, se submitteret, nec confidentius loqui desineret, in contrariam rationem mutati sunt, ac benignè cum eo sermocinantes promissis iustum subtrahere tentabant. Et scito, inquiunt, quòd si consilium nostrum obedienter admittere uolueris, protinus te ex obscuro nobilẽ, ex humili despectoq; & inglorio honoratum efficiemus: ac tibi Pontificatus dignitatem promittimus. Vt autem pontificiam dignitatem nominari audiuit, ter quaterq; beatus ille, quũ diu multumq; irrisisset (tandem) dixit: Ego etiam sacerdotes simulacrorum ærumnosos esse iudico, & ut uanæ actionis ministros miserot: pontificum uerò multo magis me & miseret, & abominor eosdem. inter malos enim qui maior est, ac primum locum tenet, miserior est. ut inter iniustos, iniustior: ut inter homicidas, qui crudelitate cæteros præcedit: ut inter lasciuos & libidinosos, qui petulantior atq; proterutor est, ac propterea pernicioſa promittendi dehinc finem facite, non enim, heus uos, animaduertitis, neq; sentitis caput & summum malorum mihi promittentes. at ei, qui piè ac rectè uiuere statuit, præstat in domo Domini abiectum esse, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Me etiam Imperatorum horum, quorum legem inquam continenter recitatis, miseret, quòd quum per se satis magna inter homines dignitate ob regium imperium prediti sint, pontificis appellationem sibi sumpserunt, & lugubri obscuraq; purpura huius dignitatis nomine induuntur, ad imitationem infelicium pontificum, in dignitate splendida, atq; illustri, triste & inamœnum gestantes indumentum, nonnunquam autem impuro altari appropinquantes pro Imperatoribus coqui fiunt, aues occidentes, & miserorum pecorum uiscera rimantes ac perscrutantes, & spurcitie sanguinis tanq; macellarij quidam lanij carnium uenditores uestem fœdantes. Post has iusti istius uoces ne fictam quidẽ & assimulatam iam amplius benignitatem magistratus præ se ferebant: sed & impiissimum aduersus Deos uocantes, præterea in Imperatores quoq; contumeliosum & maledicum, primùm quidem in ligno ad torquendos homines parato suspensum corpus lacerabant. Ille uerò lictoribus uehementer in opere occupatis, cõstans erat, nihilq; de pristina animi magnitudine remittebat, ac uersum ex libro psalmorum tormentis accinebat: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Atq; illi quidem carnes cædendo diminuebant: hic uerò, quasi alius quis pœnam subiret, psallebat. hoc modo punitum carcer excepit. ac rursus illic miracula circa sanctum edebantur. ac noctu uox multitudinis psallentium audiebatur, & facum allucentium, ut in nocturna peruigilatione, splẽdor ab ijs, qui foris erant, conspiciebatur, adeò ut etiam carceris custos insolita atq; admirabili uisione & auditione turbatus insiliret in domunculam, & neminem inueniret præter martyrem quiescentem, & cæteros uinctos dormientes. Posteaquã autem, quum multa fierent ac tentarentur in eo, ad confessionem & pietatem obfirmatus erat, prolata est in eum sententia condemnatoria. & igni confici & consumari iussus, ipse quidem præclaro ac beato itinere abijt ad Deum: nobis uerò memoriam certaminis pro doctrina reliquit, populos congregans, ecclesiam erudiens, dæmonas arcens & fugans, angelos pacificos reducens, rogans à Deo pro nobis utilia, uariorum morborum medicinæ officinam hunc locum efficiens, portum eorum qui afflictionum tempestatibus iactantur, pauperum abundans & copiosum ærarium, uiatorum quietum diuersorium, locum celebrem conuentus ac dies festos continenter agentium. Etsi enim anniuersarijs feriis hunc diem celebramus: at nunquam cessat studiosè aduenientium multitudo. ac formicarum similitudinẽ seruat ea, quæ huc pertinet usia publica, quũ alij quidem ascendant, alij uerò uenientibus cedãt. Ac nos quidẽ, ô beate, benignitate creatoris annuentia circuli

Psal. 33.

* ἀθλοφόρου est in tertio exemplari, atq; ita lego.



circuli uicissitudinem assequuti coegimus tibi publicum conuentum, sacrum, inquam, martyribus addictum & amicum cœtum, & communem Dominum adorantes, & tuorum certaminum uictoriæ cõmemorationem peragentes. tu uerò huc iam ades ad nos, ubicunq; tandem fueris, ut diei festo præsis. uocantem enim te contrà uocamus: ac siue in sublimi æthere habitas, siue per cœlestem aliquẽ circulum uersaris, aut in choros angelorum cooptatus Domino adsistis, aut cum uirtutibus & potestatibus, ut seruus fidelis adorationis officio fungeris: parũper ab ijs officijs uacationem deprecatus ueni ad hos, qui te honorãt, inuisibilis amicus: cognosce ac uise festas, quæ celebrantur, ut gratiarum aduersus Deum conduplices actionem, qui pro una passione, & una pia cõfessione tot tibi remunerationes largitus est: ac lætaris ob sanguinẽ effusum, & ignis cruciatus toleratos. Quot eñ tunc supplicij spectatores populos habebas, tot nunc habes honoris ministros. Multorum beneficiorum indigemus, intercede ac deprecare pro patria apud cõmunem regem & dominum: nam patria martyris est etiam locus passionis. ciues item & fratres & cognati, qui & habent eum & tuentur, & ornant atq; honorant. timemus afflictiones: expectamus pericula. non longè absunt scelesti Scythę bellum aduersum nos parturientes. ut miles propugna (pro nobis) ut martyr pro cõseruis utere libertate loquendi. Etiamsi superasti seculum: at nosti affectus & usus necessitatesq; humanæ conditionis. pete pacem, ut hi publici conuentus non desinant: ne debacchetur atq; grassetur aduersus templa altariáue rabiosus & scelestus Barbarus: ne conculcet sancta profanus & impius. Nos eñ etiam, q̃ incolumes & integri conseruati sumus, tibi beneficium acceptum referimus. Petimus autem etiam futuri temporis præsidium atq; securitatem. Quòd si maiori etiam opus fuerit aduocatione ac deprecatione, fratrum tuorum martyrum coge chorum: & cum omnibus unà deprecare. multorum iustorum preces, multitudinum ac populorum peccata luant. admone Petrum: excita Paulum, Ioannem item theologum ac discipulum dilectum, ut pro ecclesijs, quas cõstituerunt, soliciti sint, pro quibus catenas gestauerunt, pro quibus pericula ac mortes tulerunt, ne simulachrorũ cultor aduersum nos caput tollat: ne hæreses sicut spinæ uineæ succrescant: ne zizanium editum suffocet triticũ. ne qua petra ueri roris pinguedine carens aduersum nos existat, & sermonis ac uerbi fertilitatis uim radicis expertem efficiat: sed uirtute tuæ sociorumq; tuorum deprecationis, ô uir admirande atq; inter martyres eminens & excellens, Christianorum respublica campus segetum reddatur, qui campus ad finem usq; maneat in pingui fertilíq; aruo fidei in Christum, semper fructum edens æternæ uitæ, quæ contingit per Christum Iesum Dominum nostrum. cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, imperium & honor nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

## EIVSDEM ORATIO HABITA IN FVNERE MAGNI MELETII EPISCOPI ANTIOCHIAE.

AVXIT nobis numerum apostolorũ nouus apostolus, qui cooptatus est in ordinẽ apostolorum. traxerunt enim sancti ad se moribus consimilem, athletam, athletæ: coronatum, coronati: animo castum, corde puri: præconẽ sermonis, ministri sermonis. Verùm pater quidem noster apostolici contubernij, & ad Christum resolutionis nomine beatus habendus est: nos uerò miserabiles. Orbitas enim præmatura non sinit, ut eo nomine beatos nos dicamus, quòd tam bonum & cõmodum patrem nacti eramus. Illi melius erat per resolutionem esse cum Christo: at nobis acerbum et molestum paterno præsidio patrocinioq; carere. Ecce enim tempus consilij est, & consilium dare solitus tacet. bellum nos circumstat, bellum hæreticum: & qui ducem se præbeat, nobis non est. Laborat infirmitatibus commune corpus ecclesiæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& medicum non inuenimus? Videte quo loco sint res nostræ. uellē si quo modo fieri posset, confirmata mea debilitate unà cū magnitudine calamitatis ascendere, & aliquam rumpere uocem, quæ incommodo tesponderet: quemadmodū isti uiri egregij fecerunt, qui magna uoce calamitatem amissi patris deplorauerunt. Sed quid agam? qui cogam linguam ad inseruiendum orationi tāquam graui uinculo, calamitate impeditam? quomodo aperiam os taciturnitate atq; silētio captū? qua ratione emittā uocem in cōmiserationes & lamentationes ex consuetudine prola bentē? quo pacto animi oculis suspiciam, qui caligine calamitatis circūfusus sum? Quis mihi hac densa atq; obscura tristitiæ nebula discussa, rursus ex serenitate clarum pacis radium exhibebit? unde uerò radius etiam eluceſcet, quum stella nobis occiderit? O malā noctem obscuram, quæ ortum luminis non sperat. q̄ cōtrario modo à nobis in hoc loco & nunc uerba fiunt, & nuper facta sunt? Tunc tanq̄ in nuptijs tripudiabamus & choreas ducebamus: nunc miserabiliter lugentes ingemiscimus. tunc nuptiale, nunc sepulchrale carmen canimus. Meministis em̄ illius diei, quum in nuptijs spiritualibus præclaro spōso uirginē domum deducentes cō uiuio uos excepimus, & uerborum spōsalia munera pro uiribus nostris intulimus gaudio afficientes inuicem & gaudentes. Verūm nunc in luctum nobis gaudium conuersum est, ac lętitiæ amictus saccus euasit. An forsitan tegere calamitatē atq; silentio intus concludere mœrorem oportebat, ne molestia filios thalami spōsalis afficiamus, quum nō habeamus lautum ac splendidum nuptiale indumētum, sed atrum ac pullum orationis habitum afferamus? Posteaq̄ em̄ præclarus sponsus à nobis discesserit, luctu repentè atrati sumus, nec licet more solito festinum & iucundum inferre sermonem, quū qua ornabamur stola, nos inuidia spoliarit. Pleni bonorum ad uos accessimus: nudi ac pauperes à uobis recedimus: erectam supra caput largo lumine resplendentem facem habebamus: hanc extinctā in fumum & cinerem dissipato splendore reportamus. Habuimus magnum illum thesaurum in uase testaceo: sed thesaurus quidem amotus est: uas autē testaceū ab opibus uacuū ab ijs, qui dederant, reseruatur. Quid dicemus qui emisimus? quid respōdebunt à quibus repetitur: O malum naufragiū. quomodo in medio portu spei nostrę naufragium fecimus? quomodo innumeris mercibus onusta nauis cū ipso onere demersa nos olim diuites nudos destituit? ubi splēdidum illud uelū, quod spiritu sancto semper dirigebatur? ubi rutum ac firmum animarum nostrarum gubernaculū? quo tēpestates maximas hæreticas nullo accepto incōmodo præteruehebamur? ubi immobilis & firma sentētiæ iudicijq; anchora: qua cum summa securitate post labores acquiescebamus? Vbi bonus ille gubernator, qui ad superum scopulū nauigium dirigebat? Vtrùm modica sunt ea, quæ acciderunt, ac nequicq̄ cōqueror? an potius calamitatem querendo nō assequor, etiamsi supra modum dicendo uocem intendam? Cōmodate nobis, fratres, cōmodate ex cōdolentia lachrymas profusas. etenim quādo uos lætabamini, nos lætitiæ uestræ socij eramus. Proinde reddite nobis prauā istam officij uicissitudinē. Gaudendum unà cū gaudentibus, hoc docuimus. flendum cum flētibus. hoc uos inuicē reddite. Lachrymatus est olim externus populus, quo tempore patriarcha Iacob diem suum obierat, & alienū calamitatem suam esse duxit, quum parentem ex Aegypto liberi illius transportātes uulgò omnes nullo uel sexus uel ætatis habito discrimine, casum eius in regione aliena deplorabant, dies triginta totidemq; noctes luctum ac lamentationē illius amissi nomine continuantes. Vos qui fratres & populares estis imitamini alienigenas & externos. Cōmunes tunc erant peregrinorum indigenarumq; lachrymę: communes sint etiam nunc: quoniam etiā calamitas communis est. Videre hoscere patriarchas. omnes isti filij nostri Iacobi sunt. ex libera procreati omnes. nemo spurius & illegitimus, nemo subditicius. Necq; enim illi fas erat ingenuitati fidei seruitutem inserere cognationem. Ergo etiam noster ille parens propterea, quòd patris nostri pater erat. Audistis paulo antè ex Ephraim & Manasse, qualia quāq; multa de patre narrarent, adeò ut miracula oratio assequi nō posset. Date mihi quoq; ut de his

Genes. 49.



de his rebus dicam. Etenim nullo periculo deinceps beatitudines exponere licet: nec inuidiam metuo. quo nam enim me malo maiore afficiet? Proinde cognoscite qui uir sit. generosus & nobilis ab ortu solis, inculpatus, iustus, uerax, pius & religiosus, abstinens ab omni malo facinore. Non enim utiq; inuidebit magnus ille Iob, si ijs testimonijs, quæ de ipso feruntur, etiam imitator illius ornetur. Sed quæ omneis res præclaras intuetur inuidia, etiam nostrum bonum acerbo oculo contuita est: ac quæ per orbem terrarum obambulat, etiam per nos ambulauit, tarum uestigium afflictionis rebus secundis nostris infixum relinquens. non bouum & ouium greges disperdidit (nisi si quis utiq; secundum mysticum sensum gregem ad ecclesiam traducat.) Verūm non in his nobis inuidia damnum dedit: neq; in asinis & camelis noxiam commisit: neq; uulnerata carne sensus acerbo dolore afficit, sed ipso nos capite priuauit. cum capite autem una adempta sunt honorata ac dignitate præstantia sensuum nostrorum instrumenta. non amplius est oculus, qui cœlestia contueatur: neq; aures, quæ diuinam uocem excipiant: neque lingua illa purum ueritatis donarium. Vbi dulcis illa oculorum serenitas? ubi iucundus ille ac lepidus in labijs risus? ubi comis illa & ad salutandum facilis dextera, quæ una cum oris benedictione digitos intentare solebat? Prouehor autem, sicut in scena ad resuscitandum & redintegrandum calamitatem. Misereor tui, ô ecclesia te alloquor, ô ciuitas Antiochi. miseret me tui repentinæ ac subitæ huius mutationis nomine. ut ademptus est decor? ut detractus est ornatus? ut repentè flos defluxit? plane gramen exaruit, & flos decidit. Quis oculus malus? quę fascinatrix inuidia mala in ecclesiam illa debacchata atq; grassata est? quæ quibus commutauit? defecit fons. exaruit amnis. rursus in sanguinem aqua conuersa est. O infelicem nuntium illum, quo calamitas ecclesiæ indicabitur? Quis filijs dicet, quòd parentibus orbati ac destituti sint? quis renuntiabit spōsæ, quòd uidua facta sit? O mala. quid emiserunt? & quid recipiunt? Arcam produxerūt, & loculum recipiunt. Arca, fratres, homo ille Dei erat, arca continens in se diuina mysteria. illic urna aurea plena mannæ diuinæ, plena cœlestium deliciarum. in illa tabulæ testamenti, in tabulis cordis spiritu Dei uiuentis, non atramento inscriptæ. (Neque enim illi puritati cordis caliginosus & ater intellectus inustus & impressus erat.) in illa columnæ: bases & sustentamenta, capitella: thuribulum: candelabrum: propitiatorium, pelues: ad aditus obtensa uela atque aulæa: in illa, uirga sacerdotij, quæ in manibus illius germinauit. & si quid aliud arcam in se habuisse audimus, omnia animo uiri continebantur. Sed pro illis quid? Sileat oratio. Sindones mundæ, & panni fertici: unguentorum & aromatum largitas & abundantia, liberalitas mulieris & ornatæ & honestæ. Dicetur enim, ut etiam hæc ei testimonio sint, quæ erga sacerdotem fecit, quum alabastrum unguenti largiter in caput sacerdotis effudit. Sed quod in his seruatur, quid? ossa mortua, quæ & ante mortem mortalitatem, meditata erant: molesta calamitatum nostrarum monumenta. O qualis uox [a] μεμελετημένη rursus in Rama audietur? Rachel deflens non filios suos, sed uirum suum, & non admittens consolationem. Omittite qui consolamini, omittite, ne prævaleatis & obtineatis, ut cōsolemini. grauiter ferat, & lugeat uidua. sentiat damnum, quod fecit. quanquam non imperita discessionis est, ut quæ iam antea in laboribus certaminibus q; athletæ solitudinem ac destitutionem ferre assuefacta sit. Meministis omnino quę admodum uobis ante hanc nostram habita oratio labores atq; certamina uiri exposuit, quòd quum per omnia sanctam Trinitatē honoraret, etiā in numero certaminū honorē conseruauerit, ut qui in tribus tentationū incursionib. decertauerit. Audiuistis cōtinuationē, contextū & seriem laborū, qualis in primis, qualis in medijs, qualis esset in postremis. Superuacuā iudico [b] repetitionē benedictorū. sed tantū dicere fortasse nō intempestiuū fuerit. Quū primum bene morata ac modesta illa ecclesia uirū uidit, uidit faciem ad imaginē Dei uerè formatā: uidit dilectionē fontis modo scaturientem: uidit gratiam labijs circumfusam, animi demissionis summum gradum: post quem amplius quicquam cogitari non potest:

[a] μεμελετημένη κότω.

[b] πολλαχοῦ est in utroq; exemplari: ego lego, ἐναυθ' ἀλλαχοῦ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uidit mansuetudinem atque clementiam, qualis in Dauide fuit: qualis in Solomone, intelligentiam atque prudentiam: qualis in Moyse, bonitatem: qualis in Samuele, perfectionem: qualis in Iosepho, continentiam pudicitiamq; : qualis in Daniele, sapientiam: quemadmodum magnus Helias, zelo fidei præditum: sicuti sublimis Ioannes, integritate corporis ornatum: sicuti Paulus inexuperabili præditum dilectione: uidit tot bonorum circa unam animam concursum: amore beato uulnerata est, casto bonoq; sponsum suum amore atque beneuolentia prosequuta dilexit. sed priusquam cupiditatem expleret, antequam desiderium recrearet atque sedaret, etiamnunc amoris ui feruens, tentationibus athletam ad certamina uocantibus, sola relicta est. atque ille quidem in certaminibus pro pietate susceptis desudabat: hæc uerò durabat in castitate matrimonium conseruans. Iam multum temporis intercesserat, quum quidam adulterandi animo immaculatum lectum coniugalem aggreditur. sed sponsa non poterat corrumpi, ac denuò reditus, & rursus exilium: idq; tertium accidit, donec hæretica caligine discussa Dominus, & radio pacis admoto, requietis aliquam à diuturnis laboribus spem fecit: sed posteaquam se mutuò rursus uiderunt, & castus amor spiritualesq; animi oblectationes renouatæ sunt: ac rursus desiderium accensum est: statim perceptionem uoluptatis hæc ultima peregrinatio dirimit & interrumpit. Venit ut uos tanq; sponsam ornaret, & nuptias instrueret, nec id frustra suscepit. præclaro coniugio benedictionis coronas imposuit. imitatus est Dominū, ut in Canâ Galilææ Dominus, ita etiã hic imitator Christi. Iudaicas enim hydrias hæretica aqua repletas, uirtute fidei immutata natura, uini integri & incorrupti plenas fecit. sæpè dulci sua uoce largiter affusa gratia sobriũ in uobis cratera statuit. sæpenumero uobis omnis generis rationalium ciborum epulum præbuit. Ille quidem benedicendo præibat. præclari autem isti discipuli sermonẽ minutatim exponentes turbis ministrabant. Ac nos lætamur generis uestri gloriam propriam ducentes. Quàm præclaræ hactenus narrationes, quàm beatum & optandum esset in his desinere atq; finiri sermonem. sed postea quid? Vocate lamentatrices, inquit Hieremias. Non enim aliter cor ardens ac præ dolore intumescens, leniri ac mitigari potest, nisi gemitibus & lachrymis subleuetur. Tunc discessionem spes reditus consolabatur: nunc extrema à nobis discessione auulsus est. Magnus hiatus inter eum & ecclesiam in medio firmatus est. ille quidem in sinu Abrahæ requieuit: at qui guttã aquæ, qua eorum, qui cruciantur, lingua refrigeretur, transportet, non est. Periit ille decor. Iet uox: occlusa sunt labia: auolauit gratia. ut rei præteritæ narratio, felicitas euasit. Molestum erat olim etiam Israelitico populo, quòd Helias à terra ad Deum subuolaret. sed discessum Helisæus, magistri pallio pelliceo ornatus consolabatur. nunc uerò uulnus superat artem curandi: quoniam & Helias assumptus, & Helisæus non est relictus. Audistis ex Hieremia tristeis ac flebileis quasdam uoces, quibus ut desertam urbem Hierosolymitanorum deplorat: qui quum alia quædã cum commiseratione pronuntiat, tum hoc, Viæ Sion, inquit, lugent. Hæc tunc quidem dicta, nunc autem impleta sunt. Nam ubi fama calamitatis diuulgata fuerit, tunc uiæ plenæ lugentium erunt: & effundentur qui ab eo pascebantur. Nineuitarum in calamitate uocem imitãtes. imò uerò etiam grauius & acerbius, quàm illi dolentes. Nam illorum quidem lamentatio metum soluit. his uerò nullum remedium malorum ab lamentationibus speratur. Noui quandam etiam aliã Hieremiæ uocem, libris psalmorum annumeratam, quam captiuitatis Israheliticæ nomine edidit. Verba autem scripturæ ita sese habent: In salicibus suspendimus instrumenta nostra, silentio quum nosmetipsos tum instrumenta cõdemnantes. pro mea hanc usurpo cantilenam. Nam si uidero hæreticam confusionem: (Babylon autem confusio est:) & si uidero tentationes, quæ per confusionem fluunt: hæc illa esse aio Babylonia flumina, quibus assidentes flemus, quòd non habeamus, qui per ea nos traijciat. Quòd si salices nominaueris, & in ijs suspensa instrumenta: meum etiam hoc ænigma fuerit. planè enim in salicibus uita consistit.

1.Reg.13. 3.Reg.3. Exod.19. 1.Reg.12. Geneſ.39. Daniel.13. 3.Reg.26. Hierem.9. Pſal.126.

Nam



Nam arbor sterilis salix est: à nobis autem dulcis uitę fructus defluxit. Ergo salices infrugiferæ facti sumus, ex quo otiosa atq; immota in lignis suspẽdimus dilectionis instrumenta. Si oblitus, inquit, fuero tui, Hierusalem: obliuioni tradatur dextera mea. Concedite mihi, ut scriptum paululum inuertam atq; immutem, quòd non nos dexteræ, sed dextera nostri oblita est. & lingua gutturi suo adhæresceens meatus uocis obstruxit & obturauit: ut ne amplius nos dulcem illam uocem rursus audiamus. Verùm abstergite mihi lachrymas. Nam sentio me uirũ, quam deceat, calamitatem muliebriter deflere. Nõ ablatus est à nobis sponsus, in medio nostrũm stat, etiamsi nos non uideamus. In adytis ac penetralibus sacerdos est. in interioribus uelis, quò præcursor pro nobis ingressus est Christus: reliquit carnis tegumentum. non amplius signo & umbræ cœlestium seruit: sed in ipsam rerum imaginem intuetur: non amplius per speculum atq; per transennam & ænigma: sed ipse facie cum facie collata intercedit apud Deum. Intercedit autem pro nobis & populi curatis. deposuit tunicas pelliceas, nec enim talibus tunicis opus habent, qui in paradiso degunt. sed habet indumenta, quæ puritate uitæ suæ contexuit, ijsq; sese exornauit. Honorata ac preciosa coram Domino talis (uiri) mors est. imò uerò non mors, sed ruptura membrorum est. Disrupisti enim, inquit, uincula mea. dimissus est Simeon, liberatus est à uinculis corporis. Laqueus cõtritus est, & auicula auolauit. Reliquit Aegyptum, materialem & crassam uitæ rationem transiuit non rursum hoc, sed atrum illud & caliginosum uitæ mare. ingressus est terram promissionis. in monte cum Deo philosophatur. soluit animæ calceamentum, ut pura planta mentis terram sanctam, ubi conspicitur Deus, conscenderet. Hanc quũ habeatis, fratres, consolationem uos qui ossa Iosephi transportatis ad terram benedictionis, audite Pauli uerba præcipientis: Ne contristemini sicut & cęteri, qui spem nõ habent. Dicite populo illi, Exponite bonas narrationes. dicite miraculum, cui fides derogetur: quomodo maris in modum condensati innumerorum hominum populus unum continuum corpus uniuersi erant, tanquam aqua quædam circa tabernaculi pompam æstuantes. quomodo præclarus Dauid multifariam multisq; modis in innumeros ordines sese distribuens inter diuersæ simul & eiusdẽ linguæ homines circa tabernaculũ tripudiabat & saltabat. quomodo utrinq; (quasi) ignei amnes, continentibus facibus, tractu continuo perpetuoq; fluentes, quoad oculi longissimè prospicere possent, porrigebantur. exponite studium populi totius, apostolorum contubernium. quomodo sudaria faciei eius ad præsidium atq; custodiam fidelium discerpebantur. Adijciatur narrationi etiam Imperator mœrens ob calamitatem, & è solio exurgens: totaq; ciuitas unà cum pompa sancti transiens. & consolamini uos inuicem in sermonibus istis. Rectè Solomon tristitiam curat. libet enim tristitia affectis uinum præberi, ad uos, qui uineæ operarij estis, hoc dicens. Date igitur uestrum uinum ægritudine animi affectis, non quod ebrietatem inducat, sed quod lætificet cor. meraciori & uiuaciori temperatura, fœcundioribusq; ac largioribus eos excipite sermonis calicibus, ut uobis rursus in lætitiam luctus conuertatur, per Christum Iesum Dominum nostrum, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria in secula. Amen.

1.Theſſ.4. 2.Reg.6. Pſal.113. Exod.3.

*Hactenus L. Sifanus.*

GREGO-

Universidad de Deusto
Biblioteca



# GREGORII NYSSENI
## EPISCOPI
### IN CANTICI CANTICORVM EXPLANATIONEM
### Procœmium.
IOANNE LEVVENKLAIO INTERPRETE.

*GREGORIVS EPISCOPVS NYSSAE*
*Pudicissimam Olympiadem in Domino*
*saluere iubet.*

NEGOTIVM illud de Cantico Canticorum, quod & sanctimoniæ uitæ, & animi tui puritati conuenit, in me recepi, tum coràm tum per litteras abs te nobis iniunctum: uti nimirum contemplatione conueniente abdita in uerbis doctrina illustraretur, à specie cuiuis obuia, quæ in ipsa dictione est, per sententias incorruptas repurgata. Quæ quidem caussa fuit, quamobrem curã hanc haud illubenter reciperem, nõ quòd tuo me ingenio quidquam allaturum emolumenti existimarem, qui persuasus sum oculum animi tui purũ esse, omnicp perturbationibus obnoxia fordidacp cogitatione carere, atcp etiam ad incontaminatam gratiã per hæc diuina dicta, sine ullo impedimẽto penetrare: sed ut carni adhuc immersis hæc instar adminiculi essent ad spiritualem crassarumcp rerum expertem animi statum, quo liber hic nos per abditam in se sapientiam ducit. Verum quia nonnulli inter Ecclesiasticos existimant, sacrarum litterarum dictioni esse inhærendũ, necp quidquam ab ijs per ænigmata obscuroscp sensus dictum esse, quod nobis utile sit, concedere uolunt: necessarium arbitror, ut primum ad eos, qui hoc pacto nos uituperant, purgatione utamur, nihil nos præter morem facere, dum omni ratione deuinitus inspirata doctrina quiddam emolumenti uenari nitimur, ut si quidem ipsa uerba sic intellecta, quemadmodum prolata sunt, nonnihil utilitatis nobis adferant, in promtu habeamus id, quod quærebamus: sin quid existat, quod quadam cum occultatione per obscuros sensus & ænigmata dictum, intellectu expedito & primum obuio utilitatis expers sit, eiusmodi dicta uersanda tractemus, quemadmodum oratio quæ per prouerbia nos instituit, monet ut quod dicitur uel tamquam comparationem intelligamus, uel tamquam dictum aliquod obscurum, uel tamquam uerbum prolatum à sapientibus, uel tamquam aliquod ænigma: quarũ rerũ contemplationem, quæ sublimiori quadam fit intelligentia, siue quis Tropologiam, siue Allegoriam, siue qua alia uoce uult appellare, de nomine non pugnabimus, modò intellectus utiles retineantur. Nam & eximius ille Apostolus quũ legem esse spiritualem ait, compræhendẽs interim legis appellatione narrationes etiam historicas, ita ut lex sit uniuersa diuinitus inspirata doctrina, quę non solum per apertas præceptiones, sed historicas etiam narrationes ad arcanorum cognitionem puramcp uiuendi rationem illos, qui scienter eam audiunt, instituit: explanatione usus est ex animi lubitu, ad id quod esset utile respiciẽs, nulla uocis ratione habita, qua illud explanationis genus appellari debeat. Modò de nominis immutatione commemorat, reducturus historiam ad indicationem diuini de testamenti consilij: modò in mentionem diuũm Abrahami filiorum incidens, qui & de ancilla, & uxore ingenua fuerant ei nati, hãc de illis contemplationem allegoriam uocat. Rursus quibusdam ex historia rebus commemoratis, per simulacrũ hæc eis euenisse dicit, scripta uerò esse nostri commonefaciendi caussa. Loco item allo, quum boui trituranti non obligandum esse os dixisset, adiecit: nõ esse Deum de bobus sollicitum, sed omnino propter nos id perscriptum esse. Alibi tenuiorẽ considerationem & cognitionem particularem, speculum uocat, ac ænigma. Rursus transitum à rebus corporeis ad ea, quæ mente percipiuntur, conuersionem ad Dominum appellat, & ueli ademtionem. Atcp in omnibus hisce diuersis modis ac appellationibus eius quæ mente fit contẽplationis, unã illã doctrinæ speciẽ nobis apponit, litteris non omnino inhærendum esse. Nã in multis perniciosam esse uitæ uirtuti consentaneæ significationem illorum, quę dicuntur, facilem & expeditam. Adscendendum scilicet esse ad contemplationẽ rerum crassarum expertẽ, quæcp mentis sit intelligentia, ut corporeæ adhuc cogitationes in mentem ac animum transeant, significatione illorum, quæ dicuntur, carni nonnihil adhuc cõsentanea pulueris instar decussa. Hãc nimirum ob caussam ait, Litteram occidere, spiritum uitam largiri: quòd historia sępenumero, si nudis litteris inhæreamus, uitę nõ probæ nobis exempla suppeditet. Nam quid ad uirtutem emolumenti adfert auditori uates Oseas, quum ex scorto sobolem procreat, quid Esaias ad feminam uatem ingressus, si uerbis insistatur? aut quid ad uitam consentaneam uirtuti narrationes de Dauide conferunt, ubi eodem in præculo adulterium & homicidium concurrunt? Quod si qua inuenta fuerit ratio, qua quod per hæc institutum fuit, reprehẽsione carere demonstretur: tum scilicet uerum esse uerbum illud apostoli declarabitur, litteram nimirum occidere, quippe quæ flagitiosarum in se rerum exempla contineat: spiritum uerò largiri uitam, quòd sentẽtiam specie prima occurrentem & non carentem crimine, ad diuiniores significationes transferat. Quin & ipsum illum SERMONEM, qui à creatis rebus uniuersis adoratur, scimus id tẽporis quũ in hominis similitudine ac gestibus per carnem diuina mysteria traderet, sic legis sensa nobis aperuisse: ut duos illos homines, quorum uerax est testimonium, se ac patrem esse dicat: itemcp serpentem illum aeneum, sublatum in sublime, qui leralibus populi morbis remedium adferebat, ad suam quam pro nobis in cruce subiuit, administrationem transferret. Prœterea sanctorum discipulorum suorum acumen eum per occultos tectoscp sermones exercere scimus in comparationibus, in similitudinibus, in uerbis obscuris, in pronuntiatis quæ per ænigmata efferuntur: quæ quidem seorsum eis dissipata obscuritate enarrabat, atcp etiam alicubi, si eorũ quæ tuissent dicta, sententiam non percepissent, tarditatem ingenij ac intelligẽtiæ torporem obiurgabat. Nam quum eis à pharisaico fermento abstinendũ esse præciperet, atcp ipsi ob exiguitatem ingenij ad sacculos respicerent, quibus panes ad comeatum nullos attulerant: repræhendit eos, quòd non intelligerent doctrinam quandam esse id, quod per fermentum significaret. Rursus quũ apposita ipsi mẽsa respõdisset, habere se cibũ quẽ ignorarent, atcp illi suspicarentur eũ de alimento corporeo loqui, quod esset ipsi alitunde allatũ: interpretatur uerba sua, esse nimirũ cõuenientẽ sibi cibũ uoluntatis salutiferæ implectionẽ. Atcp huiusmodi quædã infinita de uerbis euangelicis colligere licet, in quibus diuersum quiddã prima frõte intelligitur ab eo, quò illorum, quæ dicuntur, sententia respicit. Eius generis sunt, uerbi gratia, promissa sitientibus aqua, per quã illi qui credunt, fluminũ fontes fiunt: panis ille, qui de cœlis descẽdit: templũ quod dissoluitur, ac rursus triduo excitatur: ustum, lapis, qui ab architectis nullius pretij ducitur, & capiti angulari adaptatur: duo illi, qui uno sunt in lectulo: pistrinũ, ancillæ molẽtes, quarũ adsumtã altera, altera relinquitur: cadauer, aquilę: ficus quę tenerescit, ac ramos producit: quę omnia cũ alijs eiusdẽ generis excitare nos debent, ut uoces diuinas perscrutemur, & intelligendum attenti simus, omnicp modo peruestigemus, an qua reperiri possit ratio sublimior obuio cuiuis sensu, quæ mentẽ manu ueluti ducat ad ea, quæ tum diuiniora tum corporis expertia sunt. Hac de caussa lignum illud, cuius ad uescendum usus interdictus erat, non (uti quidam pronuntiarunt) uel ficum, uel aliquem alium arboris fructum esse persuasi sumus. Nam si ficus id temporis uescenti attulisset interitum, ne nunc quidem usus eius commodus esset. Præterea didicimus hoc ex dicto Domini, qui manifestè tradit, nihil illorum quæ per os ingrediantur, hominem

*Accipienda quædam in sacris litteris alio sensu, quàm dicantur.*

*Probatio ex Paulo.*



*Alia ex Christi concionibus probatio.*

*Quid lignum uitæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



hominem polluere posse. Nimirum aliam quamdam mẽtem maiestatis legislatoris, qui legem hanc tulit, quærimus: ac siue paradisum opus esse diuinæ plantationis audierimus, siue uitæ lignum in paradisi medio plantatũ, intelligere cupimus ab eo, qui arcana mysteria retegit, quorum germinum pater ille sit agricola & plãtator, & qui fieri possit, ut duo illa ligna sint in paradisi loco maxime medio, quorum alterum salutem, interitum alterum adferat. Nam quod accuratè medium est, quemadmodũ in descriptione circuli, omnino sit uno in centro necesse est. Quòd si circulo ex parte quadam alia centrum aliud apponatur, prorsus necesse est hoc ipso cum centro circulum quemdam constitui: quo fiet, ut centrum prius non iam amplius sit medium. Itidem igitur & istic quum unus sit paradisus, qui dicitur lignum utrumq; seperatum ab altero existere alterum, ac nihilominus in medio tã hoc quàm illud esse: quorum quidem illud, quod est exitiale, alienum à plantatione Dei esse docet id uerbum, quod opera Dei uniuersa admodum esse bona pronuntiat: Quo fit, ut nisi quis in rebus hisce ratiocinatione philosophica ueritatem perspiciat, non cohærere prorsusq; fabulis consentaneum esse quod dicatur, extimẽt illi, qui minus sunt circumspecti. Fuerit autem prolixum de uatibus omnia singillatim colligere, quomodo Michæas temporibus extremis dicat exstiturum montem conspicuum in uerticibus montium, quo quidem nomine mysterũ pietatis appellat, quod ad tollendas potestates aduersas in lucem prolatum est: quo pacto uates ille sublimis Esaias uirgam oriri, & florẽ è radice Iessæa tradat, quibus Domini manifestationem in carne indicat: quid mons condensatus apud Danidem significet, uel currus ille infinitè multiplicatus, uel taurorum cõgregatio uacis populorum immissa, uel pes mersus in sanguinem, uel canum linguæ, uel libanus, unà cum cedris ad similitudinem uituli attenuatus. Infinita seligi præterea possunt ex scriptis uatum ceteris, quibus necessariam esse contemplationem, qua sentẽtia uerborũ inquiratur, demonstrari queat. Eam uerò si abijcias, uti quibusdã placet, perinde mihi quiddã fieri uidetur, ac si quis ad usum humanum segetes non elaboratas apponat, non tritis scilicet in area culmis, neq; uentilabro discretis paleis à seminibus, neq; attenuato in farinam frumẽto, neq; pane modo atq; artificio conueniente confecto. Itaq; sicut fructus non elaboratus iumentorũ, non hominũ cibus est: sic dicere quis possit rationis expertium potius nutrimentum esse, quam ea præditorum, uerba diuinitus inspirata, per contemplationem subtiliorem haud elaborata, non ueteris modò testamenti, sed in non paucis etiam euangelicæ doctrinæ. Verbi gratia, uentilabrum quod aream purgat, paleæ flatu dissectæ, frumẽtum quod ad triturantis pedes remanet, ignis qui nequit extingui, horreum illud bonum, arbor malorum ferax, minæ de securi, quæ terribiliter aciem suam arbori ostentat, lapides humanam in naturam cõmutati. Atq; hęc mihi in his ad prudentiam tuam litteris, purgationis cuiusdam loco scripta sunto ad eos, qui lege quasi lata nobis præcipiunt, ut præter significationem dictionis obuiam aliud quid amplius diuinis ex scriptis ne quæramus. Iam quòd post Origenem, qui studiosam in hoc libro nauauit operam, nos quoq; litteris laborem nostrum cõmendare uoluerimus: repræhendere debet nemo, præsertim si ad diuinum illud apostoli oraculũ respicere uolet, qui unumquemq; ait pro labore proprio mercedem suam laturũ. Equidem librum hunc ostentandi caussa non composui, sed quia familiares quidã nostri pleraq; à nobis pro concione dicta discendi studio consignatorant: partim ab ipsis scripta accipiens, quæcumq; scilicet consignata sic erant, ut cohærerent: partim ex meipso quædam adijciẽs, quorum scilicet erat adiectio necessaria, sic enuntiari feci, quemadmodũ in cõcionibus ad populũ fieri cõsueuit, ordine scilicet dictorũ cõtemplationẽ pferens, quousq; tũ tẽporis ratio, tũ res ipsæ ieiuniorũ diebus otiũ mihi concederẽt. Nã ijs ipsis interpretationẽ hãc in auditorio publico elaborauí. Quòd si & uitę spatiũ Deus, qui uitæ nostræ arbiter est, & pacis opportunitatẽ suppeditauerit: etiã ea quę reliqua sunt, fortasse percurremus. Nã nũc quidem oratione ac cõsideratione nostra ad dimidiam usq; partem progressi sumus. IN

*Origenis in Canticum explanatio.*



# IN CANTICVM CANTICORVM,

## QVOD SOLOMONIS EST,

## ORATIO PRIMA.

*OSculetur me suauijs oris sui. Sunt enim ubera tua uino potiora, & odor unguentorum tuorum aromata omnia excellit. Nomẽ tibi est, unguentum exhaustum. Iccirco iuuenculæ dilexerunt te, traxerunt te. ad odorem unguentorum tuorum post te curremus. Introduxit me rex in conclaue suum. Exultabimus ac Lætabimur in te, diligemus ubera tua magu, quàm uinum. Rectitudo te dilexit.*

### EXPLANATIO.

*Quales esse debeant auditores cantici huius.*

QVotquot secundum Pauli consilium, ueterem hominem quasi quendam amictum sordidum unà cum actionibus & cupiditatibus eius exuistis, ac lucida Domini uestimenta, qualia in transformatione, quæ in monte facta est, ostendit, per puritatem uitæ induistis: immo potius, quotquot ipsum dominum nostrũ Iesum Christum unà cum sancta ipsius stola induistis, & cum eo ad statum omnis & perturbationis & uitiorũ expertem ac diuiniorẽ transformati estis: uos igitur arcana Cantici canticorũ audite, uos in sponsi conclaue labis expers ingredimini, puris & non inquinatis cogitationibus albati, ne quis animi morbis ac uitijs obnoxiam & consentaneam carni ratiocinationẽ aliquam adducẽs, ac à uestimento conscientiæ diuinis nuptijs cõueniente destitutus, suisq; adeò cogitationibus constrictus, puras sponsi ac sponsæ uoces ad brutas & cum ratione pugnantes adfectiones pertrahens, perq; eas fœdis imaginationibus implicatus, è numero illorum, qui nuptiarũ lætitia fruuntur eiiciatur: cõmutatis cum gaudio, quod in cubiculo nuptiali percipitur, dentiũ stridoribus ac lacrymis. Atq; hoc prius uobis denuntio, contemplationẽ Cantici canticorum arcanã incoaturus. Nam per ea, quæ hęic scripta sunt, animus quodam modo uestimentis nuptialibus ornatur ad incorpoream, spiritualẽ, labis expertẽ cum Deo coniunctionẽ. Etenim qui omnes salutem cõsequi uult, & ad ueritatis cognitionẽ peruenire, modum hęic salutis & perfectissimũ & planè beatũ nobis demõstrat, qui est per dilectionẽ. Nam & permultum seruantur quidam, quũ ad minas supplicij geennæ respicientes, à turpitudine nosmet dijungimus: nõnulli propter repositã eis, qui piè uixerint, præmiorũ spem uirtutẽ colentes, non bonum illud per dilectionem, sed exspectationẽ compensationis adquirunt. Verùm qui ad perfectionẽ animi cursu contendit, abigit metum, (quippe quòd eiusmodi affectio seruilis sit, non ob dilectionẽ apud eum, cuius in potestate sis, manere: sed flagrorũ metu aufugere.) atq; ipsa etiã præmia spernit, ne mercedem pluris æstimare uideatur eo, qui lucrũ ipsum largitur. Nimirum toto & pectore & anima & facultate non quid illorũ, quæ ab eo donantur, diligit: sed illũ ipsum, qui bonorum fons est. Huiusmodi ergo adfectionẽ animi quasi lege lata requirit ab auditoribus is, qui ad societatẽ suam nos inuitat. Eam uerò legislationem nobis confirmat Solomo, cuius sapientia diuino testimonio immensa est, & exæquo cum omnibus, qui uel ante ipsum extiterunt, uel deinceps futuri sunt, comparari non potest, quẽ nihil rerum omniũ latet. Enimuero num de illo me loqui existimas Solomone, qui ex Barsabea prognatus, mille boum uictimã in mõte obtulit, ac mulieris Sidoniæ consilio parens deliquit? Alius his uerbis Solomo notatur, alius: qui & ipse carnẽ quod attinet, Dauidis è semine fuit ortus, cui pacis nomẽ indiditum, qui uerus est rex Israelis, architectus templi Dei, qui cognitionẽ omnium in se complexus est, cuius sapientia est infinita, immo cuius essentia nõ nisi sapientia est, & ueritas, & omnis diuina sublimisq; tum uox, tum sensus. Hic illo Solomone tanquã instrumento usus, per uocẽ eius nobiscum loquitur, primũ quidem in Prouerbijs, deinde in Concionatore, ac post utrũq; in hac nobis iam proposita Cantici

*Solomo refert imaginẽ Christi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



canticorum philosophia, uia quadam & ordine progressum ac perfectionē oratio-
*Ordo Salomonis in libris obseruatus.* ne demonstrans. Nam ut in uita carnis nō omnis ætas omniū actionum naturaliū capax est, neq; per res similes hæc nobis uita diuersis in ætatibus procedit, quippe quòd infans opera perfectæ ætatis hominū nō obit, neq; qui ætatē integrā attigit, in sinū nutricis admittitur, sed cuiusuis ætatis tēpori quiddā aliud aptū est atq; conueniens: sic & in animo rationē quamdā ætatū spiritualiū uidere est, per quas ordo quidam inuenitur & series, qua ad uitā uirtuti consentaneā homo quasi manu ducitur. Eam ob caussam alia ratione Prouerbia nos instituunt, alia Concionator dilexit, & philosophia quę in his Canticis traditur, per doctrinas sublimiores utraq; liperat. Nam quæ in Prouerbijs est doctrina, orationē suā ad eum dirigit, qui etiamnum ætatē puerilem agit, ac rationi illi ætati cōueniente admonitionē præceptio-
» nemq; suam accōmodat. Audito, inquit, patris tui leges, fili, & imperata matris tuę
» ne reieceris. Vides ex ijs, quæ dicuntur, ætatē heic animi etiamnū teneram, ac nec-
dum formatā fingi. Videt eum adhuc præceptionibus maternis, & admonitiōe paterna indigere. Atq; ut ætas illa tenera maiori cum alacritate parentibus aurē præbeat, policetur ei fore ut ex disciplinarū studijs ornamenta puerilia consequat. Est enim certè puerorū ornatus, torques aureus circa collum fulgēs, & nexa de gratis quibusdā flosculis corolla. Atq; hæc omnino consideranda sunt, ut nos ad potiora ducat ęnigmatis intelligentia. Sic adeò sapientiā ei pictura quasi quadā exprimere incipit, inexplicabilis elegantiæ uenustatē uariē ac multipliciter enarrans, ut ne uel
metu aliquo, uel necessitate: sed cum quadā cupiditate ac desiderio ad fruitionē ho-
*Pictura sapientiæ apud Salomonem.* norum exciterur. Nam pulcritudinis expressio cupiditatē iuuenum quodā modo attrahit ad id, quod ostenditur, & ad participationē eius elegantię desideriū excitat. Quamobrē ut nis cupiditatis in eo magis adaugeatur, translata causiarū a rerum adfectione, ad adfectionē earundem prorsus expertē: pulcritudinē sapientiæ suis encomijs exornat, neq; tantùm pulcritudinē formæ ostentat: sed etiā opulentiam eius enumerat, quæ quidē illius in potestate futura sit omnino, quicunq; conubernio sapiētię utatur. Opulentia uerò eius in ornamentis sita est. Nam ornatus,
» quo ipsius dextra cingitur, tota sunt sæcula, quemadmodū dicitur: Lōgitudo æui,
» & anni uitæ sunt ipsius in dextra. Pretiosis aūt uirtutū diuitijs siniſtra circumdata
» est, quæ gloriæ splendore lucēt. Sic enim ait: In siniſtra eius diuitiæ ac gloria. Deinde oris etiā ipsius fragrantiā exponit, quod pulcrum iusticiæ aroma spirat, quū ex ipsius ore iusticiā egredi ait. In labris pro rubore naturali legem & misericordiā illo
rere dicit. Atq; uti per omnia pulcritudo huiusmodi uirgini corrogata deprehen-
» datur, etiā incessus ipsius prædicat. Ambulat, inquit, in uijs iusticiæ. Ne proceritas quidem formæ laudibus defit, quasi eius amplificatio & incrementū instar arboris ramosæ ac uegetæ excurrat. Atq; arbor illa, cui proceritas eius similis esse dicitur, ipsum uitæ lignum ait esse: quod & cibum suppeditat adhærentibus sibi, & fulcientibus se eo colūna tuta est & incōcussa. Per horū utrunq; Dūm ipsum intelligo. Nā
» is & uita, & fulcrum est. Dicuntur aūt illa uerbis huiusmodi: Vitæ lignū est illis, qui
» adhærēt ei, ac tuta fulciētibus ad eam sese, tanquā ad Dūm. Inter cætera uerò ipsius
» encomia potestas quoq; compræhenditur, ut per bona uniuersa pulcritudinis sa-
» pientiæ laus absoluatur. Deus, inquit, in sapientia terræ fundamentū locauit, ac cæ
» los prudentia præparauit. Itidemq; singula, quæ creatis in rebus contemplamur ad sapientiæ potestatē refert, etiam uarijs eam nominibus insigniens. Nam eamdē & sapientiā, & prudentiam, & sensum, & intelligentiā, & sagacitatē, atq; alijs talibus uocabulis appellat. Post hæc iuuenē ipsum instar sponsi ornare incipit ad huiusmodi contuberniū, dum ipsum iam ad diuinū illum ut thalamum respiciat, cohortatur.
» Ne reliqueris eam, inquit, & adhærebit tibi: amore ipsam complectitor, & retine-
» bit te. Circumuallato eam, & excelsum te reddet. Honore ipsam adficito, ut te complectatur, ut capiti tuo corollam gratiarū tribuit. Serto deliciarū muniet te. Postea-
quàm his eum sertis nuptialibus tanquā sponsum ornauit, horratur ut ab ea separa
» ri se non patiatur. Quū ambulaueris, ait, tecum eam ducito, omnino q; sit tecū: atq;
ubi dor-



ubi dormiueris, custodiat te, ut tecū excirato colloquatur ubi per hæc & huiusmodi alia cupiditatē eius, qui secundū hominē internū adhuc iuuenis est, inflāmatus ipsamq; sapientiā illa de sese narrantē oratiōe sua ostendit, per quę amoris adfectionem maximè in auditoribus elicit, hoc inter alia proferens, Ego illos qui me amat « diligo: (nam spes amoris mutui uehemētiori cupiditate amantē adficit) deinde ca « teris quoq; consilijs prolatis, idq; uerbis enuntiatis clarè, dictisq; cōcinnis, ut iam ad habitū quemdā perfectiorē ille deductus sit: ita deinde Prouerbiorū in extremo hæc ipsa cōiunctione tanquā felici prædicata, ubi uirilis illius mulieris laudes percenser, tamdem cōprehensam in Concionatore philosophiā proponit ei, qui iam satis idoneè per institutionē Prouerbiorū ad uirtutum desideriū deductus est. Atq; hoc in libro reprahensa hominū erga res sub adspectū cadentes adfectiōe, posteaquam dixit uanū esse, quicquid instabile sit ac præterear, quū ait, Omne quod præ- « terit uanitas est: mortū animi nostri, quo concupiscimus, elatū supra rem omnē, quę sensu percipitur, collocat ad pulcritudinem eam, quæ cerni nequit: atq; ita expurgato corde ab adfectione erga res sub oculos cadentes, per Canticū hoc canticorū mentē intra diuina penetralia secreta quadā ratione ducit. Atq; in his quod depingitur, apparatus est nuptialis: quod aūt intelligitur, animi humani cū diuinitate cōiunctio quaq; coalitio. Propterea heic sponsa dicit, quę in Prouerbijs filiū appellat: cōtraq; sapientia sponsi locū occupat, ut homo despondeatur Deo ex sponso casta, & cum Dño conglutinatus, spiritus unus fiat, perq; coalitionē cū natura labis ac perturbationis experte, pro carne graui pura mens reddatur. Quū igitur sapientia loquatur, est quod diligas quantū potes toto pectore ac facultate animi: cōcupiscito quantū in te est, atq; etiā addo fretus uerbis hisce, ut ames. Nam hæc adfectio in rebus incorporeis reprahensionē non meretur, & uitiositatis est expers, quemadmodū in Prouerbijs ait sapiētia, dum de diuinæ pulcritudinis amore tibi præcepta dat. Quin & hoc loco proposita nobis oratio cōsimiliter hortatur, neq; tantū tibi nudè consulit, sed etiā secretò philosophatur, dum imaginē quamdam iucundę ac suauis in uita rei ad expositionē huius doctrinæ tibi proponit. Cæterum imago illa, nuptialis est apparatus: in quo pulcritudinis expetitio desiderij mediū est, non id quidē more ac modo humano, faciente appetitionis illius initiū sponso: sed uirgo ipsa sponsum anteuertit, nulla cū uerecundia desiderij suum publicans, atq; optans ut delicijs ex sponsi su suauio fruatur. Nam quia boni illi uirginis huius nuptiarū conciliatores, patriarchę, uates, legislatores, diuina munera despōnsatæ attulerunt, quæ hominū consuetudo appellat ἕδνα, qua uoce dona intelligit ante nuptias data, quæ quidem heic erant delictorū remissio, malorū obliuio, peccati sublatio, naturæ transformatio, eius quod interitui obnoxiū est in statum interitus expertē cōmutatio, deliciæ paradisi, regni maiestas, lætitia finis expers: hæc igitur diuina munera posteaquā accepit uirgo ab illis præclaris donorū ante nuptias concessorū latoribus, qui ea per uatum doctrinā ad ipsam detulerunt: cupiditatē ipsa suam profitetur, & temporis illius gratiā accelerat, studiosè in id incumbens, ut desiderati uoluptate fruatur. Audiunt aūt illam nonnullæ familiares & æquales, ac sponsam maiorē ad cupiditatē proritant. Accedit & sponsus, adducens secum quorumdam amicorū atq; animo suo gratorum cætum. Sunt autē hi uel spiritus illi administri, per quos hominum saluti consulitur, uel sancti uates: qui exaudita sponsi uoce lætantur & exsultant ob coniunctionē casti ac puri coniugij, per quod animus Domino conglutinatus spiritus unus efficitur, quemadmodum Apostolus inquit. Rursus igitur id quod aiebam initio, repetā: ne quis animi morbis obnoxius & addictus carni, quicq; cadauerosum hominis ueteris fœtorem adhuc redolet, ad brutas dementias diuinarum sententiarum ac uerborū significationes pertrahat: sed unusquisq; extra seipsum egressus, mundoq; hoc crasso relicto per flatum mentis uitiorū omnium expertē in paradisum quodam modo reuersus, ac per puritatem Deo similis factus, ita deinde ad penetrale arcanorum illorum, quæ per librū hu[illegible] nobis ostentatur, ingrediatur. Quòd si quorundā animus ad huiusmodi

*Alegoria uocū Sponsæ & Sponsi.*

*Quę nā heic sponsa intelligatur, & qui sponsus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



modi auditionem imparatus est, Mosem audiat uetantē interdicto, ne tentare ad-
scensum in montē spiritualē audeamus, prius, quàm cordium nostrorū abluta sint
uestimēta, puricp redditi sint animi cōuenientibus ratiocinationū adspersionibus:
ut hoc tempore, quo cōtemplationi huic incumbimus, nuptialiū cogitationum o-
mniū obliuiscamur ex præcepto Mosis, qui lege sanciuit, ut qui mysterijs initiati
sunt, ab actionibus nuptialibus sint puri. Adeocp mea sententia Legislatoris hu-
ius præceptiones per omnia repetere debēt, quotquot ad spiritualem cognitionis
diuinę montē accessuri sunt, ubi femineū ratiocinationū genus unà cum crassis far
cinis atcp impedimentis inferæ uitæ relinquitur, atcp ubi omnis absurda cogitatio,
si quidem ad eiusmodi montē depræhensa fuerit, solidioribus ratiocinationibus
quasi lapidibus, quibusdā occiditur. Etenim uix ne sic quidem uocis tubæ huius
capaces fuerimus, ingens quiddā ac terribile, supracp uires accipientum eam posi-
tum resonantis, quā nubes caliginis antecedit, in qua Deus est, in huiusmodi mon-
te quidquid est crassum igne exurens. Iam igitur Sanctum sanctorū ingrediamur,
id est, Canticum hoc canticorum. Nam ut in Sancto sanctorum per appellatio-
nem illam superlatiuam de abundantia quadam & amplitudine sanctitatis mone-
*De libri titulo.* mur: sic & per appellationē Cantici canticorum arcanissima quædam arcana tra-
diturum se nobis sublimis hic liber posseetur. Nam quum in doctrina profecta à
sancto spiritu complura sint cantica, per quæ arduas de Deo sententias doceamur
tum à magno illo Dauide, Esaia, Mose, tum alijs multis: id tamen ex hac inscriptio-
ne discimus, quòd quantū ab externæ sapientiæ canticis sanctorum hominum can
tica differunt, tantum cantica sanctorum id, quod hoc canticorum Cantico mysle-
rium continetur, exsuperet: quo quidē maius aliquid animi intelligentia necp repe
rire, necp capere humana natura potest. Ea de caussa quod in actionibus quæ cum
uoluptate coniunctæ sunt, uehementissimū est, nimirum adfectionē Amoris, per
ænigma declarandæ huius doctrinæ caussa sibi præstituit: ut per hoc discamus, de-
bere animū aciem in pulcritudinem naturæ diuinæ inaccessam defigentem, tanto
Deū amore prosequi, quanta corporis erga id, quod ipsi cognatū est, & eiusdē cū
eo generis, est adfectio: transferentē sese à perturbationibus in statum expertē ad-
fectionum, ut extincta omni cōceptione corporea solo spiritu mens in nobis amo
re correpta ferueat, ab illo igne accensa, quem ut in terram mittat, Dominus uenit.
Enimuerò fatis iam dictū, quo pacto illorum, qui arcana hæc uerba audiunt, adfe-
cti esse animi debeant. Fuerit autē iam tempus, ut ipsas Cantici canticorū uoces o-
ratione nostra cōsiderandas proponamus. Primùm aūt inscriptionis uim consideremus. Non enim otiosè mihi liber hic ex inscriptione Solomoni attributus esse ui-
*Cur auctoris Solomonis in titulo facta mē tio,* detur: sed ut Lectores cogitent, magnum sibi quiddam, ac diuinū in ijs, quæ dictum
tur, exspectandum esse. Nam quū in summa sit admiratione sapientiæ apud quem-
uis Solomo, propter id quod de ipso proditum est testimonium: iccirco statim ab
ipsis exordijs nominis eius fit mentio, ut Lectores ingens quiddam ac dignum So
lomonis gloria de hoc libro sperent. Vt autē in pingendi scientia materies omni-
*Quid de uerbis in hoc li bro usurpatis statuendum.* no quædam est diuersis in coloribus, quæ animalis imitationem perficit: at qui ad
imaginem respicit, quæ per colores arte absoluta est, nō infrictis rabulæ coloribus
spectandō inhæret, sed tantum ad formā ipsam respicit, quam per colores expres-
sit artifex: sic etiam præsente in pictura non ad materiem colorum, qui sunt in uer-
bis respiciendum est: sed quali quædam regis in illis est intuenda forma, quę per co
gitationes puras exprimatur. Nam hæc uerba secundū significatiōes obuias quali
quidam color sunt, ut album, pallidum, nigrum, rubrum, purpureum, os, suauium,
unguentum, uinum, membrorum appellationes, lectulus, iuuenculæ, & eiusmodi
alia. Quæ autem per hæc forma conficitur, est beatitas, status expers animi mor-
borum, cum diuinitate coniunctio, à malis alienatio, & ad eius quod uere pul-
crum ac bonum est, similitudinem facta nostri conformatio. Hæ sunt cogitatio-
nes illæ, quæ suo testimonio Solomoni sapientiam talem attribuunt, quæ huma-
næ sapientiæ metas excedat. Nam quid fieri magis præter hominum opinionem
possit,



possit, quàm ipsam naturam suorum morborum & perturbationū lustratricem fa
cere ut per uerba quæ adfectiones significare putantur, de animi statu perturba-
tionum ac uitiorum experte præcipiendo nos instituat? Non enim ait, esse nos ex-
tra carnis motus debere, ac membris quæ habemus in terra, morte multatis, omni-
no à uerbis, quibus adfectiones notantur, ore abstinendum esse: sed animum eò re
digit, ut per ea quæ dissimilia & prorsus abhorrentia uidentur esse, ad puritatem
oculos dirigat, dum per uerba adfectiones notantia sententiam planè puram & ab
omni inquinatione alienam exponit. Atcp hoc unum est, quòd per hæc exordia di-
scamus, non amplius eos homines esse, qui in arcanorum libri huius penetralia in-
troducuntur: sed quod hanc naturā attineat per institutionē Domini ad rationem
quamdam diuiniorem transformari, quemadmodum ipse Sermo discipulis suis te-
statur, fuisse supra homines ceteros præstantiores, quos distinctione sua Dominus
ab alijs hominibus secreuisset, quum ait: Quem me homines esse dicunt? Et uos «
quemnam me esse dicitis? Reuera enim is, qui per hæc uerba, quorum obuia cuiuis «
significatio carnales quasdam uoluptates indicare uidetur, ad sensum fœdum ac
sordidum non prolabitur: sed ad cogitationes puras rerumcp diuinarum sapien-
tiam, quasi manu ducitur: non se amplius hominem esse declarat, necp commistam
ex carne ac sanguine naturam habere, sed sanctorum hominum uitam, qualem in
resurrectione speramus, præ se fert, iam angelis adfectionum uacuitate par factus.
Nam uti post resurrectionem corpus ad statum expertem interitus transforma-
tum, hominis animo copulabitur, morbis & adfectionibus illis, quæ modò nobis
per carnem molestias exhibent, unà cum corpore nō resurgentibus: quippe quod
tum uitam nostram pacata quædam condicio excipiet, non iam amplius sensu car-
nis aduersus animum seditiones concitante, necp bello interno per adfectionum
motus repugnante legi mentis, atcp animum uictum instar captiui alicuius ad pec
catum adducente: sed ab omnibus huiusmodi natura tum pura erit, unuscp ambo-
rum sensus efficietur, carnis inquam & spiritus, omni adfectione corporea subla-
ta ex natura: sic etiam huius libri oratio exhortatur auditores, ut tametsi uiuamus
in carne, non tamen cogitationibus ad eam cōuertamur: sed ad animum solum re-
spiciamus, & amatorias uerborum significationes puras ac non inquinatas ad bo-
num illud, quod omnē mentem excedit, referamus. Nam id solum reuera suaue est,
& dignum quod experatur, & amabile, cuius perpetua fruitio maioris cupiditatis
fit occasio, desiderium ad fruitionē bonorum magis excitans. Sic Moses tamquā
sponsa sponsum osculabatur ad exemplum huius in Cantico uirginis, quæ inquit:
Osculetur me suauijs oris sui. Nam is per consuetudinem cum Deo, quę fiebat à «
uultu ad uultum, quemadmodum litteræ sacræ testantur, etiam magis ad concupi-
scentiam eiusmodi osculorum accendebatur: dum post tot apparitiones diuinas,
quasi nunquam eum spectasset, adspicere cupit desideratum. Sic reliquos omnes,
quibus diuinum desiderium imis in penetralibus hæsit, nunquam cupiditatis ce-
pit satietas. Quidquid diuinitus eis ad desiderati fruitionem eueniret, id pro mate-
rie atcp excitamento cupiditatis uehementioris ipsis erat. Quemadmodum nunc
quocp animus, qui cum Deo coniungitur, exsatiari fruitione non potest. Quanto
largius pulcritudine repletur, tanto uehementius desiderijs feruet. Quia enim
sponsi uerba spiritus & uita sunt, & quisquis spiritu cōglutinatur, spiritus fit unus,
quicp uitæ copulatur, de morte in uitam transit, secundum Christi dictum: iccirco
propius ad fontem uitæ spiritualis accedere desiderat animus, qui per uirginem
hanc intelligitur. Fons autem ille sponsi est os, ex quo æternæ uitæ uerba scatu-
rientia replent os, quod attrahit ea, quemadmodum uates ille faciebat, spiritum
per os attrahens. Quoniā igitur is, qui è fonte potum attrahere uult, necesse est os
ad aquam apponat: quum fons sit dominus ipse, qui dixit: Si quis sitit, accedat ad «
me, ac bibat: propterea sitiens animus os suum ad os, quod uitæ fontem continet, «
abhibere uult, quum ait: Osculetur me suauijs oris sui. Qui autem uitam omnibus
quasi de scaturigine quadam largitur, atcp omnes salutem consequi uult: neminem

Universidad de Deusto
Biblioteca



eorum, qui salutē consequuturi sunt, expertem eius oſculi uult esse. Nam suauium hoc sordes omnes expurgat. Quamobrem hæc uerba mihi Dominus ad Simonem illum leprosum proferre cum exprobratione uidetur: Suauium mihi non dedisti. Profectò enim mundus effectus fuisses, puritate per os attracta. Verùm ille meritò erat inamabilis, deorsum carnis onere pressus ob morbum, & ad appetitionem Dei per morbum immobilis manens. Verùm animus purgatus, nulla carnali lepra caliginem offundente, bonorum thesaurum uidet. Ei thesauro nomē est hoc cor de quo uberibus diuini lactis copia suppeditatur, quo quidem animus nutritur, pro fidei ratione gratiam attrahens. Propterea inquit: Vbera tua uino potiora sunt. Per ubera ob rationem loci, quo ea collocata sunt, cor significans. Atq; omnino si quis per cor abditam & ineffabilem diuinitatis potestatem intelligat, non aberrabit. Vbera uerò bonas esse diuinæ potestatis effectiones, quæ nostra causſa fiunt, non abs re quis existimet. Nam per illas uitam uniuscuiusque Deus nutricis instar alit, ac nutrimentum cuiq; conueniens largitur. Obiter etiam quasi in transitu doctrinam aliam per philosophiam libri huius percipimus: nimirum duplicem in nobis sensum esse, alium corporeum, alium diuiniorem, quemadmodum in Prouerbijs alicubi dicitur: Sensum diuinum inuenies. Est enim proportio quædam in effectionibus animi ad sensuum corporis organa, quod quidem ex his uerbis discimus. Nam de uino & lacte gustatu fit iudicium. Quòd si ad mentem ea referantur, omnino etiam facultas animi percipiens illa, mentis intelligentia compræhendetur. Oſculum per tangendi sensum efficitur, quippe quòd in oſculo labra mutuò sese contingant. Est & animi tactus quidam, quum Sermonem efficacia quadam incorporea & mente tantùm compræhensili attingit, quemadmodum ille ait: Manus nostræ contrectarunt de Sermone uitæ. Eadem ratione diuinorum etiam unguentorum odor haud narium est uoluptas, sed facultatis cuiusdam mente compræhensiks atque omnis crassiciei expertis, quæ spiritus attractione fragrantiam Christi attrahit. Sic enim ipsis in exordijs uirginei uoti sequitur. Vbera tua uino potiora sunt, & odor unguentorum tuorum aromata omnia excellit. Quibus in uerbis, nostra quidem opinione, non exigua neq; contemnenda sententia continetur. Statim enim ex eo, quòd per comparationem lac diuinis ex uberibus expressum læticiæ, quam ex uino percipimus, antefertur: discimus omnem sapientiam humanam, omnem scientiam rerum, ac uim contemplatricem, imaginationemq; res percipientē, per comparationē simpliciori diuinæ doctrinæ alimento exæquari non posse. Nam ex uberibus lac promanat, quo infantes aluntur. Vino autem, quòd & solidius sit & plus caloris habeat, perfectiores iam fruuntur. Verùm enimuerò quòd in extera sapientia perfectum est, doctrina diuini sermonis puerili est exilius. Iccirco diuina ubera longè uino humano præstant. Odor autem diuinorum unguentorum omni, quæ aromatibus ineſt, frangrantia suauior est. Et uidetur hoc mihi talem quemdam sensum exhibere. Per aromata uirtutes intelligimus, uerbi gratia, sapientiam, modestiam, iusticiam, fortitudinem, prudentiam, & quæ sunt eiusmodi, quibus quasi colorati pro sua quisq; facultate ac instituto alius aliam fragrantiam consequimur: nimirum hic ex modestia uel sapientia, ille ex iusticia, uel fortitudine, uel alia quapiam re, quam uirtuti consentaneam esse intelligimus. Alius forte ex aromatibus huiusmodi uniuersis temperatam in se fragrantiam continet. Hæc tamen omnia uenire in comparationem cum absoluta illa ex omni parte uirtute non possint, quam Abacuc ius uates cælos complexam esse ait. Virtus eius, inquit, cælos operuit. Ea uerò est ille ipse, qui prorsus est sapientia, & ipsa iusticia, & ipsa ueritas, ac singillatim omnia. Tuorum igitur, inquit, unguentorum odor gratiam incomparabilem habet ad hæc aromata, quæ nobis nota sunt. Deinde in ijs, quæ sequuntur, animus qui sponsa est, sublimiorem philosophiam attingit, dum potestatem diuinam, quæ inaccessa est ac rationibus humanis compræhendi nequit, his uerbis demonstrat. Nomen tibi est, unguentum exhaustum. Videtur enim mihi per hæc uerba tale quid significari,

*Duplex in homine sensus.*

*Cur lac uino præferatur.*



cari, quòd nimirum indicatione, quę per nomina fit, compræhendi accuratè natura infinita nequeat: adeoq; uim omnem cogitationum, & uerborum appellationumq; significationē, utut magnū quiddam ac Deo cōueniens continere uideant, nō tamē naturā & essentiā Dei attingere posse, sed rationē nostrā uelut ex uestigijs quibusdā ac reliquijs ignis ad id, quod obscurū est, collineare: dū ex ijs, q̄ cōprę hēdi ac percipi possunt, pportione quadā de eo quod cōpræhēdi nequit, coniecturā facit. Nā quodcūq; tādē excogitauerimus nomē de quo diuinitatis illud unguētū agnosci debeat: nō tamē ipsum unguētū p expressionē eorū, q̄ proferimus, significare possumus: sed exiles quasi quaidā reliquias nidoris de diuina fragrantia p appellationes theologicas ostendimus. Perinde ac fieri cōsueuit in uasis, de quib. unguētū euacuatū fuerit. Ignorat quidē, quale quiddā sit ipsum p se natura sua unguē tū exhaustū, sed ex obscura quadā de nidoribus in uase relicta qualitate cōiecturā quādā de unguento exhausto facimus. Hoc igitē est, qd' p uerba indicata discimus, ipsum uidelicet diuinitatis unguētū quale quale tādē essentia sua sit, supra omne tū nomē, tū cogitationē esse: sed miracula, quæ in hoc uniuerso cōtēplamur, uocibus theologicis materiē suppeditare, per quas Deū sapientē, potentē, bonū, sanctum, beatū, æternū, iudicē, seruatorē, alijsq; talibus nominibus appellemus. Oēs aūt illæ tenuē quamdā unguenti diuini qualitatē indicāt, quā rerū creatarū uniuersitas instar unguentarij cuiusdā uasis per miracula, quæ in ipsa cōspiciuntur, in sese deterſit. Iccirco ait, iuuenculæ dilexerunt te, traxerunt te. Expoſuit causſam laudabilis filius cupiditatis & adfectionis amatoriæ. Quis enim pulcritudinē talē amore nō prosequeretur, si tātum oculū habeat, qui defigere aciē in uenustatē illā possit? Cuius eximia sane est pulcritudo, quæ percipi potest: at id quod conijciendo per illud, quod apparet, cōcipimus: infinitis est modis amplius. Verùm ut amor in rebus hisce crassis neq; ad eos sese extendit, qui adhuc pueri sunt, q̄ puerilis ætas adfectiōis illius necdū sit capax, neq; ad extremæ senectutis homines: sic & diuina in pulcritudine tū is, qui puer adhuc est, quasiq; fluctibus quibusdā iactatur & circūfertur omni doctrinæ uento, tū qui cōsenuit, & ad interitum iā accessit propius, uterq; ad cupiditatē hāc immoti reperiuntur. Nō enim uenustas illa, quæ cerni nequit, tales attingit: sed tantùm animus, qui condicionē puerilē excessit, ætateq; spirituali feruet, neq; item maculam ullā rugāq; uel eiusmodi quid admittit, qui neq; præ puericia sensus est expers, neq; præ senio debilis, qui heic iuuenculæ nomine appellatur: is igitur magno illi ac principi legis præcepto obtemperat, toto nimirum corde ac facultate pulcritudinē illā diligens, cuius picturā & exemplū, & enarrationē humana cogitatio nō inuenit. Huiusmodi ergo iuuenculæ, quæ per uirtutes excreuerunt, ac per ætatem intra diuini thalami arcana peruenerūt, pulcritudinē sponsi huius diligunt, ac per dilectionē ad sese conuertunt. Talis enim hic sponsa est, ut erga diligentes se uicissim & ipse desiderio adficiatur, qui quidē sub persona sapientiæ sic loquitur: Ego amantes me diligo. Itē, Ego diligentibus me opulentiā largior, (ea uerò opulentia ipsus est,) ac thesauros ipsorū bonis implebo. Animæ ergo ad sese desideriū immortalis illius sponsi attrahunt, à tergo Domini, qui Deus est, incedentes: ut sacris in litteris est perscriptū. Causſa uerò dilectionis earū est unguenti fragrantia, ad quā semper curr entes in anteriora cōtendunt, obliuiscentes eius quod à tergo est. Ad odorē, inquit, unguentorū tuorum post te curremus. Enimuerò animæ, quæ ad uirtutis perfectionem necdum peruenerunt, ac per ætatem adhuc iuuenes sunt, curſuras se ad metam, quam unguentorum odor ostendit, his uerbis policentur: Ad unguentorum tuorum odorem curremus. At perfectior animus uersus anteriora maiori cum impetu contendens, metam ipsam iam adsequutus est, qua curſus absoluitur, ac dignus thesaurorum in penetralibus abditorum fruitione ducitur. Sic enim ait: Introduxit me rex in conclaue suum. Nam qui animus extremis labris contingere bonum illud desiderauerat, ac tantisper pulcritudinem eius erat adsequutus, quantum uoti uis indicat, quo per illustrationem sermonis quodam oculo potiri optauit: hic igitur quum per ea quæ con-

*Quid intelligatur per iuuenculas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



sequutus erat, etiam ad interiora quæ rationi cognoscere non fas est, penetrasse clamat se non solum cursu ad bonorum limina peruenisse, sed etiam per primitias spiritus, quo prima illa gratia quasi per quoddam osculum donatus sit, Dei profunditates inuestigare, ac intra paradisi penetralia receptum ad exemplum magni illius Pauli, uidere se ait ea, quæ spectari non fas est, ac uerba quæ exponi oratione nequeunt, audire. Quod autem sequitur, administrationis in Ecclesia diuinę explicatio est. Nam qui primi per gratiam edocti fuerunt, ac ipsi spectatores & ministri Sermonis exstiterūt, non intra se boni huius limites descripserunt: sed cū illis etiā, qui sequuti sunt ipsos, quasi per quamdam deriuationem eamdam gratiam cōmunicarunt. Iccirco iuuenculæ ad eam sponsam, quæ prima Sermonis osculo potita,
» bonis repleta fuerat, aiunt: Exsultabimus ac lætabimur in te. Tua scilicet exsultatio gaudium est nobis commune tecum, atq; uti tu Sermonis ubera supra uinū diligis: sic etiam nos te imitabimur, ac ubera tua, quibus illis qui adhuc in Christo infantes sunt, lactis potum præbes, supra uinum humanum diligemus. Atq; uti clarius hæc quis cogitatione complectatur, huiusmodi quiddam est, quod heic dicit. Dilexit ubera Sermonis Ioannes, qui in pectus Domini cecidit, & cor suum quasi spongiam quamdam ad fontem uitæ apponens, perq; deriuationem inexplicabilem mysterijs in corde Domini abditis repletus: etiam nobis mammā à Sermone repletam instillat, nosq; bonis hausti ex ipso fonte replet, dū magna uoce Sermonem illum semper existentē prædicat. Quapropter meritò nos quoq; ad ipsum
» dicemus, Diligemus ubera tua magis, quàm uinum: si quidem tales sumus, quales sunt iuuenculæ, ac neq; animis adhuc sumus pueri, uanitate cum pueritia coniuncta: neq; rugas per peccatum in senecta, cuius finis est interitus, contraximus. Iccir
» co autem doctrinæ tuæ adfluxum diligimus, quia rectitudo te dilexit. Hic enim est ille discipulus, quem Iesus diligebat. Iesus autem rectitudo est. Atq; hæc uerba pul
» crius ac diuinius nomen Domino, quàm uates ille Dauides, tribuunt. Ait enim is, Rectus est Dominus, qui Deus est: heic uerò ipsa rectitudo appellatur, qua quidquid curuum est, rectum efficitur. Enimuerò nobis etiam cuncta quæ torruosa sunt, recta fiant: & aspera in uias planas commutentur, idq; munere Domini nostri Iesu Christi, cui gloria sit sæculis infinitis. Amen.

# IN CANTICVM CANTICORVM
## ORATIO SECVNDA.

» *Nigra sum ego, & pulcra, filiæ Hierusalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Solomonis. Ne intuemini me, quia denigrata sum, quòd sol me adspexerit. Filij matris meæ pugnarunt in me. Collocarūt me custodem in*
» *uineis. Vineam meam non custodiui. Denuntiato mihi, quem dilexit a*
» *nimus meus, ubi nam pascis? ubi cubas in meridie? ne tamquam uelata tuorum ad*
» *sodalium greges perueniam. Si non nosti teipsam, ó tu quæ inter mulieres pulcra es, exi*
» *gregum in uestigijs, & hædos pascito in tabernaculis pastorum.*

### EXPLANATIO.

SAcrum testimonij tabernaculum, quod speciem externam attinet, cū abdita, interius pulcritudine comparari non poterat. Nam externus tabernaculi huius ornatus ex aulæis, quę uulgaris essent telæ, uelisq; de caprarum pilis confectis, ac rubrorum tergorū cortinis constabat. Neq; species harum rerum quidquā magnum ac pretiosum ostendebat ijs, qui externa contuebantur. Verùm interius auro, argento, magni pretij lapillis uniuersum testimonij tabernaculū relucebat. Columnæ, bases, capitula, thuribulum, ara, arca, candelabrum, propitiatorium, labra, cortinæ foribus appensæ, quarum elegantia de omni specie coloris uenusti mista erat, tela item aurea de hyacintho, purpura, bysso, coccino per artificiosam quamdam



dam subtilitatem operis elegāter contexta, decq; his omnib. rēperata, nō aliter atq; in Iridis radijs, totius ut operis texti splendor reluceret, efficiebat. Quo autē respiciam in hoc procœmio meo, planum uobis omnino de ijs, quæ à me proferentur, erit. Rursum carmen illud carminum nobis propositum est, quod ad omnem nos philosophiā Deiq; cognitionē deducat. Hoc uerum est testimonij tabernaculum, cuius uela, pelles, aulæi cortina, sermones sunt amatorij, ac uerba quibus animi affectio erga desideratū indicātur. Pictura itē pulcritudinis, & membrorū corporeorum mentio, ac eorum quæ tū in uultu apparent, tū uestis amictu celant. Quæ autē interius sunt, reuera sunt candelabrum quoddā multis candelis lucens, & arca myrrhis plena, & acerra fragrantiæ, & facta illa ex auro solido pietatis ara, quæ peccatum expiat, & cortinarum pulcritudo, per uenustos uirtutum colores decorē contexta, & cogitationum columnæ quæ flecti nequeunt, & immobiles doctrinę bases, & capitulorum elegantia, qua principis animi facultatis gratia indicatur, & animorum labra, & omnia ad uiuendi rationem cælestem & extra corpus positam spectantia, quæ per ænigmata lex imperat, in sensibus sub ipsa dictione abditis est inuenire, modò ad ingressum in hæc sancta sanctorum studiosè nosmet per lauacrum rationis idoneos effecerimus, omnibus cogitationis fœdæ sordibus ablutis, ne contra legis edictum attrectata morticina quadam animi consideratione, uel impura cogitatione contacta, nō spectatis interioribus tabernaculi miraculis, excludamur. Non enim talibus aditū concedit lex spiritus, nisi quis conscientiæ suæ uestem de præcepto Mosis abluerit, qui præsertim mortuam aliquam & abominandam cogitationem attigerit. Deducit autem consequentia illorum, quæ inuestigauimus hactenus, orationem nostram ad considerationem eorum, quæ ad iuuenculas à sponsa proferuntur. Sunt autem hæc. Nigra sum ego, & pulcra, filiæ Hierusalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Solomonis. Præclarè scilicet hæc magistra bonorum indicationem ad animos erudiendos instituit, inde orsa unde oportebat. Nam alacriter illi policentur, se omni ratione humana, quàm figuratè ninum appellant, destillantem ex eius uberibus gratiam potiorem ducturos, quīt inquiunt. Diligemus ubera tua magis, quàm uinum: quia rectitudo te dilexit. At hæc discipulas suas per commemorationem miraculi, quod sibi accidisset commonefacit: ut magis etiam sponsi benignitatem & studium erga hominum genus immensum cognoscamus, qui ex amore dilectæ ab se pulcritudinem suppeditat. Ne miremini, ait, quòd rectitudo me dilexerit: sed quòd ex peccato nigram, & propter opera factam caligini consentaneam, ex amore formosam effecerit: commutata cum fœditate mea pulcritudine sua. Nam translatis in se peccatorum meorum sordibus, puritatem mecum suam communicauit, meq; pulcritudinis eius, quæ in ipso est, participem fecit: adeoq; posteaquàm ex deformi primùm me amabilem reddidit, ita deinde amore complexus est. Post hæc iuuenculas hortatur, ut & ipsæ formosæ fiant, præmonstrata pulcritudine sua, perinde ac magnus etiam Paulus ille facit, quum ait: Velim tales fiatis, qualis ego sum: quando & ipse talis sum, quales uos estis. Item, Imitamini me, quemadmodum ego Christum imitor. Nā per hæc uerba prohibet, quo minus animi quos instituit, uitam præteritam inspiciundo de consequenda pulcritudine desperent: sed uult ut se intuendo discant exemplo suo, id quod in præsentia sit, uelamentum esse illius quod ante esserit, modò culpæ sit expers. Tametsi enim, inquit, nunc in me pulcritudo lucet, quæ mihi propterea est impressa, quod rectitudo me dilexerit: scio tamē ab initio me nō fulsisse, sed fuisse nigrā. Talis uerò in me speciei caligini & tenebris cōsentaneæ caussa est uita præterita. Verùm aūt illud in me sit, nihilominus etiā hoc sum. Nā caliginis similitudo in pulcritudinis formam est commutata. Quāobrē uos quoq; filiæ Hierusalē, suspicite ad matrē uestrā, Hierusalē superā: ac tametsi tabernacula Cedar fueritis, proterea q̄ inhabitet in uobis princeps potestatis tenebrarū, (nam uox Cedar caliginem significat) tamen Solomonis pelles fietis, hoc est templum regis eritis, habitante in uobis rege Solomone. Est autem

Solomo

*Comparatio libri huius cum tabernaculo testimonij.*

*Summū in nos Christi beneficium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Solomo pacificus, facto à pace ipsius nomine. Pelles nimirum Solomonis à parte appellat omnes tabernaculi regij cortinas. Atq; hac in sententia magnus ille Paulus in libro ad Romanos scripto continuò mihi uersari uidetur, ubi Dei erga nos dilectionem commendat, q̃ nos peccatis obnoxios & nigros luci conformes ac amabiles effecerit, dum gratiæ suæ fulgore nos illustrat. Nam ut noctiu omnia cum caligine prævalescente nigrescunt, tametsi natura sua sint splendida, rursumq; lucẽ cuncta occupante non amplius manet in ijs, quæ in caligine obscurata fuerant, illa cum tenebris conformitas: sic animo ab errore ad ueritatem translato, etiam caliginosa illa uitæ species in lucidam quamdam gratiam commutatur. Atque hæc sponsa illa Christi Paulus perinde ad Timotheum ait, ut hæc ad iuuenculas, Paulus inquam ex nigro factus splendidus: nimirum hoc sibi quoq; datum esse, ut pulcer fieret, qui prius blasphemus fuerat, persequutor, oppressor uiolentus, nigerrimisse item Christum in mundum, ut ex nigris splendidos efficeret, dum non iustos ad se uocat, sed peccatores ad pœnitentiam, quos quidem per regenerationis lauacrum tamquam luminaria quædam lucere fecit, abluta per aquam caliginosa ipsorũ specie. Idem & Dauidis oculus in ciuitate supera conspicit, idq; adeò spectaculum admiratur, quo pacto in ciuitate Dei de qua præclara quædam & magnifica dicta sint, Babylon sedem habeat, & meretricis illius Raabæ mentio fiat, quo item pacto exteri, Tyrus, Aethiopum natio in ea existant, ut iam non amplius quis ciuitatis huic solitudinem ob paucitatem incolarum exprobrare possit. Nõ amplius quis Sioni dicet, inquit, Homo & homo in ea nati sunt. Nam illic etiam exteri ius ciuitatis consequuntur, & Babylonij pro Hierosolymitanis habentur, & meretrix fit uirgo, & Aethiopes nitidi, & Tyrus ciuitas illa supera. Sic & hoc loco filias Hierusalem hæc sponsa reddit alacres, dum sponsi bonitatem prædicat, qui quamuis animum etiam nigrum acceperit, communicatione tamen sui pulcrum efficiat: ac tametsi quis tabernaculum Cedar fuerit, nihilominus lucis sit habitaculum, uero Solomone, hoc est, rege pacifico in eo habitante. Propterea inquit: Nigra sum ego, & pulcra, filiæ Hierusalem, ut in me respicientes & ipsæ pelles Solomonis efficiamini, utut tabernacula Cedar fueritis. Deinde ad ea quæ dixerat, adijcit sequentia, per quæ discipulorum animum necessariò munit, ut ne caussam renebuerit colæ illius speciei referant ad creatorem: sed electionem uniuscuiusque formæ huiusmodi principium esse statuant. Ne intuemini me, inquit, quia denigrata sum. Non talis eram ab initio. Nec enim uero consentaneum erat eam, quam lucidæ manus Dei finxerant, renebricosa quadam & nigra specie infectam esse. Non igitur eram, inquit, sed facta sum talis. Neque enim à natura denigrata sum, sed eluctamodi fœditas aliunde mihi est inducta, sole speciem meam ex nitida in nigram commutante. Nimirum sol, ait, adspexit me. Quid igitur est, quod per hæc discimus? Ait Dominus per comparationem quamdam ad hominum turbas, eum qui sementem sermonis facit, non tantum in cor bonum semen illud conijcere: sed etiamsi uel lapidosum fuerit, uel spinis silueseat, uel ad uiam publicam situm, pedibusq; tritum sit, nihilominus eum ex benignitate sua in omnia corda sermonis semina spargere. Deinde proprietates uniuscuiusq; declarans, contingit illud in animo lapidoso, ait, propterea quòd abiectum semen in imo radices nõ agat, sed mox per apparens in summo germen spicam policeatur. Verùm posteaquam sol feruidius illud calefecit, quia nullus radicibus humor subiectus est, exiccatur. Atque his in uerbis ipse per solem se tentationem intelligere declarat. Illam igitur doctrinam ab hac magistra discimus, humanam uidelicet naturam ueræ lucis simulacrum expressum fuisse, longeq; remotam à tenebricosis lineamentis, ad pulcritudinis principis similitudinem luxisse. Verùm tentatio æstu ardente perfraudem iniecto, tenerum adhuc & radicis expers germen illud primum deiecit, ac priusquàm boni habitum aliquem adquireret, & per cogitationum agriculturam in imo solo radicibus locum daret, mox per inobœdientiam illud exiccauit, ac uiridem illam florentemq; speciem per exustionem nigrorem reddidit. Atq;



Atq; hoc loco Solem à nobis appellari aduersarium tentationis impetum, nemini auditorum insolens uideri debet, quũ id ex litteris diuinitus inspiratis nõ uno in loco doceatur. Nam in secunda Graduum oda benedictione hac adficitur is, qui cæteris æq; opificis auxilium habet, ut per diem à sole non comburatur. Et Elaias uates de statu Ecclesiæ uaticinans, quasi quamdam pompam reipubl. depingit, egregieq; narrationem ipsam exornat, quum filias dicit in humeros sublatas, & pueros fulgentibus lecticis uectos, umbraculis æstũ arcere. Quibus in uerbis per ænigmata uitã, quæ in uirtute exigit, depingit. Per ætatẽ puerilẽ notat infantiã peruersitatis expertẽ, per umbracula recreationẽ in æstu, quã ex continentia & puritate animi percipiunt. Ex quibus discimus esse necessariũ, & ut animus qui sponsæ instar ad Deum deducitur, in humeros attollatur, neq; à carne conculcetur, sed ponderi corporis insideat. Fulgentem uerò lecticã quum audimus, relucẽtem illuminationis gratiam intelligimus, per quam pueri reddimur, non iam amplius terræ uestigia imprimentes: sed in illa cælestem ad uitam uecti. Vita ipsa nobis umbrosa fit & rorida, per umbracula uirtutis æstu extincto. Hic igitur ille sol est, qui nos lædit, quum ortus ab ipso æstus non arcetur à nube spiritus, quam hominibus eiusmodi Dominus expandit, ut ea tegantur. Hic ille sol est, qui nitidam corporis superficiem tentationum impetu adurens, formam eius turpem denigrando reddit. Secundum hæc narrat, unde orta sit illa nitidi coloris nostri in nigredinem commutatio. Filij meæ matris, inquit, pugnarunt in me. collocarunt me custodem in uineis. Vineam meam non custodiui. Concedant autem mihi auditores, ut in concinnanda dictione non nimis argutè occuper, sed ad seriem sensus respiciam. Quòd si quid in uerbis accuratè non cohæret, id imbecillitati eorũ tribuatur, qui Hebræam linguam in sermonem Græcum conuerterunt. Nam quibus hoc contigit, ut studiosi Hebræorum in lingua instituerentur, nihil eiusmodi reperiunt quod non aptè cohærere uideatur. Nimirum quia linguæ nostræ conformatio ad elegantiæ Hebraicæ rationem non conuenit. confusio quædam existit in ijs, qui significationem dictionis leuiusculè sequuntur. Sententia quidem loci propositi hæc est, quantum nos eam percepimus: hominem initio sic extitisse, ut nullo diuino bono indigeret: quippe cuius esset officij, ut bona tantùm conseruaret, nõ adquireret. Verùm hostiles insidiæ ipsum ijs, quæ habebat, nudarunt: quum beatam illam sortem, quã ipsius naturæ Deus concesserat, non seruasset. Hæc uerborũ est sententia, quæ per huiusmodi ænigmaticas uoces traditur. Filij matris meæ pugnarunt in me. Collocarunt me custodẽ in uineis. Vineã meã nõ custodiui. Quæ oratio multa nos paucis uerbis docet. Primùm id, quod & magnus ille Paulus pronuntiat: Omnia nimirum esse ex Deo, & patrem esse Deum unum, ex quo sint omnia, neq; quidquã eorũ esse, quę existunt, quod nõ per illũ & ex illo essentiã suã habeat. Nã ut ille ait, omnia per ipsum facta sunt, & absq; ipso nihil est factũ. Verùm quia cũcta quæ fecit Deus, admodũ bona sunt quippe qui omnia cõdidit in sapiẽtia, naturæq; rationis participi gratiã largitus est eã, qua sui iuris esset, adiecta facultate, quæ retũ iudicarũ esset inuẽtrix, ut quãtũ in nobis est, & locũ haberet id quod bonũ est, & coactũ atq; inuoluntariũ nõ esset, sed profectũ à cõsilio & electiõe opus fieret: quũq; motus ille spõtaneus summa quadã potestate ad id, quod ipsi uisum est, nos ducat: repertus est quidã in rerũ natura, qui hac potestate nõ recte usus esset, ac secũdũ apositoli dictũ, malorũ esset inuẽtor. Is quia & ipse exstitit à Deo, frater noster est: q; erit ex boni societate spõte sua excidit, & noua quadam ratione malorũ originem excogitauit, paterq; mendacij factus est: iccirco se omnibus hostem constituit, quorum consilij scopus ad id quod melius est, spectat. Per hunc igitur quum & a-ijs sumministrata esset occasio, qua de bonis exciderẽt, quod quidẽ humane quoque naturæ accidit: recte spõsa hæc olim quidẽ nigra, nũc uerò pulcra, caussam attræ illius faciei ad huiusmodi matris suæ filios refert, docens nos per ea quæ dicit, unam esse ueluti matrem quamdam omnium rerum quæ existunt, caussam rerum omnium scilicet. Iccirco cuncta quasi germana sunt inter se, quæcunque rerum in

natura

*Solem pro tentatione accipi.*

*Excusatio uersionis non optimè factæ.*

*Quomodo diabolus humani generis & frater sit, & hostis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



natura existere ui animi cognoscimus. Solum consilij atque electionis discrimen naturam in partes amicas & hostiles diuisit. Nam qui à boni studio discesserunt, ac propter defectionem ab eo quod melius est, mali causſa extiterunt: (neque enim aliud quid malum natura sua existit, quàm diremtus à meliori) omni studio omnicp cogitatione sunt in hoc, ut & alios in malorum societatem pertrahãt. Propterea inquit: Filij matris meæ (nimirum numeri multitudinis significatione multiplicem malitiæ copiam indicans) bellum excitarunt in me, non extrinsecus per incursionem me oppugnantes: sed animo ipso in belli, quod in eo geratur, campũ constituto. Est enim hoc bellum in singulis, quemadmodum diuinus ille apostolus hæc interpretatur, quum ait: Video legem aliam in membris meis, quę bellum gerit aduersus legem mentis meæ, meqp in captiuitatem legis peccati redigit, quæ meis est in membris. Hoc igitur bello intestino in me exorto, per fratres quidem illos, sed hostes salutis meæ nigra facta sum, uicta scilicet ab hostibus, uineaqp meam non custodiui. Intelligẽdum est autem per uineam idem quod per paradisum. Nam & ibi collocatus erat homo, ut paradisum custodiret: ac negligentia in custodiendo de paradiso ipsum eiecit, & terra uersus orientem solem sita depulsum, occidentis habitatorem effecit. Eam ob causſam oriens occidentem illustrat. Psalite Domino, inquit ille, qui ingressus est ad occidentem. Nimirum ut luce in tenebris splẽdorem suum emittente, caliginis ad radium eius fiat immutatio, rursumqp pulcra reddatur ea, quæ erat nigra. Quod autem ad hanc sententiam, quæ à nobis inuenta est, non satis ipsa oratio congruere uidetur: in eo possumus hoc quodam modo nobis succurrere. Quod enim heic dicitur, Collocarunt me custodem in uinea: tantundem ualet atque illud quod alibi est: Constituerunt Hierosolymam quasi quoddam tugurium eius, qui fructus custodit. Neqp enim illi constituerunt eam custodẽ uineæ diuinæ, sicut intelligere quis fortè possit primo quasi intuitu: sed Deus est, qui eam constituit, illi uerò tantùm pugnarunt in ipsa, perfecerunt qp ut esset tanquam tabernaculũ quoddam in uinea, & tanquã tugurij custodientis fructus in loco circũ quem cucurbita ducta sit. Nam per inobœdientiã fructibus illis spoliata, quos custodiebat: tamquã inutile spectaculum relinquitur, quum non resset amplius, id quod custodiebatur. Et quia Deus hominẽ collocauit ad cultum & custodiã paradisi, hoc scilicet dicere uult hæc sponsa: Quũ Deus animã meam collocasset in uita, (nam deliciæ paradisi erant aliud nihil, quàm uita, quo quidem in paradiso Deus hominẽ collocauerat, ut ipsum & coleret, & custodiret) hostes eã paradisi à custodia traduxerũt ad studiũ uineæ ipsorũ, cuius botrus amaritudinẽ profert, & uua bilẽ. Talis uinea erat Sodoma, talis palmitum fascis Gomorrha unà cum Sodomis condemnata. Per ea draconum insanabilis animus in prauis Sodomæorũ torcularibus ebullíuit. Atqp etiamnũ uidere est magnã hominũ partem, quę & curet studioscẽ, & custodiat eiusmodi uineas. Nã morbos animi cũ cura quadam apud se retinent, quasi si uereantur, ne malum amittant. Vides prauos illos simulacrorum cultus custodes, tum eius qui per impietatem, tum qui per auaritiam efficaciter exercetur, quàm custodiæ malorum inuigilent, existimantes suo cũ detrimento se improbitatẽ amissuros. Idẽ est & in alijs uidere, qui imo in pectore uel uoluptatẽ, uel superbiam, uel fastum, uel quid aliud eiusmodi admiserunt: quo facto eiusmodi mala omni custodia complectantur, dum in lucro ponunt, quòd animus numquam ab eiusmodi morbis purus ac liber sit. Hæc ergo sunt quæ sponsa deplorat, quum ait iccirco se nigram esse factam, quod dum hostis zizania & prauos eorum fasces, (inquit) custodio curaqp mea complector, Vineam meam non custodiuerim. Prò quantam excitat animi adfectionem in ijs, qui cũ sensu hæc audiunt dici, Vineam meam non custodiui. Vox hæc non nisi mera lamentatio est, lamentatio inquã uel ipsos prophetarũ gemitus ad cõmiserationem excitãs. Quo pacto fidelis urbs illa Sion meretrix facta est, plena condemnationis? quo pacto filia Sion relicta est, tamquam tabernaculum in uinea? quî sola resedit urbs copijs abundans? Quæ in regionibus passim imperitabat populis, facta est uectigalis. Quo



Quo pacto aurũ illud euanuit, & bonum illud argentum est immutatum? Quî nigra effecta est, quæ cũ uera luce inprimis collucebat? Accidêre mihi uniuersa hęc, ait, quia uineam meam non custodiui. Vinea ipsa est immortalitas, uinea est status perturbationum expers, diuinam ad naturam similitudo, omnicp à malo separatio. Huius uineæ fructus est puritas, splendens ille maturusqp racemus, qui specie sua solem refert, incp puritate sensus animi dulces reddit. Capreolus autẽ uitis, est complexus & æternã ad uitã adhæsio. Sarmenta augescẽtia, uirtutũ sunt eminẽtiæ, quę ad angelorum altitudinẽ sursum siluescunt. Folia quæ florent, ac leni uento molliter cũ ramis quassanẽ, multiplex est diuinarũ uirtutum ornatus, quæ unà cũ spiritu germinãt. Hæc, inquit, omnia quũ possiderẽ, & in eorũ fuitione splẽdida essem, nigra sum facta ex mœrore, quòd uineam meam nõ custodiuerim. Nam posteaquã puritate excidi, tenebricosam speciẽ indui. Talis enim specie sua est tunica illa pellicea. Nunc uerò quũ propter rectitudinẽ, quæ me dilexit, rursum & pulcra & luci consimilis fiam: suspectam hanc felicitatem habeo, ne iterum pulcritudinem hanc amittam, nimirum si per ignorationem modi securitatis, in custodia errauero. Iccir co relicto sermone, quem ad iuuenculas hactenus habuit, rursum precando sponsum appellat, indito illi, quẽ desiderabat, nomine ab adfectione, quę in suo esset erga illum animo. Quid enim inquit? Denuntiato mihi, quem dilexit animus meus, ubî nam pascis: ubi cubas in meridie? ne tamquã uelata tuorum ad sodaliũ greges perueniam. Vbî nã pascis præclare pastor, qui gregẽ uniuersum tuos in humeros tollis? Quis enim una est natura humana tota, quã in humeros sustulisti. Mõstrato mihi locũ herbæ uiridis: indicato mihi aquã requietis: educito me ad gramẽ idoneum pastui: cõpellato me nomine meo, ut audiã uocẽ tuã ouicula tua: da mihi p uocẽ tuã uitã æternã. Denuntiato tu mihi, quẽ dilexit animus meus. Sic enim appello te, quãdo nomẽ tuũ cogitationẽ omnẽ excedit, nec ab ulla natura participe rationis uel dicẽdo efferri, uel cõprehendi potest. Quãobrẽ id tibi nomẽ est, quod boni tatis tuæ notã continet, animi scilicet erga te mei adfectio. Nã quî te nõ diligã, quũ ita tu me dilexeris, tametsi nigra essem: ut uitã tuã pro ijs ouibus poneres, quas pascis. Maior hæc dilectio cogitãdo cõprehendi nequit, qp quod tu uitæ tuę pretio salutẽ meã redemeris. Doceto igit me, inquit, ubinã pascas, ut inuento pascuo illo lutari, alimẽto cælesti replear, quod qui nõ percepit, ad uitã ingredi nequit: atqp ut delata curſu ad te, qui fons es, diuinũ illũ potũ hauriã, quo tu ad usum sitientũ scaturis, effundẽs aquã de latere, ferro uenã illã aperiente: quã quidẽ aquã qui gustauit, fons aquæ fit, æternã ad uitã salientis. Nam in his si me paueris, omnino in meridie cubare me facies, quũ in pace sopita ad hoc ipsum, requiescã in luce umbrarũ expertę. Meridies em omni ex parte caligínis expers est atqp umbrarũ, sole supra uerticẽ spargẽte lucẽ suã: quo quidẽ in meridie tu cubare facis eos, qui sub te pascunt, quũ liberos tuos tecũ in cubile recipis. Nemo aũt meridianã illã requietẽ cõsequitur, qui nõ & lucis & diei filius factus est. Nimirũ quisquis ex æquo semet tũ à uespertina, tũ matutina caligine separauit, unde uidelicet inchoat malũ, ac desinit: is in meridie apud solẽ iusticiæ cubat. Quãobrem mihi significato, inquit, quo pacto pasci debeã, & quæ uia sit ad quietẽ meridianã: ne quãdo aberrantẽ à bona manuductione, ueritatis ignoratio ad aliena tuis à gregibus armenta me aggreget. Atqp hæc dixit, sollicita de pulcritudine, quã diuinitus consequuta erat, simulqp discere cupiens, quo pacto uenustatẽ illã perpetuò retinere posset. Nõdũ tamẽ uoce sponsi potitur, Deo nimirũ præstãtius aliquid de ipsa prospiciẽte, ut cupiditatẽ eius ad desiderium mãius accẽderet, & dilatione fruitionis lætitiã unà cũ desiderio augeret. Nimirũ hactenus amici spõsi cũ ea colloquunt, per consiliũ quoddã ostendẽtes ei modũ, quo esse de præsentib. bonis secura posset. Atqp hæc etiã ipsorũ oratio quadã obscuritate tecta est. Sic enim aiunt: Si nõ nosti teipsam, ô tu, quæ inter mulieres pulcra es, exi gregũ in uestigijs, & hædos pascito in tabernaculis pastorũ. Horũ uerborũ sentẽtia quidẽ perspicua est de cõsequutione illorũ, quæ indagauimus: uerùm cõstructio nõnihil obscuritatis habere uidet. Quæ nã igit est sentẽtia? Tu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tissima custodiendi nosmet ratio est, ut nosmet nō ignoremus: atque ut quis aliud quiddā ijs ex rebus cernēs, quæ circa nos uersant, seipsum cernere se nō existimet: quod quidē ijs accidit, qui seipsos nō cōsiderant. Nā quū illi uel robur, uel elegantiam, uel gloriā, uel potentiā, uel opū abundantiā, uel superbiā, uel fastū, uel corporis amplitudinē, uel formæ uenustatē, uel quid aliud eius generis in seipsis uident: id ipsum esse se putant atque iccirco periculosi suimet custodes sunt: quippe qui dum re aliena delectant, id quod ipsorum erat proprium incustoditum relinquūt. Quo enim pacto custodire quis possit id, quod ignorat? Quamobrem certissima bonorum, quæ sunt in nobis, custodia est, ut nosmet non ignoremus, & ut quisque sciat, quid ipse sit, ut denique seipsum accuratè secernat ab ijs rebus, quæ res circa ipsum sunt: ut ne per incutiā alienū quid sui loco custodiat. Nā qui ad uitā mundi huius respicit, & quæ heic magni pretij ducunt, digna esse iudicat, quæ custodiantur: is uerò propriè sua secernere ab alienis nescit. Nihil enim illorū, quæ transeunt, nostrum est. Nam quo pacto quis retinere possit rē transitoriā & fluxam? Quādo igitur una tantum res eodem se modo semper habet, natura nimirū illa, quę mente percipitur; & expers est materiei, quum materies ipsa trāsear, semper fluxione quadam ac motu immutata: necesse est eū, qui ab illo fixo & stabili seiungitur, unā cū instabili circumagitari: & persequentem id quod est trāsitorium, relicto stabili, ab utroq; excidere: quum alterum ipse dimittat, alterum retinere non possit. Hac de
» caussa consilium amicorum profert ea, quæ diximus: Si nō nosti teipsam, ô tu, quæ
» inter mulieres pulcra es, exi gregum in uestigijs, & hædos pascito in tabernaculis
» pastorū. Hoc est, qui seipsum ignorat, ouium grege excidit, & particeps fit pastus hædorum, quorum statio ad læuā est reiecta: quum bonus ille pastor ad dextram oues statuat, hædos autem ad læuā, segregatos à sorte illa præstantiore. Docemur ergo per hoc amicorum sponsi consilium, respiciendum nobis esse ad ipsam rerum naturam, ac minimè insistendo uestigijs falsis, à ueritate aberrandum. Atque hac de re differendum nobis est aliquanto clarius. Pleriq; homines res in natura nō sic existimant, uti sunt: sed respicientes ad consuetudinem illorum, qui antè uixerunt, à sano rerum iudicio aberrant, dum de bono iudicium faciunt non per ratiocinationem aliquā à prudentia profectam, sed ex consuetudine rationis experte. Quo fit ut in magistratus imperiaq; semet ingerant, & splendores huius mundi externosq; fastus magni faciant: quamquam obscurum sit, quò post hanc uitam hæc singula sint euasura. Neque enim consuetudini de futuris policenti fatis tutò fides habetur, quum finis eius sæpenumero nō ouium grex esse inueniatur, sed hædorum: quę uerba te omnino intelligere ex euangelij doctrina existimo. At qui respicit ad id, quod humanæ naturæ proprium est, nimirum ad rationem: is & alienā à ratione consuetudinem reijcier, & nihil pro bono ducet, de quo nō ad animum lucrum aliquod redeat. Quamobrem ad pecorum uestigia non est respiciendum, quæ pedibus suis imprimunt terrestri uitæ quotquot ante nos uitę huius iter absoluerunt. Nam ex ijs quę apparent, perobscurè iudicium fit de eo, quod potius est ducendū, donec ex hac uita excedamus, atque istic cognoscamus, quos nam sequuti simus. Qui ergo non ex ipsis rebus discernit à malo bonum, sed uestigijs eorum, qui antecesserunt ipsum, insistens, actæ ab ipsis uitæ consuetudinem suæ uitæ magistram constituit: is ferè imprudens facit, ut tempore diuini iudicij non ouis, sed hædus esse reperiatur. Quamobrem audire est amicos huiusmodi quædam dicere. Si curæ tibi est anima, quę de nigra pulcra es reddita, ut uenustatis illa gratia perpetuò adsit tibi: non in uestigijs illorum oberrato, qui uitæ huius iter ante te cōfecerunt. Est enim incertum, sit ne id quod apparet, hædorum semita: cui si insistas, quū non appareant illi tibi, qui per hæc uestigia semitam ipsam triuerunt, post eaquam uitam hāc trāsieris, iamq; mortis in caula cōclusus fueris, periculū sit, ne ad gregē hędorū
» referaris, quos imprudens à tergo per uitæ uestigia sequuta fueris. Si non nosti te-
» ipsam, inquit, ô tu quæ inter mulieres pulcra es, exi gregum in uestigijs, & hædos
» pascito in tabernaculis pastorum. Quæ uerba ex alio quodam cōuersionis exemplari cla-



rius intelligi poterunt: ita ut ne constructio quidem illorum minus cohærere uideatur. Sic enim ait: Quòd si te non noris ô tu, quæ es pulcra inter mulieres, «
exiueris forsan extra gregis uestigia, & hædos pasces pro tabernaculis pastorum. «
Quibus in uerbis quæ elucet sententia, prorsus accuratè ad considerationem hu- «
ius loci eam, quam exposuimus, congruit. Quamobrem, inquit, ne id accidat tibi, rationem tui habeto, Hæc enim certa est bonorum custodia. Animaduerte quantum supra creata cetera rerum opifex tibi detulerit. Non cælum factum est simulacrum Dei, non luna, non sol, non siderum pulcritudo, non aliud quiddam eorum, quæ in rebus creatis cernuntur. Tu sola naturæ illius, quæ mentem omnem superat, imago facta es, similitudo pulcritudinis interitui nulli subiectæ, uerę diuinitatis simulacrum, beatæ uitæ receptaculum, ueræ lucis expressa imago, ad quam respiciens fieri debes id, quod ipse est, imitando illum, qui in te lucet, per splēdorem à puritate tua relucentem. Hac ratione nihil eorum, quæ magna sunt, tuæ cum magnitudinis mensura conferri potest. Cælum uniuersum Dei palma comprehenditur, itemq; terra & mare manus ipsius pugno coërcentur. Nihilominus quum tantus ac talis sit, ut res creatas omnes palma sua constringat: totus tamen capi abs te potest, atque in te habitat, neque coarctatur quum tua in natura uersatur is, qui dixit: Inhabitabo in eis, atq; in ipsis obambulabo. Hæc si respexeris, oculus tuus mi- «
nimè ulla re terrestri occupatus erit. Et quid ego hoc dico? immo ne cælum quidē admirandum arbitraberis. Quo pacto enim, mi homo, cælos admirabere, quum te uideas cælis esse durabiliorem? Nam illi transeunt, quum tu unà cum illo, qui æternum existit, perpetuò maneas. Non admiraberis terræ latitudines, neq; maria se ad infinitatem extendentia, quibus præesse iussus es, quemadmodum auriga bigæ præest. Habes elementa hæc tibi parentia quamcumq; ad rem usum fuerit, potestatiq; tuæ subiecta. Nam & terra tibi ad uitæ necessitates sumministrat omnia, & mare tamquam pullus aliquis frenum admittens terga sua tibi præbet, hominemq; uectorem admittit. Quamobrem si te noris ô tu, quę pulcra es inter mulieres, mundum uniuersum contemnes, ac perpetuò bonum ad illud, quod extra res crassas positum est, respiciens, errorem uestigiorum uitæ huius nō intuebere. Semper igitur attende animum ad teipsam, & circa hædorum gregem nō oberrabis: neq; pro ouicula in die iudicij hædus apparebis: neque à statione, quæ erit ad dextram, secerneris: sed dulcem illam uocem audies, dicentem ad lanigeras ac mansuetas oues: Agite uos benedicti, adite hæreditatem regni uobis parati ante iacta mundi « fundamenta: quo & nos digni reddamur beneficio Christi Iesu Domini nostri, cui « sit gloria sæculis infinitis. Amen.

## IN CANTICVM CANTICORVM
### ORATIO TERTIA.

*Quæ meæ in curribus Pharaonis comparaui te proxima mea. Qui pul-* «
*cræ redditæ sunt maxillæ tuæ tamquam columbæ? collum tuum uelut ca* «
*thenulæ. Similitudines auri faciemus tibi, cum notis argenti: donec rex sit* «
*in accubitu suo. Nardus mea dedit odorem suum. Cognatus meus est mi-* «
*hi fasciculus myrrhæ: inter ubera mea commorabitur. Racemus cypri cognatus meus* «
*est mihi, in uineæ Engaddi.* «

### EXPLANATIO.

QVæcumq; à nobis ante uerba prælecta in proœmijs Cantici canticorū considerata sunt, consimilia sunt splendori post noctem circum auroram exorienti. Neque enim ille pura lux est, sed lucis quasi exordium: & quæ dicta sunt hactenus, eiusmodi sunt: ut ortum quidem illa ueræ lucis nobis indicent, ipsum tamen solis orbem splendidè lucentem in sese non contineant. Loquitur enim in eis

Universidad de Deusto
Biblioteca



quidem sponsa, amici, iuuenculæ: nũc uerò ipsius sponsi uox instar solaris cuiusdã orbis exoritur, radiorũ suorũ fulgoribus omnẽ tum siderum antea lucẽtiũ, tũ pòst exortæ auroræ splendorẽ obscurans. Habent itẽ illa uim lustrationum quarundam & respersionum, per quas expiatus animus, ad receptionẽ diuinarum rerum præparatur: hęc autem oratio diuinitatis ipsius est participatio, ipso Deo SERMONE per uocem propriam auditori concedente cõmunionem potestatis incontaminatæ. Atq; ut in monte Sina Israelicam nationem per biduũ lustrationibus præparatã, die tertio sub aurorã Deus apparitione sua dignat', nõ iã occupatã amplius ablutione uestiũ, sed Deũ ipsum manifestò recipientẽ, cuius caussa sordes animi per lustrationes præcedentes abluerat: ita nunc quoq; instituta præcedẽti biduo in orationibus superioribus proœmiorũ Cantici consideratio tantũ profuit, ut eorum quæ dicta sunt, sententia carnis à sordibus eluereť. Ipse aũt DEVS SERMO hodiè, qui dies est à primo & altero tertius, perpurgatis apparebit, non in caligine, procella, tubæ sono, igne terribiliter ab imo fundo ad uerticẽ usq; montis ambitũ lambente, præsentiã suã declarans: sed suauis adituq; facilis, seq; ex illa terribili specie ad lætitiã sponso conuenientẽ cõparans. Nam posteaquàm cognoscere cupiuisset sponsa, quæ nã requietis loca sint, in quibus pastor ille bonus commoret, ut ne per imprudentiam eorũ aliquid accideret ipsi, quæ nollet: ac post hæc amici spõsi certã de ueritate iudicij normã indicassent, nimirũ ut ad seipsam anima respiciat, seq; noscat: (pronuntiarunt enim inítiã ac consequutionẽ esse quamdam, si se ipsa ignoraret, ut ne quid aliud etiã illorũ, quæ scitu necessaria sint, nosset. Nã quo pacto quis cognouerit aliud quiddã, qui seipsum cognitũ non habeat?) ita deinde quasi parte animi principe iam satis expurgata, DEVS SERMO expetenti sponsæ exoriť, per receptionẽ præsentiũ eã ad perfectionẽ maiorẽ exhortans. Nam præclarè factorũ prædicatio uehementiorẽ illis, à quibus ea gesta sunt, cupiditatẽ ad potiora indit. Quinã est igiť ille profectus à uero SERMONE ad uirginem sermo? Equæ meæ in curribus Pharaonis, inquit, cõparaui te proxima mea. Quorum uerborũ sententia quum primo quasi intuitu indagari nequeat: instituenda sanè est studiosa, quãtum eius fieri poterit, propositæ rei inuestigatio. Discimus ex ipsa historia, qualdã alias copias equitatui Pharaonis oppositas fuisse: uidelicet nubẽ, & uirgã, & uentũ uehementẽ, & mare bifariã diuisum, & profunditatem puluueris, & extructos ipsis ex fluctibus muros, & abyssum aridam medio inter muros aqueos loco soli cuiusdã instar excitatã. Per quæ quidẽ omnia salutẽ adepti sunt Israelici, quũ interim uniuersis cum copijs Pharao, cum equis & curribus ipsos in fluctus mergeretur. Quum ergo nullæ exercitui Aegyptio fuerint equestres oppositæ copiæ, difficulter intelligi potest, qualinã equæ ab SERMONE sponsa comparetur, quæ quidem aduersum currus Aegyptios apparuerit. Equæ meæ, inquit, quæ Pharaonis in curribus uictoria potita est, cõparaui te propinqua mea. Num id perspicuum esse dicemus, quòd quemadmodũ uinci nauali prælio nulli possunt, si nõ exercitus nauticus aduersariorum copias in nauibus demergat: sic ne in equestri quidẽ prælio uinci quemquã posse, ubi nullæ ex aduerso equestres oppositæ sint copiæ? Quando igitur potissima pars exercitus Aegyptiorũ equitatus erat, iccirco heic obiectæ illi inuisibiliter copiæ, per quas uictoria Aegyptijs est erepta, quæ nomine appellantur. Nam & ipsi sentiebant eum, qui bellum aduersus eos gerebat. itaque alij ad alios inuicem clamabant: Dominus Aegyptios oppugnat. fugiamus à conspectu Domini. Est aũt manifestũ, uerum illũ imperatorẽ principẽ copias suas itidem armasse, ut aduersarij instructi erãt. Quamobrẽ erat quædã adspectui non exposita uis, quæ per effecta in mari miracula Aegyptijs interitũ molita est, quã hæc uerba equã appellant. Atq; hanc ipsam non nisi angelicũ exercitũ esse arbitramur, de quo uates ille inquit: Adscẽdes in equos tuos, & equitatus tuus salus est. Quin & currus Dei mẽtionẽ Dauides fecit, quũ ait: Currus Dei decies millies multiplex, ad quẽ iunguntur chiliades eorũ, qui hilares degũt. Præterea uis illa, quæ Eliam uatem sublimem in cœtum ætherium sustulit, equorum nomine sacris à litteris



à litteris appellatur. Quin & ipsum uatem historia currum Israelis & uectorem uocat: & illos qui terram habitatam omnem obambulant, quorumq; opera terra inhabitatur & quieta est, uates Zacharias equos appellauit, cum equite ipso stante inter montes duos colloquens. Habet igitur quemdam equitatum is, qui uniuersum hoc possidet: & alium quidem, qui uatem Eliam in sublime sustulit: alium uerò, qui ut orbis incolatur, efficit: alium currui iunctũ: aliũ, qui Deũ uectorẽ admittit ad salutẽ hominũ: aliũ, qui Aegyptias copias demersit. Quãobrẽ quũ magnũ sit diuinis in equis discrimen, quod per effectiones apparet: hæc sponsa, quæ per cursum uirtutis propius ad Deũ accessit, equæ illi cõparatur, quæ copias Aegyptiorum deleuit. Sic enim ad ipsam SERMO loquiť: Equæ meæ in curribus Pharaonis cõparaui te, proxima mea. Quæ quidẽ oratio multas ac magnas laudes in se complectitur: adeoq; cõparatio facta ad equã hãc, catalogus quidã est præclarorũ facinorum. Nã quæcunq; de Israelicis cõmemorantur, quo tẽpore illi apud Aegyptios ut inquilini degebãt: nimirũ seruitus, stipulæ, lutũ, laterũ coctio, uniuersæ circa terrã occupationes, graues eiusmodi operũ præfecti, qui singulos in dies luteũ illud tributũ ab eis exigebãt, propter quos aqua in sanguinẽ cõmutaťur, lux tenebris inuoluiť, ranæ in ędes irrepũt, de camino sumtus puluis efferuescere pustulas è cor poribus facit, adeoq; singillatim omnia, locusta, scyniphes, bruchus, grando, calamitates primigeniorũ: hæc igiť uniuersa, & quæcunq; latius explicanť in historia, per quæ salutẽ Israelici cõsequunť, quasi quoddã argumentũ sunt earũ laudũ, quæ animæ Deo copulatæ tribuunť. Nec enim illa cõparata fuisset ad eã uim, qua tùm Aegyptia mala sublata sunt, tũ Israelica natio liberata ab improba illa tyrannide: nisi & ipsa hęc omnia pręclarè pręstitisset, quę partim ad euersionẽ Aegypti pertinẽt, partim ad perparationẽ illorũ, pfectiõis ad Deũ, qui de cœno Aegypti ad terrã promissam sedes suas transferebant. Quare quũ, uti ait Apostolus, omnia nostri erudiendi caussa perscripta sint, quæcũq; litteræ diuinitus inspiratæ cõtinent: non nisi consiliũ dat nobis hæc oratio per ea, quę ad spõsam dicunť, debere nimirũ nos quoq; recepto uectore Sermõe, ac deuicto Aegyptiorũ equitatu, unà cũ ipsis curribus & ijs, qui eosdẽ cõscendunt, etiã omnẽ horũ prauã potestatẽ aqua suffocare, atq; ita illi ui similes effici, oppositio exercitu quasi quibusdã sordibus in aquã demerso. Vt aũt clarius intelligamus quod dicit, huiusmodi quiddã est. Fieri nequit ut similes efficiamur equitatui, per quã Aegyptiorũ currus in profundũ demersi absorptiq; sunt, nisi quis per aquam mysticã ab aduersarij seruitute liberatus, omni Aegyptũ redolẽte cogitatiõe, omnicq; extera prauitate ac peccato in aqua relicto, purus emergat: nihil omnino Aegyptiacæ cõscientię in uitã alterã adferẽs. Nã qui accuratè ab omnib. Aegypti plagis purus & immunis est, à sanguine, ranis, pustulis, caligine, locustis, scyniphibus, grãdine, ignis pluuia, ceteris quę in historia commemorantur: is dignus est, qui cõparetur illi ui, qua ipse SERMO uehit. Nequaquã aũt ignoramus quid per ipsas plagas significet: quo uidelicet pacto sanguis Aegyptijs plaga fiat, itẽq; ranarũ fœtor, & lucis in caliginẽ cõmutatio, aliaq; singillatim omnia. Quis eñ nescit aliquẽ effici per uitæ fluuiũ sanguinẽ, de potabili (uti quidẽ prius erat) in corruptionẽ cõmutatũ? Quid itẽ agendo creet ædibus proprijs rana rum fœtorẽ: quo pacto uitã lucidã in facinora nocti accepta ac tenebricosa cõmuret, per quæ caminus Gehennæ ut prauæ condẽnationis pustulæ efferuescant, facit. Atq; hoc modo singula mala Aegyptia facilè colligi possunt ad institutionem & castigationẽ auditoris. Verũenimuerò superuacaneũ fuerit per ea, quæ sunt in cõfesso atq; aperta, orationẽ hãc, plixiorẽ reddere. Quãobrẽ his atq; alijs huiusmodi superatis, ubi propius ad Deũ accesserimus: etiã nos omnino hæc uerba audiemus: Equæ meæ in curribus Pharaonis cõparaui te proxima mea. Verùm fortasse molesta illis est, qui uitã, phis & puris in exercitijs exegerũt, instituta hæc ad equã cõparatio: idq; illã ob caussam, q; plerique uates, phibeãt ne similes equis euadamus. Vti quũ Hieremias adulterorũ furorẽ equorũ appellatione declarat in his uerbis: Facti sunt equi cũ furore quodã in feminas irruentes. Quilibet eorũ uxori proximi sui

Universidad de Deusto
Biblioteca



» sui adhinnijt. Et magnus ille Dauides horrendum quiddam esse statuit, fieri equo
» muloue consimilē: quorū maxillas camo frenoq; constringi iubet. Hanc igitur ob
» causſam mitigat huiusmodi sententiā uerbis proximè sequentibus, quū inquit: Nō
» eiusmodi tuæ sunt maxillæ, tamesſi equa sis, ut camis egeas ac frenis, quibus con-
» stringaris: sed maxilla tua columbarū puritate ornatur. Sunt enim hæc uerba. Quā
pulcræ redditæ sunt maxillæ tuæ tamquā colūbæ? Maxillæ nimirum sponsæ red-
ditæ sunt pulcræ, posteaquā nigredinē abiecit, neq; iā amplius cū peccato uel iun-
cta est, uel consuetudinē habet: quemadmodū hæc auis à marito seiuncta manet à
conuersatione aliena. Et referunt sanè ij, qui huiusmodi obseruarunt, auiculā hanc
dijunctā à compare, deinceps ita manere, ut cōparē aliā non admittat: quo fit, ut à
natura pudicitiæ exemplū in ea statuatur. Propterea hoc loco in laudū ænigmate
uolucris hæc etiā cōprehensa est, ut freni sit instar diuinæ huius equæ maxillæ cō-
paratio ad columbani instituta: qua significat uitam purā huiusmodi equā decere.
Quamobrē cum admiratione ipsam SERMO alloquit: Quā pulcræ redditæ sunt
maxillæ tuæ, tamquā columbæ? Deinde post hanc subijcit & aliā laudē, quum ait:
» Collū tuum uelut cathenulæ. Posteaquā enim semel in has significationes figura-
tas incidit, laudem quamdā excogitat sponsæ per ea, quæ in equo conspicimus. Lau
dat enim collū instar circuli in orbē flexum, quod quidē in equis animosis usuue-
nire conspicimus. Nimirū cathenularū mentio notat orbē, cuius figura in equi cer
uice cōmonstrata, equū ipsum elegantiorē efficit. Vsurpamus aūt proprie uocabu
lū ὄφυος de locis maritimis, in quibus parte interiori litus sinu suo mare instar lunæ
falcatæ curuatū excipit, quietēq; de mari adnauigātibus præbet. Verùm per trāsla
tionē ob eiusdē formę similitudinē etiā ornatus is, qui collū ambit, ὀφυὸς appellat,
hoc est, torques. At quū forma deminutiua pro ὄφυος dicimus ὀφυίσκος, quod est
cathenula: similitudinē figuræ parua in re per uocem huiusmodi demonstramus.
Quamobrē instituta hæc colli sponsæ ad cathenulas similitudo multa nobis osten-
dit, quę ad laudes sponsæ pertinent. Primò dum in orbis figurā equus collū flectit,
pedū suorū incessus adspicit: eaq; ratione cōsequitur, ut & sine offensione, & tutò
currat: nō ad saxū ullū allidens, neq; falso incessu in foueā sese cōferens. Nō parum
aūt cōmendationis adfert animę, si ea respiciat ad seipsam, prorsusq; tura diuino in
cursu properet, transiliendo ac euadendo supra omnia, quæcunq; proficisci ex ten
tationibus quibusdā possunt, impedimēta. Deinde ipsum etiā nomē ὄφυος in for-
ma primitiua, unde ob figuræ similitudinē ornatus ille, qui collo circumdat, ὀφυί-
σκος dicit, magnas & eximias quasdā laudes continet, quū ijsdē ὀφυίσκοις collum
sponsæ cōparatur. Ecquæ uerò sunt illa encomia, quæ per ea nobis indicant? Per-
iucundū quiddā est ac salutare portus ijs, qui nauigant: atq; post exhaustas in mari
molestias trāquillū aliquē portū adsequi, in quo inducta omniū maris incōmodo-
rū obliuione, totus tamdē requiescas. Quod sanè si quibus usuuenit, ij diutinos la-
bores hac ipsa quiete solant. Non iā eos amplius naufragij metus ullus percellit,
non suspicio de rebus in mari abditis, non imminens à piratis periculum, nō à uen
tis profecta perturbatio, nō si mare per eos à fundo cōmotū intumescat: sed extra
hæc uniuersa pericula positi sunt, quicumq; pelago tempestatibus commoto tran-
quillè in portu degunt. Quamobrem si quis animam suam illum ad statum redi-
gat, ut & ipsa tranquillitate fruatur, neque quidquam in quiete fluctuum experte
commoueatur à uentis malitiæ, nec fastu intumescat, nec per iræ fluctus spumas
euomat, nec quo alio morbo animi tamquā tempestate iactetur, ac circumagatur
ab omni uento uarios adfectionū animi fluctus excitante: ut igitur & ipsa hoc pac-
to adfecta sit, atq; alios in uitæ pelago iactatos tēpestatibus ac decumanis uario-
rū malorum fluctibus, reducere ad tranquilitatē possit, explicata ipsis uia leni ac
fluctuū experte, ut quotquot ad ipsam peruenerint, extra pericula positi sint, quę-
cūq; naufragiū comitant: ea uerò præclarè ὀφυίσκοις cōparat, multitudinis numero
perfectionem quauis in uirtutis specie significante. Nam si ad ὀφυίσκον unū fuisset
cōparata, laus hęc esset omnino imperfecta: quippe quę ceteratū etiā uirtutū testi-
monium



monium nō haberēt. Iam uerò instituta ad multitudinē τῶν ὀφυίσκων cōparatio testimo
nium uirtutū omniū complectit. Atq; hoc consiliū quoddā est, qd' à sermone com
munitati Ecclesię datur: nō debere nos scilicet ad unū aliquid exijs, quę bona sunt,
respicientes negligere præclaras actiōes ceteras. Quòd si castitatis torquē adeptus
es, qui collum tuū puritate uitę quasi quibusdā unionibus splendere faciat: etiā aliū
torquē habeto, qui diuinorū mandatorū lapides magni pretij cōtineat in sese, col-
liq; pulcritudinē adaugeat. Sit etiā alius tibi collaris torques, nimirum religiosa sa-
naq; fides, quę collū animi circumdet. Hæc aurea illa numella est, quæ facta de pu-
ro puto cognitionis diuinę auro, circa collū splendet, de quo Solomonis hoc pro-
uerbiū ait: Coronā gratiarū accipies uertice tuo, & numellā aureā circa collū tuū. «
Atq; huiusmodi consilium est qd' mentione catenularū dat. Poscit uerò tēporis ra «
tio, ut uerba quæ proximè sequuntur, ad cōsiderandū apponamus: nimirū quibus a-
mici sponsi uirginē cōpellant. Sunt aūt hęc: Similitudines auri faciemus tibi, cū no
tis argenti: donec rex sit in accubitu suo. Eorū cohærere sententia uideat, si quis ad
ferē cōsiderationis nostræ iam expositæ respiciat. Verùm ipsa dictio significatio- «
nibus figuratis altius quasi immersa, facit ut intellectu sit difficilius id, quod per æ-
nigmata indicatur. Nam quia pulcritudo animæ cum equa illa, quæ currus Æ. gy-
ptios euertit, hoc est, cum exercitu angelorum cōparata fuit, porroq; dixit equā il-
lam præclarus uector habere freni loco puritatē, quæ per comparationē maxillarū
ad columbas significatur, habere item collaris ornamenti loco torques uarios, qui
per uirtutes fulgeant: iccirco iam uolunt amici quoq; ad pulcritudinē equi adjta-
mentum quoddā adjcere, dum phaleras auri similitudinibus ornant, eisq; puritatē
argenti interspergūt: ut ornatus anterioris pulcritudo magis elucear, splendore ar-
genti cum auri fulgore cōmisto. Fuerit aūt necessariū ut figuratis significationibus
omissis cōuertamus orationē ad eam sententiā, de qua fructum aliquē percipia-
mus. Cōparata quidē est hactenus anima per uirtutes expurgata ad equā illam: sed
necdū eam sibi Sermo subiecit, neq; gestauit adhuc eum, qui talibus in equis ad sa-
lutē uehitur. Est enim ante omnia necessariū, ut equus hic ornetur rebus omnibus,
atq; ita deinde regē ipsum uectorē accipiat. Siue autē equum hunc insidendo sibi
subijciat is, qui de sententia uatis in nos equos adscendit, & ad salutē nostrā in nobis «
equitat: siue in nobis sit, ut qui & habitat in nobis, & in nobis ambulat, & ad pro- «
fundiitates animi nostri penetrat: in eo nihil est discriminis, sententiā ipsam quod
attinet. Nā cui horū alterū cōtigerit, is simul & alterū cōsequit. Etenim qui Deū in
pra se habet, is & intra se omnino eundē cōtinet: quicq; ipsum intra se recepit, subie
cit illi se, qui est in eo. Rex igit hoc in equo requiescere decreuit. Idē uerò est, uti di
ximus, diuina in potestate sessio & recubatio. Nā utrū horū in nobis euenerit, par
erit gratia. Postq; igitur ij, qui regi equū instruūt, per ornatus anteriores eū idoneū
ad recipiendū regē effecerūt, (est autē idē, Deū qd' attinet, siue in aliquo, siue supra
aliquē fuerit) relicta iam cōtinuatiōe loquutiōis illius figuratæ, lectulū ex equo fa
ciunt. Similitudines, aiunt, auri cōficiundæ nobis sunt cum notis argēti, quę formā
equi exornēt: ut rex sit nō in sella, sed accubitu suo. Hęc uerborū est cohærētia, quē-
admodū iam explicauimus. Est aūt pretiū operę ne id quidē prętercurri nō indaga
tū, quamobrē nō aurū ipsum, sed auri similitudines pro ornamēto sumant: neq; itē
argentū ipsum, sed insperse auri similitudini hac ex materia notæ. Quibus de rebus
nos quidē qd' cogitauimus, est huiusmodi. Omnis quæ est de natura illa ineffabili *Obscuritas doctrinæ de Deo.*
doctrina, utut uel maximè diuinā sublimēq; sententiā indicare uideat: nihil est aliud,
q̄ auri similitudines, nō ipsum aurū. Nec enim bonū illud, q̄d cogitationē excedit,
accuratè subijci quasi oculis potest: etiāsi quis Paulus ipse sit, qui arcana rerū expli
cabiliū in paradiso hauserit: etiāsi quis uerborū, quę dicēdo exponi nequeāt, auditor
fuerit: nihilominus inenarrabiles manent de Deo intellectus, ijs ipsemet uerbis expri
mi posse negat. Qui ergo bonas quasdā ratiocinatiōes de horū arcanorū intellectu
nobis suggerūt: illi certè dicere nequeūt: quo pacto res ipsa se habeat, sed splēdorē
glorię appellāt, & substantię characterē, & formā Dei, & Sermonē, qui rerum ini-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tio exſtitit, & Deum: quæ omnia nobis ſanè, qui theſaurum illum nō adſpeximus, aurum eſſe uidentur: ijs autē, qui ſuſpicere ad ueritatem poſſunt, nō niſi ſimilitudo ſunt auri exiguas inter notas argēti fulgentis. Per argentū uerba notantur. ſic enim ſacræ literæ loquuntur: Lingua iuſti argentum eſt igne purgatū. Huiuſmodi ergo quiddam eſt, quod per hæc indicatur: nimirum naturam diuinā poſitam eſſe ſupra omnem cogitationē, qua quid percipitur. Qui aūt intellectus cadere in nos de hac poteſt, quælitæ rei ſimilitudo eſt. Non enim ipſam eius formā nobis oſtendit, quā neq; uidit quiſquā, neq; uidere poteſt: ſed per ſpeculū & per ænigma quælitę rei ſimulacrū quoddā umbratile delineat, quod in animos per ſimilitudinē quandā manat. Omnis aūt oratio, qua intellectus huiuſmodi exponunt, uim puncti cuiuſdam partiū expertis habet: quippe quæ nequeat id repræſentare, quod cogitatio cupit. Quo fit, ut omnis cogitatio longè infra conſiderationē Dei ſubſiſtat, & omnis oratio, qua ad explicandū res utimur, exiguū eſſe punctū uideatur, quod cū amplitudine mētis extendi nequeat. Quamobrē ait debere animā per intellectus huiuſmodi quaſi manuductā ad cogitationē amplectentē ea, quæ cōprehendi nequeunt, ſola fide naturā eā, quæ mentē omnē excedit, intra ſe recipere. Atq; hoc illud eſt, quod ab amicis dicitur: Faciemus tibi ô anima, quæ pulcrē cum equo cōparata es, ſimulacra quædam ueritatis ac ſimilitudines. Nam eiuſmodi etiā orationū argenti uis eſt, ut uerba ipſa uideant eſſe quaſi quidā fomites ſcintillantes: q accuratē ſenſum abditum repræſentare nequeāt. Ea uerò tu quū receperis, iumentū & habitaculū perfidē efficieris eius, qui recubare uolet in te per inhabitationē. Nam eiuſdē & thronus eris & domus. Ac dicere fortè quis poſſit, animā Pauli, uel ſi qua alia ſimilis ei fuit, uerba huiuſmodi audire. Nam is quū ſemel uas electum factus eſſet, tum ſupra ſe, tum in ſe Dominū habebat: factus ille quidem equus in eo, q nomen eius coronationibus regibusq; geſtaret: domus aūt, naturā incomprehenſibilem continēs, q non amplius ipſe uiueret, ſed Dn̄m in ſe uiuentē oſtenderet, ac Chriſti loquentis in ſe præberet argumentū. Poſteaquā hæc amici ſponſi puræ uirgini q animę donarunt, (& ſint illi ſanè ſpiritus adminiſtri, qui ad obeundas operas ſuas mittunt eorum cauſſa, ſalutis hęreditatē qui adituri ſunt) ſponſa ipſa perfectior quodā modo fit ob donorū incrementū, iamq; propius ad delideratū progreſſa, prius quàm pulcritudo ipſius in oculis eius colluceret, odoratu quæſitū attingit, quaſi corporis cuiuſdam proprietatē olfaciendi ui percipiēs, & agnouiſſe odorē ipſius ait ſeſe de fragrantia unguenti, cui nomē eſt nardus, hac ad amicos uoce uſa: Nardus mea dedit odorē ſuum. Quemadmodū uos, inquit, nō ipſum purum putū diuinitatis aurum, ſed ſimilitudines quaſdā auri per intellectus, quorū capaces eſtis, mihi largimini, nō illuſtri oratione quæ in ipſo ſunt explicantes, ſed per exilitatē punctorū argenti, quo notatur oratio, ſimulacra quædā rei quæſitæ ſuppeditātes: ſic & ego per fragrantiā unguēti mei fragrantiā eius ipſius ſentiendo percepi. Videt aūt id, q d heic dicitur, talē quamdā ſententiā continere. Quū multis ac uarijs aromatibus gratum odorē ſpirantibus alio aliam ob proprietatē, artificioſa quædā cōueniensq; miſtio tale unguentum efficiat, ut una quædā fragrās herba inter alias adhibita, cui nomē nardus, toti cōfectioni appellationē tribuat, atq; hoc iam ex omnibus aromaticis proprietatibus in unam fragrantiā quaſi corrogatum, ſenſus expurgatus tamquā ipſam ſponſi fragrantiā recipiat: doceri nos exiſtimamus, id quod ſupra omnē uniuerſitatis rerum compagem & adminiſtrationē poſitum eſt, quidquid tamdē eſſentia ſua exiſtat, inacceſſum eſſe, neq; uel tangi, uel comprehendi poſſe. Verùm eius loco nobis eſt illa fragrantia, quæ per uirtutum puritatē in nobis inſtar unguenti conficitur, ac illa puritate, quę in ipſa eſt, imitatur id, quod natura eſt impollutū: bonitate, quod bonum: immortalitate, quod immortale: immutabilitate, quod immutabile: omnibus adeò rebus, quæ ex præſcripto uirtutis in nobis perficiuntur, uerā illā uirtutē: de qua uates Abacumus ait, quòd cœlos omnes cōplexa ſit. Quāobrē quū ad amicos ſponſi dicit ſpōſa, Odorē ipſius nardus mea mihi exhibet: hæc mihi atq; huiuſmodi philoſophando dicere uidet. Si quis omni flore ſuaue olēte, uel aromate



mate de uarijs uirtutis campis collecto, totaq; uita ſua quaſi uno unguento per fragrātiā ſingulorū ſtudiorū effecta, per omnia perfectus fiat: in ipſum quidē ille Deū SERMONEM, uelut in Solis orbē defixis oculis intueri natura ſua nō poteſt: in ſeipſo tamē, tamq; in ſpeculo, ſolem uidet. Nam uerę illius diuinæq; uirtutis radij, qui perpurgata in uita per animi ſtatū perturbationū expertē ab ipſis manantē lucent, ſpectandū nobis exhibent id, quod ceteroqui ſpectari nō poteſt, & ut cōprehendi hoc poſſit, quod eſt alioqui inacceſſum: dum noſtro in ſpeculo ſolē ipſum ad uiuū depingunt. Eſt aūt idem, abditā in his ſententiā quod attinet, ſiue ſolis radios dicamus, ſiue uirtutis defluxus, ſiue ſuaues aromatū odores. Nam quodcumq; tamdem horū ad ſcopū orationis ſumſerimus, una de omnibus ſententia conſequit: nimirū per uirtutes nos boni eius, quod mentē omnem excedit, cognitionē adipiſci: quēadmodū per imaginē quandā pulcritudo principis exemplaris colligi racionando poteſt. Hoc modo ſponſa illa Chriſti Paulus, qui per uirtutes ſponſum imitabatur: per uitā ſuam ſibi pulcritudinē illam inacceſſam ad uiuū exprimebat: ex fructibus ſpiritus, dilectione, gaudio, pace, ceteris eiuſmodi ſpeciebus nardū cōficiebat: ſeipſum Chriſti fragrantiā eſſe dicebat, dum inacceſſam illā eximiamq; gratiā in ſeſe odoratu perciperet, atq; ſeipſum alijs inſtar ſuffitus exhiberet, quod ſua pro facultate perciperent: quibus ſanè prout adfecti eſſent ſinguli, fragrantia hæc uel uitæ, uel mortis erat cauſſa. Nam quemadmodū idem unguentū ſi & ſcarabæo & columbæ adhibeat, nō idē in utriſq; efficit. Nimirū columba ob unguenti fragrantiā fit robuſtior, quū ſcarabæus extinguat. Idem & in magno illo Paulo, tamq; diuino quodā in ſuffitu, uſuueniebat. Nam ſi quis erat inſtar columbæ, ut Titus, ut Siluanus, ut Timotheus: unà cū ipſo parriceps erat fragrantię uitæ, exemplis ipſius in omni bono proficiēs. Sin qui erāt uel Demas, uel Alexander, uel Hermogenes: ſuffitū illū tēperantiæ nō ferentes, ſcarabæorū inſtar prę fragrātia fugabant. Ea de cauſſa inquit is, qui ex unguentis eiuſmodi odorē gratū ſpirabat: Chriſti ſumus fragrātia tum in ijs qui ſeruant, tū qui pereunt. Nōnullis odor mortis, ad mortē: alijs odor uitę, ad uitā. An uerò ad unguentū hoc ſponſæ etiā illa nardus euāgelica cognationē aliquā habeat: poteſt exiſtimare de ijs, quę ſcripta ſunt, qui uolet. Quæ nā erat nardus illa pretabilis, eaq; magni pretij, quę & in caput Dn̄i effuſa eſt, & domū uniuerſam fragrantia ſua repleuit? Fortaſſe enim nardus hęc ab illo unguēto aliena nō eſt, qd ſponſæ odorē ſponſi exhibet, ac in euangelio in ipſum Dn̄m effuſum fragrantia domū replet, in qua cōuiuiū erat. Nā & iſtic mihi ſpiritu quodā prophetico mulier illa myſteriū mortis præſignificare uidet, quēadmodū ipſe Dn̄s de ijs quę fiebāt ab ea, teſtatur, dū ait: Prius hoc illa fecit, ut ſepultura me cohoneſtaret. Atq; etiā per domū illā fragrantia repletā debere mundū uniuerſum intelligi, uerbis hiſce ſignificat: Vbicumq; prædicatū fuerit euangeliū hoc in uniuerſo mundo, unà cū ipſius euāgelij præconio facti huius odor paſſim diffundet, atq; adeò euangeliū quaſi monumentum quoddā feminę huius erit. Quapropter quū in hoc Cantico canticorū nardus odorē ſponſi det ſponſę: in euangelio uerò corporis eccleſię uniuerſi toto in orbe unguentū fiat iſtæc fragrātia, quę id tēporis domū repleuit: fortaſſe per hęc quiddā reperiri cōmune poteſt in utriſq;, ut unū eſſe uideant. Et hæc quidē hactenus. Qd aūt porrò ſequit, cōſimile quiddā eſſe uidetur ſcenæ nuptialis argumēto, quaſi profectū ab ea, quę nuptiali ſit in thalamo exornata. Indicat uerò amplior quædā perfectiorq; ſapientia, quā rectè percipere tantū eſt eorū, ad perfectionē qui peruenerunt. Et qd tandē illud eſt quod dicit? Cognatus meus eſt mihi faſciculus myrrhæ: inter ubera mea cōmorabit. Aiūt mulieres, ſi quę ſint elegātię paullo ſtudioſiores, operā adhibere, uti nō modò externis ornamētis excogitandis amabiles illis ſeſe reddāt, quibuſcū uiuūt: ſed in hoc etiā incūbere, ut ob quādā fragrātiā ipſarū corpora maritis gratiora uideant. Iccirco aromatis aliquid, q d cōmodè huic uſui ſeruiat, intra ueſtē abdūt: quo exhalāte odorē ſuū, etiā corpus ipſum fragrātiā illius aromatis adquirit. Hic quū fœminarū mos ſit, audacter magnanima hæc uirgo: Faſciculus (inquit) is, quē de collo ad pectus uſq; depēdentē geſto, & per quē corpori meo fragran-

Universidad de Deusto
Biblioteca



fragrantiã conciſio, non aliud quoddam eſt aroma ſuauiter ſpirans: ſed Dominus ipſe myrrha factus in faſciculo cõſcientię meę ſitus eſt, atq; ipſo in corde meo quaſi contuberniũ quoddã habet. Nam cordis ſitus inter ipſa ubera eſſe dicitur ab iis, qui huiuſmodi conſiderant. Ibi nimirũ ſe ſponſa faſciculũ habere ait ubi theſaurus boni colligit. Præterea tradunt cor eſſe fontẽ caloris in nobis, à quo per arterias in corpus uniuerſum calor didatur, quo quidẽ & calida & uitalia corporis mẽbra reddantur, à cordis igne quaſi accenſa. Quamobrẽ ea, quæ intra partẽ animi principẽ Chriſti fragrantiã recepit, ac ſuffitũ huiuſmodi cordi ſuo allígauit: omnia ſingulaq; uitæ ſuæ ſtudia, quaſi corporis cuiuſdã membra, feruentia reddit per ſpiritũ illum e corde manantẽ, nulla improbitate dilectionẽ erga Deũ ullo in corporis mẽbro reſtinguente. Verũ enimuerò ad uerba deinceps ſequentia progrediamur: audiamus quid læta uitis de fructibus ſuis diſſerat, quæ omnib. in angulis domus Dei (quẽ admodũ uates ille loquit) explicata eſt, ac per dilectionis capreolos diuinã mini-
» meq; pollutã uitã circumplectit. Racemus, inquit, Cypri cognatus meus eſt mihi,
» in uinea Engaddi. Quis adeò beatus eſt, uel potius quis adeò beatitatem omnẽ ſu perat, ut fructũ propriũ in ipſo animi ſui racemo cernẽs, uineæ Dñm uideat? Aſpice eñ quantũ profecerit, quæ in nardo propria fragrantiã ſponſi agnouit, quæ myrrham eum ſuaueolentẽ fecit, & cordis nexu aroma cõplexa eſt, ut maneat apud eã perpetuò bonũ hoc nuſquã emanans: ea iam diuini illius racemi fit mater, qui ante paſſionẽ ἀνθησίζῃ, hoc eſt, floret: ipſa uerò in paſſione uinũ effundit. Nam uinũ illud, quo exhilarant corda noſtra, uuæ ſanguis poſt adminiſtrationẽ paſſionis fit ac nominat. Quũ ergo duplex racemi ſit fruitio, altera ex flore, quũ fragrãtia ſua ſenſus recreat: altera ex fructu iam maturo, quãdo uel ex ueſcendo delicijs frui licet, uel in cõuiuijs uino exhilarari: hoc iã loco ſponſa racemũ adhuc floreſcentẽ profert, appellans florẽ hunc Cyprũ. Nam puer natus nobis Ieſus, qui in recipientibus ipſum diuerſa ratione proficit, nimirũ & ſapientia, & ætate, & gratia, nõ idem eſt in omnibus: ſed iuxta modulũ eius in quo eſt, ac prout is, qui capit eũ, idoneus eſt, talẽ ſeſe exhibet: ut uel infans eſſe uideatur, uel proficere, uel iam perfectus eſſe, ſecundũ naturam racemi, qui nõ ſemper eadem cũ ſpecie in uite cernitur, ſed unà cum tẽpore formam cõmutat: floreſcens, matureſcens, perfectus, maturus, uinũ denicp facẽs. Itaq; uitis ob fructũ ſuum exſultat, qui tametſi necdũ maturus ſit, ut uinũ ex eo fiat, ſed temporũ plenitudinẽ exſpectat: nõ tamen nullam ſui fruitionẽ, quæ uoluptatẽ habeat, præbet. Nam guſtatus loco exhilarat odoratũ, bonorũ exſpectatione (quæ ſpei eſt fragrantia) iucundè animi ſenſus adficiẽs. Etenim certitudo ſperatæ gratię, dubitationis omnis expers, iis qui per patientiam recipiunt id quod exſpectatur, fruitionis loco eſt. Hic igitur eſt racemus ille Cypri, racemus qui uinum policetur, quanquã necdum ſit uinum: ſed per florem (qui quidem flos ſpes eſt) futuram gratiam certò promittat. Quæ autem Caddi uox adijcitur, ea uerò locũ uberem ſignificat, in quo uitis radicibus ſuis actis fructũ & fœcundum & ſuauem efficit. Tradunt enim illi, qui locorum rationẽ memoriæ prodiderunt, ſortem eam, quæ Gad obtigerit, ad proferendam uberem racemorũ copiam peridoneam eſſe. Quamobrem quum is, cuius uoluntas legi Domini eſt conſentanea, percp noctem omnem ac diem hanc meditatur, inſtar arboris ſemper florentis fiat, & aquarũ adfluxu pingueſcens tempore debito fructũ exhibeat: iccirco etiam ſponſi uitis, quæ in Gaddi loco ſcilicet ubere, radices egit, (hoc eſt, alta in mente, quæ per diuinas præceptiones rigatur) augeſcendo floridum ac matureſcentẽ illum racemum protulit, in quo & agricola & plantator ipſe conſpicitur. O felicem eiuſmodi agricultionem, cuius fructus ad ſponſi formam adſimilatur. Nam quum ille ſit lux uera, uera uita, uera iuſticia, quemadmodum ipſa ſapientia loquitur, atq; omnia eiuſmodi: ſi quis per opera fiat ea, quæ ipſe eſt, is uerò propriæ conſcientiæ racemũ adſpiciens, ſponſum ipſum in eo conſpicit, lucida quadam & labis experte uita lumen illud ueritatis tanquam in ſpeculo exprimẽs. Propterea uitis hæc læta inquit. Racemus meus flore ſuo matureſcẽs, uerus ille racemus eſt, qui ligneis in fulcris oſtẽdit ſeſe, cuius



cuius ſanguis ſit illis, qui & ſalutem, & lætitiam conſequuntur, tum potabilis tum ſaluaris: idq; per Chriſtũ Ieſum, Dominum noſtrum, cui gloria tribuatur.

# IN CANTICVM CANTICORVM

## ORATIO QVARTA.

« EN pulcra es proxima mea, en es pulcra: oculi tui columbæ. En pulcer
« es cognate mi, planeq; formoſus. Ad lectulum noſtrum (ades) opa-
« cus, trabes ædium noſtrarum, cedri: laquearia noſtra cupreſſina. Ego
« flos prati, lilium uallium. Sicut lilium inter ſpinas, ſic ſoror mea inter
« filias. Vt malus inter ligna ſiluæ, ſic inter filios cognatus meus. Sub umbram ipſius
« deſideraui, & ſedi: ac fructus eius dulcis eſt in gutture meo. Introducite me in domũ
« uini: conſtituite ſupra me dilectionem ipſam: fulcite me in unguentis: ſtipate me ma-
« lis. Sum enim à dilectione uulnerata. Læua eius ſub capite meo, & dextera eius am-
« plexabitur me. Iureiurando adſtrinxi uos filiæ Hieruſalem, in poteſtatibus ac uiri-
« bus agri, ſi ſuſcitaueritis & excitaueritis dilectionem, donec uelit.

### EXPLANATIO.

Alunt eos, qui aurum artificioſè perpurgant, ſi per materiem ſordidiorẽ, additamenti cuiuſdã ratione immiſtam, ſplendoris in eo uenuſtas obſcurata ſit: per liquationẽ, quę fit igne, malum illum colorem emendare, atq; hoc ſæpius facere, ſinguliſcq; liquationibus conſiderare, quanto in ſequente, quàm in priore, melior auro color acceſſerit: neq; materiem igne purgare deſinunt, donec ipſa ſpecies auri teſtimonium ſibimet perhibeat puritatis omnibus ab excrementis alienę. Quamobrem uerò, dum conſiderationem lectorum uerborum in præſentia aggredimur, in hanc mentionem inciderimus: iam ex ipſa illorum, quę ſcripta ſunt heic, ſententia perſpicuũ erit. Aurea initio natura humana erat, ac ſimilitudine cõgruente ad bonũ illud labis expers lucebat. Verùm deinde tum deformis, tum nigra per prauitatis commerciũ reddita eſt: quemadmodum primis in uerbis Cantici ex ipſa ſponſa audiuimus, negligentiã in cuſtodia uineæ nigram eam effeciſſe. Huius deformitatem Deus, qui cuncta in ſapientia perquàm artificioſè molitur, emendans: non pulcritudinem aliquam nouam ei condit, quæ antea non fuiſſet: ſed per quemdam quaſi reditum priorem ad gratiam reducit eam, dum malo denigratam in ſtatum labis expertem quaſi liquando reſtituit. Igitur quemadmodum accurati explo ratores auri poſt liquefactionem primam inſpiciunt, quantũ materies in pulcritudine profecerit, ſordibus ab igne abſumtis: iterumq; ſecunda liquefactione facta, ſi non ſatis in prima perpurgata ſit, elegantiã paullatim accedentẽ conſiderãt, idq; ſæpius: ac ſemper incrementa pulcritudinis per artificioſam explorationẽ animad uertunt: ſic etiam modò corrector ille denigrati auri anima quaſi quadam liquefactione ſplendori reſtituta per adhibita ipſi pharmaca, in ſuperioribus equi cuiuſdã uenuſtatem ei tribuit: nunc relucentem in ipſa pulcritudinẽ pro uirginis deinceps elegantia recipit. En pulcra es, (inquit) proxima mea: en es pulcra: oculi tui columbæ. Quibus uerbis erudimur, hanc pulcritudinis recuperationẽ eſſe, ſi rurſum propius accedatur ueram ad pulcritudinem, à qua diſceſſum erat: adeoq; ſi propius ad fontem boni perueniatur. Ait enim: En pulcra es proxima mea, hoc eſt, propterea prius pulcra non eras, quòd à pulcritudine principis exemplaris abalienata per prauam acceſſionem ad uitium, immutationem quandam in deformitatem experta eſſes. Huiuſmodi uerò quiddam hoc loco proponitur. Natura humana ſic comparata eſt, ut admittere pro ſuo arbitrio, quæ uult, poſſit: ac prout electionis momentum eam inclinat, eatenus etiam mutatur. Nam poſteaquàm iræ adfectionem admiſit, fit iracunda: quum ſuperior eſt cupiditas, in uoluptatem ſoluitur: ad timiditatem, metum, morbos animi cæteros ſingulatim inclinatio ſi fiat,

*Hominis ante ac poſt lapſum conditio.*

*Humanæ uoluntatis electio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



si fiat, singularum adfectionū species induit. Itidem econtrario si mansuetudinem animi, puritatem, pacis studium, statum animi expertem iræ, mæroris, metus, siduciæ plenum, hæc inquam omnia si in sese receperit: singulorum quasi characterem ac notam animo imprimit, in statu experte perturbationis tranquillitate fruens. Quamobrem fit, ut quum uirtus ac uitium ita inter se diuersa sint, ut nihil inter ea sit medium: utraq; in uno existere eodem tempore non possint. Nam qui à modestia desciuit, omnino uitam agit proteruam: & qui uitam impuram exsecratur, ipsa in auersatione mali rationem uiuendi labis & inquinationis expertem laudabiliter amplectitur. Idem & alijs in omnibus ualet. Qui demisso est animo, seiunctus est à superbia: & qui fastu quodam semet inflat, animi demissionem reijcit. Et quid opus est singulis cōmemorandis immorari, quo nimirum pacto in ijs, quæ sua sibi natura aduersantur, absentia unius constituat alterum? Sic igitur comparata quum fit animi nostri electio, ut pro arbitrio suo cōformare se ad id, quod uult, possit recte ad sponsam, quæ formosa iam effecta est, ait SERMO: Posteaquàm à mali societate desciuisti, accessisti ad me propius: posteaquàm propius ad principis exemplaris pulcritudinē accessisti, & ipsa pulcra facta es, impressa tibi de charactere meo forma, quasi si speculū esses. Verissimè enim speculo consimilis est natura humana quum prout electionum quasi simulacra fuerint, diuersas formas induat. Nam siue speculum aurum uersus respiciat, aurum apparet, eosdemq; radios illius materiæ per simulacrū relucens ostendit: siue quid deforme apparuerit, illius etiā deformitatem similitudine quadam exprimit: uerbi gratia, ranam aliquam, uel rubetam, uel scolopendram, uel quid aliud spectatu iniucundum sua in forma repræsentat, si quidem horum aliquid ei obuertatur. Quū igitur anima iam ab ipso SERMONE purgata uitio post tergū relicto solis huius orbem in sese receperit, iamq; una cum lumine in ipsa cōspecto emicuerit: iccirco ad eam ait SERMO: Iam pulcra facta es, posteaquàm meam ad lucem propius accessisti, & per accessum propiorē pulcritudinis communionem attraxisti. En, inquit, pulcra es uicina mea. Deinde paullisper desinens, eamq; pulcritudinis additamento quodam & intentione adauctam conspiciens: rursus eadem uerba repetens, inquit. En pulcra es. Verùm antea uicinam appellauit, nunc eam, quæ de oculorum specie cognoscatur. Oculi (ait) tui columbæ. Prius enim, quū ad equā compararetur, maxilla & collum prædicabatur: nunc posteaquàm propria ipsius pulcritudo apparuit, oculorum gratia celebratur. Laudantur autem oculi in eo, quòd columbæ sint oculi: id quod mihi sententiam quamdam huiusmodi uidetur indicare. Quum puris in pupillis oculorū, tum illorū conspiciantur, qui suos in eas oculos defigūt, (tradunt enim ij, qui caussas horum eruditè perquirere norunt, oculum recipientē simulacrorum incidentias, quæ à rebus sub aspectum cadentibus manant, ita deinde uisionem perficere) iccirco prædicatur oculorum pulcritudo à columbę specie, quæ in pupulis eorum luceat. Nam in quamcunq; rem oculos aliquis defixerit, eius similitudinē in sese recipit. Quare quū is, qui iam non amplius ad carnem & sanguinē respicit, uitam spiritualem intueatur, (quemadmodum ait apostolus) & uiuens spiritu, & spiritui inhærens, & actiones corporis extinguens spiritu, & totus in uniuersum spiritualis factus, non animalis, neq; carneus: propterea testimonium perhibetur animæ ab adfectione corporea immuni, quòd columbę speciem in oculis habeat, hoc est, quòd uitæ spiritualis character in parte animi perspicienti ui prædita luceat. Posteaquā hoc modo purus ipsius oculus columbę characterem recepit, cadit eum hoc quoq; in illam, quòd uidere sponsi pulcritudinem possit. Nunc enim primùm hæc uirgo dirigit in formam sponsi oculos, posteaquàm in oculis columbam habet. Nequit enim Iesum Dominū appellare quisquam, extraquàm in spiritu sancto. Iccirco ait: » En pulcer es cognate mi, planeq; formosus. Nam ex quo aliud nihil mihi pulcrum esse uidetur, omniaq; fum aspernata, quæ prius opinione mea in bonis erant: nōn iam amplius iudicium de pulcritudine meum errore quodam fallitur, ut præter aliud quid pulcrum ducat: non laudem aliquam humanā, non gloriam, non splendorem

*Contraria immediata.*

*Speculo similis homo.*

*Quid per oculos colūbæ intelligatur.*

*Quē non uera pulcritudo.*



dorem illustrem, non potentiam mundanam. Hæc enim ad sensum respicientibus, colore quidem illa speciei pulcritudinis obducta sint: non tamen id sunt, quod esse putantur. Nam qui possit aliquid esse pulcrum, quod omnino substantia sua nō existit? Quidquid enim hoc in mundo magni esse preti putatur, in sola putantium opinione suam essentiam habet. At tu reapse pulcer es, neq; tantùm pulcer, sed ipsa etiā pulcritudinis essentia. Quippe qui semper talis existis, quum nunquam nō id sis, quod es: non pro tempore florens, uel alio rursus tempore florem abijciens: sed cum æternitate uitæ pulcritudinis etiam æternitatem retinens, cui nomen φιλανθρωπία, hoc est, amor erga homines. Nam tu Christe, qui ex Iuda nobis ortus es, quum populus Iudaicus accedentis ad te ex gentibus populi frater sit, rectè ob factam in carne diuinitatis tuæ manifestationē, desiderantis te sponsæ cognatus appellatus es. Deinde subiecit: Ad lectulū nostrū (ades) opacus, hoc est, cognouit te tu cognate mi, ait, qui pulcer & formosus es, ad lectulū nostrū ita, ut umbra quadā opertus esses. Nam nisi temet ipse cooperuisses umbra, puro diuinitatis radio per uel cognoscet humana natura opertū formam seruī occultato: quis apparitionem tuam sustinere potuisset? Non enim uultum Domini quisquam uidebit ac uiuet. Venisti igitur formosus quidem, sed talis factus, ut tui recipiendi capaces essemus: uenisti ita, ut diuinitatis radios corporis amictu tamquam umbra quadam absconderes. Nam qui fieri potuisset, ut mortalis & obnoxia interitui natura coniunctione copularetur naturæ mistionis experti ac inaccessæ: si non inter nos, qui in caligine degimus, & inter lucem ipsam corporis umbra sese tamquā medium quoddam interiecisset? Lectuli appellatione tamquam sponsa utitur, declarans per figuratam significationem uocis huius, communitionem humanæ naturę cum diuinitate: quo pacto & magnus ille apostolus nos ueluti uirginem quamdam Christo copulat, animumq; ornatu nuptiali exornat, ac diuūm coniunctionem in corporis unius societatem magnum esse mysterium hoc lectulum uocat nimirum societatem cum diuinitate. Ea uerò aliter esse nulla poterat, nisi ut Dominus umbra quadam corporis opertus tele nobis exhiberet: qui quidem non modò sponsus est, sed etiam architectus, fabricans in nobis domum, cuius ipse itidem materies est. Nam domui tectum imponit, materie quadam putredinis experte opus ipsum exornans. Eiusmodi uerò est tum cedrus, tum cupressus: quorum lignis insitus à natura uigor quidam, omni caussa putredinem excitante potior est: non tempori cedens, non tineas gignens, non carie diffluens. Atq; ex his cedri, quòd proceræ sint, latitudines domus tecto complectuntur: cupressi per laquearium structuram interiorem operis fabricam exornat. Verba sunt huiusmodi: Trabes ædium nostrarum cedri, laquearia nostra cupressina. Quæ autem ænigmata per hæc ligna significentur, omnino perspicuum est ijs, qui seriei sententiæ inhærent. Varios tentationum impetus in Euangelio aquarum fluuiem appellat Dominus, ubi de illo ait, qui præclarè domum suam in saxo extruxit: Descendit aquarum illuuies, ac uenti spirarunt, accedentibus etiam fluuijs, nihilominus inter hæc ædificio illi nihil incommodi accidit. Propter hanc igitur pernicioſam pluuiam nobis eiusmodi trabibus opus est. Fuerint autem illæ, uirtutes: quæ tentationum fluxus intra se non admittunt, quum & solidæ sint, & minimè cedant, duriciemq; à uitijs flecti se non sinentē ipsis in tentationibus retineant. Ac rectè quidem intelligimus id, quod heic dicitur, si eadem opera in dictum Ecclesiastę unà cum eo, quod propositum nobis est, inquisiuerimus. Ait ille: Per igna uiam structura trabium corruet, ac dum manus inertes sunt, pluuia destillabit in ædes. Quemadmodum enim si ligna, quæ tectum continent, ob exilitatem materiei sint & imbecilla & languida: pater autem familiās ignauiter ædium curationi præsit: nullus est usus tecti, pluuia guttatim illabente: (nam necessariò tectū ipsum

 sit cauum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



sit cauum, quum & aquæ ponderi cedat, & lignorum debilitas molem non sustineat, ad impetum ponderis fathiscens. Quo fit, ut aqua intra cauitatem recepta in interiora penetret, atq; hæc stillicidia de sententia dicti huius prouerbialis, herum è domo tempore pluuio eijciant.) Sic per ænigma comparationis huius monemur, ut per uirtutum firmitatem ij simus, qui tentationum fluctibus non cedamus: ne quando languefacti ob illabentes animi morbos, concaui fiamus: ac influxum aquarum eiusmodi extrinsecus in cor ipsum manantem, intra penetralia recipiamus: à quibus ea, quæ istic uelut in penu quodam abdita sunt, corrumpuntur. Cedri autem istæ Libani, quas plantauit Dominus, in quibus fœtificant passeres, quibus erodij nidus præest: hæ igitur cedri, nimirum uirtutes, domum thalami sponsalis fulciunt, in quibus passerum instar animę fœtificant, euitatis uolando laqueis, quibus erodij nidus præest, per domus appellationem indicata. Traditum est autem sic comparatam esse auem hanc, ut à mistionibus Veneris abhorreat, & quadam naturæ coactione comparem quærat, declarans inflectendo se, quantum ex eo molestiæ percipiat. Quæ caussa est, ut existimem quasi quodam ænigmate per uocem hanc significari puritatem. Has igitur trabes in tecto puri illius thalami sponsa uidet, itemq; factum è cupresso ornatum, qui polita quadam congruentęq; compositione pulcritudini extęrnæ splendorem addat. Inquit enim laquearia tecti esse cupressum. Dicuntur autem laquearia, concinna quædam & sculpendo tornata tabulatorum adfixio, quæ uariè tecti uenustatem ornet. Quid igitur ex his discimus? Fragrans est à natura cupressus, eademq; putredinem nullam admittit, ad omnem fabrum sollertiam apta: quippe quæ & læuis est, & concinna, perq; illa ad ornamenta, quæ sculpendo fiunt, idonea. Quare per hæc uerba moneri nos existimo, non solum ut uirtutum habitu præditi quasi obscurè simus in animo: sed diligenter externi etiam decoris rationem habeamus. Danda est enim opera, ut præstemus ea, quæ tum coram Deo, tum coram hominibus præclara sint: ac Deo quidem apertum esse conuenit, homines autem persuadere: quin & testimonium ab exteris habere præclarum decet, ac luci consentaneis operibus hominum in conspectu splendere, ad exteros denicq; uitam honestè degere. Atq; hæc sunt istæc laquearia, quæ per fragrantiam Christi, qui obscurè per cupressum significatur, in honesta decentęq; uita solerter exstruuntur: quemadmodum ea componere norat egregiè ac conncinnè sapiens ille architectus Paulus, qui ait: Omnia inter uos ordine decenterq; fiant. His ita præclarè constitutis, accessio quædam fit pulcritudinis in nobis, amplitudine naturæ nostrę fragrantem illum ac purum florem proferentem, qui lilium dicitur. In eo qui à natura inditus splendor conspicitur, modestiæ significationem occultam habet. Profert enim hæc sponsa de semetipsa, quum ait: Equidem posteaquam propius nostrum ad lectulum sponsus accessit, opertus umbra corporis, qui me sibi domus instar exstruxit, de uirtutum cedris contignatione facta, rectoq; fragrantia cupressorum ornato: è campo naturæ flos prodij, longè floribus ceteris tum coloris elegantia, tum suauitate odoris præstans. Enata sum enim lilium è uallibus. Verba sunt eiusmodi. Ego flos prati, lilium uallium. Verè enim culta illa per ea, quæ considerauimus hactenus, naturæ in amplitudine anima, (nam quum prati mentionem audimus, amplitudinem humanæ naturæ intelligimus, quòd ea multarum immensarumq; capax sit cogitationum, rerum, disciplinarum) anima igitur exculta sic, uti diximus, ab naturæ nostræ agricola: fragrantis, splendidi, puri floris instar è naturæ nostræ prato enascitur. Atq; hoc pratum, quod etiam instituta cælestem ad rationem uiuendi comparatione, uallis appellatur: nihilo minus pratum est, neq; prohibetur, quo minus ea, quæ præclarè in ipso exculta est, flos siat. Nam è concauo germen in altitudinem exsurgit, quemadmodum in lilio fieri uidemus. Etenim plerunq; herba lilij à radice in altum sese porrigens, ita deinde florem è uertice profert, non exiguo à terra interuallo distans: nimirum ut (mea quidem sententia) pulcritudo eius in sublimi pura maneat, à terræ mistione non contaminata. Propterea & iustus ille oculus eam, quæ



quæ hoc iam facta est, uel fieri cupiuit, (nam utrumq; dejs, quæ dicta sunt hactenus cogitando colligimus: uel quòd factet se id iam factam, quod desiderauerit: uel quod agricolam oret, ut per ipsius sapientiam flos fiat, posteaquam è uallibus humanæ uitæ ad pulcritudinem lilij excreuerit) siue igitur hoc fieri uult, siue facta est quod uoluit, præclarè iustus ille sponsi oculus cupiditatem egregiam sponsæ ad ipsum respicientis intuens: annuit ut lilium fiat, minimeq; à spinis uitæ fusco cetur, quas sororum appellatione intellexit, tacitè (mea sententia) potestates illas aduersas humanæ uitæ demonstrans, quarum pater appellatur inuentor ille sceleris. Iccirco ait: Sicut lilium inter spinas, sic soror mea inter filias. Quantum iam profecisse animam in crescendo sursum uidemus? Primus adscensus erat, quòd ad equam compararetur, quæ potentiam Ægypti euertit: alter quòd propius accederet, iamq; oculi eius Columbini efficerentur: tertius nunc adscensus est, quòd non amplius uicina, sed soror Domini appellatur. Nam ut ipse ait: Qui satisfecerit uoluntati patris mei, qui in cælis est, is mihi tum frater, tum soror, tum mater est. Posteaquam ergo flos facta est, à tentationibus spiniferis haudquaquam læsa, quo minus lilium fieret: oblita suæ nationis ac domus paternæ, uerum ad patrem spectat. Eamq; ob caussam filij soror appellatur, quippe quòd per spiritum adoptionis in hanc cognationem sit translata, iamq; à societate filiarum falsò appellati patris liberata, rursus seipsa fiat excelsior. Adeoq; iam per oculos columbinos arcanum quoddam conspicit, nimirum per uaticinij spiritum. Quod autem conspicit, huiusmodi est. Vt malus inter ligna siluæ, sic inter filios cognatus meus. Quid est igitur illud quod conspexit? Siluam pro more suo litteræ sacræ appellant uitam hominum rebus crassis inhærentem, in qua uariæ morborum animi species mirificè siluescunt, in qua perniciosæ belluæ quasi quibusdam in lustris occultantur, quarum natura quum in luce ac sole uim suam non exerat, sub caligine uiget. Nam ubi iam sol occidit, inquit uates quidam nocte subsequuta bellnas siluæ de latibulis prodire. Quamobrem quum aper singularis nutritus in silua præclaram naturæ humanæ uitem uastauerit: (Vastauit enim eam, inquit ille, sus è silua: & singularis quidam immanis absumsit ipsam) iccirco malus in silua nascitur, quę quidem quatenus lignum est, eiusdem uel humana cum materie naturæ atq; essentiæ; (tentatus est enim (Christus) per omnia nostri ad similitudinem, excepto peccato) quatenus uerò fructum eiusmodi fert, per quem animi sensuum organa dulcedine adficiuntur: longè maius est inter ipsam relinquamq; siluam discrimen ac diuersitas, quàm sit inter spinas ac lilium. Etenim lilium saltem speciei fragrantięq; ratione delectationem quandam habet: at mali gratia tres ad sensus congruit. Nam & speciei pulcritudine oculos exhilarat, & fragrantia sua odoratui grata est, & pro cibo usurpata gustatus organa dulcedine quadam adficit. Quamobrem egregiè sponsa quid sit inter se ac Dominum discriminis, perspicit. Nimirum ille quum lux sit, & oculis nostris gratiam adfert: & in odoratu sit nobis unguentum: & uescentibus ipso, uita. Nam qui uescitur eo, uiuet: uti loquitur alicubi euangelium. Verùm natura humana per uirtutem consequuta perfectionem, tantùm flos fit: non illa certè alens agricolam, sed seipsam exornans. Nec enim ille bonorum nostrorum est indigus, sed bonis ipsius nos indigemus, quemadmodum uates ille ait: Bonis meis tibi non est opus. Iccirco uidet anima iam purgata sponsum inter siluæ ligna malum esse factum, ut sibi omnibus siluæ ramis agrestibus insitis, consimili eos scatere fructu efficiat. Quemadmodum igitur filias, quòd spinis comparentur, falsò nominati patris liberos esse intelleximus, quæ quidem unà cum flore enatæ, tamdem & ipsæ ad lilij uenustatem ac gratiam transeunt: ita hoc etiã loco quum audimus quosdam ad siluæ ligna comparari, non sponsi amicos, sed aduersarios significari putamus, qui caliginis iræq; filij quum sint, fructus huius participatione lucis ac pacis in filios conformat. Propterea inquit hæc præclarè sensus quod attinet exercitata: Fructus eius dulcis in gutture meo. Fructus autem hic omnino est ipsa doctrina. Nam ut uates ille ait: Quàm dulcia sunt oracula tua gut-

Universidad de Deusto
Biblioteca



» turi meo: gratiora sunt ori meo, quàm mel. Vt malus inter ligna siluæ, sic inter fi-
» lios cognatus meus. Sub umbram ipsius desideraui, & sedi: ac fructus eius dulcis
» est in gutture meo. Tunc enim reuera dulcedine quadam sermonis animi organa
adficiuntur, quando nos à flamma tentationum mali umbra separat, ut ne à tanto
sole comburamur, supra nudum caput feruente. Non aliter autem sub umbra li-
gni uitæ recreaberis, quàm si cupiditas quædam ad hoc animum excitet. Vides
quamobrem in te facultas appetendi sit? Vt tibi mali huius desideriū indat, cuius
fruitio multiplex contingit ijs, qui propius accedunt. Nam quum oculus in pulcri-
tudinis adspectu adquieuerit, & nares fragrantiã respirando attrahunt, & corpus ali
mentum percipit, & os dulcedine adficitur, & æstus auertitur, & umbra sit thronus
» in quo sedet anima pestiū sede: tum deinde ait, Introducite me in domū uini: cōsti-
» tuite supra me dilectionē ipsam: fulcite me in unguentis: stipate me malis. Sum e-
» nim à dilectione uulnerata. O quàm egregiè diuinū curriculum conficit anima re
cte ad equam comparata. Quàm frequentibus & cōtentis saltibus anteriores con
sequi enititur, ad eos à tergo qui sunt, non cōuersa. Quàm multa consequuta est ha
ctenus, & adhuc sitit: immo tanta sitis est uehemẽtia, ut crater ei sapientiæ nō sufficiat, neq; satis esse ad sitim extinguendam existimet, craterem totum in os infundi: sed ipsam in domum uini cupiat introduci, & sub torcularibus ipsis os adhibere, quæ abundanter uinum illud suaue effundant, ac uidere botrum, qui in torcularibus prematur: uitem, quæ racemum talem protulerit: cultorem uitis illius uiræ, qui racemum adeò pinguem ac dulcem effecerit cultura sua: quorum quodlibet declarari superuacaneum fuerit, quum significatio figurata singulorum manifesta sit. Omnino autem multhoc etiam mysterium intueri, quo pacto per calcationem torcularis uestimenta sponsi colorem rubrum induant, de quo uates il-
» le ait: Quamobrem uestimenta tua rubra sunt, & indumenta tua uelut à calcatu
torcularis? Propter hæc & huiusmodi cupit domum ingredi, in qua uini sit mysterium. Hanc ubi est ingressa, rursus ad maius quiddam prosilit. Nam dilectioni subijci cupit, quæ quidem est Deus ipse, quemadmodum Ioannes inquit: cui animam subijci, salutem esse Dauides pronuntiat. Posteaquàm igitur, inquit anima, domum uini ingressa sum, subijcite me dilectioni, siue constituite supra me dilectionem ipsam. Nam quacunque ratione uerba hæc conuerteris, idem utroque modo significatur, siue dilectioni subijciatur, siue supra ipsam dilectio constituatur. Vel fortasse doctrina quædam elegantior nobis per uocem hanc traditur, qualis nimirum Deo debeatur dilectio, & quo pacto erga ceteros adfectos esse nos conueniat. Nam si ordine decenterq; fieri debent omnia, multo magis in rebus huiusmodi suus est ordini locus. Nam ne Cain quidem damnatus fuisset ob malam distributionem, quam instituit: si & rectè sua obtulisset, & ordinis decorum obseruasset in ijs, quæ uel ipsius usui relinquenda erant, uel Deo consecranda. Quum enim de primitijs sacrificia Deo faciunda essent, ipse rerum præstantiorum usu exsaturatus, reliquijs Deum sibi conciliabat. Quamobrem qui in dilectione seruandus sit ordo præscriptus in lege, sciri debet: quo nimirum modo diligendus Deus, quo proximus, quo uxor, quo inimicus: ne præter ordinem amor, ac perturbatè præstetur. Nam Deum quidem diligere oportet toto pectore, animo, facultate, sensu: proximum, ut seipsum: uxorem, si quis animo præditus est puriore, uti Christus ecclesiam: sin quis est adfectionibus animi nonnihil obnoxius, uti corpus proprium: (sic enim præcipit Paulus ordinator horum) hostem denique in eo, ut malum malo non rependatur, sed cum iniuria beneficium commutetur. At nunc confusam & inordinatam in multis dilectionem uidere est, quę per inconuenientem congruentiam magno cum errore operatur. Nam facultates illi, & honores, & coniuges, si eas forte uehementius adament, toto animo totisq; uiribus diligunt ita, ut uel uitam ipsam pro eis in discrimen adducere non dubitent: Deum uerò tantum, quantum usum fuerit: proximo uix dilectionem hostibus adsignatam ac debitam præstat: erga persequentem odio sic adfectus simi-



sunt, ut maiori malo multent eos, à quibus læsi fuerint. Ordinate igitur, inquit, supra me dilectionem, ut Deo tantum offeram, quantum ei debetur: in ceteris itidem singulis à modo conueniente non aberrem. Vel fortassis etiã ita intelligi hæc uerba possint. Quando ab initio cara & accepta, per inobœdientiam hostium in numerum redacta sum, ac iam rursus eamdem ad gratiam redij, copulata cum Domino per dilectionem: confirmate mihi dilectionem hanc uos amici sponsi, ut & ordinata sit, & immobilis: studioseq; & attentè hanc in me propensionem animi ad id, quod melius est, conseruate ita, ut stabilis sit. Quæ posteaquàm proloquuta est, rursus ad sublimius quiddam transit. Nam unguentis fulciri ad bonorum stabilitatem cupit. Fulcite me, inquit, in unguentis. O columnas admirabiles, ô noua fulcra. Quomodo unguenta ædium columnæ fiunt? quomodo per fragrantiam stabilitas fabricæ tecti confirmatur? An euidens omnino est, uirtutes quibus multiplici ter damus operã, pro discriminibus effectionũ etiã uarie appellari? Est enim uirtus non modò uidere quod bonum est, atq; participem eius fieri: uerumetiam constanter in bono persistere. Quamobrem qui fulciri uult in unguentis, constantiam in uirtutibus consequi cupit. Nam unguentũ hoc uirtus est, quippe quæ ab omni sceleru fœtore seiuncta sit. Ac mirari quis etiã possit eorũ quæ dicta sunt, cõsequentiam: quamobrẽ domum suam non rubis quibusdam, non spinis, non fascibus, non stipula, non fœno constipare cupiat, uel potius (uti cum Paulo loquamur) non lignis, non stipula, non fœno, de quibus ædes materiatę construuntur: sed recti ædiũ harum strues ex malis sumitur. Ait enim: Stipate me malis. Nimirũ ut hic fructus ei omnia fiat in omnibus: pulcritudo, unguentũ, dulcedo, nutrimentum, refrigerium per umbram, thronus quietẽ suppeditans, columna fulciens, tectum tegens. Nam ut pulcritudo, cum uoluptate cernitur: ut unguentũ, suauiter odoratũ adficit: ut nutrimentum, corpus pinguefacit, gustatumq; suauiter adficit: ut umbra, æstum refrigerat: ut thronus, lassitudinẽ adimit: ut tectum domus, pro tegmine sit inhabitanti: ut columna, stabilitatẽ suppeditat: ut malum conspicuum, tecto elegantiam conciliat. Quódnam enim spectaculum elegantius excogitare quis possit malorũ compositione, quũ ordine continuo fructus hic bellè collocatus, altoq; in loco confertim positus uarietatẽ quamdam adspectui exhibet, rubedine cum colore subalbo permista? Quare si fieri posset, ut facta in plano malorum collocatio sublata in sublime cõspiceretur: quid esset eiusmodi specie pulcrius? At hoc in bonorũ, quæ animo percipiuntur, cupiditate quo minus fiat, caussa nulla est. Nõ enim illius fructus forma grauis est, nec ad terrã deprimitur: sed à natura in sublime tendit. Nam uirtus in altum excrescit, ac sursum spectat. Propterea malorũ talium pulcritudine sponsa domus suæ tectum ornari cupit. Non enim certè hoc mihi uelle uerba uidentur ratione illius, quod præcellit: malorũ compositionẽ in ædium structura quiddam esse præclarũ spectatur. Nam quid ea uerba prodessent ad deducendũ homines ad uirtutẽ, si non in eis sensus aliquis nobis utilis cõsideretur? Quid igitur est id, quod conijcimus? Is qui in silua naturæ nostræ ob suam erga genus humanũ beneuolentiam germinauit, eo ipso quòd carnis ac sanguinis particeps factus est, quasi malũ quoddam exstitit. Nam in hoc fructu uidere est quiddam, quod cum utroq;, nimirũ carne ac sanguine, similitudinẽ aliquã habeat. Etenim ratione coloris subalbi, carni quod propriũ est imitatur: rubedinis specie, cognatio quasi quędã cũ sanguinis natura indicatur. Quare quũ anima diuinis ex rebus uoluptatẽ percipiens in tecto hæc uidere desiderat: cõmonefactio per ænigma nobis proponitur. Nã sursum spectando nos malis attentos esse, nihil est aliud, quàm per doctrinam euangelicã ad cælestem uiuendi rationẽ deduci: quam quidem doctrinã is, qui de superis uenit, ac supra uniuersos existit, commonstrauit nobis, per manifestationem in carne suam nobis omnia præclarè uiuendi exempla ostendens, quemadmodũ ipse Dominus ait: Discite ex me, quòd mansuetus sim, & humilis corde. Idem & apostolus ad eos, qui sursum spectãt, inquit: ubi ad humilitatẽ nos exhortatur. Vno enim præcepto ueritas horũ uerborũ confirmari omnino potest. Is adfectus, ait in uobis

» esto, qui & in Christo Iesu fuit. Nam quum is in forma Dei esset, nō rapinam duxit
» Deo æqualem esse: sed seipsum inanuit, sumta serui forma. Is per carnem & sanguinē in hac uita peregrinatus est, ac relicta lætitia qua fruebatur, sponte sua in humilitatis nostræ societatē ueniens, etiā eò se demisit, ut mortē experiret. Propterea inquit sponsa: Stipate me malis, ut nunq̄ nō in altū spectās bonorū exēpla intueat, quę in sponso cōmonstrant. Istic est humilitas, istic expers iracundiæ animi moderatio, istic obliuio iniuriarū hostiliū, & erga prosequētes odio beneuolētia: istic scelus beneficio cōpensat, istic est tēperantia, puritas, diuturna parsimonia, status omnis uanæ ambitionis ac fraudis, quę in hanc uitā cadit, expers. Hęc posteaq̄ dixit sagit
» tariū ob dexteritatē in collineando laudat, qui egregiè telū in ipsam direxerit. Sum, inquit, à dilectiōe uulnerata. Quib. uerbis ostēdit telū intimo cordi infixū. Sagittarius aūt eiaculatus hoc telū, est ipsa dilectio: & Deū esse dilectionē, sacris e litteris didicimus: qui quidē telum electū, Deū illum unigenā, ad eos mittit, qui seruantur: spiritu uitę triplicē cuspidis aciē inungēs, (ea uerò cuspis est fides) ut eā in quē immissa fuerit, unā eū telo & ipso sagittario in unū colligat, quēadmodū Dns inquit:
» Ego & pater ueniemus, ac mansionē apud eū faciemus. Itaq̄ uidet iam anima per
» diuinos gradus in sublime deducta dulcitudinē dilectionis ramq̄ telū in sese, quo uulnerata est: deq̄ huiusmodi plaga gloriat, quū ait: A dilectiōe uulnerata sum. O præclarū uulnus, ô dulcē plagam, per quā uita ad interiora penetrat, quasi quoddā ostiū & ianuā sibi aperiēs, quæ est facta per telū diuisio. Nam simul & telū dilectionis recipit, & cōtinuò nuptialē in uoluptatē ipsa eiaculatio cōuertit. Est em̄ palām notū, quo pacto in manus accipi arcus soleat, diuisis prout ex usu fuerit, earū actionibus. Nā læua prahēdit arcū, dextra neruū ad sese trahit, telū etiā per cōcauitates, in quas neruus immittit, adducēs: qd quidē applicatione manus sinistræ ad scopū dirigit. Ergo quę paullo antè scopus teli erat, nūc esse se pro telo in manib. sagittarij uidet: aliter atq̄ aliter tum dextra tum sinistra telū prehendente. Quia em̄ figuris epithalamio cōuenientibus eorū indicationes, quę cōsiderant heic, proferunt: scilicet circo nō fecit teli cuspidē teneri per sinistrā, neq̄ partē aliā à dextra prahēdi, ut anima telū sit in manu potentis, ad scopū supernū directū: sed æquā cuspidis loco capiti subijci fecit, cetera per dextrā teneri, nimirū (mea quidē sentētia) ut eadē ratiōe per ænigmata duo modus adsecūs ad Deū indicaret: esse uidelicet eūdē & spōsum nostrū, & sagittariū: eamdē itē animā expurgatā esse & sponsam & telū, qua ille ramq̄ telo utat, dū eam bonū ad scopū dirigit: tamq̄ sponsa, dū ipsam in societatē æternitatis haud interiturę adsumit, ac diuturnitatē, annosq̄ uitę per dextrā ei largit: per sinistrā, æternorū bonorū diuitias, & Dei gloriā, cuius esse participes nequeūt, qui
» mūdi gloriā quærūt. Eam ob causam inquit: Læua eius sub capite meo, qua scilicet telū ad scopū dirigit: dextra uerò ipsius me prahensam & attractā ad sese, leuē reddit, ut in sublime ferri possim. Quo fit, ut dum in altū deducor, & ab eiaculatore nō separor, simul & ab impetu illo in sublime ferar, & nihilominus in manib. iaculatoris quiescā. Earū uerò manuū, pprietates esse Prouerbiorū liber ait diuturnitatē & annos uitæ, quę quidē in dextra sapientię sint: in sinistra uerò, diuitias ac gloriā. Secundū hęc orationē suā ad Hierusalē illius superę filias cōuertit, quę quidē obsecratio est, plata cū obtestatiōe facta per iusiurandū, ut & augeat & crescat dilectio, donec uoluntatē ipsius ad agendū promtam efficiat is, qui seruari uult oēs, & ueritatis
» ad agnitionē uenire. Ea uerò uerba sunt hæc: Iureiurando uos adstrinxi filiæ Hieru
» salem, in potestatibus ac uiribus agri, si suscitaueritis & excitaueritis dilectionē, donec uelit. Iusiurandū est oratio, quæ ex sese fidē ueritati cōciliat. Duplex aūt in iure-
*Quid iusiurandum.* iurando est effectio. Nam uel quis ipse fidē audienti de ueritate facit, uel alijs subrogatione iurisiurandi necessitatē imponit, ne quo pacto fallant. Verbi gratia, quū dicitur, Iureiurando ueritatē Dauidi Dns cōfirmauit, neq̄ irritā eam faciet: heic promissiōis certitudo etiā sacramēto stabilit. At ubi Abrahamus de unigenę filij conIugio cū ingenua cōtrahendo sollicitus, ministro suo mandat, ne quā è gente Chananæa, q̄ ad seruitutē erat dānata, uxorē Isaaco daret, ut cōiunctio cū natione serui

li po-



li posteritatis ingenuitati nō officeret, sed è solo cognatiōeq̄ ipsius patria filio de coniuge, pspiceret: necessitate quadā illū adstringit, ne hoc in mādato negligēs esset, dū hominē sacramēto adigit, ut sanctè policeāt effectū id se daturū, qd ipsi de filio uisum esset. Atq̄ hoc modo ministri fides sub iurisiurandi religione Abraamo adstringit, ut cōciliet cōuenientes Isaaco nuptias. Quū duplex igit uis & effectio iurisiurādi sit, heic anima q̄ tārā ad sublimitatē peruenit, quāā in ijs cōspeximus q̄ indagauimus hactenus, discēdi cupidas animas in progressione ad perfectionē eruditens, nō dubitationē illis eximere de ijs, quę esset ipsa cōsequuta, per iusiurandū instituit: sed p obtestationē factā per iusiurādū ipsas ad uitā uirtuti cōsentaneā deducit, ut eò usq̄ dilectionē insomnē ac uigilē habeāt, donec ad finē bona ipsius uolūtas peruenīat. Est aūt illa, ut seruentur oēs, ac ueritatis ad agnitionem ueniant. Obtestatio ipsa ficut istic imposita in femur patriarchæ manu fiebat, ita heic fit in facultatibus ac uiribus agri. Sunt em̄ hæc uerba Iureiurādo uos adstrinxi filię Hierusalē, in potestatib. ac uiribus agri, si suscitaueritis & excitaueritis dilectionē, donec uelit. Quibus in uerbis cōsiderādū primò, quis ille sit ager: deinde, q̄ uis ac potestas agri: nū quod inter hæc discrimē sit, an unū quiddā p utraq̄ significet. Pretea, quid sit dilectionē suscitari, quid excitari. Nā qd dicit, Donec uelit: iā per ea, q̄ dicta sunt, est declaratū. Primùm ergo ipsius domini oratione p agrū indicari mundū, ex euāgelijs nemini nō planū est. Etiā mūdi huius figurā esse trāsitoriā, neq̄ firmū quiddā ac stabile ostēdi hac in natura incerto motui subiecta posse, de Ecclesiastæ libro eloquēter scripto cōstat, qui uanarum in rerū numero ponit, quidquid usquā apparet ac trāsitoriū est. Quæ nā est igit talis agri uis, qui mūdus est, qd robur: cuius recordatio possit efficere per obtestationē, ut filiæ Hierusalē mādatū nō trasgrediant? Nā si ad res apparētes respicimus, quasi aliqua sit in ijs uis: hāc ipsam opinionē nostrā Ecclesiastes quadā quasi exceptione summouet, quū uanum esse prędicat, quidquid in ijs uel demōstrat, uel nobis est cordi. Etenim quod uanū est, existere nequit: quod aūt natura sua nō existit, uim nullā habet. Fortasse per significationē numeri multitudinis in uoce Potestatis, cōiectura quædā de sentētia loci huius inueniri potest. Nā è sacris litteris animaduertimus in huiusmodi uocibus tale quoddā discrimē: quū potestatis siue potētiæ uox unitatis effert numero, sententia diuinā ad naturā referri debet: quū numero multitudinis usurpat, naturā angelicā notat. Verbi gratia, quū dicit: Christus est Dei potētia, & sapiētia Dei: heic numerus singularis diuinę naturę nota est. At quum dicitur, Celebrate Dominum omnes ipsius potestates: uox Potestates, multitudinis numero prolata, naturam angelorū, quā mēre cōplectimur, significat. Ceterùm uox Roboris adiecta ad uocē Potestatis, significationē eius auget, certius aliquanto declarantibus sententiā suā litteris sacris per repetitionē appellationū, quarum uis eadē est. Verbi gratia: Diligā te Domine, qui es robur meum: Dominus firmamentum meum est. Heic idē utraq̄ uoce significatur, uerùm appellatiōes eodē loco collocatæ, quarū est eadē uis, significationē augeri demōstrant. Quare Potestatū uox multitudinis prolata numero, item q̄ facta uocis cōsimilis uirtū mētio, cogitationē auditorū ad naturā angelicā abducere uidetur. Itaq̄ facta sub iurisiurandi religione obtestatio, quā ad discentes animas hæc magistra profert ad confirmandum ea, quæ ipsa iudicet, nequaquam fieri per mundum hunc transitorium putari debet: sed per angelorum naturā, quæ perpetuò existit. Atq̄ hos intueri iubet, ut exemplo quodā cōprobet, rationē uiuendi ex præscripto uirtutis esse debere cōstātem ac firmā. Nā quū promissum sit, uitā eam, quā à resurrectione uiuemus, angelorum condicioni similem futurā, & hoc qui p̄misit quū minimè uanus sit: cōsentaneū fuerit, debere hanc etiā in mūdo uitā ad eā cōparari, quā deinceps speramus: ut in carne uiuentes, & huius in mundi degentes agro, nō tamen ex libidine carnis uiuamus, neq̄ ad formā mūdi huius nosmet cōparemus: sed per uitam hāc mūdanam uitę illius exercitia præmeditando suscipiamus, quæ à nobis expectat. Propterea cōfirmationē hāc q̄ per iusiurādū fit, discipularū animis indit spōsa: ut earū uita, quæ hoc in agro degitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad potestates illas respiciat, perq; statum expertem uitiorum animi puritatem angelicam imitetur. Sic enim suscitata & excitata dilectione (hoc est, altius contendente, ac semper aliquo profectu adaucta) bonam Dei uolũtatem perfici ait, quũ in cælo ac in terra uitiorum expers uita tum ab angelis, tum nobis degatur. Hæc sunt, quæ nobis in mentem uenerunt de uerbis hisce: Iureiurando uos adstrinxi filiæ Hierusalem, in potestatibus ac uiribus agri: si suscitaueritis & excitaueritis dilectionem, donec uelit. Quòd si qua reperta fuerit alia ratio, quæ propius ad ueritatem eorum, quæ indagamus, accedat: eam uerò gratiã recipiemus, gratosq; nos declarabimus erga illũ, qui abscondita mysteria per spiritum sanctum reuelat, idq; in Christo Iesu, cui conuenit omnem deferri gloriam sæculis infinitis. Amen.

# IN CANTICVM CANTICORVM

## ORATIO QVINTA.

„ VOx cognati mei. En uenit is saltans in montes, transiliens in colles. Si-
„ milis est cognatus meus capreæ, uel hinnulo ceruorum in montibus Bæ-
„ thel. En consistit is post parietem nostrum, adspectans per fenestras, in-
„ trospiciens per cancellos. Respondet mihi cognatus meus, & inquit: Sur-
„ ge, ueni, proxima mea, formosa mea, columba mea. Etenim ecce transijt hyems, im-
„ ber abijt, sponte sua recessit. Flores conspecti sunt in terra. Tempus amputationis adue
„ nit. Turturis uox nostra in regione audita est. Ficus grossos suos protulit. Vites nostræ
„ florent, odoremq; præbuerunt. Surge, ueni proxima mea, formosa mea, columba mea.
„ Veni sponte tua sub tectum petræ, sub contigua muri anterioris. Commonstrato mihi
„ faciem tuam, & uocem tuam audire me facito. Est enim uox tua suauis, ac uenusta
„ facies tua. Paruas nobis uulpes illas capite, quæ uineas uastant, & uites nostræ flore-
„ bunt. Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum, qui pascit inter lilia: donec perflet di
„ es, & motæ fuerint umbræ. Reuertere, similis esto cognate mi capreæ, uel hinnulo ce-
„ uorum in montibus concauitatum.

### EXPLANATIO.

QVæ hac lectione proposita nobis sunt ex Cantici canticorum sapientia, partim nos ad cupiditatem contemplationis eorũ bonorũ, quę supra nos posita sunt, deducunt: partim mœrorem in animis nostris excitant, & quodã modo faciũt, ut de perceptione rerũ, quę cõprehendi à nobis nequeunt, desperemus. Quo enim pacto sic esse quis adfectus possit, ut doloris sit expers, quũ considerat animã purgatã tot iam gradibus ad boni quidem illã fruitionem in sublime per dilectionẽ penetrasse, sed necdũ tamen (ut apostolus ait) uideri percepisse id, quod quærebat? Atenim ego dum gradus illos adspicerem, quos confecerat in ijs, quæ antehac exposita sunt: beatã illam prædicabã, quæ eò usq; conscendisset. Verbi gratia, quum illud dulce pomũ agnouit: ab siluæ arboribus non frugiferis segregauit: umbram illius desiderabilem fecit: fructu illius suauiter recreata læticię penetralia ingreditur: (læticiam aũt hanc per appellationem uini significauit, de quo cor fruentis, stipata malorum amplexu: quũ defixo in cor ipsius dilectionis telo, rursus ipsa in sagittarij manibus fit telum, ad scopũ ueritatis in manibus robusti directa. Hæc atq; alia huiusmodi quum intuerer, arbitrabar eam quæ sic esset exaltata, quod in beatitate summum est, adsequutam esse. Verumenimuerò saltem ea sunt (uti quidem apparet) initia quædam adscensus quæ hactenus confecta fuerunt. Nam omnes illos gradus, non illustrem ueritatis contemplationem ac perceptionem appellat: sed uocem desiderati, quæ per auditum certis quidẽ illa proprietatibus formatur, uerùm ut perceptione quadam non cognoscitur, ita neq; uoluptatẽ adfert.

Quamobrem



Quamobrem si illa tantam ad sublimitatem elata, (quemadmodum & de magno illo Paulo legimus, qui supra tres cælos penetrauit) necdum se comprehendisse quod quærebat, ostendit: quid nobis accidere par est? quo loco nos esse arbitrabimur? qui necdum ad uestibula contemplationis aduersorum accessimus. Licet autẽ exijs ipsis, quæ ab ea dicuntur, difficultatem considerandi quod quæritur, perspicere. Ait enim: Vox cognati mei. Non hæc species est, non uultus, non character, qui naturam quæsiti conspiciendam exhibeat: sed uox, quæ cõiecturam potius, quam certam de eo, qui loquitur, indicationem habet, quis nam uidelicet ille sit. Nã potius coniecturæ, quàm indubitatę perceptionis certitudini consentaneũ esse quod dicitur, uel inde patet, quòd oratio sponsæ non inhæret uni sententiæ, neq; speciẽ unam intuetur: sed ad multa uisionibus suis defertur, dum aliàs aliter uidere se arbitratur, ac perpetuò in eodẽ illius, quod percepit, charactere nõ persistit, id quod de indicatis est perspicuum. En (inquit) uenit is, non subsistens, neq; exspectans, ut dum eodem hæreret loco, ui oculorum aciei cognosci posset: sed prius è conspectu semet eripiens, quàm perfectè agnoscatur. Subijcit enim: Saltans in montes, & in collibus transiliens. Ac nunc quidem esse putatur caprea, mox rursum cum hinnulo cõparatur. Similis est, ait, cognatus meus capreę, uel hinnulo ceruorũ in mõtibus Bæthel. Hoc modo id, quod percipitur, semper alium atq; alium characterẽ habet. Atq; hæc sunt, quæ ratione sententiæ primo quasi intuitu offerentis sese dolorem mihi adferunt, meq; de accurata rerũ in sublimi positarũ perceptione desperare subent. Verũ enimuero collocata in Deum spe, qui ingenti ui largitur uerbum læta nuntiantibus, conandũ nobis est, ut serie quadã consentanea cõsiderationem hãc accõmodemus ad ea, quæ hactenus cõremplati sumus. Vox, ait, cognati mei: statimq; subijcit, En uenit is. Quid igitur in his ad animum nobis accidit? Fortasse Dei SERMONIS administrationẽ, per euangeliũ nobis patefactã, prospicit: quæ denuntiata quidẽ illa prius erat uatũ indicationibus, uerùm cõspecta tum fuit, quũ secundũ carnẽ Dominus apparuit. Etenim uox diuina testimonia rerũ habet, & euentus promissõ respondet, uti uates ille ait: Quemadmodũ audiuimus, sic etiam uidimus. Quare quod hęc dicit, uox cognati mei: hoc illud est, quod audiuimus. Rursum illud, En uenit is: idẽ est, quod oculis recepimus. Itẽ alibi quod dicit, Multis uicibus ac modis olim Deus per uates patrib. loquutus est: uocis est perceptio. At extremis hisce diebus p filiũ nobiscũ loquutus est: hoc iã illud ipsum est, quod hęc dicit: En uenit is, saliens in mõtibus, ac transiliẽs per colles. Qui quidẽ cõueniens & capreæ peculiari quadã ratione, & rursus hinnulo ceruorũ alio sensu cõparat. Caprea uisus acumẽ in eo, qui uniuersum hoc intuet, notat. Aiũt enim animalium uerbo ἀίσσειν significat idẽ quod uerbo ὁρᾶν, in quo est significatio cernendi. Eadẽ ratiõe is etiã, qui cernit & intuet omnia, orta eodẽ à uerbo ὁρᾶν appellatione, ὁράτης ut inspector omnium dicit. Quare quũ in carne Deus patefactus sit: qui ad eum sionẽ potestatũ aduersariarũ hac in uita cõspiciendum sese exhibuit: iccirco ad capream is cõparatur, quòd de cęlis in terrã despectet: cũ hinnulo, q̃ colles ac mõtes saltibus metiatur, hoc est, quòd peculcet ac dissipet sceleratas malitiæ dæmonũ altitudines. Nã eos montes intelligit, qui imperio Dei turbãtur, ut Dauides ait, & ipsa in corda mariũ transferũtur, inq; cognatũ sibi locũ abyssi demergunt, de quibus ad discipulos suos Dominus dixit: Si fidẽ habueritis, quæ sit instar grani sinapis, dicturi estis huic monti: (simul indicãs loqui se de improbo lunaticoq; dæmonio) Tollitor, inq; mare abijcitor. Quũ igitur hinnulorum naturæ sit propriũ, beluas quasdam absumere, suoq; anhelitu ac proprietate quadam corporis angues abigere: propterea capreæ quidẽ cõparatur, ut qui omnia cernat: ceruorũ aũt hinnulo, ut qui uim aduersariã proculcet ac absumat, quã significatione figurata mõtes & colles appellauit. Et sonuit ergo uox spõsi p uates, in quibus Deus loquutus est. & post uocẽ ipse SERMO uenit, insultans oppositis mõtibus, & in colles desiliens, omnemq; pariter potestatem ab se deficientẽ uestigijs suis subijciens: tũ debilem,

*Quid per capream intelligatur.*

*Cur hinnuli facta mentio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



bilem,tum etiã augeſcentẽ. Hoc enim obſcuriuſculè per diſcrimẽ collium ac montium ſignificatur, æqua ratione tũ id quod excellat inter aduerſarias illas poteſtates,tũ quod inferius ſit,euertẽdũ eſſe,ac eadẽ à poteſtate proculeandũ. Nã cõſimili modo proculcãtur leo & draco, quæ longè excellunt:& anguis ac ſcorpius,quę imbecilliora uidentur eſſe. Verbi gratia: Etãt in hominũ turbis Chriſtũ comitãtibus mõtes,hoc eſt,mali genij:erãt illis in cõuenticulis,quæ ſynagogæ uocabant:erant Gergeſenorũ in agro:erãt aljs in locis:qui quidẽ aduerſus humanã naturã ſe mirificè erigebãt.Ex ijs nõnulli colles erãt,nõnulli montes:aljj ſupra ceteros ardui,aljj humiles. Verùm ceruorũ hinnulus,qui angues abſumit, ac diſcipulos ſuos ceruorũ in naturã cõformat, ( Sic em ait:Poteſtatẽ feci uobis angues ac ſcorpios proculcandi ) is ergo pariter omnia ueſtigijs ſuis ſubjcit, neq; tantũ hæc abigit: uerũetiã ab ijs ad alia trãſilit,ut magnitudo eorũ,qui per uirtutẽ in ſublime cõtenderũt,conſpici poſſit,uitiorũ collibus minimè luminibus ipſorũ quaſi officientibus. Etenim mõtes Bethel ex interpretatione nominis ſublimẽ cæleſtemq; uitã notare uidentur. Aiunt enim Hebræorũ linguę periti uocẽ hãc Dei domũ ſignificare. Propterea inquit:In mõtibus Bethel. Vidit hæc purgatus ac magna perſpiciẽdi ui prædituſ oculus,qui unà cum diuinis illis ſaltib.qui in colles oppoſitos fiunt,& ipſe ſalit:deq; illo,quod lõgo deinceps interuallo tẽporis futurũ erat,tãquã de re præſenti uerba facit:ac propter illius gratiã,quã ſperabat, certitudinẽ omnis expertẽ dubij,ſpẽ nõ aliter ac rẽ ipſam intuer. Dicit em futurũ, ut in mõtes inſiliẽs celeritate perq; agili, deq; collib.in colles trãſiliẽs,ſtabilẽ ſeſe nobis tãdẽ exhibeat,poſt parietẽ cõſiſtẽs, perq; cancellos feneſtrarũ colloquẽs. Sunt aũt huiuſmodi uerba. En cõſiſtit is poſt parietẽ,adſpectãs per feneſtras, introſpiciẽs per cãcellos. His in uerbis quod coreo modo deſcribit, huiuſmodi eſt: colloquit ſcilicet cũ ſpõſa intra domũ abdita per feneſtras procus,ac licet interiectus paries utroſque ſepararet: nihilominus abſq; impedimẽto cõmunicatione ſermonis mutui fruunt, per feneſtras quidẽ inſpectãte capite,at per feneſtrarũ cãcellos oculo interiora perſpiciẽte. Eiuſdẽ orationis cõſideratio ſublimiorẽ ad ſenſum accõmodata,nõ procul ab hactenus expoſita ſentẽtia recedit. Nã uia quadã & ratione naturã humanã Deo cõciliat, ac primũ eã uatũ opera luce quadã perfundit,itidẽq; per legis præceptiones:( ſic em hæc intelligimus,ut feneſtræ quidẽ ſint ipſi uates, per quos lumẽ infundat: cãcelli uerò,præceptionũ legaliũ nexus,per quę ambo ueræ lucis ſplẽdor ad interiora penetrat. )deinde perfectus luminis fulgor cõtingit, exoriente uera luce ſedentibus in umbra caliginęq; mortis,idq; per adſumtionẽ naturæ noſtræ,quę eſt quædã cũ eadem quaſi cõmiſtio. Prius igit radij propheticorũ legaliumq; ſenſuum animã illuſtrantes per eas feneſtras & cancellos,quas indicauimus, cupiditatẽ adſpicẽdi ſub dio ſolis accẽdunt:atq; ita deinde quod deſiderat, reipſa cõtingit. Audiamus autẽ qualia ſint,ad eccleſiã quæ loquitur,necdũ intra parietẽ ingreſſus,ſed etiãnum per feneſtras cũ ea colloquens. Reſpõdet,inquit,mihi cognatus meus,& inquit: Surge:ueni,proxima mea,formoſa mea,columba mea. Ecce tranſijt hyems,imber abijt,ſpõte ſua receſſit. Flores cõſpecti ſunt in terra. Tẽpus amputationis aduenit. Turturis uox noſtra in regione audita eſt. Ficus groſſos ſuos protulit. Vites florentes, odoremq; præbuerunt. O quàm uenuſtè nobis depingit aeris gratiam ipſe auctor aeris, ad quem Dauides inquit: Aeſtatem & uer tu condidiſti. Tollit hyemis triſtitiam,quum hibernam illam rerum faciem inamœnam præterijſſe dicit,imbriumq; minimè gratam copiam. Oſtendit & prata floribus ſcatentia, uenuſtęq; picta. Flores ipſos maturitatem ſuã cõſequutos & tã idoneos eſſe dicit,qui amputentur:ut eos omnino legendorũ florũ ſtudioſi homines ad nectendã corollã, uel cõficiundũ unguentũ tollere poſſint. Etiã temporis amœnitas exponit, quo canorus auiũ in lucis perſtrepant, ac ſuauis turturum uox aures percellat. Addit & ficũ & uitẽ quoddam quaſi procœmium in ijs,quæ appareant: eorũ fructuum oſtẽtare, quos laturi ſint:quũ groſſos quidẽ illa proferat,hæc ita floreat,ut odoratus delicijs illius fragrãtiæ perfruat. Atq; hoc modo pictura uerni tẽporis elegãtiſſimè ornatur oratio,reiectaq; inamœna illa ſpecie,narrationibus uenuſtis ſingulari cum uoluptate inhæret. Verùm mea quidem ſententia non debet harum rerum perquàm iucundarum picturæ animus inſiſtere, ſed per eaſdem ad illa, quæ his oraculis indicantur, myſteria deduci: ut abditus in uerbis intellectuum theſaurus reueletur. Et quid tamdem eſt illud, quod dicimus? Fuit aliquando genus humanum glacie cultus ſimulacrorum conſtrictum, natura hominum planè agili commutata in ſimulacrorum motus expertium naturam. Sic enim uates ille loquitur: Similes eis fiant,qui ea conficiunt: & omnes qui fiduciam certam in eis collocarunt. Atq; hoc ſanè conſentaneo quodam modo accidebat. Vt enim illi, qui ueram ad diuinitatem reſpiciunt, proprietates naturæ diuinæ in ſeſe recipiunt: ita qui animum ad ſimulacrorum uanitatem adjcit, in illud ipſum transformatur, quod oculis eſt expoſitum, & ex homine fit lapis. Quapropter quum natura per ſimulacrorũ cultũ reddita lapidea,mõuere ſe ad bonũ nõ poſſet, quippe quæ idololatriæ gelu conſtricta teneretur:tã graui hyeme iuſticiq; ſol oritur,ac uer efficit, orto à meridie uento glaciem eam ſoluente, ſimulq; ſole radiorũ ſuorũ ortu omnia ſubiecta fouente: ut homo, qui per gelu lapideus factus erat, tũ ſpiritus calore perfuſus, tum SERMONIS radio fotus,rurſum fiat aqua bulliendo ęternã ad uitã prorumpẽs. Eſt em ſacris in litteris hoc:Flabit ſpiritus eius,& aquæ fluent: ſaxo in aquarũ ſtagna conuerſo, & rupe in aquarum fontes. Quod quidem apertius Baptiſta ille ad Iudæos protulit, quũ inquit excitari etiã lapides, ut Abraami patriarchæ ſiljj fiãt,ſimiles ei per uirtutẽ effecti. Hæc ergo ſunt, quæ dicentem SERMONEM audit eccleſia, per feneſtras propheticas & cancellos legis fulgorẽ ueritatis recipiens, cõſiſtente tamen adhuc typico doctrinę pariete,nimirũ lege: quæ umbrã quandã futurorũ bonorũ efficit,nõ rerum ipſarũ effigiẽ repræſentat. Huic à tergo ſtat ueritas,typo contigua: ac primùm quidẽ per prophetas ſplendorẽ SERMONIS oſtẽdit Eccleſiæ, deinde uerò per patefactionẽ Euãgeljj omnẽ typi ſpeciẽ umbrę cõſimilẽ abſumit: atq; hac ipſa patefactione paries interiectus tollit, & aer incluſus domo cũ eo lumine,quod ſub dio exiſtit,conjungit: ita ut neceſſe nõ ſit amplius per feneſtras illuſtrari, quũ lux uera per euangelicos radios interiora cũcta illuminet. Iccirco per feneſtras eccleſiã SERMO appellat,qui humi abiectos erigit. Surge, inquit, nimirũ à lapſu,quæ per lubricitatẽ peccati corruiſti, quæ ab angue irretita in terrã collapſa es,quę in ruina inobœdientię exiſtis,ſurge. Neq; uerò ſatis eſt tibi,ait,ut ſaltẽ erigaris è ruina:uerũetiã per profectũ in bonis progredere, curſumq; uirtutis perfice,quod quidẽ fieri debere paralytici etiã exemplo diſcimus. Nõ em tãtùm SERMO excitat incũbens illud onus lectulo,ſed etiã ambulare iubet: quibus uerbis equidẽ arbitror per motũ incedẽdi ſignificari quãdã in melius progreſſionẽ & incrementũ. Surge,inquit,ac ueni. O uim mãdati huius. Reapſe Dei uox eſt uox poteſtatis, quemadmodũ in pſalmorũ libro dicit: Ecce dabit uocẽ ſuã,quę uox eſt poteſtatis. Ipſe dixit,& facta ſunt: ipſe mãdauit, & creata ſunt. En etiã modò prolatis adiacentẽ uerbis hiſce,Surge ac ueni: mox è mandato fit opus ipſum. Simul enim atq; uim poteſtatẽq; SERMONIS illa recepit, exſurgit, & adliſtit ei,tãq; propius ad lumẽ accedit, quẽadmodũ is ipſe teſtat, qui eã uocat. Sunt em illius huiuſmodi uerba:Surge,ueni,proxima mea,formoſa mea,colũba mea. Quinã eſt in his uerbis ordo: quomodo alterũ ab altero pendet: quo pacto ſenſuũ cõſequutio uelut in catena quadã cohæret? Nimirũ audit mãdatũ, p orationẽ ipſam uim & robur quoddã adquirit,excitat,progredit,accedit propius, formoſa fit, columbæ nomẽ accipit. Quo enim pacto fieri poſſit,ut uenuſta facies in ſpeculo conſpiciat, quod formæ alicuius elegantis ſimulacrũ non recipiat? Quare ne humanæ quidem naturæ ſpeculũ prius uenuſtã ſpeciẽ recepit, q̃ ad pulcritudinẽ ipſam propius accederet, diuinæq; uenuſtatis imago in eo exprimeret. Nã quemadmodũ anguis formã refebat,q̃ diu iacebat humi, & ad anguẽ reſpiciebat: ita poſteaq; ſurrexit, & uultũ ſuũ obuertit bono,uitijs à tergo collocatis,eã ad ſpeciẽ cõformat, ad quã reſpicit. Et reſpicit certè ad exẽplũ pulcritudinis princeps,q̃ quidẽ pulcritudo colũba eſt. Eã ob cauſſam

Notatio uocis Bethel.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cauſſam poſteaq́ propius ad lucē acceſſit,& ipſa lux ſit:in luce aũt,elegantis colũbæ pulcritudinis ſimulacrum exprimitur: illius inquã columbæ,cuius ſpecies præſentiæ ſancti ſpiritus erat indiciũ. Poſtquàm igit̃ hoc pacto eã SERMO ipſe alloquutus eſt,ac formoſam quidē appellauit,quòd ipſi eſſet uicina: columbam uerò, propter pulcritudinē:etiã porrò quædã cõmemorando perſequitur,nõ iam ampli
, us inquiens hyemis animorũ mæſtitiã uim ſuã obtinere. Neq́ eñ frigus radijs deinceps obſiſtere poſſe.En,ait,tranſijt hyems,imber abijt,ſponte ſua receſſit. Mul
, tis malum hoc appellationibus deſignat,quod nomina pro effectionum diſcriminibus diuerſa habeat. Nam idē & hyems dicit̃,& imber,& guttæ,ſingulis hiſce uocabulis tentationē quamdam peculiariter notantibus. Hyemis ſit mentio,ad indi-
*Hyemis incommoda.* candã faciem malorum multiplicē. Nam hyeme quæ floruerant,marceſcunt: arborum uenuſtas, quæ foliis à natura inſigniter ornatur, ramis defluit, terræq́ delapſa commiſcetur:ſilet muſicarum auium cõcentus:fugit luſcinia:torpet hirundo: procul à nido ſuo recedit turtur:omnia mæſtitiam mortis imitantur, emoriuntur germina: pereunt herbæ:rami nudati foliis adeoq́ conſimiles oſſibus,quibus demtæ ſunt carnes,ſpectaculum fœdum exhibent, prout id temporis ſunt, quũ eis adhuc germinum uenuſtas adeſt. Quid de ijs incommodis dicemus, quæ per hyemem in mari accidunt? quo pacto id cõmotum funditus intumeſcendo ſcopulos ac montes imitetur,attollente ſe undarum uertice in ſpeciem quamdam arduam? quo pacto hoſtis inſtar in terram irruat,ſupra litora ſemet effundens,& continuis fluctuũ uerberibus quaſi machinis admotis eam concutiens? Hæc mihi uelim hyemis incommoda, & eius generis alia conſideres:ita tamen, ut omnia figuratè accipias. Quid eſt illud in hyeme,quod florem amittit ac marceſcit? quid illud,quod de ramis delapſum in terram ſoluitur? quæ eſt uox illa canorarum auium conticeſcens? quod nam mare fluctibus ſuis rugiens? qui nã præter hæc imber? quæ imbris guttæ? quo pacto ſponte ſua imber idem recedit? Nam illis uerbis obſcuriuſcule indicatum eſt, hyemem hanc animatam eſſe, & agere arbitratu ſuo, quod uelit,poſſe. Fortaſſis enim nobis ſingula minimè declarantibus, nihilominus audienti perſpi-
*Quid per hyemẽ ſignificatiũ.* cua erit eorum ſententia. Quo uidelicet pacto humana natura rerum initio floruerit, quàm quidem diu erat in paradiſo,& fontis illius aquam hauriendo pingueſcebat,ac florebat:quum foliorum deniq́ loco immortalitatis germen naturam illam ornabat. Verùm poſteaquàm hyems inobœdientię radicem ipſam aridam effecit, flos ille decuſſus eſt,& in terram reſolutus: homo pulcritudine immortalitatis nudatus:exſiccata uirtutum herba,dilectione erga Deum ob ſcelerum incrementum extincta. Atq́ hinc factum, ut uarij animorum morbi ac perturbationes per uentos oppoſitos in nobis ſeſe attollerent:quæ uitioſorum animi naufragiorum cauſſæ ſunt. Vbi autem uenit ille,qui uer in animis noſtris efficit, qui improbum illum uentum excitantem mare, ac flatus ceteros obiurgando compeſcit, & mari dicit,
Sile ac mutum eſto:tum ſcilicet omnia in tranquillitatem uentorum expertẽ commutantur,rurſumq́ refloreſcere natura noſtra incipit, ac floribus ſuis eleganter ornari. Sunt autem flores illi uitæ,uirtutes:quæ nunc quidem florẽt, uerùm ſuo tem-
*Quid per uer ſignificetur.* » pore fructũ ſuum exhibent. Iccirco dicitur hęic: Tranſijt hyems,abijt imber, ſponte ſua receſſit. Flores conſpecti ſunt in terra. Tempus amputationis aduenit.
» Vides,inquit, pratum illud quod per uirtutes floret? uides continentiam? ea uerò eſt ſplendidum ac fragrans lilium. Vides uerecundiam? ea roſa eſt. Vides uiolam? ea Chriſti eſt fragrantia. Cur igitur ex his tibi non ſerta nectis? Hoc certè tempus eſt,quo decerptis floribus eiuſmodi corollas nectere,quibus ornemur, conuenit. Nimirum tempus amputationis florum aduenit. Teſtatur hoc tibi uox turturis,hoc eſt,uox clamantis in ſolitudine. Nam turtur hic Ioannes eſt, læti huius uerris præcurſor,qui uenuſtos hoſce uirtutis flores hominibus oſtendit, ac flores legere uolentibus offert commonſtrando ortum illum è leſſæa radice florem, agnum ſcilicet illum geſtantem delictum mundi:qui deniq́ pœnitentiam ſcelerum, & rationem uiuẽdi ex præſcripto uirtutis proponebat. Turturis, inquit, uox noſtra in regione



regione audita eſt. Quibus in uerbis per regionis ac terræ appellationem fortaſſe damnatos ob ſua ſcelera intelligit, quos euangelium publicanos ac meretrices uocat:in quorũ auribus uerba Ioannis habuere locũ,cereris prædicationem eius non admittentibus. Quod autẽ de ficu dicitur,protuliſſe illam groſſos ſuos: hac quadã ratione percipiemus. Eſt omnino ficus ob calorem magna uis in attrahendo ab imo humore. Quũq́ magna in meatibus interioribus collecta eſt humoris copia, & iam humida percoquuntur:neceſſe eſt fluxione quadã id,quod terreſtre ac nullius eſt uſus,è ramis excerni:atq́ hoc fit ſæpenumero, donec ſuo tempore ficus eas humoris partes protrudat,quæ ſinceræ & ad nutriendũ idoneæ ſint,ab omni inutili qualitate repurgatæ. Quod igitur ante dulcem maturumq́ fructum à ficu protruditur,& ipſum quamdã fructus ſpeciem habens,groſſus appellatur: & eſt quidem illud nonnullis eſculentum, ſi qui eo ueſci uolunt, uerùm non ipſe fructus eſt, de quo diximus,ſed illius quoddam quaſi proœmium. Ea uerò ſi quis uidit,omnino ipſum etiam fructum expectat. Sunt enim groſſi eſculentorum ficuum ſignũ. Atq́ hos iam protuliſſe ficum ait. Quia enim uer ſpirituale huic uirgini depingit, atque hoc tempus quaſi in confinio duorum anni temporum ſitum eſt,tum hibernæ triſtitiæ,tum fructuum æſtiuorum perceptionis:iccirco iam præteriiſſe incommoda expreſſè cum indicatione lætitiæ ſignificat,uerùm uirtutis fructus necdum perfectè oſtendit,ſed conuenienti eos tẽpori reſeruat,ubi æſtas aduenerit. Omnino autem ex ipſius Domini uerbis quid per æſtatẽ ſignificetur, noſti. Ait enim meſſem eſſe ſæculi conſummationem. Nunc ſpes tantùm commonſtrat, quæ per uirtutes floreant:quarum fructus, quemadmodũ uates loquitur, tempore ſuo ſemet exhiber. Humana igitur natura quum inſtar ficus huius magnam hyeme illa, quam ex interpretatione cognouimus,humoris prauí copiam collegiſſet: rectè is,qui ueris animorum noſtrorum auctor eſt, humanamq́ naturam quaſi plantulam quamdã cultu cõueniente curat,primùm ex eà quidquid terreſtre ac inutile eſt,ejcit: ipſorumq́ ramorum loco per confeſſionem omnia,quæ ſuperflua ſunt,excernit. Deinde per uitam præclariorem felicitatis eius, quam ſperamus, characterem quemdã uitæ huic imprimens, quaſi per groſſos quoſdam futuram ficuum dulcedinẽ promittit. Atq́ hoc eſt quod dicitur: Ficus groſſos ſuos protulit. Eodem modo uitem etiam florentem intellige,cuius uinum,quod cor exhilarat, ſapientiæ craterem alidquandò implebit,& conuiuis proponetur, ( quemadmodum alicubi in concione ardua dicitur ) ad hauriendum ex eo toris uiribus ad ebrietatem uſq́ bonam ac ſobriam, illã inquã ebrietatem, per quam homines ex rebus hiſce craſſis ad ſtatum quemdam diuiniorem rapiuntur. Nunc adhuc uitis illa floret, & quidam ex ea manat halitus fragrans,ſuauis,acceptus:cũ ſpiritu,à quo continetur,tẽperatus. Omnino autem qui ſpiritus ille ſit noſti,qui fragrantiam hanc in ijs, qui ſeruãtur, efficit: quippe qui de Paulo id cognoueris. Hæc præclari illius animorum ueris indicia SERMO ſponſæ præmonſtrat,ac deinde ſtudioſè ipſam uerbis hiſce ad eorũ, quæ propoſita eſſent,fruitionẽ excitat. Surge,inquit,ueni proxima mea, formoſa mea, columba mea. Prô quàm multiplicem doctrinam in uerbis hiſce perpaucis SERMO nobis proponit. Non enim conſentaneum eſt doctrinam diuinitus inſpiratã ſtultà quadam ac ſuperuacanea garrulitate ad eadem uerba recurrere. Quinam igitur eximius ac diuinus ſenſus per hanc repetitionem nobis oſtenditur? Nimirũ tale quiddam eſt,quod dicitur. Beata illa, & æterna, omnemq́ mentem exſuperans natura res uniuerſas in ſeſe cõplexa limite nullo continetur. Nihil eſt enim, quod in ea cõſideremus:non tẽpus,nõ locus,non color,nõ figura,nõ ſpecies,nõ magnitudo,non quãtitas,nõ ſpatium,nõ aliud ullũ,quo quid circumſcribi poſſit, uel nomen,uel res,uel cogitatio:ſed quodcũq́ de ea mẽte cõprehendimus bonũ, ad immenſitatẽ ac infinitatem quamdã progreditur. Nã ubi malo nõ eſt locus, ibi neceſſe eſt boni nullum eſſe terminum. Etenim in natura mutabili,q́ electio uim parem habeat ad declinandũ in utrãq́ cõtrariorũ partẽ,ram id quod bonũ in nobis eſt, q́ qd̃ malũ in ſucceſſionib. mutuis deſinit:ſitq́ adeò terminus boni ſubſequẽs uitiũ,

*Diſcrimen inter naturã infinitam,& noſtram.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



omniaq; animorũ nostrorum studia, quęcumq; sibi inuicẽ aduersantur, etiã in se inuicem dissinunt, & à se inuicẽ terminantur. At uerò natura illa simplex, pura, uniformis, mutationi alternæ nõ subiecta, semper eodẽ adfecta modo, numquã à seipsa recedens, quũ prorsus ullã cum malo societatẽ admittere nequeat: manet in bono infinita, nullumq; finẽ in eo uidet, quũ in eis, quæ in ipsa sunt, nihil uideat rerũ inter se dissidentiũ. Quamobrẽ quũ animã humanam ad sui participationẽ attrahit, semper eodẽ modo eã sese fruentẽ ratione præstantiæ in bono superat. Etenim anima semper quidẽ illa seipsa fit maior ob fruitionẽ naturæ illius lõgè præstantis, & proficiendi finẽ non habet: at bonũ ipsum quo ea fruitur, numquã non æqualitatem quamdã retinet, ac naturã se fruentẽ, quantũuis ea proficiat, semper æquali præstãtia superare animaduertit. Sic igit & hęic uideo sponsam à SERMONE uelut in itinere, quo per gradus sursum tenditur, per uirtutis adscẽsum quasi manu duci. Primùm ad eam per propheticas feneſtras & cancellos, qui præcepta legis sunt, radiũ suũ immittit: arcellit etiã, ut propius ad lucẽ accedat, ac formosa fiat, ad colũbæ speciem in luce cõformata. Deinde posteaq; bonorũ est facta particeps, quantũ eius fieri poterat: de integro eam, ueluti quę necdum frui bonis ceperit, ad positæ supra nos pulcritudinis fruitionẽ attrahit: ita ut pro ratione profectus semper etiã in ea crescat cupiditas illius boni quod porrò apparet: adeoq; ob excelentiã eorũ quæ perpetuò animaduertit in natura illa supra nos posita, primũ adscẽdendi initiũ faciat, quo deinde ad excelentiã eorũ quæ uideat. Propterea rursus ait ad excitatã, Surge: & ad uenientẽ, Veni. Nec enim ille, qui hoc modo surgit, umquã surgere desinet: neq; à currente ad Dominũ amplissimũ illud diuino cursui destinatũ spatium cõficietur. Semper nimirũ excitari nos oportet, nec umquã est quiescendũ, etiamsi cursu propius ad scopũ perueniamus. Quoties adeò tum uerbũ hoc, Surge, tum alterũ illud, Veni, profert: toties faciltatẽ adscendendi ad potiora largit. Sic & illa, quæ sequuntur, intellige. Nã quũ hortatur, ut ex formosa fiat etiã formosior: prorsus idẽ uult quod apostolus, præcipiens ut eadẽ imago ex gloria in gloriã trãsformet: ita ut semper id quod accedit, per appellationẽ gloriæ intelligamus: & quod à nobis perpetuò inuenit, utut uel maximè sit amplũ ac sublime quiddã, minus esse illo, quod spe cõplectimur, credamus. Hoc igitur modo eã, quæ in præclarè præstitis hactenus columba est, nihilo minus hortatur, ut rursum per transformationẽ in melius columba fiat. Id si cõtingat, rursum quiddã excellentius deinceps ostendet. Sic em inquit: Veni spõte tua sub tectũ petræ, sub contigua muri anterioris. Et uerò quinã ille ad perfectionem gradus est, qui per hæc uerba significat? Nimirũ ut nõ amplius ad incitationẽ allicientũ respiciat, sed cupiditate propria duce ad præstãtiora utatur. Ait enim: Veni spõte tua. Nõ per dolorẽ, nec per necessitatẽ, sed spõte, sed cogitatiõibus propriis cupiditatẽ ad bonũ tuã adaugeto, necessitate nulla præcedente. Virtus em nullius imperiũ agnoscit, spõtanea est, omni est à coactiore libera. Talis Dauides erat, qui Deũ precat, ut solum probet ea, q̃ ipsi spõte ab se offerant, ac se ultrò rẽ sacrã facturũ policet. Talis est quilibet uir sanctus, qui seipsum Deo sistit, nõ per coactionem adducitur. Quãobrẽ tu quoq; perfectionẽ tuã in eo declara, dũ spõte tua progredi ad pręclariora cupies. Cuiusmodi quũ fueris, inquit, sub tectũ petrę uenies, sub contigua muri anterioris. Quibus in uerbis huiusmodi quiddã traditur. Est em omnino de ænigmatibus oratio faciunda clarior intellectu. Vnicũ tegmẽ animi humani est sublime illud euangelium, quod qui subit non iam amplius doctrinæ illius, quæ & umbræ cõsimilis, & in typicis ac symbolicis sensibus abdita est, eget: quum ueritas ipsa præceptionũ illarũ arcana ænigmata patefaciat. Euangelicã aũt gratiã appellari petrã, negabit eorum nemo, qui saltẽ aliqua ex parte fidei cõsortes sunt. Nã multis ex locis sacrarũ litterarũ hoc intelligi potest. Sententia quidẽ uerborũ huiusmodi est. Si iã exercitata es, ô anima, in lege: si iã radios quosdã per feneſtras propheticas animo cõtemplata es: nõ amplius sub parietis legalis umbra manebo. Nam is paries saltẽ futurorũ bonorũ umbram efficit, nõ rerũ ipsarũ imaginẽ. Quin potius è propinquo in petram ipsam de pariete transito. Etenim hæc petra muro anteriori

*Semper homines proficere posse.*



anteriori cõtigua est, quũ lex quasi quidam fuerit murus ante fidẽ euangelicam ductus. Vtraq; doctrina certè alteri altera cõtigua est, & uim quandam uicinam obtinet. Quid enim propius distat à nõ mœchando, q̃ non cõcupiscere? quid propius q̃ à cæde purũ esse, ac ne ira quidẽ cor polluere? Quãdo igit petræ tegmẽ anteriori muro cõtiguum est, nullo propè spatio interiecto de pariete in petrã tibi transire licet. Habet circumcisionẽ paries, habet & suã petra. Illic ouis, hęic ouis: illic sanguis, hęic sanguis: illic pascha, hęic pascha. Deniq; sunt omnia ferè eadẽ, ac per eadẽ inter se contigua sunt: extraquam q̃ petra spiritualis est, paries terrenus: cui adfixum inhæret id, quod & corporeũ & terrenũ est, quũ petra illa Euãgelica luti sensuũ carnalis expers sit. Etiã circũcisionẽ homo recipit, tametsi totus ualetudinẽ integrã retineat, nulla mutilatione partes illas in naturæ figmẽto extremas truncãte. Seruat itẽ sabbatũ à uitijs abstinendo sese, & in bono nullũ iners otiũ admittẽdo, quũ didicerit fas esse in sabbato quod bonũ est facere. Præterea sine discrimine ciborũ alimẽto utit, & quod pollutũ est, nõ attingit. Monet em à petra, nihil eorum quę per os ingrediunt, profanũ censeri debere. In omnibus adeò reiectis legis observationibus ad corpus pertinentibus, uerborũ eius sententiã ad rationẽ spiritualẽ ac mẽti accõmodatã refert, quũ Paulus dixerit, Legẽ spiritualẽ esse. Hoc modo qui legẽ accipit, euangelicæ petræ tegmen subit, quæ muro anteriori eidemq; corporeo est contigua. Posteaquam hæc illi SERMO per feneſtras clamando significauit, egregiè respondet columba illustrata per cogitationũ fulgorẽ, agnita nũc etiam petra, quæ Christus est. Cõmonstrato, ait, mihi faciẽ tuã, & uocem tuã audire me facito. Est enim uox tua suauis, ac uenusta facies tua. In his uerbis quod dicit, huiusmodi est. Ne colloquitor amplius mecũ per prophetica legaliaq; ænigmata: sed quantũ quidẽ me uidere fas est, te mihi clarè monstrato, ut petrã euangelicã relicto illo legis anteriore muro, subeam: quantũ itidẽ eius capax est auditus meus, tantũ fac in auribus meis uox tua sonet. Nã si fulgor ille per feneſtras immissus usq; adeò gratus est, multo magis ea repræsentatio tui, qua facies ipsa cõspicietur, amabilis erit. Hæc spõsa profert, intellecto euãgelicæ petræ mysterio, ad quod eã SERMO uarijs uicibus ac modis ad feneſtras accedens, quasi manu duxit. Iamq; adeò Dei apparitionẽ per carnẽ desiderat, ut SERMO fiat caro, ac Deus in carne manifestet, diuinasq; uoces auribus nostris applicet, quæ dignis æternã beatitatẽ policentur. Quam egregiè cũ hoc sponsæ uoto Symeonis illius uerba conueniunt, qui ait: Nũc seruũ tuũ in pace dimittis, here, quẽadmodũ policitus eras. Viderũt enim « oculi mei salutẽ tuã. Nimirũ ut hæc ipsum cernere desiderabat, ita ille cõspexit. At « suauẽ illã uocẽ ipsius agnoscũt illi, qui euãgelij gratiã recipiũt: quorũ erat in numero, qui dicebãt: Verba uitæ immortalis habes. Propterea sponsus ille purus æquas « sponsæ preces admittit: iamq; se claré cõspiciendũ exhibiturus, primùm Venatores hortat ad capiendũ uulpes, ne uineę sint amplius impedimento, quo minus ea florere possit. Sic em ait: Paruas nobis uulpes illas capite, quę uineas uastant, & uites nostræ florebũt. Capite nobis uulpes, paruas quidẽ illas: sed uinearum uastatrices. Etenim uites florebunt, si nõ erũt amplius, à quibus uastentur. Paruas nobis uulpes illas capite, quæ uineas uastãt, & uites nostræ florebũt. Fierine posse putemus, ut ex dignitate amplitudinẽ horũ sensuum adsequamur? O quantũ diuinæ maiestatis miraculũ hæc uerba cõtinent: quantã diuinę potestatis excellentiã indicatorũ uerborũ sententia nobis ob oculos ponit. Quũ sit ut is de quo talia tantaq; cõmorant, nimirũ q̃ sit hominũ interfector, potens in malitia, cuius lingua sit instar nouaculæ acuta, de quo uates ait, potentis illius tela reddita esse per carbones solitudinũ acutos, qui leonis instar in spelunca sua insidiatur, ingens ille draco, rebellionis reus, infernus expandens os suum, mundi ac tenebrarũ potestatis dominus, mortis imperiũ obtinẽs, & alia quæcũq; sub illius pſona uates cõmemorat, qui nationũ limites tollit, quos nimirũ altissimus pro numero angelorũ suorũ statuit, qui orbẽ habitarũ instar nidi cõprahẽdit, eumq; tãquã oua relicta tollit, qui ait uelle se thronũ suũ supra nubes collocare, ac simile fieri excelsissimo, & quæcũq; alia tum

*Epitheta Diaboli, potentiã eius declarantia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



terribilia tũ horrenda de ipso apud Iobũ cõmemorãtur, cuius costæ aheneæ sunt, tergũ è ferro fusilit, uiscera lapis smirites, omniaq; talia, per quæ natura illa horribilis describitur: is igitur talis ac tantus, & quidẽ diabolicarũ legionũ imperator, qui fit ut à uera solaq; illa potestate appelletur exigua uulpecula, itidẽq; oẽs subiectæ ipsi exercituum copiæ cur eadẽ uoce ab eo, qui uenatores ad capiendũ ipsos exhortatur, cõtemtim appellãtur? Et fuerint fortasse uenatores illi angelicæ copiæ, q̃ aduentum in terrã Dñi quadã quasi cum pompa præcedunt, q̃ gloriæ regi comites in uita sunt, & ignorãtibus ostẽdunt, quis sit ille rex gloriæ, fortis ac potens in bello. Atq; hos ipsos aliquis etiã spiritus ministros appellauerit, qui ad obsequiũ præstãdũ ijs ablegãtur, qui salutis hæreditatẽ sunt cõsequuturi. Fortassis etiã quis sanctos illos apostolos uenatores esse dixerit, qui ad harũ bestiarũ uenationẽ emittãtur: quũ ad eos dictũ sit, Facià uos piscatores hominũ. Nõ enim efficaciter capere potuissent homines, pellectis in retia loquẽdo seruãdorum animabus, nisi prius è latibulis feras has expulissent: (exiguas inquã has uulpes ex cordibus, in quibus rãquã in lustris erãt abditæ) ut locũ Dei filio facerẽt, ubi caput suum per quietẽ recrearet, nõ amplius uulpium natione in hominũ cordibus latitãte. Enimuerò quicumq; tamdẽ uenatores intelligãtur, ineffabilis certè maiestas diuinę potestatis ex hoc ipso mãdaro cognoscitur. Non enim dixit: Venamini aprum illum è silua, qui Dei uitẽ uastat, uel singularẽ illum sæuum, uel leonem rugientẽ, uel ingentẽ cetũ, uel latẽtem sub aquis draconem. Nã per eiusmodi certè uerba significaretur uenatoribus, esse uim aliquã & robur in ijs, cum quibus depugnandum esset. Nimirum hoc dicere uult, uniuersas illas uicinas terræ potestates, quibuscum hominibus luctãdum sit, & principatus, & imperia, & mundi caliginisq; dominos, & spiritus sæculorosos, exiguas esse uulpeculas, & fraudulentas quidem illas, sed miseras: si nostra cum potestate cõferãtur. Has in ordinẽ si redegeritis, tum nimirum uinea nostra, quæ humana est natura, gratiã suã recuperabit: & per florem uitę uirtuti cõsentaneæ quasi quodã prooemio declarabit se racemis producendis fertilem fore. Capite igitur nobis paruas illas uulpes, quæ uineas uastant, & uites nostræ florebunt.

Cur uulpecula uocetur Diabolus.

Audiuit mãdatum illud diuinum uitis ipsa, hoc est, femina: de qua Dauides ait, Femina tua uitis instar erit fertilis: uidit etiam se ui ac potestate mandãtis à uastatione harum bestiarum repurgatã. Itaq; mox sese tradit agricolæ illi, qui interstitium sepimẽti dissoluit. Nõ iã emi amplius per parietẽ legis à cõiunctione desiderati arcetur, sed inquit: Equidẽ cognati mei sum, & cognatus meus uicissim meus est, qui pascit inter lilia: donec perflet dies, & motę fuerint umbræ. Est autẽ illud huiusmodi. Conspexi, ait, illũ de facie ad faciẽ, qui semper quidẽ est, quod est: uerum mea causa ex sorore mea, nimirũ ex synagoga, tãquã homo ortus est, & in hoc acquiesco, ac uicissim ipsi fio domus instar. Nimirũ hic est præclarus ille pastor, qui nõ gregi fœnũ pabuli loco præbet: sed puris lilijs oues alit, nõ amplius fœno fœnũ nutriẽs. Est emi fœnũ brutorũ naturæ, ppriũ ac peculiare alimẽtũ. Homo aũt, quũ rationis sit particeps, uera ratiõe pascit. Quòd si eiusmodi fœno saturareť, & ipse in fœnũ cõmutareť. Est enim perscriptũ: Omnis caro fœnũ est, q̃s scilicet diu caro existit. At si quis spiritus fiat, è spiritu, pgenitus: nõ amplius uictu gramineo pascetur, sed spiritus ei, p nutrimẽto erit, id quod puritas & fragrãtia lilij obscuriusculè notat. Quin etiã ipse liliũ purũ ac fragrans erit, in naturã ipsius alimenti commutatus. Atq; hoc sibi uult dies per radios diffusa, siue perflãs, quèadmodũ diuina uox loquit, quum diffusionẽ per spiritũ radiorũ factã, pspirationẽ appellat, p quã umbræ huius uitæ remouentur: in quas studiosè defixis oculis respiciunt, qui necdũ luce ueritatis animi oculum illustrarunt, qui umbrã ac uanitatem sic intuentur, quasi reuera quiddam subsistẽs: quod aũt uerè existit, quasi non existeret, negligunt. At qui lilijs uescuntur, hoc est, quorum animus ex puro ac fragranti alimento pinguescit, omni fraudulenta umbrisq; consimili rerum specie, quæ res hac in uita carę ducuntur, reiecta: ad ueram ipsarum rerum substantiã respiciunt, effecti lucis ac diei filij. Hęc uidet sponsa, & SERMONEM urget, ut celeriter spem bonorũ producat in opus.

Auerte,



Auerte, inquit, malorũ impetũ ac progressionẽ cognate mi, similis esto capreę, uel hinnulo ceruorũ in mõtib. cõcauitatũ. Aspice tãquã caprea, qui hominũ cogitata cernis, qui cordiũ ratiocinatiões intelligis. Tolle de medio fœturã uitij, quèadmodũ ceruorũ hinnulus serpentes absumit. Vides cõcauos humanę uitę mõtes, quorũ altitudines nõ uera sunt mõtiũ cacumina, sed conualles. Hoc modo celeriter ad mõtes illos cõcauos sese cõfert oratio. Nã quidquid aduersus ueritatẽ artollit, barathrũ quoddã, nõ mõs est: cõcauitas, nõ altitudo. Quare si cursu in hæc feraris, inquit, omnis eiusmodi uallis explebiť, & omnis eiusmodi mõs deprimeť. Hęc proferuntur ab anima, quã ipse SERMO pascit, non illam quidem in spinis quibusdã ac fœno: sed in fragrantia liliorum, ratione uiuendi pura. Atq; his lilijs etiam nos saturari contingat, ipso nos SERMONE pascente: idq; in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & imperium cum patre ac sancto spiritu sæculis infinitis. Amen.

# IN CANTICVM CANTICORVM

## ORATIO SEXTA.

"Quæsiui noctu in lectulo meo, quẽ animus meus dilexit. Quæsiui equidẽ, sed
"nõ inueni eũ: uocaui ipsum, sed nõ audijt me. Surgã, & circũibo in urbe, in
"foris, in plateis: & quærã illũ, quem animus meus dilexit. Quæsiui eũ, sed
"nõ inueni. Offenderunt me excubitores, qui in urbe circũeunt. Nũ uidistis eũ, quẽ ani
"mus meus dilexit? Interceßit paullulũ, ex quo ab illis digressa erã, quũ tamdẽ eũ repe-
"ri, quẽ animus meus dilexit. Prehẽdi eũ, neq; dimisi prius, q̃ in ædes meæ matris ipsum
"introduxissem, atq; in eius cõclaue, quæ me cõcepit. Iureiurãdo adstrinxi uos filiæ Hie
"rusalẽ, in potestatibus, ac uiribus agri, si suscitaueritis & excitaueritis dilectionẽ, do-
"nec uelit. Quæ nã hæc est, quæ de solitudine adscendit instar stipitũ fumi aromatibus
"suffita, tã myrrha quàm thure, adeoq; pulueribus uniuersis aromatarij? En cubile So
"lomonis. Sexaginta uiri ualentes in eius ambitu ex uiris fortibus Israelicis, qui omnes
"gladium tenent, bellicæ rei periti. Cuiusq; uiri gladius ad femur ipsius alligatus est, ob
"stuporem nocturnum.

### EXPLANATIO.

RVrsus amplas & sublimes quasdã doctrinas ex Cãtico cãticorũ p ea uerba, q̃ lecta sunt, percipimus. Hæc emi spõsæ narratio, qua quid acciderit ipsi cõmemorat, præclara quædã est cõmentatio: qua nos instruit, quo pacto adfecti esse diuinũ erga numẽ debeant illi, qui amore pulcritudinis illius sublimis incẽsi sunt. Est aũt huiusmodi quiddã, qd' ex oraculis heic nobis propositis discimus. Debemus enim certè, ut equidẽ arbitror, initio q̃ ipsis in uerbis sentẽtia contineať, exponere: atq; ita deinde uerba hæc inspirata diuinitus accõmodare ad ea, q̃ hactenus à nobis cõsiderando sunt indagata. Est igiť, ut paucis rẽ cõprehẽsam eloquar, huiusmodi quædã doctrina, q̃ de uerbis indicatis elucet. Natura uniuersi diuisione quadam extrema & summa duas in partes distinguiť. Est enim partim subiecta sensui, & ex materie crassa cõstat: partim animi tãtùm intelligẽtia p̃cipiť, & omnis est materiei expers. Sensui subiectũ uocamus, quidquid sensu percipiť: animo perceptũ, quidquid intelligẽtiã in sensus cadentẽ exsuperat. Horũ id, quod intelligiť animo, immensum est, nullisq; terminis circũscribiť: alterũ omnino finibus quibusdã coercetur. Nã quũ materies omnis tũ ex quãtitate, tũ qualitate percipiať, itẽq; põdere, forma, superficie, figura: hæc ipsa in ea cõsiderata finis sunt cõsiderationis, qua percipitur: ita ut is qui materiẽ pscrutatur, extra hæc nihil habeat, quod informatione animi cõplectatur. At uerò quidquid animo percipitur & expers est materiei, quũ ab eiusmodi cõprehensione sit liberum: extra omnẽ terminum positum est, nullius q̃ rei finibus cõtinetur. Rursum natura illa, quę ui mẽtis intelligitur, bifariam diuisa,

*Rerum uniuersitatis diuisio.*

*Alia diuisio τῶν νοουμένων.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



partim est increata,& rerū uniuersitatis cōditrix,semper existens id quod est, semper eodē modo adfecta, neq; incremētum ullū, neq; deminutionē bonorū admittens:partim per creationē in ortū producta,semper ad primā illā causſam uniuersi respicit,& per fruitionē naturę superioris perpetuò in bono conseruatur, quodāq; modo numquā non creatur, per incrementum id, quod in bonis recipit, in maius proficiens immutatione quadā: ita ut ne in hac quidem finis aliquis considerando percipi possit, neq; termino aliquo incrementum eius, quo in melius proficit, circumscribi. Semper nimirum id bonū,quod adest, utut uel maximè uideatur & ingens, & perfectum esse:superioris ac maioris initium est. Quapropter etiā in hoc uerum est apostoli uerbum,quum ob eorum, quæ ante oculos posita sunt, amplitudinem,cōfecta prius in obliuionem ueniant. Nam quum semper maius aliquod & excellentius bonum reperiatur, quod in se fruentum adfectionem quasi defixā continet: non permittit hoc ut ad ea, quæ præteriére,respiciant: ipsa præstantiorum fruitione memoriam tenuiorum reijciente. Atque hæc est,uti nos quidem arbitramur, eius doctrinæ sententia quæ per narrationem hanc sponsæ nobis traditur. Nunc tempus fuerit, ut diuinorum oraculorum uerba primùm repetamus, ac deinde sententiam in eis abditam ad illa, quæ hactenus considerata sunt, accommodemus. Quæsiui,ait,noctu in lectulo meo,quem animus meus dilexit. Quæsiui equidem, sed non inueni eum: uocaui ipsum, sed non audijt me. Surgam, & circumibo in urbe, in foris, in plateis: & quæram illum, quem animus meus dilexit. Quæsiui eum,sed non inueni. Offenderunt me excubitores, qui in urbe circumeunt. Num uidistis eum, quem animus meus dilexit? Intercessit paullulum, ex quo ab illis digressus eram, quum tamdem eum reperi, quem animus meus dilexit. Prehendi eum, neque dimisi prius, quàm in ædes meæ matris ipsum introduxissem, atque in eius conclaue, quæ me concepit. Quo igitur pacto reperimus in his uerbis eas sententias, quæ hactenus à nobis indagatæ docendo sunt? Nimirum sponsa semper hactenus ad altiora contendens,pro ratione incrementi,quod singulis uicibus recepit, numquam non in melius mutata fuit, ac numquam in eo bono, quod adsequuta erat, perstitit. Nunc ad equitatum comparabatur, qui tyrannum Aegyptium euertit: nunc murænulis & turturibus esse consimilis dicebatur ob ornatum colli. Deinde quasi non his contenta, porrò ad quiddam excelsius progreditur. Etenim per propriam nardum agnoscit diuinam fragrantiam,ac ne hoc quidem subsistit: sed rursus desideratum ab sese quasi quoddam fragrans aroma sibimet inter ubera prædita ratione, de quibus diuina dogmata promanāt, applicat: inq; capacitate cordis alligat. Secundum id agricolam ipsum facit esse fructum, quum eum racemum appellat: suauiter ipsa gratumq; quid per florem redolens. Hoc modo per huiusmodi uias adaucta, puleræ nomen accipit, & accedit propius, & pulcritudo in oculis eius columbis adsimilatur. Deinde rursum ad maius quiddam progreditur. Nam & illa perspicacior facta, pulcritudinem ipsius SERMONIS animaduertit,& miratur quo pacto tectus umbra descendat ad inferæ huius uitæ cubile, humani corporis natura ex materie crassa constante tamquam umbra quadam obuelatus. Præter hæc domum uirtutis oratione depingit, cui siue ad tectum conficiundum, siue ad ornandum idonea concinnaq; materies est cedrus & cupressus, quæ putredinem & corruptionem nullam admittunt, quibus adfectionis erga bonum stabilitas & immutabilitas significatur. Secundum hæc per comparationem ostenditur eius immutatio facta in melius,esseq; lilium inter spinas uidetur. Rursum ab ea discrimē perspicitur, quo sponsus à ceteris differat. Appellatur enim ab ea malus, in silua infrugifera fructus sui pulcritudine ornata: cuius umbrā ubi subijt, domum uinariam ingreditur, & unguentis fulcitur, & mali fructibus stipatur, receptoq; in cor electo illo telo dulci quadam uulneratione, rursus & ipsa fit telum in manibus sagittarij: læua quidem manu ad scopum superiorem caput dirigente, dextra uerò ad sese telum adducente. Post hæc quasi iam ad perfectionem festinans, etiam ceterarum cupiditatem oratione



oratione sua ad eadem expetenda incitat, iureiurando quodam impetum animi ipsarum erga dilectionem excusscitans. Et quis non diceret animam ad sublimitatem talem elatam, perfectionis metam summam attigisse? Nihilominus eorum, quæ confecit hactenus, finis non nisi principium est deductionis ad superiora. Nā ista hæc omnia pro uocis tantùm sono habita sunt, quæ ad rerum arcanarum contemplationē animum per auditionē conuertat. Itaq; iam desideratum uidere incipit, uerùm aliena quadam forma se conspiciendū oculis exhibentem. Etenim capreæ atq; hinnulo cōparatur, neq; id quod cernendū se præbet, uel in eadē specie, uel loco eodē consistit: sed in montibus saltat, deq; horum uerticibus in colliū eminentias transilit. Deinde rursum sponsa peruenit ad statū amplorē, altera iam uoce ad ipsam delata, per quā excitatur ut parietis umbra relicta sub dio uersetur: sub tecto petræ anteriori muro uicinę, requiescat: uerni temporis delicijs fruatur, eiusq; flores iam maturos & idoneos, qui succidant, decerpat: quibus adde alia, quæcūq; tēpus id fruenda genio indulgentibus largitur, ut sunt canorarū auium uoces. Atq; per hæc iam sponsa perfectior reddita, ipsum loquentis uultū clarè intueri cupit, eiusq; sermonē ab ipso excipere, nō amplius per alios loquente. Quo loco rursum par est, ut animā felicem prædicemus, quæ ad sublimem hunc gradum rei summæ inter illa, quæ expetuntur, peruenerit. Quid enim maius cogitando quis adsequi possit, in quo præcipuè felicitatē ponat, quàm si Deū quis intueatur? At enim hoc quoq; finis est eorū, quæ antehac sunt impetrata: principiū autem spei rerum superiorum. Rursus enim uocē audit mandantē uenatoribus pro salute uinearū ratione præditarum, ut bestias quę fructus lædunt, nimirū paruas illas uulpeculas, capiant. Id posteaquàm factum est, duo hęc ad sese inuicem transeunt. Deus enim in anima domicilium suum constituit, ac uicissim ad Deum anima transfertur. Sunt enim hæc uerba: Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum, qui inter lilia pascit, & uitam humanam ab umbratilibus spectris ad ueritatem ipsam transtulit. Vides quantam ad sublimitatem adscenderit anima, de robore (quemadmodum uates loquitur) ad robur progrediens, ita ut summi iam boni spem adsequuta sit? Quid enim possit esse maius, quàm in desiderato existere, ac in sese desideratum recipere? Vtut tamen eò peruenerit, nihilominus rursum uelut indiga boni sortem suam deplorat: & quasi necdum habeat id, quod cupiditati suæ propositū sit, hæret inops consilij, molestiamq; sentit, & huiusmodi hæsitationē animi sui narrando exponit: quo denicq; pacto id quod desiderauerat, repererit, oratione depingit. Atq; hęc omnia per cōsiderationē uerborū, quę proposita nobis sunt, discimus: nimirū neq; sine aliquo naturæ diuinæ maiestatem circumscribi, neq; modum aliquem cognitionis esse, qui sit indagatorum perceptionis terminus, post quem subsistere debeat is, qui expetit illa sublimia, quo minus ulterius progrediatur. Mentem adeò, quæ per considerationem rerum supra nos positarum, in sublime cursu contendat, ea ratione adfectam esse: ut omnis perfectio cognitionis, quæ quidem humanam in naturam cadere potest, principium esse cupiditatis altiorum putari debeat. Iam uerò accuratè mihi orationem hanc modò propositam adspice, sic tamen ut prius animaduertas, thalamum esse corpoream quamdam in his uerbis picturam, apparatusq; nuptialis mentionem contemplationi nostræ quasdam res crassas exhibere, quibus quod significatur, id studiosa abditæ sapientiæ inuestigatio transferens ad puritatem omnium rerum crassarum expertem, doctrinam profert ex ijs, quæ in his perficiuntur: ænigmatibus eorum, quæ fierent ad explicandum res significatas usa. Quapropter quum in his uerbis sponsa quidem sit anima, Deus autem, quem toto & pectore, & animo, & facultate illa diligit, quū sponsus appelletur: iccirco anima consentanea quadam ratione, quæ sua sententia peruenerat ad id, quod summū est in rebus speratis, famq; se cōmistam cum desiderato putaret, perfectiorem boni fruitionem cubile uocat, & noctem cubili conuenientem tempus. Atq; hac ipsa noctis uocę rerum quæ oculis cerni nequeunt, contemplationē nobis demonstrat, idq; Moysis ad exemplum, qui erat in nebula quadam, in qua Deus existebat, qui tenebras

*Cognitionē rerum diuinarū in nobis tantū esse incoationem quamdā.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad occultationem sui collocauit, quemadmodum propheta loquitur,& undiq; circumipsum est hoc ipsius tabernaculū.In hac nebula existens anima doceꝫ, tantum abesse se ab eo,ut ad pfectionē accesserit:quātū illi,qui ne initiū quidē fecerint.Modò em (ait ipsa) quasi digna habita quæ perfectionē cōsequeret,in perceptione iā cognitorū tamq; in cubili quodā memet quiescendo reficiēs, posteaq; ad ea penetraui, quæ oculis cerni nequeunt, idq; relictis sensuū meorū sedib.ac domicilijs:posteaq; itē à nocte illa diuina sum circūdata, dum abditū in caligine quæro:singulari quidē dilectiōe adfecta in illud erā, qđ desidero:uerū ipsa res expetita ratiocinationem mearū cōprehensionē quasi auolando fugit.Nimirū quærebā noctu eū in cubili meo,ut quę esset ipsius essentia naturaq; cognoscerē:quòdnā initiū, qui finis:indagare poterā in illo,cuius nomē nullū edi potest:sed nulla uis erat ullius nominis, q̄ ad inquisitū pertingeret. Quo em pacto possit is,qui supra omne nomen existit, per ullā nominatim factā cōpellationē reperiri?Eā ob caussam his uerbis utif: Vocaui ipsum,sed nō audijt me.Itaq; tū demū agnoui neq; magnificentię, neq; glorię, neq; sanctitatis ipsius finē ullū esse.Rursū igit erigit sese,& cogitatiōe naturā mētis tantū cōprehensilē, supraq; mundū hunc positā circuit, quā quidē oppidū uocat, & in qua sunt imperia,dominatus,adsignati potestatibus throni, itēq; cæleste cœtus,quē forū uocat,& multitudo q̄ cōprehendi numero nequit, quā plateæ(quasi dicas,uię latæ)nomine denotat:nūmnam fortè in his reperiri possit id,qđ esset illi carū.Hac uelut in obambulatione perscrutās uniuersam angelorū naturā quasi certos in ordines distributā, posteaq; in repertis bonis id, qđ quærebat, nō perspexit: secū ipsa cogitat,num fortè percipi ab illis possit,qđ ipsi carū & acceptū esset.Itaq; ad eos inquit:Num uos uidistis eum,quē animus meus dilexit? Quib.ad interrogationē eiusmodi silentibus, eoq; silentio declarantibus, se quoq; percipere nō posse id,qđ ab ipsa quęreret:posteaq; curiositate mentis omnē illā supra mundum hunc positā urbē peragrauit,inq; rerū animi tantū intelligentia cōprehensilium & incorporearū numero nihil tale reperit,quale desiderasset:tum deinde relictis omnibus, quę inuenisset,tamdē agnoscit id,qđ quæreret,hoc ipsum esse,qđ existere deprehendat ex eo solo,quia quid sit percipi nequeat:& cuius omne indicium,de q̄ percipiat, impedimentum adferat in reperiundo illis, qui in eo perquirendo uersent. Hanc ob caussam ait:Paullum tēporis intercessit,ex q̄ ab illis erā digressa,reb.creatis omnib.dimissis,præteritis omnib.quæ creatis in rebus esse intelliguntur, omni ratione ac uia percipiendi relicta:quum fide tamdē dilectum reperi,neq; dimittā amplius eum,fidei ansa retinēs inuētum,donec intra cōclaue meum peruenerit. Et omnino cōclaue illud cor est,qđ tum demū ad recipiendū inhabitationē diuinā idoneum est,ubi ad statū illum rediit in q̄ rerum erat initio,quū à matre formaret. Matrē uerò si quis esse cogitet primā originis nostræ caussam,à uerò nō aberrabit.Fuerit autē heic opportunū rursus ipsa uerba diuina collocare, ut ad ea, quæ cōsideratiōe nostra indagata sunt,accōmodent.Quæsiui, ait,noctu in lectulo meo,quē animus meus dilexit.Quæsiui equidē,sed nō inueni eum: Vocaui ipsum,sed nō audijt me.Surgā,& circumibo in urbe,in foris,in plateis:& quærā illū,quē animus meus dilexit.Quæsiui eum, sed nō inueni. Offenderunt me excubitores, qui in urbe circumeunt.Num uidisti eum,quē animus meus dilexit? Intercessit paullulū, ex q̄ ab illis erā digressa, quum tamdē eum reperi,quē animus meus dilexit.Prehendi eum neq; dimisi prius,quàm in ædes meæ matris ipsum introduxissem,atq; in eius conclaue,quæ me cōcepit.Iureiurando adstrinxi uos filiæ Hierusalem, in potestatibus ac uiribus agri, si suscitaueritis & excitaueritis dilectionem, donec uelit. Secundum hæc rursus ex beneuolentia cum filiabus Hierusalem colloquitur, quæ supra ob cōparationē uenustatis sponsæ lilio adsimilatæ, spinæ appellatæ fuerunt: easq; iureiurando per potestates, quæ hoc in mundo sunt, obtestata dilectionis ad parē modum exuscitat: ut & in ipsis sponsi uoluntas perficiat. Est autem indicatum in superioribus,tū quis sit ille mundus,in quo uires sunt & potestates:tū quę uolūtas eius,

*Fides Deum inuenit.*

*Cor hominis Dei cōclaue.*



eius,qui toto corde animoq; diligit: ut iam necesse nō sit iterū per eadē illa sermonem hunc nostrū produci, præsertim quū uerborū sentētia per nos iam antè cōsideratione inuestigata, etiā id qđ hoc loco intelligit, satis perspicuè declaret.Itaq; ad proximè sequentia nostra progrediat oratio,si qua fortè ratione fieri poterit,ut cū perfecta illa colūba,quę in sublime uolat,sursum cōtendamus:& uocē amicorū sponsi audiamus, qui adscensum eius è loco deserto admirant. Atq; hoc ipsum efficit, ut spectatores magis obstupescāt,talē oriri è loco deserto: ut arborū earū pulcritudinem imitet,quę in solitudine per sufflatus exhalationes excolant.Suffitus illi erant thus ac myrrha.Præter horū halitū etiā puluis qdā,cōminutis aromatis,colligebat, & sursum unà ferebat:ita ut subtilis hæc aromatū diffusio loco cineris cū aere misti esset, ideoq; puluis ipse in sublimi erectus existeret. Verba quidē huiusmodi sunt: Quæ nā hęc est,quę de solitudine adscēdit instar stipitū fumi aromatib.suffita,tam myrrha q̄ thure,adeoq; puluerib.uniuersis aromatarijs? Quib.uerbis si animū quis accuratè aduertat, uerā esse doctrinā à nobis cōsideratione superiori peruestigatā reperiet.Nā ut in theatrorū pompis tametsi sint ijdē,qui rem gestā(quæcūq; randē eis ꝓposita est)spectandā exhibēt: ex alijs tamē aliorū speciē induere uident,quot quot diuersis personarū laruis sumtis figurā priorē mutāt:ita ut is,qui modò seruus aut homo quispiā priuatus esse apparebat,nō multo pòst tamq; uir strenuus & mirabilis conspiciat: rursum relicto subditi hominis habitu uel imperatoris uel regis speciē induit. Eodē modo usuuenit in ꝓfectu uirtutis,ut nō semper eumdē characterē illi retineāt,qui de gloria in gloriā per sublimiorū cupiditatē transformant:sed pro ratiōe perfectiōis,quā quisq; singulis tēporibus cōsequutus est,peculiaris in ipsius uita character elucet, de quo fit ut alius ex alio fiat & appareat, idq; ꝓpter bonorū incrementū. Atq; hac de caussa uident mihi amici sponsi uelut in re noua mirari speciem ipsis oblatā,q; prius sponsam agnouerāt formosam quidē illā,sed ut inter mulieres formosam:deinde per similitudinē auri,cū notis argēteis,elegantiā ipsius indicauerāt: nunc quū in ea nō cōspiciant signa priora, sed notis sublimioribus illā insignitā fateant,nō modò profectū in adscensu,sed etiā unde sursum cōtendēdi fecerit initiū,mirant. Hoc em illud est, ꝓpter quod uehemētius obstupescūt. Vnica esse consp̄icit, quæ adscendit:& nihilo minus arboreo nemori cōparat, id qđ apparet. Nam stipites cerni putant,in altū excrescentes.Iisdē stipitibus succū alimentarium nō pingue, nō irriguū solū suppeditat:sed aridū,sitibundū,desertū.In quònā igitur hi stipites radices agunt,& unde augescunt? Nimirū puluis aromatū eis pro radice est,& suffituū exhalatione riganť,quę fragrantia sua nemus hoc tamq; rore perfundit.Proh quantū in biscе uerbis prędicat ea,cui tāta & talia tribuūt.Nā illud ipsum, ꝙ sese mutuò interrogāt,quasi iam illa diuersa specie cōspicienda exhibeat, nō aūt forma priori: absolutissimū est ꝓfectus secundū uirtutē encomiū, quo testimoniū ei facte in melius mutationis ac trāsitus perhibet. Etenim hæc uox admirantiū est formā præter morē pristinū florentē, quasi dicerēt:hæccine illa est,quę de solitudine adscendit,ac à nobis nigra prius cōspiciebat? & quo pacto formā illā tenebricosam abluit? quī fit,ut in ea uenustas quædā niuea fulgeat? Nimirū eius caussa in deserto posita est, quod ipsam instar alicuius germinis in altū produxit, & ad elegantiam talē immutauit.Non em uel fortuitò,uel per attributionē sine iudicio factam hoc consequuta est, ut in sublime excresceret:sed pulcritudinē hanc labore ꝓprio, propria cōtinentia studioq; sibi cōparauit. Eodē modo etiā uatis illius animus aliquando diuini fontis sitim sensit,quū caro ipsius deserta,desolata,inaquosa,diuinā sitim in sese reciperet. Quare ꝙ è deserto adscenderit,testat eā studiosa cōtentione animi atq; cōtinētia tātā ad sublimitatē peruenisse,ut etiā spōsi amicis sit admiratio ni:qui quidē multis signis uenustatē eius declarāt,quū uno cōprehendi nō posset. Primū em stipiti formā ipsius adsimilāt,ac ne huic quidē uni: sed hæc in ea miracula multis cū arboribus comparant,ut quadā quasi pictura nemoris multiplex uirtutū uarietas demōstret. Deinde pro pulcritudinis imagine fumus ex suffimētis sumit, ac ne is quidē simplex:sed cōmistis inter se myrrha & thure,ut unus qdā ex ambob.

odor

Universidad de Deusto
Biblioteca



odor gratus fiat, ad exprimendū sponsę pulcritudinē. Et hæc quidē aromatū illorū cōmistio quædam alia laus est. Myrrha corporū ad sepulturā accōmodata est, thus certā quamdā ob rationē diuini numinis cultui est consecratū. Itaq; si quis seipsum quasi dicare uult diuino cultui, non aliter erit thus, Deo quod adoleatur, nisi prius myrrha fiat, hoc est, nisi sua in hac terra membra mortificet, unā cū eo sepultus, qui nostri caussā mortē non recusauit, & nisi myrrham, quæ ad sepeliendū Dūm sumta fuit, & ipse sua in carne recipiat, idq; membra sua mortificēdo. Quod quū fit, omne aromatū ad uirtutē pertinentiū genus in orbe uitæ, uelut quodā in sacrificio cōmunitum gratū illum puluerē efficit, quē si quis per respirationē attrahit, fragrantiam quamdā adipiscitur, spiritu illo abundāte omni odore suaui repletus. Posteaq; hoc modo sponsę pulcritudinē prædicarunt amici sponsi, & instructores casti thalami, adeoq; pudicæ huius sponsæ nuptiarū conciliatores: deinceps regij tori elegantiā ipsi cōmonstrāt, ut magis ipsam incitēt ad expetendū diuinæ impollutæq; cū sponso uirę societatē. Est aūt hæc illa regij tori pictura, quā orationes demonstratię eō memoratione quasi sub adspectū his uerbis ei sistunt. En cubile Solomonis. Sexaginta uiri ualentes in eius ambitu ex uiris fortibus Israelicis, qui oēs gladiū tenent, bellicæ rei periti. Cuiusq; uiri gladius ad femur ipsius alligatus est, ob stuporē nocturnū. Ac de historia quidē minimē promtam esse hanc de cubili narrationē, cuius esse perspicuū poterit ex illis, quæ more corporeo de Solomone prodita sunt: cuius & regia, & mēsa, & reliqua regni ratio accuratissimē descripta sunt, quū interim noui quiddā & inusitati de cubili nihil exstet. Quapropter omnino necessaria est, ut enarratio loci huius nō litteris inhæreat, sed cōsideratione quadā diligentiori hæc accipienda sunt, auersa mente ad contemplationē spiritualē à significatione uocū crassa. Nū quis ornatus sponsali toro accesserit de sexaginta militib. armatis, quorū scientia sit, nosse terribilia belli opera: ornatus, ensem habere pro munimēto corporis: qui deniq; nocturno stupore cincti sint? Horrorē aūt formidolosum, qui ex nocturnis terriculamentis oritur, uoce stuporis indicat, eumq; militibus hisce armatis adesse ait. Omnino igit ex uerbis his aliqua sententia quærenda est, quæ hactenus indagatis sit cōsentanea. Et quæ nam sanè sentētia fuerit? Diuinæ pulcritudinis amabilitas omnis esse in terrore sita uideť, decq; rebus corporeæ pulcritudini cōtrarijs cōspici. Nā in pulcritudine corporis cupiditatē excitat blandicies quædā & suauitas oculis ostenta, eaq; ab omni terribili animo sacq; adfectione separata. At illa uenustas impolluta est fortitudo, metū ac terrorē incutiēs. Quia eñ uitijs obnoxia fœdaq; corporū cupiditas, quæ membris carnis huius insidet, latronū agminis instar menti tendit insidias, eamq; sæpenumero abreptā secum captiuā ducit ad id, quod ipsa uult: (& repugnat hoc ipsum diuinę uolūtati, quemadmodū Apostolus ait: Carnis sensus aduersus Deo) iccirco est cōsentaneū, amorē diuinū oriri ex illis, quæ cupiditati corporeæ contraria sunt. Adeoq; si illius origo est ex dissolutione, remissiōe, perfusione lasciua: prorsus heic fortitudo animi terribilis ac formidolosa diuini amoris est materies. Etenim quū animus uirilis insidiantē sibi uoluptatis manipulū terrore perculit ac fugauit, tū scilicet animi pura illa uenustas conspicit, nullo cupiditatis corporeæ morbo uitioq; cōtaminata. Quāobrē necessariō ita fit, ut spōsalicius ille regis lectulus undiq; militib. armatis cingat, quorū & in pugnando peritia, & adfixus femori ensis, stuporē formidinēq; tenebricosis cogitatiōib. incutit, q̄ per noctes & caliginē, rectis corde insidiant, eosq; sagittis uulnerat. Eniuuero fœdas uoluptates tolli ab armatis cubile cingētibus, illa ipsa uerborū pictura indicari, uideť, q̄ sequūt: Oēs bellicę rei periti sunt & cuiusq; gladius ad femur ipsius alligatus. Nimirū uere in eos cōpetit, ensem femori aptatū habere, qui norūt q̄ pacto aduersus carnē ac sanguinē pugnandū sit. Et intelligit omnino quisquis obscure lacris in litteris dictorū imperitus nō est, quid per femur significet, & Dei uerbū ensis appellatione denotari. Quapropter qui formidabili armorū illo genere, nimirū tēperantię gladio, cinctus est: is uerò cubili huic interitus experti gratus est & acceptus, adeoq; de ualentibus Israelicis unus, ac dignus qui inter sexaginta hosce numerentur.

*Quid per myrrham & thus significatum.*



meretur. Eum autem numerum rationem quamdam arcanam continere, non dubitamus: quæ solis ijs cognita sit, quibus occulta mysteria spiritus benignitas parefacit. Ac nos quidem rectè facturos dicimus, si obuijs uerborum sententijs saturati, & (quemadmodum de pascha Moses præcipit) absumtis carnibus, quæ sub aspectum cadunt, curiosè nō inquiramus in id, quod sub ossibus obscuritatis est abditum. Quòd si quis medullas absconditas appetit, licet eas poscat ab eo, qui occulta dignis reuelat. Ne tamen hæc uerba sic transire uideamur, ut nullum in explicandis eis periculum faciamus: néue in obtemperando diuinæ præceptioni delides simus, quo nobis iniungitur, sacras ut litteras perscrutemur: hæc de numero sexagenario uerba perlustrabimus. Accipit Moses ex mandato Dei uirgas duodecim, pro tribuum Israelicarū numero. Ex ijs omnibus una facta est eximia, quæ sola inter ceteras germinauit. Rursum Iesus ille Nauæ F. lapides tot è Iordane sumit, quot Israelicæ tribus erant, quorum nullus abiectus deinde fuit, sed omnes pariter ad testificandum de mysterio ad Iordanem adsumti sunt. Atq; hoc non sine consentanea quadam ratione memoriæ proditum est. Nam significatur in eo profectus populi ad perfectiora, quòd initio quum lex esset lata, uirga tantùm una reperta sit uiuens ac germinans, reliquis tamquā aridis & infrugiferis, reiectis. Pòst quum aliquod tēpus intercessisset, ac iam illi præcepta legis accuratius percíperent, ita ut etiam circumcisionē alterā, cuius auctor Iesus idem erat, intelligerēt ac admitterēt, saxeo cultro eis adimente omnem impuritatē: (omnino autē quisq; nō imperitus, quid per lapidē & cultrū significetur, intelligit) consentaneū erat cōfirmata iam in ipsis legi uirtutiq; respondente uita, neminē inuentū esse ex tribubus adsumtis, qui reijceretur. Iam quū semper aliqua sint bonorum incrementa, & progressū temporis uires Israelis aucte essent, (sic enim & his uerbis litteræ sacræ loquuntur, ex uiris ualentibus Israelicis) non iam lapis unus uel una uirga de qualibet tribu sumitur: sed pro uirga uel lapide uno quinq; uiri bellatores ex tribubus singulis, rei militaris periti, sustollentes gladiū surum, & quidem ex fortibus Israelicis, ordine circū illud diuinū cubile collocantur, quorū nemo propterea reijcitur, quòd illi quinq; cuiuslibet tribus sint primitiæ. Atq; horū numerus duodecies collectus sexaginta constituit. Hoc modo quinq; formidabiles armatiq; custodes de qualibet tribu cubili regio præficiunť, cui numero si quid desit, reliqui nō admittūť. Enimuero liceátne tantū nobis audaciæ sumere, ut cogitemus quo pacto de tribu qualibet hi quinq; armati sint, ut ad cubile regiū excubent? quo item pacto singuli horū armatura sua formidabiles aduersarijs fiant, obiecto ense, quē femori alligatū gestant? An manifestum est, unū lapidem esse quinq; milites hos armatos, sensu quolibet conuenientem sibi gladiū ad terrendos aduersarios obijciente? Oculi quidē gladius est, sempér ad Dominū respicere, atq; illum recto uultu intueri, nec ab ullo fœdo spectaculo pollui. Auditus itidē armatura est, diuinarum doctrinarū perceptio, & sermonis uani reiectio. Eodē modo armari & gustatus potest, & tactus, & odoratus: si quis gladio cōtinentiæ quemlibet horū sensum ratione cōueniente muniat. Atq; his rebus stupor ac formido tenebricosis hostibus incutitur, qui ad struendū animis insidias nocte & caliginis tēpora captant. Tum enim dixit uates ille belluas agrestes sibi de Domini pecore improbum alimentū adquirere. Caliginē, inquit, posuisti: & facta est nox. In ea belluæ saltuū omnes obambulabunt, & catuli rugientes. Quare quū eorū quilibet, qui salutē consequuntur, fiat Israelicus: (nec enim omnes orti ex Israele sunt Israelici, sed quicunq; Deū uident, hanc ipsam ob caussam propriè sic appellantur. Et est hoc peculiare illi, qui Deū uidet, quòd nullo sensu ad peccatū spectat: quippe quū ad duos heros simul nemo possit respicere, sed omnino sit alter odio habendus, si quidē esse carus alter debeat) iccirco cœtus uniuersus eorū, qui salutē adipiscuntur, fit unum regis cubile. Nam si omnes, quorum corda puriti cantur, Deum uidebunt: & qui Deum cernunt, propriè fiunt ac dicuntur Israelici: atq; hæc appellatio ratione quadam occulta si duodecim in tribus diuiditur: egregiè profectò integrum quasi corpus eorum, qui seruantur sexagenario numero compræ-

*Cur ossa non fractis agni paschalis deuorari uetuerit.*

*De numero sexagenario.*

*Sensuū singulorum arma.*

*Qui dicantur & sint Israelitæ.*

*Quid regis cubile.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



comprænditur,ita quidem, ut à parte qualibet unum quid ſumatur, atq; illud in quinq; milites pro numero ſenſuũ diuidatur. Hoc modo unuerſi, qui diuinam armaturam induunt,unum cubile regis cingunt,facti omnes unus Iſrael. Et quum in duodecim tribubus quinceplex intelligatur ordo ſtrenuorum militum,redacto ad ſaxagenarium numerum uniuerſo ipſorum cætu: acies una, exercitus unus,unum cubile,hoc eſt,una eccleſia, populus unus, una ſponſa fient omnes,ſub uno præſide ordinum atq; eccleſiæ, unoq; ſponſo ad ſocietatem unius corporis conglutinati. Ceterũm per cubile intelligi requietẽ illorum,qui ſalutem conſequuntur:etiam ex hoc Domini dicto diſcimus,quum ad illum,qui noctu impudenter oſtium pulſ taret,ait:Iam clauſa eſt ianua,& pueri mecum in lectulo ſunt.Quibus in uerbis pulcrẽ illi, qui armis iuſticiæ perficiunt,ut uitiorũ expertes ſint,pueri appellantur:inq; hoc doctrina nobis traditur, bonum illud quod ſtudio noſtro adquiritur,nõ diuerſum eſſe ab illo,quod ab initio naturæ inditũ eſt. Nam & is, qui gladio cinctum femur habet,uitia ſtudio uitæ conſentaneæ uirtuti abigit:& qui per ætatem puer eſt, eadem uitia morboſq; non ſentit. Nec enim illam in ætatem ea cadere poſſunt. Quamobrem idem eſt quod diſcimus,milites armatos cubile cingere,& pueros in lectulo cubare.Nam utriq; uitiorum expertes ſunt, tam illi quos ea necdum occuparunt:quàm qui reijciunt. Etenim ut illis incognita ſunt, ita hi eundem ad ſtatum ſeſe reduxerunt: conuerſi nimirum,& ob auerſationẽ uitiorum deintegro pueri facti. O' quanta felicitas eſt inter hos inueniri, ut uel puer, uel armatus, uel uerus Iſraelita factus ſis. Iſraelita, qui puro corde Deum adſpiciat: armatus, qui in uitiorum auerſatione ac puritate cubile regis, hoc eſt, cor ſuum cuſtodiat: puer, qui beato illo in lectulo cubet, idq; in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui ſit gloria ſæculis infinitis. Amen.

# IN CANTICVM CANTICORVM

## ORATIO SEPTIMA.

*Lecticam fecit ſibi rex Solomon de lignis Libani. Eius columnas fecit ex argento,culcitram ex auro, ſcala de purpura conſtat. In medio ſtratum eſt ex lapidibus: dilectionem à filiabus Hieruſalem. Egredimini & videte filiæ Sionis Solomonem regem in corona,qua coronauit eum mater ipſius illo die,quo deſponsabatur,& die lætitiæ cordis ipſius. En pulcra es proxima mea, en es pulcra. Oculi tui columbæ, præter id quod in te reticetur. Coma tua velut greges caprarum, quæ ſunt reuelatæ de Galaad. Dentes tui ſicut greges tonſarum,quæ de lauacro aſcenderunt,& omnes habent fœtus gemellos,neq; ſterilis inter eas vlla eſt. Labra tua ſunt inſtar funiculi coccinei,& loquela tua elegans eſt. Mala tua inſtar corticis mali punici, præter id quod in te reticetur. Vt turris Dauidis collum tuum,quæ in Thalpioth exſtructa eſt. Mille clypei pendent ab ea, vniuerſa iaculа valentũ. Duæ mamillæ tuæ tamquã duo hinnuli gemelli capreæ, qui paſcuntur in lilijs, donec perflet dies, & vmbræ motæ fuerint. Abibo ſponte mea in montem myrrhæ, & in collem thuris. Tota pulcra es proxima mea, & macula in te nulla eſt.*

### EXPLANATIO.

Solomo rex Chriſti typus.

IN multis uſuuenit,ut rex Solomon ueri illius regis typum gerat:in multis,dico, quæ meliorẽ in partem de eo ſacris literis prodita ſunt. Nam & pacificus appellatur,& templũ exſtruit, & immenſa quadam ſapientia prẽditus eſt,& regnũ Iſraelicũ obtinet, & in iuſticia populũ iudicat, & eſt è ſemine Dauidis, Æthiopum denique regina ad ipſum proficiſcit. Hęc enim omnia,& ſi quę prẽterea ſunt eiuſmodi, dicunt illa quidẽ de ipſo tamq; de typo:ſed multis ante ſæculis Euãgelij nobis uim depin-



depingunt. Nam quis tam pacificus,ut ille, qui hoſtilitatem omnem confodit, & cruci adfixit? qui nos hoſtes ſuos, uel potius mundum uniuerſum ſibimet reconciliauit, pariete ſepimenti diſſipato, ut duos ſibi in unum hominem nouum creet: qui pacem facit,qui & longè & propè diſſitis pacem denuntiat per eos, qui rerum præclararum nuntium adferunt. Quis eſt eiuſmodi exſtructor templi,ut is,qui ſua damenta eius ſanctis in montibus poſuit, hoc eſt, uatibus & apoſtolis, ædificans (ut Paulus loquitur) ſupra fundamentum apoſtolorum ac uatum ſaxa uiua & animata, quæq; ſponte ſua (quemadmodum ait uates quidam) ad murorum harmoniam prouoluuntur, ut coaptati in unitate fidei ac pacis uinculo, templum illud ſanctoſanctum augeant,ut habitaculum Dei fiat in ſpiritu. Iam quòd etiam ſapientia Solomonis indicationem ueræ ſapientiæ quãdam contineat, nemo infitiabitur: ſi quidem tam ad hiſtoriam,quam ueritatem reſpiciet. Nam illi teſtimonio eſt hiſtoria, quòd humanæ ſapientiæ terminos exceſſerit, cõprehenſa in amplitudine cordis ſui rerum omnium notitia:ita ut & ſuperioris memoriæ homines anteuerterit, & poſt ipſum orti pertingere ad eum non poſſint. Verùm Dominus natura ſua id ipſum quod eſt, ueritatis,ſapientiæ, poteſtatis eſſentia eſt. Quamobrem quum Dauides dixit, Omnia in ſapientia facta eſſe: diuinus apoſtolus uatis uerba declarãs, ait in ipſo cõdita eſſe uniuerſa,quaſi eũ uates p ſapiẽtię uocẽ indicare uoluerit. Quòd autem Dominus rex ſit Iſraelicus, etiã hoſtes ipſius teſtati ſunt, qui ad crucem ſubſcripſerunt confeſſionem ſuam,qua regnum ei tribuunt: Hic Iudæorũ rex eſt. Nam teſtimonium nos hoc admittimus, utut maieſtatem & amplitudinem imperij deminuere uideatur, quum Iſraelicorum regni finibus dominiũ Chriſti circumſcribit. Non enim ita ſe res habet,ſed à parte in omnes imperium ei hęc crucis inſcriptio tribuit,quum non adijciat,hunc Iudæorum modò regem eſſe. Nimirum quum abſolutè regem Iudæorum dicat, tacitè imperium in omnes hac cõfeſſione complectitur. Etenim totius terræ rex etiam partis omnino imperium obtinet. Rurſum in iuſte iudicando ſingulare Solomonis ſtudiũ, uerum nobis totius mũdi iudicem deſignat, qui ait: Neminem pater iudicat,ſed omne iudicium filio commiſit. Item, Non poſſum per meipſum quidquam facere, ſed quemadmodum audio, ſic iudico: & iudicium meum iuſtum eſt. Etenim hæc ſumma iuſti iudicij finitio eſt, ut quis non ex ſeipſo quamdam ob animi adfectionem uel attributionem quidquã altercantibus concedat: ſed ut rei primùm audiantur, atq; ita deinde ſententia feratur. Quæ quidem cauſſa eſt, quamobrem Dei poteſtas quædam ſe non poſſe fateatur. Nequit enim ueritas extra id quod æquum eſt, iudiciũ peruertere. Ceterùm è Dauidis ſemine,carnem quod attinet, Chriſtum eſſe: id uerò quũ prædictum ſit ab illo, qui ex eodem Dauide fuit ortus, quaſi quod in confeſſo ſit, relinquemus. Deniq; arcanum illud de Aethiopica muliere myſterium, quo nimirum pacto illa, relicto Aethiopum regno, tantoq; itineris interuallo diſtantibus terris peragratis, ad Solomonem mota per ſapiẽtiæ ipſius famam feſtinauerit, magnisq; pretij lapillis,auro,fragrantibus aromatis regem illum exceperit:id uerò quod nã ad miraculum euangelicum ſpectet, intelligenti obſcurum eſſe nequit. Quis enim ignorat,eccleſiam collectam de gentibus, prius quàm eccleſiæ nomine cẽſeretur, nigrã fuiſſe ob ſimulacrorum cultus,ac magno ignorationis interuallo à ueri Dei agnitione abfuiſſe? Verùm poſteaquàm exhibita eſt Dei gratia, cuiusq; ſapientia illuxit,& uerum illud lumen ad eos, qui in caligine atq; umbra mortis ſedebant, radios ſuos emiſit: tum ſcilicet Iſraelicis ad lucem illã oculos ſuos claudentibus, ſeq; bonorum illorum fruitione prorſus excludentibus, Aethiopes ex gẽtibus ueniũt, ac per fidem accurrunt. Quiq; longè aliquando diſſiti erãt, accedunt propius, per aquam myſticam abluta ipſorum nigredine, ita ut Aethiopia manum ſuã ad Deũ extendat,& munera ſua regi deferat: nimirum pietatis aromata,aurum agnitionis Dei,lapillos magni pretij, quæ ſunt diuinarum præceptionum obſeruationes, & opera uirtuti conſentanea. Enimuero quò tandem reſpiciens propoſitorum nobis uerborum contemplationem hinc exorſus ſim,iam declarabo: expoſitis prius

*Christus uerè pacificus.*

*Christus exſtructor templi.*

*Christus uerè ſapiens.*

*Christus rex Iſraelicus.*

*Christus uerus Iudex.*

*Quid Deus nõ poſſit.*

*Christus ex ſemine Dauidis.*

*Aethiopica regina imago eccleſiæ gẽtium.*

*Gẽtes cur Aethiopibus ſimiles.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipsis diuinorum oraculorum uerbis, quæ quidem huiusmodi sunt. Lecticam fecit sibi rex Solomon de lignis Libani. Eius columnas fecit ex argento, reclinatorium ex auro, scala de purpura cōstat. In medio stratū est ex lapidibus: dilectionē a filiabus Hierusalem. Vt autē in ijs, quæ de Solomone inuestigauimus, intelleximus quas ob causſas mysterium de Domino in illo quasi quadā in facie exprimatur: ita etiā per opificium lecticæ, Domini administratio nostri causſa suscepta, indicatur. Nā uarijs modis Deus in ijs hominibus, qui digni sunt ipso, existit: prout cuiusq; facultas & dignitas fuerit. Nam alius fit locus Dei, alius Dei domus, alius solium, alius scabellum, alius currus, uel equus obœdiens, quicq; bonum illum uectorem in sese recipit, ac prout dirigenti usum est, cursum perficit. Denique uti modò docemur, etiam lectica Dei fit aliquis, per ipsius sapientiam non solùm lignis é Libano præparatis: sed etiam auro & argento, & purpura, & lapillis, ratione quadam conueniente, ab omni parte ornatus: efficaciter declarante se ipsius dilectione, quæ quidem dilectionis efficacitas non in omnes cadit: sed in eos, qui se superæ illius liberæq; Hierusalem filias esse, uitæ documento probant. Esse igitur illum, qui Deum in sese gestat, lecticam sedentis in se Dei: etiam nobis minimè indicantibus intelligi potest. Nam qui ad exemplum Pauli, uiri sancti, non iam amplius ipse uiuit, sed Christum in se uiuentem continet, ac loquentis in se Christi speciem edit: is nimirum propriè dicitur ac sit lectica eius, qui in ipso fertur, & ab ipso gestatur. Verùm hoc non est id, quod quærimus: sed potius studiosè nobis considerandum est, quid sibi uelit illa materiei uarietas ac forma multiplex: qui fiat ut cum auro, argento, purpura, lapillis, etiam ligna coniungātur ad huius lecticæ cōfectionem. Atqui sapiens ille architectus Paulus unà cum fœno ac stipula lignū ad exstructionem ædificij iudicat inutile: quippe quod ab igne absumendi ui prædito, quo opus ipsum probatur, in nihilum redigatur. Equidem lignum quoddam nouī, quod in statu suo non permanet: sed in aurum, uel argentum, uel quid aliud rerum magni pretij commutatur. Nam in domo illa ingente Dei tradit Apostolus quædam esse uasa natura sua tum aurea, tum argentea: creata uidelicet corporum expertia (de mei quidem iudicij sententia) & mente tantùm prædita per hæc intelligens: quædam uerò lignea & testacea, fortasse nos per illa denotans, quos inobœdiētia quasi gypsauit & testaceos reddidit, sicut & commissum in ligno peccatum nos ex aureis uasa lignea effecit. Etiam pro dignitate materiei uasorum uisus distributus est. Nam quæ de materie constant maioris pretij, honori destinata sunt: ceteris ad usum ignominiosum reiectis. Quid autem de uasis huiusmodi Paulus ait? habere nimirum facultatem quodlibet uas, ut arbitratu suo uel aureum ex ligneo, uel argenteum de testaceo fiat. Si quis, ait, expurgarit seipsum: erit hero suo uas honori destinatum, & ad omne bonum opus paratum. Itaq; iam fortasse per ea, quæ diximus, ad contemplationem nobis propositam deducimur.

Mons hic Libanus est, cuius in multis sacrarum litterarum locis mentio fit in declaratione potestatis aduersariæ: ut quum uates inquit, Conteret Dominus cedros Libani, & comminuet tam ipsas, quàm Libanum, quasi uitulum: uidelicet eum, quem in solitudine Moses contriuit, & quem in minutissimas partes confractum Israelici bibendo hauserunt. Significatur enim hoc uaticinio, futurum ut non solùm enata de potestate aduersaria mala: sed ipsus etiam mons, ipsa mali radix Libanus, qui materiei talium arborum alimenta suppeditat, in nihilum redigatur. Eramus ergo nos aliquando ligna Libani, dum adhuc essemus in eo per radices infixi, nimirum per uitam flagitiosam, & simulacrorum errorem: uerùm postea quàm per securim rationis compotem excisi ab eo sumus, inq; manibus artificis esse cepimus, lecticam sibi nos fecit, transformata ligni natura per regenerationem in argentum, aurum, optimi coloris purpuram, in lapillorum denique fulgorem. Atque uti Apostolus inquit, Deum conuenienti quadam ratione distribuisse in singulos sancti spiritus dona, & huic quidem uaticinandi facultatem largiri, respondentem rationi fidei, illi alterius cuiusdam rei effectionem, prout ii natura quiscq; comparatus sit, ac recipere gratiam possit, ut nimirum uel oculus corporis ecclesiæ fiat, uel manus locum obtineat, uel pedis instar illud fulciat: sic & in lecticæ opificio fit alius columna, alius scala, alius id quod capiti subijcitur, indicatum hoc loco per appellationem culcitræ. Nonnulli ad interiora sunt ordinati. Atq; pro his omnibus exornandis materiem inquirit artifex certa quadam ratione non eiusdem formæ: sed ut omnia suam pulcritudinem habent, ita diuersa quædam, & cuiq; conueniens uenustas excogitatur. Argenteæ sunt columnæ in hac lectica, gradus purpurei, ex auro culcitra, quæ capiti subijcitur, & in quam caput suum sponsus reclinat. Interiora cuncta lapillis pretiosis uariegata conspiciuntur. Ac per columnas quidem intelligendæ sunt columnæ ecclesiæ, quibus uerbū Dei pro argento planè puro puto est: per scalam purpuream ij, qui ad conuersationis in sublimi regnum adscenderunt. Nam purpura ducitur eximium quoddam indicium regni esse. Pars autem in eis illa, quæ animi principatum obtinet, & in qua caput suum reclinat lecticæ fabricator, aurum est puræ doctrinæ. Quæcumq; abdita & occulta in obscuro latent, ea uerò in pura pretiosorum lapidum conscientia fulgent. Atq; his rebus omnibus dilectio a filiabus Hierusalem constat. Quòd si quis uelit totā lecticā appellare ecclesiā, ac partes lecticæ secundum effectionum discrimina diuidere quasdam in personas, quemadmodū iam antè de hoc disseruimus: nimirum hoc etiam modo non erit difficile cuiq; ordini ex ijs, qui in ecclesia constituti sunt, partes lecticæ accōmodare, quemadmodum apostolus inquit, Constituisse Deum in ecclesia primùm apostolos, secundò uates, tertiò doctores, atq; ita deinceps singillatim omnia sanctorum ad coagmentationem: ita ut per has uoces, quæcumq; ad opificium lecticę pertinent, sacerdotes ac doctores intelligātur, & uenerandam uirginitatem esse statuamus, quæ in lectica uirtutū puritate tamq; radijs quibusdā pretiosorum lapidum fulgeat. Ac de his quidē hactenus. Quæ sequuntur uerba, prolata ab ipsa spōsa, exhortationē ad filias Hierusalem cōtinent. Nā quemadmodum magnus ille Paulus pro damno ducebat, si nō cum uniuersis bona sua cōmunicasset, eaq; de causſa uerbis hisce utebatur, Velim uos tales fieri, qualis ego sum, quum & ipse aliquando talis fuerim, quales uos estis: Item, Velim uos fieri imitatores mei, quemadmodū ego Christi sum imitator: sic & benignissima hæc spōsa diuinorum spōsi mysteriorum particeps facta, posteaq; cubile conspexit, ac regis lectica effecta est: ad iuuenculas clamat, (& fuerint forsitan hę illorum animę, qui salutem cōsequuntur) &: Quousq; tandē, ait, intra uitæ speluncam abditæ latetis? Progredimini extra naturæ uelamēta, factæq; filiæ Sionis admirādum hoc spectaculū adspicite. Intuemini decentissimā in capite regis coronā, quā mater ipsius ei circumposuit, quemadmodum uates ille loquitur, Posuisti in caput ipsius coronam de magni pretij lapide factam. Neq; quisquā eorum, qui aliquo in oraculis diuinis iudicio ualent, de uocabuli ui arguetur, quòd pro patre matris hęc fiat mētio, quū utriusq; uocis sensus idē sit. Nā quum in natura diuina neq; masculus neq; femineus sexus existat, (quo eñ pacto in deitate nobis quiddā eiusmodi uenire in mentē possit, quū sexus discrimen ne quidē in nobis hominibus perpetuò duraturū sit, quippe qui id tēporis, quū omnes unum in Christo efficiemur, signa discriminis huius una cum toto ueteri homine exuturi simus.) iccirco in naturæ illius ineffabilis indicatione uox quæuis parem uim obtinet: neq; maris, neq; fœminæ uocabulo significationē illius purissimæ naturæ polluente. Propterea in Euangelio quidē pater filio nuptias instituere dicitur: uates aūt ille Deū cōpellās, Posuisti (ait) in caput ipsius coronā de magni pretij lapide factā: hęc deniq; corona spōso à matre impositā dicit. Quia uerò unæ tantùm nuptiæ sunt, & una spōsa, & ab uno corona spōso imponit: omnino nihil discriminis est, siue quis Dei filiū unigenā Deū uocet, siue filiū dilectionis eius, quemadmodū Paulus loquit: quum eadē potestas utroq; uocabulo indicata exornet ipsum ut spōsum ad cohabitationē nostrā. Egredimini ergo, inquit ad iuuenculas spōsa, & filię Sionis efficiamini: ut de sublimi specula (hoc eñ uox Sion significat) spectaculū admirandū uidere possitis,

Quid lectica.

De materia lectica.

Quid per Libanum significetur.

Sion quid.

Universidad de Deusto
Biblioteca



possitis, uidelicet sponsum corona redimitum. Est autē corona huius ecclesia, quæ sponsi caput uiuis & animatis lapidibus undiq; circumdat. Atq; hanc coronam dilectio connexuit. Nam siue quis hoc matri, siue dilectioni tribuat, non aberrabit. Etenim Deus est dilectio, quemadmodum Ioannes ait. Atq; hac ex corona uoluptatem eum capere ait sponsa, mirificè gaudentem ornatu illo sponsalicio. Reuera enim lætitia adficitur is, qui ecclesiam cōiugem sibi fecit, redimitus illorum uirtutibus, qui in ea sunt eximij. Fuerit autē fortasse melius heic ipsa uerba collocari, quæ quidem huiusmodi sunt: Egredimini & uidete filiæ Sionis Solomonem regē in corona, qua coronauit eum mater ipsius illo die, quo despondebatur, & die lætitiæ cordis ipsius. Hanc sponsæ benignitatem ipse SERMO excipiens, quòd ea domini ad imitationem uelit omnes saluos fieri, & ueritatis ad cognitionem peruenire: puleriorem porrò efficit, factus & præco & pictor quasi quidam uenustatis eius. Non enim simpliciter ipsius forma laudatur, generatim prædicata: sed singillatim membra considerantur, ac peculiare quoddam membro cuiq; per comparationem ac similitudinem encomium tribuitur. Sunt autem hæc ipsius uerba: En pulcra es proxima mea, en es pulcra. Nam posteaquàm imitata benignam heri sui uoluntatem egredi iussit puellas ad exemplum Abraami quālibet de terra sua, & à cognatione sua, quam cum sensuum organis habet, ut purum illum sponsum uideant redimitum corona, quæ est ecclesia: reapse propius ad bonitatē herilē accedit, facta iam Deo propior per dilectionem proximi. Quapropter ad eā inquit SERMO: Pulcra es, posteaquàm bono animi instituto ad pulcritudinē accessisti. Laudis autem repetitio, minimè falsum hoc testimonium esse demonstrat. Nū testimonio duplici ueritatem confirmari diuina lex pronuntiat. Eā ob caussam ait: En pulcra es proxima mea, en es pulcra. Quia uerò uniuersa ecclesia unum Christi corpus est, & hoc uno in corpore, quemadmodum Apostolus inquit, membra multa sunt, quæ quidem omnia minimè unius sunt ordinis: (quippe quod alium Deus in hoc corpore tamquam oculum creauerit, alium tamquam aurem, alios facultatum effectione manuū locum obtinentibus, alijs pedum, qui uidelicet onera sustinent, nō obmissis neq; gustatu, neq; odoratu, neq; quoquam omnium, ex quibus humanum corpus constat: & possunt certè in cōmuni ecclesiæ corpore labra, dentes, lingua, ubera, uenter, collum reperiri: atq; uti Paulus ait, etiā partes corporis eæ, quæ esse indecoræ uidentur, plus honoris habent.) iccirco elegans illeformæ spectator & explorator membris singulis, quę toto in corpore ipsi placuerūt, peculiarem quamdam & cōuenientem laudem tribuit. Orditur aūt hæc encomia de membris præcipuis. Quid enim inter membra nostra præstantius est oculis: per quos nimirū lucis sit perceptio, quibus & amica & hostilia agnoscimus, per quos ab alienis nostra secernimus, qui nobis omnium operū magistri sunt & doctores, nobiscumq; nati ac inseparabiles expertis omnium errorum itineris duces, quorū denique situs ipse, collocatorum uidelicet supra reliquorum sensuum organa, præstantiorem in uita nobis usum horum esse demonstrat. Atque hæc qui audiunt, omnino perspicere nullo negotio possunt, ad quæ nam ecclesiæ mēbra hæc oculorum laus pertineat. Erat Samuelus ille uidens, (sic eum appellabat) reuera oculus erat oculus Iezecielus, qui à Deo in specula collocatus erat ob salutem illorū, qui ab ipso custodiebant: erat oculus Micheas ille uidens, & Moses ille spectās, qui quidem eamdē ob caussam etiā Deus appellarus fuit: sunt denique oculi, omnes illi, qui ad populum ducendum ordinati sunt, quos homines illi prisci uidentes nominabant. Itidem hoc tempore quotquot in ecclesiæ corpore locū illorū explent, & ad inspectionē cōstituti sunt: propriè oculorum nomine censentur. Si quidē accuratè solem iusticiæ intuentur, ac nequaq; in operibus tenebricosis cæcutiunt: si ab alieno rectè nostra secernunt, dum agnoscunt id omne à natura nostra alienū esse, quod sub adspectum cadit, & momētaneum est: propriè uerò nostrum, quidquid per spem nobis est propositum, cuius possessio nobis adimi numq; potest. Itaq; ad oculos pertinet agnitio amici nominis & infesti, ut uerū quidē amicū toto corde atq;

*Oculi, mēbrū præstātissimū.*

*Qui nam sint oculi ecclesiæ.*



atq; animi facultate diligamus, odium uerò perfectum aduersus hostem uitæ nostræ exerceamus. Præter hæc quisquis res agendas præscribit, & ea docet, quæ expediunt, & dux est itineris ad Deum: is puri ac sani oculi munere præclare fungitur, dum instar corporeorum oculorum sublimi quadam uiuendi ratione ceteris prælucet. Has ob caussas sponsæ pulcritudinem SERMO ab hac parte prædicare incipit, quum ait: Oculi tui columbæ. Quum enim uideat eos, qui oculorum munere funguntur, innocuos in bono esse: amplexus illorum & simplicitatem & innocentiam in moribus, columbas appellat. Etenim innocens quædam simplicitas columbis peculiaris ac propria est. Vel fortassis etiam huiusmodi quędam laus oculis tribuitur. Nimirum quum imagines rerum omnium, quæ sub adspectum cadunt, puram in pupulam incidentes, uidendi actum absoluant: necesse est prorsus quidquid aliquis intueatur, eius formam ipsum recipere per oculum, exprimentē uisæ rei speciem, sicut in speculo uidemus accidere. Quare quū is, qui munus hoc uidendi consequutus est in ecclesia, nullam ad rem crassam & corpoream respicit: perficitur in eo uita spiritualis, & ab exteris crassisq; rebus aliena. Ea uerò per spiritus sancti gratiam conformatur. Quamobrem laus oculorum perfectissima est, esse horum hominum uitæ speciem conformatam ad columbæ, hoc est, sancti spiritus gratiam. Prædicat autem uterq; oculus, ut totus homo laudis fiat particeps, tum is qui apparet extrinsecus, tum quem mente intelligimus. Etenim illā ob caussam in hac laudatione mentionem facit etiam alterius cuiusdam excellentiæ, quū ait: Præter id quod in te reticetur. Nam uita bona partim hominū oculis exposita est & nota, partim occulta & neminis oratione explicabilis, Deo nimirum solo eā intuente. Quapropter is, qui quod necdum factum est uidet, & abdita perspicit, testimoniū perhibet personæ illi, quæ cōmendatur, amplius esse id quod reticeat, quàm quod extrinsecus appareat, quū ait: Oculi tui columbæ, præter id q̄d in te reticetur. Nimirum id quod tacitè in admirationem uenit, non continetur illo, quod hactenus celebratum est. Ceterùm uia quadā ulterius pulcritudinis encomiū profert, ad comas sermone translato, quū inquit: Coma tua uelut greges caprarū, quæ sunt reuelatæ de Galaad. Primùm autem considerandum est, quæ comæ natura sit: atq; ita deinde laus hæc intelligetur, quæ per comas sponsæ tribuitur. Capillum Paulus capitis muliebris gloriam appellat: & comam pro uelamento mulieri datā ait. Idem uerecundiam & pudicitiam uelamentum mulieres decens esse tradit, his uerbis usus: Quemadmodum decet feminas, quę religiosam erga Deum pietatem policentur, ut cum uerecundia & pudicitia sese ornent. Quibus in uerbis per capillos capitis, quos alit femina, uerecundiam & pudicitiam accipienda esse, Paulus, p sapientia sua significare uoluit. Nec enim conuenit aliam quamdā gloriā statuere in anima, quæ religiosam erga Deum pietatem policeatur, quàm uerecundiam & pudicitiam, comæ appellatione indicatam: qua si careat, dehonestat caput suū, ut idem Apostolus loquitur. Hac de capillis disputatione Paulina considerata, conferēda erit omnino Apostoli sententia cum hac ecclesiæ laude, quę illi uerbis hisce comam prædicātibus tribuitur. Coma tua uelut greges caprarū, quę sunt reuelatæ de Galaad. Nā per hæc uirtuti cōsentanea uiuendi ratio laudatur. Quamq; & hoc addi ad hęc de capillis uerba cōuenit, nimirū comas omnis uitalis sensus expertes esse. Nec em parū hoc auget encomia, q̄ in capillis neq; molestiæ, neq; uoluptatis ullus sensus existat. Corpus quidē ipsum, unde nascunt, si uellicet dolorē percipit: uerùm capillus ipse, neq; si resecetur, neq; si deurat, quidq̄ eorum, quę fiunt, sentit. Carere autē sensu, mortuis est peculiare. Quamobrē quicūq; nihil eorū, quę in hoc mundo magni æstimant, sentit: neq; propter gloriā & honorē fastu quodā elatus, neq; ob iniurias & ignominiā dolens, sed in utroq; horum aduersantium sibi pari quadā ratione semet gerens: is uerò est hæc sponsæ coma tantopere laudata, planè mortui hominis & immobilis ad mūdi negotia speciē præ se ferēs, quocūq; tādem pacto res ipsius cōparatæ sint. Quòd autē capillorum eximia pulcritudo caprarū ad greges de Galaad reuelatos cōparet: de hoc quid accuratè statuēdū sit, equidē

*Quid coma.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Greges Galaad quid.*

adhuc percipere nō potui. Vtimur tamen hac coniectura, quòd quemadmodum de Libani lignis in aurum, argentum, purpuram cōmutatis lecticam sibi rex confecerit: sic præclarus ille pastor, acceptis caprarum gregibus, nouerit caprilia mōtis Galaad in ouilia cōmutare. Atq; hoc exteri montis nomen est, qui gratiam talem reuelat, ut ij qui ex gentibus præclarum illum pastorem sequuti sunt, in ornatu sponsę capillorum nomine censeantur. Et per capillos pudicitiam, & pudorem, & continentiam, & mortificationem corporis intelligi, iam antè declaratum est. Fortassis & Elias aliquid nobis ad hanc caprarum considerationem conferet, qui longo tempore uersatus in monte Galaad, insignia uitæ cōtinentis exempla præbuit: forma squalidus, capillis hirsutus, pro ueste molli pelle capræ tectus. Iraq; omnes, quotquot ad exemplum uatis illius uitam suam instituunt, ornamētum ecclesiæ fiunt, gregatim (qui philosophandi mos hoc tempore in usu esse cepit) uirtutem in conuersatione mutua colentes. Iam quòd de Galaad huiusmodi greges reuelentur, id uerò miraculum ipsum auget: nimirum quòd ex ethnica uita ad cōmentationem ueræ de Deo doctrinæ accesserimus. Nec enim à Sione monte sancto factum est huiusmodi uitæ initium, sed addicta simulacris natio tantopere uitam suam immutauit: ut præclaris uirtutibus sponsæ caput exornet. Secundum hæc in laudando progressus ad dentes sese confert, oris ac labiorum encomijs omissis: id quod minimè relinquendum nobis est non peruestigatum. Cur tandem in hac cōmendatione dentes labijs anteponuntur? Fortassē quis dixerit, in demōstratione pulcritudinis elegantioris etiam oris risum per dentium descriptionē tacitè indicari. Ego uerò respiciens aliò, dentium pulcritudinem alia de caussa laudari prius, quàm os, existimo. Nam laudatis his, ne labrum quidem sine commendatione præterit, quum ait, ipsius labra esse instar funiculi coccinei, & loquelā eius esse elegantem. Quæ nam est igitur hac in parte coniectura mea? Ordo in disciplinis optimus est, primùm doceri, ac deinde loqui. Disciplinas autem qui cibos animi esse dixerit, à uero non aberrabit. Vt autem corporeum alimentum dētibus cōminuendo paramus ita, ut uisceribus nostris idoneum fiat: eodem modo facultas quædam est in animo, quæ doctrinas comminuit, & per quam utilis illi fit doctrina, qui eam recipit. Quapropter eos doctores, qui doctrinas cum iudicio tradunt & partiuntur, quorumq; opera percipi commodè doctrina potest, & utilis est: figuratè dentes hęic appellari dico. Eaq; de caussa prius etiam dentes laudantur, atq; ita deinde labiorum encomium infertur. Nec enim labia sita in loquendo pulcritudine florerent ornata, nisi dentes per studiosam disciplinarum contemplationē labijs hanc ipsam in loquendo gratiam conferrent. Hanc nos caussam proferimus obseruati in his laudationibus ordinis. Nunc tempus fuerit, ut in laudationem ipsam inquiramus: qui fiat, ut dentium pulcritudinē cum tonsis gregibus conferat, quæ recens de lauacro egressæ gemellis fetibus pariter omnes exsultent.

» Verba encomij hæc sunt. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ de lauacro adscē-
» derunt, & omnes habent fetus gemellos, nec; sterilis inter eas ulla est. Iā si ad cor-
» poream huius exempli rationem respiciamus, haud scio quis possit aliquis dicere

*Dentium ad greges comparatio.*

laudari dentes per comparationem institutam ad fecundas greges. Etenim dentū posita laus est in soliditate, & in situ apto atq; elegante: itēq; in eo, ut firmiter à natura æquabili quadam seriei cōcinnitate gingiuis infixi sint. At uerò greges de lauacro cum fetibus gemellis adscēdentes, percq; saltus dispersi, qualē dentium pulcritudinem nobis depingant: non est in procliui perspicere. Nam dentes certa serie consistunt, concinna quadam ratione sibi inuicem contigui: quum greges illi sparsim à se inuicem discedant, passim rarescentes ut necessarium sibi paſtum quęrant. Præterea non conuenit dentem à natura nudum cum hoc animali, quod lanā gerit, comparari. Quapropter inuestigandum nobis est, quis fiat ut encomijs pulcerrimam dentium concinnitatem celebrans, hanc illorum elegantiam cum gregibus gemellos parientibus, quibus detonsæ lanæ sint, quæq; lauacro sordes corporis abluerint, conferat. Quid ergo de his nos indagauimus? Quicumq; diuina mysteria

*Quid per dentes significetur*

*Disciplinæ cibi animi.*



mysteria perspicua quadam enarratione quasi cōminuunt, ut alimētum spirituale facilius accipi à corpore ecclesiæ possit: hi nimirum dentium munere funguntur, & crassum densumq; uerbi panē in os suum sumētes, per considerationē subtiliorem præparant, ut eo uesci cōmodius eorum animi possint, qui panem hunc recipiunt. Verbi gratia, (melius est em per exempla sensum huius loci exhibere) beatus ille Paulus nunc quidē simpliciter ac nullo cum apparatu quasi quoddam rude panis frustum nobis præceptum legis proponit, quū ait: Nō obligabis os boui triturāti. Rursum uerò illud quasi per enarrationem cōminuens, facit ut quid lex uelit, intelligi facilè possit, quum ait: Num de bobus Deus sollicitus est, an omnino propter nos hæc scripta sunt? Atq; huius generis apud eū cōplura sunt alia. Verbi caussa, Habuit Abrahamus filios duos, unum ex ancilla, ex ingenua alterum. Hic panis nondum satis elaboratus & indigestus est. Quo igitur pacto minutas eum in partes secans, facit ut pascendis esculentus fiat? De testamentis duobus hanc historiā accipit, quorum aliud ad seruitutem pariat: aliud à seruitute liberet. Sic idem Paulus legem uniuersam (ne prolixè indicandis singulis inhæreamus) quasi quoddā crassum corpus accipiens, per cōtemplationē cōminuit, dum eā spiritualē ex corporea facit. Equidē scio, inquit, legē spiritualē esse. Quod igitur in Paulo animaduertimus, eum ecclesiæ dentium esse loco, dum perspicuitatē dogmatum tenuiorē efficit: idem de quouis ad imitationē eius sacra mysteria nobis illustrāte dicamus. Suntq; adeò dentes ecclesiæ, qui rude diuinorum oraculorum pabulum nobis cōminuunt ac ruminant. Et uerò quemadmodum uitā eorum, qui præclarum inspectionis opus expetunt, diuinus ille Apostolus depingit, singillatim exponēs qualem esse conueniat eum, qui sacerdotij munus in se recipiat, quòd inter cetera docendi quoq; gratia præditus esse debeat: ita hoc loco eos, qui dētium munere ut in ecclesia funganē ordinari sunt, uult ipse SERMO primùm tōsos esse, hoc est, nudos ab omni externarū rerū onere. Deinde uult eos per lauacrū cōsciētię ab omni carnis ac spiritus inquinatione puros esse. Præterea uult ut perpetuo quodam profectu semper adscendāt, ac numq; partē in contrariā, nimirum in barathrum demergātur. Ante omnia uerò uult ut duplici bonarū rerū fetura in omni uirtutis genere exsultēt, inq; nullo rerū præclararū studio sint infecūdi. Et duplex illa fetura quasi quodam in ænigmate significat, debere nos utraq; nostri parte præstare: ita ut eiusmodi dentes gemellos pariant, animo quidē statum expertem perturbationum & uitiorum: corporea uerò uita, speciē quamdā honestā & decentē edentes. Secundum hæc pergit ad laudanda conuenienti encomio labia, quorum pulcritudinem cum funiculo cocco tincto cōfert. Subijcit etiam statim interpretationē, quū funiculum illum uocat loquelā elegantē. Et in ijs quæ hactenus dicta sunt, cōsideraui-
» mus quo pacto dentiū adminiculo labiorū uenustas ornet. Nā dentiū, hoc est, do-
» ctorum institutione fit, ut os ecclesiæ loquat. Propterea dētes primum raduntē &
» abluuntē, nec; steriles sunt, sed gemellos gignunt: atq; tum demū labra specie qua-
» dā coccinea ornata cōspiciuntē, quū uniuersa ecclesia ratione cōsensus sit labrum
» unū, & una uox. Atq; hāc pulcritudinem duplici quodā modo demōstrat. Nō em
» tantum simpliciter ait labia funiculū esse, sed adiecit etiā elegantissimi coloris flo-
» rem: ut utraq; ratione os ecclesiæ cohonestet, tū q; funiculo sit simile, tū q; cocci-
» neo: ēd utrūq; modo quodā peculiari est intelligēdum. Nā per funiculū docet ec-
» clesia de cōsensu animorū, debere uniuersam esse funiculū unum, unāq; cathenā di-
» uersis ex sentētijs connexā. Quòd autē is coccineus sit, p hoc docet, ut ad sanguinē quo redemti sumus, respiciamus: ac semper in ore feramus cōfessionē eius, qui nos sanguine suo coemit. Nā horū utroq; decus labiorū ecclesiæ absoluit, quum et fides cōfessioni prælucet, & dilectio cū fide copulatur. Quòd si quadā quasi finitione cōprehendendū est hoc exemplū, sic definiemus id ēd dictū est. Funiculus coccineus est fides, per dilectionem efficaciter sese declarans: ut fides coccineum colorem significet, dilectio funiculum interpretetur. Atque his rebus ornata esse sponsæ labia ueritas ipsa testatur. Elegans autem loquela considerationē subtiliori uel interpretatione peculiari nō eget. Nam Apostolus ipse hoc ante nos expli-

*Labiorū laus.*

*Concordia, labiorum ecclesiæ ornatus.*

*Funiculus qd.*

*Coccineus color.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



cauit, nimirum elegantem hanc loquelam esse uerbum fidei quod prædicamus.
» Ait enim: Si confessus fueris ore tuo Dominum esse Iesum, & credideris in corde
» tuo, quòd Deus eum ex mortuis suscitauerit, seruaberis. Nam corde creditur ad iu
» sticiam, ore fit confessio ad salutem. Hæc est elegans illa loquela, qua eccleſiæ la-
bia instar illius coccinei funiculi decenter ornantur. Post oris elegantiam sponsus
*Malæ quid.* etiam ex genarum rubore delectationem capit. Atq; hanc faciei partem μῆλον, hoc
est pomum per uocis abusum appellare consueuimus. Atq; hoc genarum malum
comparat cum cortice mali punici, hoc quodam modo laudem eius depingens:
» Malæ tuæ instar corticis mali punici, præter id quod in te reticetur. Laudari autē
ab eo pudorem, cuius ex serie rerum hactenus à nobis consideratarum æstimatu
facile est. Etenim ipse SERMO formam ecclesiæ hactenus quasi quodam corpore
complexus, ac uirtutes singulas conueniente quadam ratione in picturam pulcri-
tudinis faciei distribuens: nunc per ruborem in genis insignem, pudicitiam pere-
*Malli punicii.* modè laudat, ornatam uerecundia, idq; in mali punici ænigmate. Nam fructus hic
constringit, ac specie ipsa pascit, etiamsi quis eo non uescatur. Propterea belle ac
propriè ad indicandam pudicitiæ præstantiam in hac consideratione sumitur.
Quemadmodum enim uis constringendi in cortice mali punici tum nutrit, tum
conseruat fructus eo contenti suauitatem: sic dura, continens, macie confecta u-
ra bonorum pudicitiæ custos est. Atque hoc loco dupliciter etiam hæc uirtus lau-
datur, tum per ea quæ palàm conspiciuntur in uita decente ac honesta: tum per il-
la, quæ animus uitiorum expers præclarè facit, quorum laus (ut Apostolus ait)
» non ab hominibus, sed à Deo est. Nam lucens in ijs, quæ agimus, uerecundia pe-
culiarem quidem illa laudem ex ijs, quæ palàm conspicua sunt, habet: sed nihilo-
minus inter tacita & occulta miracula non continetur, quæ ab oculo illo solo con
spiciuntur, qui ad occulta cernendo penetrat. Per ea uerò, quæ sequuntur, disser-
mus quidquid à sanctis & à Deo gubernatis hominibus factum fit, typum quen-
dam ac doctrinam esse de ijs, quæ ex præscripto uirtutis præclarè fiunt. Nimirum
nuptiæ, coloniarum deductiones, bella, ædificiorum structuræ, huiusmodi u-
mnia certa quadam ratione expressa sunt tamquam typus utiles commonefactio-
nes pro illis continens, qui deinceps uicturi essent. Etenim hęc (ut alicubi dicitur)
» scripta sunt ad commonefaciendos nos, in quos sæculorum fines inciderunt. Bel-
» lum aduersus exteros monet ut contra uitia fortiter nosmet geramus. Studium
coniugij per quædam quasi ænigmata nobis uirtutum cohabitationem denotat.
Eodem modo & coloniæ monent uitam uirtuti consentaneam ulterius quasi pro-
pagandam esse. Studia uerò impensa structuris ædificiorum hortantur, ut ædium
nostrarum per uirtutem exstructarum curam geramus. Hac de causa mihi qui-
*Turris Dauidis.* dem uidetur illustris ea turris, ad quam Dauides ad profectum ecclesiæ respici-
ens, exuuias spoliorum adfixit, quasi quidam typus esse splendoris eorum, quæ
uirtutis ad præscriptum instituta studioſe geruntur. Habuit illa in sublime ten-
dens speciem quamdam excellentem montium uertices, & illo tempore ad spo-
liorum custodiam idonea putabatur, quæcumque rex, nationibus exteris subac-
tis, unà cum reliquis opibus pro lucro sibi debito sumebat. Itaque per sapientiam
suam rex Solomon ostendit, quò respiciens Dauides præclarum consilium uitæ
hominum per turris illius exstructionem proposuerit. Nimirum elegantiam sin-
gulorum in corpore ecclesiæ membrorum per comparationem ad aliquid lauda-
turus: sic ordine iam poscente turris huius mentionem facit, ut deberet quales
esse debeant, qui colli locum in populo Dei obtinent. Ea uerò appellatur Dauī-
*Thalpioth q̄d.* dis turris, & de propugnaculis etiam agnosci potest. Nam Thalpioth appellan-
» tur propugnaculæ. Verba quidem ipsa huiusmodi sunt: Vt turris Dauidis collum
» tuum, quæ in Thalpioth exstructa est. Mille clypei pendent ab ea, uniuersa iacula
ualentū. Atq; huius turris externa structura partim ex eo uenit in admirationē, q̄
sit Dauidis regis opus: partim q̄ celebri loco sita sit, quodq; arma sint ei adfixa, ni-
mirum clypei & iacula, quorum multitudinem numerus millenarius demonstrat.

Nobis



Nobis propositum est, ut consideremus ium diuinorum uerborum, quí uidelicet
hat, ut ad turrim hanc illa pars ecclesiæ comparetur, cui colli appellatio tribuitur. *Cur collum cũ turri Dauidis conferatur.*
Ac primùm adeò indagandum est, quæ pars corporis nostri uoce colli appelle-
tur: deinde uocem ipsam ad membrum illud ecclesiæ accõmodabimus. Pars igit
ea corporis, quæ suas quasi radices habet, inter ipsos humeros, & caput sustinet, *Colli descri-*
eiq; superincumbenti basis loco est, collum appellatur: cuius postica pars ossibus *ptio.*
sulcatur, anterior ossa nulla complectitur. Horum autem ossium natura non, ut in
cubito, uel tibia, continua est, minimeq; interrupta: sed multipliciter diuisis ossi-
bus spondylorum siue uerticillorum instar, per neruos, musculos, ligamenta pas-
sim adnata, inter se connectuntur, atque etiam per illam medullam, quæ instar si- *Medulla uerti-*
stulæ per ipsa hæc ossa penetrat, & quam complexa pellicula cum cerebrum am- *cillorum.*
bientibus membranis, ea uerò quod continetur, ipsi cum cerebro unitur. Par-
te autem antica collum arteriam continet, quæ receptaculum spiritus eius est,
qui extrinsecus in nos immissus influit, per quem ignis qui corde continetur,
ad effectionem suam naturalem excitatur. Continet etiam nutrimenti quasdam
quasi portas, per guttur ac laryngem quidquid per os ingeritur ad cauitatem re-
cipiendis his destinatam uehens. Præter hæc habet collum supra membra cetera
eximium quiddam. Nam in arteriæ parte superiore uocis est officina, in qua uni- *Vocis officina.*
uersa instrumenta uoci formandæ idonea præparata sunt, per quæ sonus editur,
arteria ui spiritus extimo prodeuntis undiq; agitata. Posteaquàm in hunc mo-
dum membrum hoc corporis descripsimus, facile fuerit ex ijs, quæ hetc consider-
auimus, etiam quod ecclesiasticí corporis collum sit animaduertere, quod ob ef-
fectiones continiles recte hoc nomen obtineat, ut collum appelletur, & cum Da
uidis turre conferatur. Primò, quod primum est, si quis uerum uniuersi caput ge-
stat, (illud inquam caput, quod Christus est, & quo corpus uniuersum apissimè
connexum cohæret) is proprie nomen hoc habet. Præterea si eum spiritum reci-
pere potest, qui cor nostrum calefaciendo flammeum reddit, & si sonora uoce
SERMONI seruit. Nec enim aliam ob causam Deus uocem humanam in natu-
ra nostra fabricatus est, quam ut sermonis sit instrumentum, articulatè cordis mo-
tus exprimens. Debet etiam collum hoc facultatem alticem habere, hoc est, do-
ctrinam: per quam toti ecclesiæ corpori uires suæ conseruantur. Semper enim ad-
fluente nutrimento manet corpus in essentia sua: quod si deficiat, interit ac cor-
rumpitur. Præterea imitari debet collocationem ac situm uerticillorum ualde con
cinnū, idq; in eo, ut ex singulis in populo Dei per uinculum pacis quasi unū quod
dam membrum efficiat, quod flecti & erigi possit, ac utrumq; ad latus agiliter con
uerti. Eiusmodi collum Paulus erat, & si quis alius ad imitationem illius uitā suam *Pauli exēplū.*
præclarè instituit. Portauit enim ille nomen Domini, quū esset Dño instrumentū
electum: eaq; ratione factum, ut accuratè cum capite huius uniuersi cohæreret, ita
ut quidquid tamdem loqueretur, non ipse amplius esset is, qui loquebatur: sed à ca
pite proficisceretur oratio, quemadmodum Corinthijs Christum in se loquentem
ostēdit. Vsq; adeò uocalis & sonora erat ipsius arteria, per spiritum sanctum uerī-
tatis sermonem articulatè proferens. Vsq; adeò guttur eius semper diuinorum o-
raculorum dulcitudine rigabatur, quod quidē ex se deinde totū corpus doctrinis
illis uitam largiētibus nutriebat. Quòd si etiam in eo uerticillorū munus requiris,
quis ad eum modum omnes in unum corpus cōpegit per pacis ac dilectionis uin
culum? Quis ita docuit flectēdum esse collum in eo, ut cū humilibus uersemur, ac
rursus erigendum, ut supera nobis cordi sint? ad latera deniq; ut respiciamus ma-
gna cū motus & cōuersionis agilitate, quo à uarijs mali illius genij cōpendijs de-
flectamus, nosq; in tuto collocemus. Tale uidelicet collū reuera exstructum est à
Dauide, per quem intelligere debes regem illum, qui regis est pater: quiq; rerum
inirio condidit hominem ut turris esset, nō humi quiddam abiectum, & gratia sua
rursus eum instaurauit, communitum multis illis clypeis, ut iā non amplius ab ho-
stibus adeò facilè inuadi possit. Etenim suspēsi ad eū clypei nō in terra defixi iacēt,

sed eir-

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed circum eum in aera sublati conspiciuntur, unaq; cum hisce clypeis iacula ualentum hostibus metum incutiunt, ita ut prorsus contra turrim hanc excursiones instituere non audeant. Et arbitror equidem significari nobis per hãc clypeorum multitudinem angelorum custodiam, quæ turrim eiusmodi undiq; cingat. Ac iaculorum mentio nobis hanc esse sententiam ostendit. Non enim simpliciter dixit iacula, sed adiectione ualentum intelligere se illos declarat, qui pro nobis prælientur. Adeoq; conuenit hoc, quod heic dicitur, cum illo Psalmi dicto: Castra muniet angelus Dei undiq; circum timentes eum, ac liberabit ipsos. Numerus autem millenarius non accuratè mihi decies heic centena significare uidetur: sed sumtus esse ad declarandam multitudinem. Est em̃ sacris litteris familiare, ut per hunc numerũ abusu quodam uocis magnam multitudinem designet: sicut de Dauidis intelligi uerbis potest, qui pro magna multitudine posuit lærantium chiliades: item, supra chiliadas auri & argenti. Atq; hoc modo iam collum, quod in humeris suas quasi rãdices habet, quid sit considerauimus. Humeros intelligimus, quibus efficacter agendi studia incumbunt, & quibus brachia nostra salutem suam operantur. Profectum uerò animi in sublime contendentis diuinis in rebus facilè perspicere potest, qui prudenter eorum seriei, quæ dicuntur, inhæret. Primùm satis erat sponsæ, quòd illi equæ compararetur, quæ tyrannum Aegyptium deuicit: quodq; similitudo colli ipsius ad cathenulas quadraret. Nunc uerò quantã ei perfectionem in bono tribuit, quum non cathenulis quibusdam collaribus pulcritudinẽ colli adæmilat: sed ob magnitudinẽ turrim appellat: & quidem illam turrim, quam admirabilem reddit atq; etiã longo interuallo distantibus spectabilẽ, nõ solùm structura exquisita, qua summã in altitudinẽ educta est: sed ipse quoq; loci situs, quo à natura supra uicinas partes eminet. Quãdo igit̃ regis opus est turris hæc, tãq; ad sublimem statum illum peruenientum nimirum declaratur esse uerum, quod Dominus ait, non posse urbẽ in mõte sitã abscõdi. Quibus in uerbis, p urbe turrim intellige. Nunc tempus postulat, ut etiã duos illos hinnulos capreæ cõsideremus, qui circa cor spõsæ degunt, & heic, ꝓpterea mamillæ uocantur, (sic enim inquit: Duæ mamillæ tuæ tamquam duo hinnuli gemelli capreæ, qui pascunt̃ in liliis) quòd inter eas loco medio cor situm sit: quorum itẽ hinnulorũ pastus est, nõ fœnũ, non spinę, sed lilia: quę omni pastus tẽpore florẽ suũ ꝓducunt, neq; certo quidẽ tẽpore florẽt, alio uerò marcescunt: sed sufficiens nutrimentũ hinnulis hisce suppeditant, donec umbræ erroris, quẽ in hac uita sequimur, nõ amplius rerũ potient̃: sed luce iã ubiq; diffusa cuncta illustrata erunt per eũ diẽ, qui lumen quò uult dissipat. Sunt em̃ hæc uerba: Donec perflet dies, & umbræ motæ fuerint. Nosti autem omnino uel ipso ex Euangelio, spiritum sanctum esse, qui spirando quò uelit, lucem in eis excitet, quotquot intelligũt unde ueniat, & quò uadat. Qua de re iã heic in hunc modum dicitur: Duæ mamillæ tuæ tamquam duo hinnuli gemelli capreæ, qui pascuntur in liliis, donec perflet dies, & umbræ motæ fuerint. Appellari autem diei nomine spiritum sanctum spirãtem in ijs lucem, in quibus exstiterit: neminem mente præditum dubitare arbitror. Nam si lucis, atque etiam diei filij fiunt, qui per spiritum generantur: quid aliud de spiritu sancto statuemus, quàm quòd lux sit ac dies, cuius flatus uim propellendi uanitatis umbras habeat? Est enim omnino necesse, ut posteaquàm sol apparuerit, umbræ non maneant: sed abscedant, seq; loco moueant. Mysterium uerò de duobus hinnulis capreæ rectè atque ordine hoc loco perueſtigabimus. Eorum ortus gemellus est, alimentum lilia, locus pastus solum bonum ac pingue, nimirum cor ipsum, secundum id quod à Domino in parabola quadam traditur. Nam in corde pascentes, & cogitationes puras quasi quosdam flores ex eo legentes, pinguescunt. Flos autem lilij duplicem à natura gratiam obtinet, commista nimirum fragrantia cum coloris uenustate, ita ut utraque de caussa sit decerpentibus amabilis: siue odoratui eum admouerint, siue oculis uoluptatem ex ipsius elegantia perceperint. Nam odoratus quidem Christi fragrantia repletur, per speciem uerò puritas macularum expers significatur.

*Quid clypei et iacula potẽtiũ.*

*Numerus millenarius.*

*Humeri.*

*Hinnuli qui et ubera.*

*Spiritus sanctus lux et dies.*

*Lilij flos.*

Ac fortasse



Ac fortasse iam per ea, quæ diximus, uerba hæc illustrata sunt: quòd quum duo uidelicet in hominibus singulis esse animaduertantur, quorum alterum sit corporeum & sub oculos cadens, alterum mente intelligatur ac cerni nequeat: ortus utriusq; sit geminus, quamquam eodem tempore in hanc uitam ueniant. Nec enim animus ante corpus existit, neq; ante animum corpus præparatur: sed eodem tempore in uita esse incipiunt. Nutrimentum autem horum naturale quidem est puritas, fragrantia & alia eius generis omnia, quorum fecundę sunt & fertiles uirtutes: uerùm nonnumquam uenenum aliquibus alimenti loco est, qui non flores uirtutum depascunt, sed spinis ac tribulis delectantur. Sic enim audimus in euangelica similitudine peccata appellari, quorũ perniciosum germen insidiæ serpentis procrearunt. Quando igitur oculis opus est dijudicandi ui præditis, qui accurate spinas a lilio secernere possint, ac salutare quod sit eligere, reiectis perniciosis: rectè is, qui ad exemplum magni illius Pauli est pueris mamillæ loco, recensq; natos infantes ecclesiæ lacte nutrit, mamillarum duernio sibi inuicem adnatarum appellatur, quæ quidem hinnulis capreæ similes sint. Atq; huic membro ecclesiæ planè solidam laudem tribuit, quòd utraq; ratione felix sit in purorum liliorũ pastu, partim quòd acutum cernat, ac spinas à nutrimento separet: partim quòd circa facultatem animi principem pascatur, cuius symbolum cor est, à quo uberibus alimentum suppeditatur. Est & alia laus, quòd gratiam hanc in sese non conclusam retineat: sed indigentibus uerbo mamillam præbeat, quemadmodum nutrix liberos suos fouet, sicut & loquitur & reipsa fecit is, de quo diximus, apostolus. Hactenus SERMO commendatis laudatisq; membris ecclesiæ, deinceps uniuersum corpus eius encomio celebrabit, quum per mortem aboleuerit eum, penes quem mortis est imperium, seq; in suam diuinitatis gloriam restituerit, quam rerum obtinebat initio, prius quàm mundus existeret. Postq; enim dixit, Abibo sponte mea in mõtem myrrhæ, & in collem thuris: per myrrham passione, per thus diuinitatis gloria denotata: subiecit, Tota pulcra es proxima mea, & macula in te nulla est: docens ijs uerbis primùm, neminem esse, qui animam eius eripiat ipsi, sed habere ipsum potestatem ponendi eam, rursumq; sumendi, euntem sponte sua in montem myrrhæ, mortemq; pro peccatoribus perferentem, non quòd ita mererentur opera nostra, ne quis se iactitet, sed ex ipsius merè peculiari gratia. Deinde, quòd humana natura non possit à macula repurgari, nisi agnus is, qui peccatum mundi tollit, scelus omne per seipsum aboleat. Quapropter is qui dixit, Tota pulcra es proxima mea, & macula in te nulla est: ac deinde mysterium passionis per ænigma de myrrha subiecit, thuris deniq; mentionem fecit, quo diuinitas ipsius significatur: hoc docere nos uult, eum uidelicet qui cũ ipso myrrhæ factus sit particeps, omnino thuris etiam participem futurum. Nam qui unà paritur, omnino etiam in societatem gloriæ uenit: qui uerò semel diuinam gloriam cõsequutus est, totus sit pulcer, liberatus ab omni macula, quæ pulcritudini contraria est: à qua nos etiam per illum liberemur, qui pro nobis tum passus est, tum resuscitatus, cui gloria & imperium sæculis infinitis. Amen.

*Myrrha & thus.*

*Christi meritũ*

## IN CANTICVM CANTICORVM

### ORATIO OCTAVA.

*Desto de Libano, sponsa, adesto de Libano. Ibis ac pertransibis ab inítio fidei, à capite Sanir & Hermon, à cubilibus leonum, à montibus pardorum. Indidisti nobis cor soror nostra sponsa, cor nobis indidisti uno ex oculis tuis, in una, in inserto colli tui.*

### EXPLANATIO.

MAgnus ille Apostolus, qui uisa eximia Corinthijs recensuit, etiam in dubio uersari se dicens, corpus ne fuerit an mens id temporis, quum in paradiso

arcanis

Universidad de Deusto
Biblioteca



arcanis illis mysterijs initiaretur: palàm profitetur, necdum se sibi earum rerũ perceptionem tribuere, sed adhuc ulterius progredi, mandantem obliuioni ea, quæ iã antè confecerit. Qua re nobis indicare uoluit, quòd etiam post tertium illud cælum, ipsi soli cognitum, (nec enim de hoc quidquam in libro de Mundi origine Moses narrauit) & post ineffabilem illam mysteriorum paradisi auditionem, nihilominus ulterius pergat, neq; adscẽdere desinat, haudquaquam id bonũ, quod iam percepisset, cupiditatis suæ metam faciens. Atq; equidem doceri per hæc nos arbitror, in beata illa bonorum natura multum esse, quod semper inueniatur: atq; etiã id quod ulterius supra nos positum sit, infinitis modis amplius esse illo, quod quolibet tempore percipimus. Numquam non hoc nobis usuuenit in harum rerũ fruitione, & quidem per omnem sæculorum æternitatem, ut perpetuò per maiora fiat accessio & incrementum aliquod. Qui enim purus est corde, secundum illam minimè falsam Domini vocem, semper Deum intuetur: pro ratione uirium suarũ, & quantum capere potest, tantum consideratione sua percipiens. Diuinitatis quidem certè natura nullis descripta finibus, & incomprehensilis, supra omnem perceptionem numquam non posita manet. Cuius eũ maiestas gloriæ finẽ nõ habet, quemadmodum uates ille testatur: id semper eodem modo adsectum est, & in eadem sublimitate perpetuò spectatur. Quemadmodũ & magnus ille Dauides, qui corde suo ingentes progressus in adscendendo instituerat, ac semper à uiribus ad uires ampliores contendebat, hoc ipsum ait, exclamans ad Deũ, Tu uerò Domine æternùm altissimus es: nimirum hoc significare uolens per hanc uocẽ, mea quidẽ sententia: Quisquis ad te cursu contendit in omni æternitate sæculi numquã finiendi, sit semper quidem ille seipso maior ac sublimior, quippe qui numquã nõ gradibus quibusdam bonorum confectis certa ratione proficiat: tu ramen idem es, & æternùm altissimus manes, neq; umquam humilior adscendentibus uideri potes, propterea quòd æquali ratione semper superior sis & sublimior eorũ uiribus, qui in altum contendunt. Hæc nos de natura bonorum ineffabiliũ docere apostolum statuimus, quũ ait bonũ hoc illud esse, quod oculus nõ uidit, etiãsi perpetuò illud intueatur, (nõ eñ quantum sit uidet, sed quantum oculi facultas capere potest) & quod quantum sit auris non audiuit, etiamsi numquã audire desinat: quod denique hominis in cor nõ adscendit, tametsi semper homo corde purus quantũ potest intueatur. Etenim id, quod percipitur quouis tempore, maius quidem est omnibus illis, quæ antè percepta erant: non tamen in se quibusdam quasi terminis includit id, quod quæritur, sed finis eius quod inuẽtum est, fit adscẽdentibus initium ad inuẽtionem sublimiorum. Neq; subsistit umquã is, qui in altum pergit, quũ ex principio principium aliud accipiat: neq; finis ullus est incoandi maiora. Non eñ ullo tempore cupiditas sursum cõtendẽtis subsistit in rebus semel cognitis, sed rursum per aliã cupiditatẽ maiorem, ad aliam itidem positam altius progrediẽs ordine animus, per superiora semper ad id quod infinitum est incedit. His in hunc modum à nobis definitis, tempus fuerit ut cõsiderationẽ diuinorum oraculorum in medio proponamus: Adesto de Libano, sponsa, adesto de Libano. Ibis ac pertransibis ab initio fidei, à capite Sanir & Hermon, à cubilibus leonum, à montibus pardorum. Quid in his animaduertimus? Semper fons ille bonorum ad se sitientes attrahit, quemadmodũ in euangelio fons ipse loquitur: Si quis sitit, ad me ueniat ac bibat. Quibus in uerbis neq; siti, neq; cupiditati pergenti ad ipsum, neq; uoluptati fruitionis in bibendo modum ullum statuit: sed imperandi modo, quo in hoc mãdato utitur, hortatur ut perpetuò sitiamus, bibamus, ad ipsum contendendi desiderio teneamur. Quòd si qui gustauerint, & edocti experiẽtia fuerint, benignũ esse Dominum: his ipse gustatus est stimuli loco, ut fructum ampliorem percipiant. Propterea numquam adscendenti deest exhortatio, qua semper ad maiora pertrahat. Reuocemus eñ nobis in memoriã exhortationẽs eas, quas hactenus sæpenumerò ad sponsam ipse SERMO instituit: Accede, inquit, proxima mea. Et rursum: Adesto columba mea. Item, Ades sub tecto saxi. Cuiusmodi uoces exhortatorias etiam aliàs,

*In æternum homine proficere*



aliàs, quæq; maiorum excitare desiderium possint, posteaquàm SERMO ad animam usurpauit, & adscẽdenti ad se testimonium perhibuit, quòd omnino nulla in parte maculis deformata sit, inquiens: Pulcra es, & macula in te nulla est: ne, propter hoc testimonium stulto fastu elata in progressu ad altiora impediatur: rursum uoce hac exhortatoria eã ad desiderium superiorum excitat, quũ ait: Adesto de Libano sponsa. Quibus in uerbis huiusmodi quiddam dicitur. Præclarè hactenus me sequuta es. Venisti mecum in montẽ myrrhæ: quippe quæ mecum sepulta fueris per baptismum in mortẽ. Adscendisti etiã mecum in collem thuris: quippe quæ relurrexeris mecum, & exaltata sis in societate diuinitatis, quę per thuris uocem denotatur. Conscende mecum de his alios etiã in montes, proficiens ac sublimior euadens per cognitionẽ. Adesto igitur, inquit, de Libano non iam amplius mihi desponsata, sed sponsa. Nec enim fieri potest, ut mecum quis uiuat, qui non immutatus sit per myrrhã mortis ad diuinitatẽ thuris. Quare quũ ad hanc sublimitatẽ perueneris, ne subsistas in adscendẽdo, quasi iam perfectionem adsequuta sis. Etenim thus tibi hoc sit initium fidei, cuius particeps facta es per resurrectionẽ: atq; idem initium tibi sit progressus ad bona sublimiora. Itaq; ab hoc principio, quod est fides, ibis ac pertransibis, hoc est, etiam nunc progredieris, neq; umquam per huiusmodi gradus pergere desines. Sunt autẽ hęc uerba: Ibis ac pertransibis ab initio fidei, à capite Sanir & Hermon. Quibus uerbis generationis eius, quæ de supernis cõtingit, mysterium nobis indicat. Nam ex his locis effundi aiunt Iordani fontes, supra quos hic mons situs est, diuisus in uertices duos, quibus hæc indita sunt nomina, Sanir & Hermon. Quum autem orta de fontibus hisce aqua principium nobis exstiterit transmutationis in naturã diuiniorẽ, iccirco audit iã arcessentẽ ipsam ad se his uerbis: Adesto de Libano, ac de initio fidei, deq; capite horum montium, unde tibi sunt mysterij fontes. Et peridonee leonum etiam pardorumq; mentionẽ fecit, ut per adiectionem rerum molestarum ac tristium uoluptatẽ lætitia fruentũ suauiorem efficiat. Quia enim homo diuina specie aliquando deposita, instar naturæ carentis ratione obbrutuit, pardus ac leo factus ob praua studia: (nam qui à leone attractus est, insidias in spelunca sua struente, quemadmodum uates ille loquitur, & per laqueum ipsius elit humiliatus: in naturam eius transformatur, postquam natura belluæ huius rerum potita est. Similes enim, ait, fiant eis qui faciunt ea, & omnes qui fiduciam in eis collocarunt. Eodem modo etiã pardus fit, qui uitæ maculis quasi quibusdam notis animum inurit.) quia igitẽ erat aliquãdo humana natura talis, quo tẽpore per simulacrorũ cultũ, & fraudẽ Iudaicã, & multiplicẽ peccatorum uitiositatẽ mirificis erroribus agitabatur: uerùm deinde per Iordanũ, per myrrham, per thus ad eam sublimitatem peruenit, ut iã apud ipsum Deum in sublimi uersetur: iccirco lętitia ob bona præsentia amplificatur à SERMONE, qui per adiectionem tristium, quæcumq; olim acciderunt, ostendit quo loco fuerit anima ante thus, & initium hoc fidei, patefactaq; nobis in Iordano mysteria. Nam ut uita pacifica iucundior esse post bellum solet, quum exhilaratur p narrationes quasdam tristes: utq; ualetudinis bonum suauius adficit corporis nostri sensuũ organa, si natura ex alicuius morbi molestia ad sese redeat: eodem modo bonus hic spõsus dum augere lætitiã animæ ad ipsum adscẽdentis instituit, nõ modò pulcritudinẽ suã demõstrat spõsæ: sed etiã belluarũ speciẽ maximè horrendã ei reuocat in memoriã, ut maiorẽ ex bonis præsentibus uoluptatẽ capiat, deq; hac adiectione discat, qualia eũ qualibus cõmutarit. Fortassis & aliud quoddam bonum à prouidentia Dei per hæc spõsæ paratur. Quia eñ uult nos SERMO, qui mutabiles à natura sumus, nõ ad uitium mutatione facta delabi, sed per profectum in melius hac ipsa mutabilitate adiutrice uti ad sublimiora, ita ut ipsa mutabilitas naturæ nostræ quamdam in nobis immutabilitatem ad nulla uitia deflectentem efficiat: iccirco hęc quasi quemdam pædagogum & custodem nobis producit, nẽ mutabiles ad malum simus, nimirum mentionem belluarum, quæ aliquando imperium in nos obtinuerint: ut auersando mala consequamur immobilem quamdam in bonis

*Fõtes Iordanĩ.*

*Sanir & Hermon.*

*Leones & Pardi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



immutabilitatem, nō subsistentes in conuersione ad meliora, neq; mutati in peius.

*Discessus de Libano.*

Propterea mandat etiam, ut de Libano sponsa discedat, eamq; de leonum spelunca commonefacit, in qua prius uersata fuerit, & pardorum montes in medium adsert, in quibus illa diu uixerit, quo tempore uitam inter feras bestias ageret. Enimuerō quum uox SERMONIS semper sit uox efficax, quemadmodū in prima rerum creatione unà cum mandato lux effulsit, rursumq; cum uerbo imperante firmamentum exstitit, eodemq; modo creata cetera unà cum sermone illo rerum cōditore prodierunt: iccirco nunc quoq; posteaquàm SERMO animam effectā meliorem ad se uenire iussit, sine ullo temporis interuallo per mandatum hoc uiribus aucta fit talis, qualem esse uolebat sponsus, nimirum commutatam in speciem diuiniorem, & è gloria in qua erat, ad sublimiorem gloriam bona mutatione facta transformatam: ita ut admirentur eam cœtus angelici SERMONEM cingentes, & omnes cum indicatione laudis uocem hanc admirationis plenam emittant:

» Indidisti nobis cor soror nostra sponsa, cor nobis indidisti. Nimirum character sine uitiorum expertis consimiliter & in ipsa, & in angelis lucens, ducit eam ad cognationem fraternitatemq; naturarum incorporearum, quum in carne hoc cōsequuta sit, ut à uitijs libera iam & immunis existat. Propterea uerbis ad eam his utuntur: Indidisti nobis cor soror nostra sponsa. Quarum appellationum utraque

*Sororis et sponsæ uocet.*

meritò cohonestaris a nobis, quæ soror quidem nostra sis, ob cognationem expertis uitiorum condicionem: sponsa uerò, propter coniunctionem cum SERMONE tuam. Ceterùm uerbi ἐκαρδίωσας (hoc est, cor nobis indidisti) significatum eiusmodi arbitramur esse, quale sit uerbi ἐνέχωσας, hoc est, animam indidisti: quasi si dicerent ad eam, cor nobis imposuisti. Perspicuitatis autem gratia, ut illustrius nobis reddatur id, quod hoc dicitur: diuinum illum Apostolum ad horum

*Paulus enarrator huius loci.*

mysteriorum interpretationem adsumemus. Ait enim is alicubi suis in commentarijs ad Ephesios scribens, ubi magnum illud consilium diuinæ patefactionis in carne factæ nobis commemorat: non modò naturam humanam per eam gratiam de diuinis mysterijs edoctam esse, sed etiam imperijs illis ac potestatibus, quæ supra cælos existunt, innotuisse multipliciter uariam Dei sapientiam, per Christi ad-

*Angeli ex incarnatiōe Christi sapientiam Dei discunt.*

ministrationem inter homines patefactam. Verba sunt huiusmodi: Vt innotescat nunc imperijs & potestatibus, quæ supra cælos existunt, per ecclesiam multipliciter uaria sapientia Dei secundum propositum æternum, quod constituit longe antè in Christo Iesu Domino nostro, in quo habemus libertatem, & aditum in fiducia, per fidem ipsius. Reuera enim per ecclesiam potestatibus illis supra mundum hunc positis innotescit multiformis Dei sapientia, quæ per res cōtrarias multo maximè admiranda quædam miracula perfecit. Quo nam enim pacto uita per mortem orta est? per peccatum iustitia? per exsecrationem benedictio? gloria per ignominiam? per imbecillitatem uis? Etenim superioribus temporibus potestates illæ supra mundum hunc positæ solam illam simplicem ac uniformem Dei

*Angeli per ecclesiam eruditiuntur.*

*Miracula simplicis Dei sapientiæ.*

sapientiam norant, conueniente quadam ratione miracula rerum in natura persicientem, (neq; enim quidquam uarium erat in ijs, quæ sub adspectum cadunt) in eo nimirum, quòd uox diuina uis efficax esset, omniaq; creata potestate sua conderet, solo uoluntatis motu naturam uniuersitatis rerum in ortum producens, quodq; cuncta faceret ualde bona, quæcumq; à boni fonte promanabant. At de

*Miracula uariæ Dei sapientiæ.*

specie illa sapientiæ uariæ, quæ ex rerum sibi aduersantium nexu constat, nunc per ecclesiam clarissimè sunt edoctæ: qui nimirum SERMO caro fiat: qui uita cum morte misceatur: quo pacto uibice propria uulnus nostrum sanet: qui per imbecillitatem crucis potentiam aduersarij sternat: qui patefiat in carne quod cerni nō poterat: quo pacto captiuos redimat ita, ut ipse tum emtor sit, tum pretium fiat. Etenim seipsum morti pro redemtionis pretio tradidit. Quo pacto simul in morte existat, & è uita tamen non excedat: qui seruitutem obeat, ac nihilo minus in regno maneat. Nam de his omnibus, & alijs quæ huius sunt generis, uarijs sanè non simplicibus sapientiæ operibus amici sponsi per ecclesiam edocti, aliud quam





cor acceperunt: animaduerso uidelicet in hoc mysterio charactere quodam alio diuinæ sapientiæ. Ac si quidem non nimis hoc audax uerbum fuerit, forsitan etiā ipsi per sponsam conspectam sponsi pulcritudinem admirati sunt, quæ ceteroqui creatis uniuersis inadspectabilis est, & incompræhensilis. Nam is quē nemo umq; uidit, quemadmodum Ioannes ait, neq; quisquā uidere potest, ut Paulus testatur, fecit ecclesiam corpus suum, ac per incrementum saluandorū seipsum in dilectione ædificat, donec uniuersi in hominem perfectum euadamus, ad mensuram ætatis integro corpori Christi cōuenientis. Quapropter si Christi corpus est ecclesia, eiusq; corporis caput est Christus, qui proprio charactere faciem ecclesię inlignit: fortassis eam ipsam ob caussam in hanc intuentes amici sponsi, cor aliud induerūt: qp illustrius in ea cernerent illū, qui alioqui cerni nequit: ut quemadmodū ij, qui or bē ipsum solis adspicere nō possunt, per aquā pellucidā eū intuent: sic & hi tamq; puro in speculo, nimirū ecclesia, iusticiq; solē adspicere intelligant, qui à nobis per id tantùm cōsiderari potest, quod sub adspectū cadit. Atq; hac de caussa nō semel amici uerbis hisce sponsam compellant, Cor nobis indidisti, hoc est, anima quædam & intelligentia nobis per te ad percipiendam lucem indita est: sed eamdē uocem rursum repetunt, qua quidem iteratione maiorem orationi suę fidem faciunt. Hac enim repetitione utuntur, Indidisti nobis cor soror nostra sponsa, cor nobis indidisti uno ex oculis tuis. Atq; hoc maxime illud est, quod sponsæ admirationē in amicis sponsi excitauit. Nam quū cernendi facultas in animo duplex sit, quarū altera ueritatem intuetur, altera rerum uanarum erroribus implicatur: quūq; purus

*Oculus duplex.*

illę oculus sponsæ tantùm ad solam boni naturam intuendā apertus sit, altero planè quiescente: iccirco amici oculū unū celebrāt, quo solo solum illum spectet, solū inquam illum, quem in natura immutabili ac æterna intelligimus: uerū uidelicet illum patrem, & unigenam filium, & spiritum sanctum. Nam unum hoc uere solum

*Vnitas in natura diuina.*

est, quod à nobis in una natura cōsiderat: hypostasiū siue personarum discrimine neq; separationem, neq; diuersitatem ullam efficiente. Sunt em nonnulli, qui non recte diuersis oculis acutum cernunt in hoc, quod nusq; est, dū multas in naturas hoc unū distortorū oculorū imaginationibus partiunt. Atq; hi sunt illi, quos multitudos appellamus, qui quidē eā ipsam ob caussam q; multa uideant, nihil uident:

*Multitudo Ariani.*

quiq; modò Deum intuentur, modò in crassarum imaginationum erroribus uersantur, indigni angelorum celebratione: quippe qui rerū non existentiū imaginationibus uanitatē suā exercent. At qui ad solā illā Dei naturam uisus acumen dirigit, is in ceteris omnib. cæcus est, ad quæ multorum oculi respiciunt. Propter hanc caussam spōsa uno tātùm oculo amicos in admirationē sui excitat. Itaq; cęcus esse

*Multoculi cæci.*

putari debet, quisquis multoculus est, quippe qui ad res uanas multis oculis respicit: acutū uerò cernit, ac perspiciendi ui singulari prędituſ est, qui uno animi oculo solum bonum intuet. Quæ nam uerò sit una illa, quodúe insertū colli sponsæ, non difficile fuerit existimare de ijs, quæ hactenus indagauimus: utut esse uerbum hoc obscurum uideatur, quod sermonis genus attinet. Sic autem dicitur: Cor nobis indidisti uno ex oculis tuis, in una, in inserto colli tui. Quibus in uerbis uidetur id, quod ait, in una, congruere cum illo, Vno ex oculis tuis: intelligentibus uidelicet nobis per quamdam adsumtionem, in una anima. Nam multæ in singulis ad uirtutem non consuefactis animę sunt, in quibus nimirum morbi ac uitia rerum potita locum animæ occupant: commutato animæ charactere in dolorem, uoluptatem, iram, metum, timiditatem, audaciam. Verùm quæ anima SERMONEM intuetur, ob uniformem in cultu utrutuis uitam, una tantùm anima uiuere perhibet. Quamobrē sic uerba hæc distribuēda sunt, ut quod dicitur, in una, coniunctū esse cū superioribus intelligat, ac subaudiat uel una in anima, uel una in condicione. Quod aūt proximè sequit, alià quamdà sententiā habet, q; uidelicet dicitur: In inserto colli tui. Adeoq; tota hæc oratio reddi magis hoc quodā modo perspicua potest. Et oculus tuus unus est, quippe qui unū quid intuet: & anima una, quæ diuersas in adfectiones non distrahitur: & colli tui condicio perfectionem consequuta

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Insertum colli.*

est, quum iugum diuinum in se receperit. Itaq; quum in colli tui inserto Christi iugum uideamus, inq; adfectione ad uerum bonum uideamus in re oculum unũ & unam animam: fatemur te nobis per miracula tua cor indidisse, dum nobis oculũ unum & unam animam in inserto colli tui ostendis. Insertum autem colli sponsæ iugum Christi est, quemadmodum diximus. Atq; hæc illa est angelorum celebratio, quam ad sponsæ pulcritudinem prędicandam instituerunt. Nam hos esse amicos illos sponsi statuebamus. Ceterum ne uideretur hæc ipsorũ laudatio profecta esse nullo à iudicio, & à uero aberrare: fuit etiam calculi suffragatione SERMO ipse iudicium amicorum de pulcritudine sponsæ comprobat, ac maiora quædam miracula in hac de pulcritudine ipsius testificatione adijcit, lucẽtem in membris eius uenustatem describẽs: quam deinceps proposituri (Deo dante) sumus, si quidem aliquod nobis ab ope supera robur accesserit, ad perceptionem huius mysterij ad pulcritudinis ecclesiæ cognitionem, ad celebrationem gloriæ diuinæ gratiæ, in Christo Iesu Domino nostro, quem decet gloria sæculis infinitis. Amen.

# IN CANTICVM CANTICORVM
## ORATIO NONA.

» *QVI uenustæ factæ sunt mamillæ tuæ, soror mea sponsa? qui uenustæ*
» *factæ sunt mamillæ tuæ à uino? & odor unguentorum tuorum aromata*
» *ta omnia excellit? Fauum destillant labia tua sponsa: mel & lac sub*
» *lingua tua: & odor uestimentorum tuorum, sicut odor thuris. Hortus*
» *clausus soror mea sponsa: hortus clausus: fons signatus. Emissiones tuæ paradisus ma-*
» *lorum punicorum, cum pomorum fructu: cypri cum nardo. nardus & crocus: canna*
» *et cinnamomũ: cum uniuersis lignis Libani: myrrha, aloe, cum omnibus primis un-*
» *guentis. Fons hortorum: puteus aquæ uiuentis, & cum strepitu de Libano fluentis.*

EXPLANATIO.

» SI cum Christo resurrexistis, superna uobis curę sunto, non terrestria. His uerbis
» nos compellat ille, qui in Paulo loquebatur. Etenim mortui estis, inquit, &
» uita uestra abscondita est unà cum Christo in Deo. Quando Christus, uita illa ue-
» stra, patefactus fuerit: tum uos etiam cum ipso patefietis in gloria. Si ergo, quod
inferam naturam attinet, mortui sumus, & spem uitæ in cælum è terra trãstulimus:
ac si uita carnalis abscondita est à nobis, quemadmodum in Prouerbiorũ libro di-
» citur, Sapiẽtes sensum abscondunt: exspectamus autẽ patefactionẽ ueræ in nobis
» uitæ, quæ Christus est, ut & ipsi manifestemur in gloria, cõmutati ad speciẽ quan-
dam diuiniorem: sic uerba modó ꝓposita nobis audiamus, quasi corpore mortui
simus, neq; ad ullam carnalem cogitationem per ea trahi nos patiamur. Nam qui
perturbationibus ac libidinibus animi mortuus est, significationes hortũ uerborũ
ad illa, quæ pura & incontaminata sunt, transferet: supernaq; curabit, ubi Christus
est, ad dexteram patris sedens, in quo uitium morbusq; animi nullus est, & humi-
lium abiectarumq; cogitationum obliuiscetur. Audiamus ergo diuina hęc uerba,
quibus impollutæ uirginis elegantia depingitur, & audiamus ita, ut qui iam extra
» carnem ac sanguinem existamus, spiritualem in naturam transformati. Qui uenu-
» stæ factæ sunt mamillæ tuæ, soror mea sponsa? qui uenustæ factæ sunt mamillæ tuæ
» à uino? & odor unguentorum tuorum aromata omnia excellit? Ac primò quidẽ
quemlibet hominem, qui uoluntatem Domini faciat, fratrem ipsius, & sororem, et
matrem esse: quodq; casta uirgo iuncta Domino ad societatem incontaminati cu-
bilis, sponsa propriè hęc appelletur: cuiuis esse perspicuum arbitror, qui prorsus di-
uinitus inspiratarũ litterarũ rudis non sit. Ego uerò dũ horũ diuinorum uerborum
sententiam perserutor, non per huiusmodi appellationem sponsæ nudam laudem
tribui uideo: sed sponsum aio caussas adaucțæ in ipsa pulcritudinis cõmemorare, quasi



quasi nequaquam consequuta uenustatem illam è fontibus bonarum doctrinarũ fuisset, (quos fontes figurata significatione mamillas uocat) nisi prius sese Domini sororem effecisset per opera bona, & ad uirginitatem renouata per generationem è supernis profectam, desponsata & sponsa illius facta esset, qui eam sibi copulauit. Quare dum ipsam appellat sororem ac sponsam suam, caussam exponit, quamobrẽ ipsius ubera meliora ꝓfectioraq; facta sint: de quibus iã nõ amplius lac ꝓmanet, quo infantes aluntur, sed uinũ incontaminatũ ad exhilarãdos perfectiores profluat, cuius gratiam cauponum aqua non corruperit. Seruatur autem in ijs, quæ hęc dicuntur, tamq; in hilaritate nuptiali, species quædã blandæ & ab amore profectæ comitatis, dum per uices ambo sibi mutuò adfectione quadam amabili gratificantur. Nam consimilibus ecclesiam uocibus uicissim sponsus excipit, quibus illa multo antè in libri huius initio pulcritudinem ipsius prædicauit. Etenim mox inter prima uerba, quum oris diuini sermonem inseri ori suo desiderat, significato hoc uoto suo per osculi ænigma: caussam eius cupiditatis exponit eã, quòd bona sint ipsius ubera, quæ suppeditent quiddã uini natura præstantius, omnemq; unguentorũ & aromatũ fragrantiã superent. His em̃ uerbis SERMONEM ipsum appellat: Vbera tua uino potiora sunt, & odor unguentorũ tuorũ aromata omnia excellit. Quia uerò ubiq; diuina ex sapientia discimus, semper Deum se talẽ nobis exhibere, quale uicissim erga ipsum animi nostri est institutum: (testatur em̃ Dauides in libro uaticiniorum suorũ, esse Deũ bonũ erga bonos: & alius quidã uates ait eum fieri unsum ac pardum in illos, quorũ uita efferata sit: multo antè quasi declarãs obscuriusculis uerbis in Euangelio tradita, ubi alius erga collocatos ad dexterã, alius erga læuos uerborũ character à rege usurpatus cõspicit: nimirũ erga illos benignus ac mitis, erga hos terribilis & immitis, utroq; se ratione quadã cõsentanea eorũ ad institutũ, de quibus sentẽtia profertur, accõmodante.) iccirco nunc quoq; cõpensatione idonea SERMO spõsæ respõdet, dũ quibus illa uerbis heri sui pulcritudinẽ celebrauerat, ijsdẽ à Dño uicissim prędicat. Nã & ipse uberũ eius mutationẽ in melius factã studio singulari amplectit, ꝙ iã illa facto, pferendi lactis fine, uinũ nõ lac effundãt, quo corda perfectiora illorũ exhilarent, qui non amplius ex infantia uacillãt: sed iã de cratere sapientię semet satiare possunt, atq; ore suo bona attrahere. Hoc modo laudatis ob uini fertilitatẽ uberib. etiã fragrãtię laudationẽ his uerbis adiecit: Odor unguentorũ tuorũ aromata omnia excellit. Hãc laudationẽ cõsiderabimus, ubi prius de aromatum natura sacris ex litteris edocti fuerimus. Omne fragrans aroma uoluptatẽ odoratui adfert. Quamobrẽ hęc de ijs aromatibus dici putabimus, quæcũq; fragrantia esse de sacris litteris accepimus. Verbi gratia, Noa sacrificiũ offert Deo, & percepit Dominus odorẽ fragrantẽ ac suauem. Ergo sacrificium hoc Deo fuit aromatis loco. Deinceps etiã multa sunt oblata Deo sacrificia de præscripto legis, uel placandi eius caussa instituta, uel agẽdi gratias seruati alicuius nomine, uel lustrandi hominis, uel expiandi peccati caussa. Hæc omnia refer inter aromata, itẽq; fructuũ integrorũ oblationes, exustiones integrarum uictimarum, particulares eximiorũ mẽbrorum cõsecrationes, pectusculum hostiæ, iecinoris caput, adipẽ renũ: ac præter hæc thus, in oleo frixa siligo, suffitus ille cõpositus, aliaq; omnia, quæcumq; per ignẽ offerebant, in catalogo aromatum sumto. Quare quũ audimus, unguentũ sponsæ acceptius esse q̃ omnia aromata: hoc ni[illegible]rũ discimus, mysteriũ ueritatis, quod per doctrinã Euangelij quasi quoddã sacrũ perficit, solum Deo gratũ esse ac suaue, prestantius q̃ omnia legis aromata: quippe q̃d iã nõ amplius sub figura quadã & umbra occultũ sit, sed ueritatis patefactione fragrantiã suã sit cõsequutum. Nã si quid eorũ aromatũ, de quibus hactenus diximus, percepit odoratu Dñs, tamq; odorem fragrantem: ea uerò singula grata fuerunt ratione quadam ex ipsis factis elucente, non secundum externam & obuiã cuiuis speciem. Atq; hoc perspicuum est de magna illa uatis uoce, quum inquit: Non accipiam è domo tua uitulos, neq; hirculas ex ouiaria tua. Neq; enim taurorum carnibus uescor, neq; hircorum sanguinẽ haurio. Atqui frequẽtes

*Aromatum natura.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quid per mactationes uictimarum significatum.*

olim fuerunt animalium mactationes. Verùm utut illæ fuerint, aliud tamẽ quiddã est, quòd per eas tibi præcipit, nimirũ debere animi morbos ac uitia in te iugulari. Nam ut ille ait: Sacrificium Deo est spiritus contritus. Cor contritum & abiectum Deus nõ aspernabitur. Vnde oritur nostra illa uictima laudis, quæ celebrat eũ, qui eiusmodi odorẽ percipit. Quare quum præstãtior omnibus typicis aromatibus anima suaue quid redolens exemplo Pauli, qui Christi erat fragrãtia, per uitã suã & unguentũ sacerdotij, & cõpositus ille suffitus facta sit, qui p uariã uirtutũ mistionẽ odorẽ optimum exhalat, cuius denicp uita oblata sit odoratui spõsi tamq; fragrãs aliquis odor: iccirco sensus diuinus, quẽadmodum Solomo appellat, corporeis aromatibus legis fragrantiã illã purã & expertem externæ cratisq; materiei, cõfectamq; de uirtutum inter se cõmistione præfert, idq; his ipsis uerbis: Odor unguẽtorũ tuorũ aromata omnia excellit. Quę autẽ proximè sequunt verba, laudẽ sublimiorẽ cõtinent, nimirũ attribuẽria ei magnã donorũ spiritualiũ abundantiam, singulari studio & attẽtione adquisitam. Quia em̃ dictum illud Prouerbiorum Solomonis uult ut apẽ accedat sapientiæ discipulus, (& haud dubiè animaduertis ex ipsa doctrina quæ nã sit illa magistra) quũ ad sapientiæ studiosos inquit: Accedito ad apẽ, ac discito, q̃ sit operũ illa studiosa, quamq; honestum quęstum faciat: cuius labores tam reges, q̃ priuati homines ad ualetudinẽ sumũt. Eamdẽ omnibus amabilẽ esse dicit, ac celebrẽ: debilẽ quidẽ illã uiribus, quę tñ sapientiã magno in honore habeat, & ꝓpter eã uelut exẽplũ quoddã uitæ hominib. uirtuti dediti, ꝓpolita sit: (sic em̃ ait, Quia sapientiã in honore habuit, ꝓducta est ante alios.) nimirũ his ipsis uerbis cõsulit, ut à nulla bona disciplina abstineamus, sed ut in pratũ doctrinę diuinitus inspiratę quis inuolãs, decp; singulis aliquid ad cõparandam sapientiã decerpens, sauũ sibi fingat, in corde suo, quasi quodã in alueari studiosum hoc exercitiũ instituẽs, exstructis in memoria multipliciũ disciplinarum minimè cõfusis thecis, ueluti quibusdã in fauo fistulis: atq; hoc modo ad imitationẽ sapientis illius apis, cuius dulcis est fauus, & aculeus innocuus, honestã uirtutũ mercaturã perpetuò exercear. Reuera em̃ quęstũ facit, quisquis æterna bona cũ laborib. in hac uita susceptis permutat, suosq; labores ad ualetudinẽ animi regib. et priuatis hominib. impertit: ita ut eiusmodi animã statuere debeamus amabilẽ fieri sponso, & angelis illustrẽ, perficientẽ robur in imbecillitate ob honorẽ sapiẽtię. Hęc ergo de sapiẽte illa apicula cõmemorata, quũ exẽpla sint disciplinæ studiosæq; diligẽtię: quũq; uaria donorũ spiritualiũ discrimina cõsequant illi, qui industrij exstiterũt, ꝓ ratione studij cuiusq;: iccirco uerbis quibusdã talib. sponsam alloquit. Plenũ tibi cor factũ est fauis de omnigena institutione collectis. iccirco ꝓfers de bono cordis thesauro melleas orationis guttas, adeoq; oratio tua merũ mel est lacti mistũ. Fauũ destillãt labia tua, spõsa: mel & lac sub lingua tua. Parata est tibi oratio, nõ quę uniformẽ audientib. utilitatẽ adferat: sed eorũ facultati captuiq; accõmodata ratione quadã cõueniente, ut pariter & perfectioribus, & ætatẽ infantilẽ agentib. sit idonea: quippe quę perfectis quidẽ mel sit, lac autẽ infantibus: cuiusmodi Paulus erat, qui uerbis teneterioribus recẽs quasi editos in lucẽ pascebat, inter maturiores uerò sapientiã in mysterio ꝓferebat eã, quę ab infinitis sæculis fuit abscõdita, quamq; nec mundus hic, nec mũdi huius principes capere possunt. Huiusmodi apparatum mellis ac lactis sub lingua eius sitã esse ait, eaq; uoce significare uult cõgestum quasi quoddã in penus, & opportunũ orationis usum. Nã qui nouit, quo pacto cuiq; respõdendum sit, & sub lingua uariam hanc orationis facultatẽ habet: is aptè ad quoslibet auditores quidquid ꝓ tẽpore utile est, ꝓfert. Hoc modo laudato spõsę tum ore, tum lingua: rursus ad encomia maiora ꝓgredit, quum ait: Odor uestimẽtorum tuorum sicut odor thuris. Quæ quidẽ uerba peculiaris quędã philosophia sunt, qua demõstrat quònã spectet hominib. uita uirtuti cõsentanea. Nã finis cõparatę ad præstantem uirtutis uitę, est similẽ fieri naturę diuinę: eaq; de caussa homines uirtutis studiosi magna incumbunt in hoc diligẽtia, ut purus sit ipsorum animus, & ab omni adfectione uitiosa alienus; ita ut quidã naturæ illius cælestis character per uitam præclaram eis imprimat. Quia uerò non uniformis est, neq; unius modi ratio uiuẽdi ex præscripto uirtutis, sed perinde ac in texendi artificio per cõplura fila partim in duẽctũ extẽsa, partim in trãsuersum distributa, uestimentũ perficit: sic etiã in uita secundũ uirturem laudabili multa cõcurrere necesse est, per quę uita præclara quasi cõrexatur, quẽadmodum eiusmodi fila diuinus ille Apostolus enumerat, ex quibus purorũ operũ textura cõstat, ut sunt dilectio, gaudiũ, pax, lõganimitas, benignitas, aliaq; generis huius omnia, quib. ornat is, qui ex subiecta interitui, terrenaq; uita cælestẽ immortalitatẽ induit: ea de caussa ornamentũ in uestitu spõsę acceptat, quasi q̃d ratione odoris cũ thure similitudinẽ quamdã habeat. Atqui paullo ante dixerat, frangrantiã unguẽti sponsæ aromatib. uniuersis excellentiorẽ esse: quo fit, ut hęc euerti priora uideant encomia, si quidẽ ea, quę hactenus omni aromati est prælata, nunc per cõparationem cũ uno ex aromatib. confertur. Ait enim, Fragrãtia uestimentorũ tuorũ similis est odori thuris. Verumenimuerò quia peculiari quadã ratione thuris suffitus honori numinis diuini destinatus erat, iccirco ea quę omnia excellere aromata iudicata prius fuit, nũc etiã digna statuit, quæ uno illo cũ aromate cõferat, q̃d Deo sacrũ est. Ideoq; sentẽtia huius ænigmatis talis est. Indumentũ, o spõsa, tuũ ex uirtutib. diuinã beatitatẽ imitatur, per puritatẽ ac statũ uitiositatis expertẽ naturę illius inaccessę similitudinẽ referẽs. Est em̃, inquit, eiusmodi uestimentorũ tuorũ odor, ut thuri cõsimilis sit, q̃d diuini numinis honori est cõsecratum. Rursum uerò ex laudib. ijs, quę sequunt, discimus: quo pacto quis sotor & cõiux Dñi fiat, quũ ait: Hortus clausus soror mea spõsa. Quare si quis dat operã ut fiat spõsa quidẽ in eo, dum quasi adglutinat Dño, soror uerò, in præstãda ipsius uolũtate, quẽadmodum euangeliũ loquit: hortus uirẽs fiat, qui arbores pulcerrimas oẽs cõtineat, ficũ dulcẽ, oleã fertilẽ, palmã in parte summa frõdosam, uitẽ læticiq; suppeditatricẽ: nõ tñ fruticęs spinosos, nõ cunilaginẽ, sed pro his cupressum ac myrtũ. Sic em̃ huiusmodi hortũ ornare solẽt tã magnus ille Dauides, q̃ sublimis Esaias: quorũ ille ait, Iustus ut palma florebit, atq; equidẽ ut olea fertilis. Item, Vxor tua ueluti lęta uitis erit. Etiã aliũ quemdã apud uatẽ felix prędicat is, q sub fico sua quiescat. Esaias autẽ inquit, ꝓ frutice cupressum, ꝓ cunilagine myrtum de terra ꝓditurã. Atq; hęc arborũ ænigmata lingula, quarũ hi uates mentionẽ faciũt, accurate uelle declarare, superuacaneũ fuerit: quũ nemini obscurũ esse possit, quid sibi uelit dulcis ille fructus fici, qui ex succo acerbissimo tãdẽ maturescit, qui initio amarus minimeq; esculẽtus, ad extremũ sit fructus pacificus, & animi sensus dulcedine quadã adficit. Quid uerò nobis oleæ fructificatio largit per illiũ acerbissimũ & amarissimũ succũ, qui initio est in eius fructu etiãnũ augescẽte, ac deinceps cõueniente quadã cõcoctione & cultura in olei naturã cõmutat? Nimirum fit illę materies luminis, fatigationũ leuamẽ, laborũ medela, capitis hilaritas, ad perficiẽda certamina ijs qui legitimè decertãt, adiumentum. Quo itẽ pacto palmã facit ut fructus ipsius à furibus inuadi nequeat, dũ suos illos quasi thesauros in sublimi collocat, nõ fructũ terrę uicinũ ꝓferẽs? His adde uitis gratiã, cupressum fragrantem, myrtũ suauẽ. Hęc em̃ omnia si figurata quadã cõsideratione ad doctrinã de uirtutibus trãsferant, quò spectẽt obscurũ esse nemini potest, qui quidẽ prudenter hæc audiat. Si quis ergo fit hortus, in quo sint arbores huiusmodi, uirens, cultus, mãdatorũ Dei macerie undiq; munitus, ita ut nullus in eũ neq; furi, neq; feris bestijs aditus pateat: (nã qui undiq; Dei mandatorũ sepimẽto circumdat, inuadi neq; à singulari, quamq; sæuissimo, potest: & aper eum siluestris nequaq; lædit) si quis igitẽ & hortus est, & munitus: is & soror, & sponsa fit illius, qui ad animam talem ait, Hortus clausus soror mea sponsa. Enimuerò huiusmodi hortus etiam fonte indiget, ut nemus illud arboreum semper floreat, numquam non pinguiter ab aqua irrigatum. Hanc ob caussam in hac laudatione cum horto fontem coniunxit, quum ait: Hortus clausus: fons signatus. Atq; hoc de fonte uerbum nobis explicat dictũ illud Prouerbiorum quasi quodam in ænigmate, Fons aquæ tibi sit peculiariter tuus, & quidem ad te solũ pertineat: neq; quisq; alienus eũ cõmunem tecũ habeat.

*Vestimentum thuri simile, quid.*

*Quid per ficũ significetur.*

*Quid per oliuam significatum.*

*Quid hortus clausus.*

*Quare fons addatur horto.*



*Quid mel & lac sub lingua.*

*Finis uitæ uirtuti consentaneæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nã ut illic uetat, ne in alienos aquã fontis expendamus: ita heic testat, fontem ad alienos nequaq; effundi, quum ait eum obsignatum esse, quod idẽ ualet ac si diceret, custodia septum. Est autẽ huiusmodi quædã in his uerbis sententia. Fons heic mea quidem sententia, proprie appellatur facultas animi nostri intelligens, quę omnis generis ratiocinationes in nobis ebullit, & quasi quadã ex scaturigine profert. Tunc autẽ motus mẽtis nostri est, quũ ad ea quæ nobis utilia sunt mouet, omneq; nobis adiumẽtum præstat ad bonorũ adquisitionẽ. Verùm ubi quis uim & efficacitatẽ ratiocinationũ ad excogitationẽ malitiæ cõuertit, tũ scilicet nostrũ illud fluxumẽ in alienos insumitur, ita ut uitæ spinosæ nutrimẽtum abundè suppeditet, dũ ea quodã modo quasi rigat adiumẽto ratiocinationum: pereunte interim ob siccitatẽ ac marcescente cultura illa præstantiore, nullo nimirum humore ratiocinationum radices eius alente. Quum autem sigillum rei ab se custoditę hoc largiat, ut ea prędæ nõ sit exposita, dum furẽ signo perterrefacit: quũq; id quod furto nõ subtrahit, domino suo integrum maneat: iccirco encomium hoc uirtutem sponsæ summam tribuere uidet, q̃ uidelicet ipsius cogitatio ab hostibus nõ attrectata maneat, inq; puritate ac statu alieno à uitijs animi domino suo seruetur. Etenim fontem hunc ipsa puritas obsignat, minimè cordis pelluciditate, quæ aeri sudo cõsimilis est, per ullum cogitationum limum perturbata. Vt autem illustrius etiã quis rẽ intelligat, est omnino huiusmodi. Quęcũq; in nobis existunt, partim reaple nostra sunt, quæ nimirum animi sunt ꝓpria: partim nobis uindicamus quasi nostra, quorũ appellatione cõplector ea, quæ ad corpus pertinẽt, & quæ externa quũ sint atq; aliena, errore quodã opinionis nostra ducimus. Quid em cõmune est animi naturæ secretę ab rebus crassis & externis, cum rebus ijs, quæ de materie crassa cõstant? Hanc ob caussam dictum illud ex Prouerbiorũ libro monet, ne in alienos à nobis (intelligo autẽ illa, quę ad corpus spectãt, & externa sunt) cogitationis & mẽtis nostræ fontem expendamus: sed in horto peculiariter nostro eum hinc inde ducamus, ut plãtationẽ Dei abundè riget, quã esse accepimus uirtutes ipsas, circa quas si animi facultas in nobis intelligẽs occupet, & ad externa prorsus nõ delabat: per charactẽrem ueritatis obsignat, & ita cõformat, ut peculiari quadã adfectione ad bonũ ꝓpendear. Nunc etiã sequẽtum encomiorum uim adspiciamus: Emissiones tuæ, inquit, paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructu: cypri cum nardis: nardus & crocus: calamus & cinnamomũ: cum uniuersis lignis Libani: myrrha, aloe, cum omnibus primis unguentis. Fons hortorum: puteus aquę uiuentis, & cũ strepitu de Libano fluentis. Quibus in uerbis sensum quemdã arduum & insignẽ inesse, quo animæ secundũ Deũ exaltatæ pulcritudo cũ admiratione extollitur, uarijsq; laudibus celebratur, quarũ alias aliæ superant: id uerò perspici luculentè potest, etiamsi quis saltẽ ipsa nuda uerba & omnibus obuia intueatur. Quæ autẽ uera sententia sit in eis cõprehensa, solus scilicet is intellexerit, qui ad exemplum Pauli, uiri sancti, diuina mysteria spiritu proferre norit. Quo enim pacto id, quod à sponsa emittitur, malorum punicorum paradisus est? qui ex punicis malis pomorum fructus proferuntur? qui poma fiunt unguentorum & aromatum catalogus? Etenim heic inter pomorum fructus recensentur cyprus, nardus, crocus, calamus, cinnamomum, omne deniq; Libani lignum, quasi nullum in aromate Libani discrimen reliquum sit, ab ijs quæ sunt commemorata. Adduntur deinde myrrha, & aloe, & omnia prima unguenta: quæq; superius à collaudante ipsam sponso hortus appellata est, nunc fons hortorum uocatur, & puteus aquæ uiuentis, decq; Libano cum strepitu fluentis. Enimuerò hæc intelligunt forsan illi, ut iam ante diximus, qui altitudinem diuitiarũ, & sapientiæ, & cognitionis Dei perscrutari possunt. Nos aũt, ne ꝓrsum bona hoc loco proposita non degustata relinquamus, paucis hęc uerba cõsiderabimus, sumto studij nostri Duce ipsomet Deo SERMONE. Videtur totus hic encomiorũ catalogus, tã qui antecessit, q̃ qui modò heic collocat, non ad nudã aliquã cõmendationem pręcipuè spectare: sed per ipsa uerba uim etiã quãdã indere, ut cor ad maiora sublimioraq; contendat. Verbi gratia, uocatur soror & sponsa

*Quid per fontem intelligendum.*

*Quid per sigillum.*

*Quæ nostra bona, quæ externa.*

*Quid Dei plãtatio.*



sponsa SERMONIS, quarum appellationum utraq; animam cum spõso copulat: quippe quum uocis sponsæ significatio faciat eam cõcorporem (sic enim Paulus loquitur) sponso illi immortali: sororiam uerò propinquitatem ei conciliet studiũ satisfaciendi uoluntati diuinę, quemadmodũ in Euangelio dicitur. Deinde uberũ natura laudatur, quæ ꝓ lacte uinum fundat: nihilq; dubium est, eã laudem cum re coniunctam esse. Nec enim laudaretur id, quod non existeret. Præterea unguentũ eius excellere uniuersa aromata iudicatur, quod quidem non ita statueretur, si nõ reuera illã ad sublimitatẽ per profectum in bono peruenisset. Hinc in admirationẽ ueniunt faui orationis, qui de ore ipsius destillent, & temperatus ille sapientiæ apparatus, qui sub lingua sius sit, lacte & melle inter se commistis. Vis quędam inest his omnibus, nõ nuda uerba sunt. Etenim anima quasi manu ducta à SERMONE ad gradus quosdam rerum sublimiorum, tantum incrementi consequuta est: ut os suum iam fecerit mellis fontem, & penum mistæ sapientiæ linguam, in qua similitudo quædam cum terra promissionis conspicitur, quæ & ipsa lacte melleq; fluebat. Ad tantam sublimitatem per hos gradus à SERMONE prouecta, etiam ad altiora ducitur: dum uestis ipsius fragrantiam quamdam consimilẽ odori thuris habere dicitur, quo significatur eam Christum induisse. Omnis enim uitæ uirtuti cõsentaneæ finis est, Dei fruitio. Per thus autem indicatur diuinitas. Ne heic quidem subsistit anima, quæ semper à SERMONE altius ducit: adeoq; posti comparationem fragrantiæ ipsius cum thure, fit hortus instar paradisi, & quidẽ hortus haudquaquam talis, qualis erat ille primorum hominum, solutus minimeq; custoditus: sed per recordationem mandati diuini undiq; muris cinctus. Vides quantam uim facultatemq; nacta sit ad contendendum in sublime? Iam rursus adspice mihi gradum hoc quoq; altiorem. Neq; enim solummodò fit hortus clausus, suũq; alimentum sibimet profert: uerumetiam fit potabilis sitientibus, in fontis naturam commutata, & quidem obsignati. Iam ne in his quidem subsistit, sed tantum ad incrementum peruenit: ut ipsius ex ore paradisus pullulet. Nam si quis paullo accuratius emphasim Hebraicæ linguæ attendat, pro eo quod dicitur, Emissiones tuæ: dicet, Ex ore tuo paradisus malorum punicorum, hoc est, oratio tua, quæ de ore tuo emittitur, paradisus est malorum punicorum. Porrò punica mala fecundam quamdam pomorum copiam proferunt. Ea poma sunt, cyprus cum nardo & croco, canna & cinnamomum, & omnis species thuris, & myrrha, & aloe, & præcipua unguenta. Quando igitur auxilium ei ferẽre Deo, quemadmodum in hymno dicitur, prędclaros hosce gradus in corde instituit, semper aliquid utriũ ac facultatis ampliorìs adquirens: rectè iam in perfectiore statu prolata ex ipsius ore punicorũ malorum paradisus appellantur. Estq; mirificè uox emissionis ad sensum propositum accõmodata. Nam quod emittitur, ab emittente ad recipientem transit. Atq; hæc usurpatio uocis huius ex cõmuni consuetudine satis intelligitur, sicut & Euangelium ait appellasse SERMONEM discipulos suos, quos ad prędicationẽ Veritatis ablegabat, Apostolos siue dimissòrios nuntios. Quid igitur illud est, quod emittit os sponsæ? Nimirum uerbum fidei, quod ubi ad eos peruenerit, qui admittunt, fit paradisus per auditionẽ in cordibus plantatus. Et paradisum appellare cõsueuimus lucũ cõsitũ ac densum ex arboribus. Vt autẽ genus etiã cognosceremus earum arborum, quæ per uerbum in cordibus prędentium excolunt: punicorũ malorum mentionem facit, quæ uerbum illud emissum ex ore sponsæ ꝓducat. Ea uerò arbor à furibus tentari difficulter potest, quũ ramos spinosos obijciat, & fructũ suum tegumento quodam austero & nonnihil amaro gustatu cõtineat & alat, qui suo tempore posteaquam maturuit, fisso putamine conspicitur, tam uisu iucundus & pulcer, quam gustatu suauis & acceptus, organaq; gustatus uinosi cuiusdam humoris dulcedine adficiens. Eam ob caussam mihi uidetur oratio emissa de ore spõsæ in audientum animis efficere paradisos malorum punicorum, ut discamus non per dissolutionem quamdam ac delicias nos in hac uita debere molles & ignauos reddi: sed potius eã uitam nobis eligendã esse, ut ob continentiã contabescamus.

*Quid emissiones.*

*Arbor malorũ punicorum.*

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nam illo pacto fiet, ut fructus uirtutis furibus inaccessus sit, nimirum duro continentiæ cortice munitus, & graui tristiq; cõdicione quasi quibusdã spinarũ aciebus uulnerans eos, qui mali inferendi caussa propius accedunt. Quũ uerò tempus appetit, ut fructus percipiant: tũ scilicet malus hęc punica omnis generis fructuũ delicias profert, nõ iam illa fruitione sita in perceptione brabylorũ, uel nucum, uel similium fructuum: sed uaria multipliciq; aromatũ natura inter eos fructus reperta. Est enim heic præclara Cypri nardiq; coniunctio, quorum illud calidum, hoc fragrans est. Non enim calor per se laudatur, quum esse possit fœtida quædam inflãmatio: sed per fragrantiam quamdam hoc ei tribui necesse est, ut calor purus dicatur, ac spiritu sancto ferueat, qui à calore ingrato prorsus immunis est. Atque inter hos fructus etiam alia est reperire aromata. Inquit enim, Nardus & crocus. Nardi fragrantiam indicauimus hactenus. itaq; propositum de croco ænigma restat explicandum. Aiunt ij, qui floris huius uim cognitam habent, esse in eo facultatem quamdam mediam refrigerandi & calfaciendi: atq; hoc ipso, quòd in horũ utroq; moderatam uim obtineat, ualere in mitigandis doloribus. Quo fit, ut fortasse de uirtute nobis doctrinam quamdam hoc ænigma proponat. Est enim omnis uirtus medio quasi loco inter uitia duo sita, nimirum inter parum & nimium. Verbi gratia, fortitudo uel liberalitas, illa quidem inter timiditatem & audaciam, hæc uerò inter sordes ac prodigalitatem medium quiddam existunt: ac timiditas & sordes propterea quòd deficiant in eo quod præstandum erat, in uitio ponuntur: prodigalitas & audacia, quòd in eis sit nimium. Inter hæc utrimque immoderata, quod medium est, uirtus appellatur. Quare habet forte id, quod de croco dicitur, similitudinem quamdam ad uirtutem: ita ut per uim illam mediã denoret, statũ uitæ uirtuti consentaneæ neq; nimium, neq; parum habere. Ego uerò aio, quamquã fortasse rudius & indoctius, croci hoc ænigma potius ad fidẽ nostrã accõmodandum esse. Nam flos hic in triplici folliculo nutritur, atq; etiam folliculus quisq; per se flos est purpurei coloris. Postq; uerò demtus est folliculorum cortex, inueniunt in ipsis folliculis absconditi tres omnino flores, qui & fragrantes sunt, & ad medicinam faciendam utiles, pari inter se magnitudine, elegantia, suauitate odoris, facultatis proprietate, adeoq; per omnia unum quiddam esse uidentur hæc tria, nimirum coloris elegantia, uti dictum est, & fragrantia, & facultatis qualitate. His autem alia quædam tria coniuncta sunt à natura, quæ flaui quidem & ipsa coloris sunt, uerùm ad omnem usum salubrem nulla ui prædita. Atq; hæc illa sunt, in quibus imperiti errare solent, dum propter coloris elegantiam id, quod spurium est, pro bono decerpunt. Idem nunc etiam usuuenit illis, qui errant in fide, ac fraudulenter fucatas imposturas sanis doctrinis præferunt. Deligat nunc auditoris iudicium de ambobus quod uolet, alterutrum ne malit amplecti, an utrumq;. Nam utraq; modo quodam unum sunt, perfectæ nimirum uirtutis, & ueræ de Deo sententiæ adquisitio. Neque enim à Deitate uirtus separari potest. Nos iam ad reliquorum aromatum considerationem progrediamur, quorum deinceps facta est in his uerbis mentio. Canna, inquit, & cinnamomum sunt fructus illi, à punicis malis paradisi sponsæ producti. Cannam siue calamum fragrantia mirificè præstare tradunt, ita ut lex etiam præcipiat usum eius ad conficiendum sufflitum sacrum. Cinnamomum uerò multiplicem & uariam efficacitatem policeri aiunt ui quadam naturali, ac pleraque de hoc tradita fidem etiam exceder uidentur. Aiunt enim hoc aroma si tantùm attingat feruentem in lebete aquam, mox refrigerare: itemq; si balneo calfacto inferatur, inflammationem aeris in frigus commutare. Habere præterea naturam talem, quæ perimat genita ex aliqua corruptione. Commemorantur huiusmodi alia quoque de cinnamomo, quæ supra fidem auditorum posita uidentur. Aiunt enim, si ori dormientis imponatur, nulla re impediri dormientem, quo minus interrogantibus respondeat: adeóque somnum ei minimè excuti, ac nihilo minus responderi sobrijs & articulatis uerbis. Quod quidem ita esse, adfirmare hominem, qui per experientiam horum de cinnamomo traditorum ueritatem exploratam non habeat: præceps quiddam ac temerarium fuerit. Verumenimuero quum arcana quadam ratione in horũ fructuum catalogo etiam hoc aroma numeratum sit, quamq; reuera malorum punicorum in arbore non proueniat: (neq; eũ sensiles etiam paradisos emittit os spõsæ, sed qui tessera quasi quędam & nota sint sensus alicuius, cõiuncti cum laude ac prędicatione sponsæ) nõ arbitror rectè nos facturos, si hæc de cinnamomo fabulosè narrata modò reijciamus, ac si quid etiam præterea de eo cõmemoretur. Nam possunt ad uirtutis laudẽ nõnihil cõferre, si quodlibet horum perspicuè accõmodetur ad indicandã uitæ uirtuti cõsentaneæ perfectionem. Etenim reperire est huiusmodi quoddam cinnamomũ in eorum animis, qui rectè instituti sunt & prudẽtia ualent: quum quis uel feruens libidine, uel ira inflãmatus, has ipsas animi perturbationes ratione restinguit: uel in huius uitę somno sobriũ illud rationis cinnamomum in ore gerẽs, perinde ãtq; somni expertes & uigilãtes angeli, absq; errore & cõfusione, pfert omnia, dũ ueritate orationis suę naturã angelorũ imitat, in quã planè somnus nõ cadit, & quos nulla imaginationis necessitas à uero abducit. De eo rectè dici uidelicet potest, ꝙ cinnamomũ ex ore ipsius ebulliat, quo & libidinis inflãmatio, & feruor irę circa cor extinguat: quo deniq; hoc cõsequat, ut ipsius oratio sit ab omni uitę huius somnolẽta imaginatiõe cõfusioneq; pura & immunis. Neq; uerò quisq; respiciẽs ad incredibilitatẽ eorũ, quę de cinnamomo traduntur, nostrã hanc orationẽ crimineť, quasi ea de rebus fallis ornare spõsam encomio ꝙdam uelit. Cõsueuerunt eũ sępenumero litterę sacrę fabulas etiã quasdã externas sumere ad declarationẽ instituti sui, atq; adeò sine uerecũdia ulla ex fabulosa historia sumtarũ uocũ mẽrionẽ facit, ad illustriorẽ indicationẽ sentẽtię suę. Sicut in narratione de filiab. Iobi pulcritudinẽ earũ admiratę, uocib. ipsis eximiũ hoc miraculũ demõstrant: quum aiunt unam appellatam esse Diem, alterã Cassiam, tertiã Amalthęæ cornu. Atqui nemini nõ cõstat, illam de Amalthea narrationẽ ex fabula Græca nica profectã esse, quam Cretẽsis illius nutricẽ fuisse fabulanť, quamq; existeret capra. Eidem cornu alterum quũ excidisset, ex eius cõcauitate omnis generis fructus emanasse fabula fingit. Num igiť sacræ litteræ uera crediderunt esse, quæ fabulosè de Amalthea cõficta sunt? Nequaq;, sed quum Iobi filiæ laudem omnis generis uirtutum tribuere uellent, eam ipsam hoc nomine uelut oculis subiecerunt: ita ut is, qui prudenter litteras sacras audit, saltem ex ipsa uoce, quò tendat hęc laus, animaduertat: fabulosasq; præstigias ualere iubeat. Itidem quum Cassiæ, quũ Diei nomen audimus, neq; materiẽ illã aromaticã, neq; solis supra terrã cursum p uoces has intelligimus: sed eas indicare dicimus illarũ uiuendi rationẽ, uirtutis ad normã cõparatam. Nimirum Cassia puritatẽ ac fragrantiam studiorũ demõstrat, Dies uerò honestatẽ: quemadmodũ & Apostolus filios lucis ac diei appellat eos, qui uitã puram agunt. Sic igitur hoc etiã loco non omnino nihil ad sponsæ laudes faciunt, quæ de cinnamomo traduntur, si figurata quadam enarratione ad encomiorũ argumentum transferantur. Ceterùm qui tantus iam factus est, ac uita sua peruenit ad eam laudum sublimitatem: is uerò per omnia notas in se diuinæ imaginis expressas demonstrat. Hoc enim per hæc uerba significatur: De omnibus Libani lignis. Nam qui hæc obseruarunt, nõ unius esse modi ligna Libani aiunt, unde thus destillat: sed esse quoddam in lignis ipsis discrimen, quod in caussa sit, ut etiam ipsius aromatis species ad ligni formam immutetur. Quisquis ergo in omnibus uitæ studijs diuinam quamdam speciem exhibet, is omnium Libani lignorũ pulcritudinem in sese demõstrat, per quæ diuina species exprimitur. Nemo autem particeps fit gloriæ Dei, qui non prius etiam similitudini mortis conformis factus est. Eam ob caussam in hoc aromatum catalogo quum alij recensentur malorum punicorum fructus, tum etiam myrrha, & aloe, & unguenta præcipua. Per hæc enim, myrrham uidelicet ac aloen, sepulturæ societas significatur: sicut in eximio illo Euangelio dicitur, sepulturam eius, qui mortem nostra caussa gustauit, per hæc adornatam fuisse. Iam per unguenta prima puritas expers omnis fraudulentæ imposturæ

*Cyprus & nardus quid.*

*Quid crocus.*

*Virtus mediũ inter extrema duo.*

*Ænigma fidei in croco.*

*Imago erroris in hæreticis.*

*Calamus odoratus.*

*De cinnamomi efficacitate ac ui.*



*Num fabulosa sint in litteris sacris.*

*Amaltheæ fabula.*

*Ligna Libanũ naria.*

*Myrrha & aloe.*

*Vnguenta prima.*

posturæ denotatur, quemadmodum & Amos ad homines, qui ex unguentis hisce delicias quærunt, huiusmodi uerba profert: Qui uinum percolatum bibunt, & unguentis primis unguntur. Item ante hæc uerba: Qui hædos, inquit, ex ouarijs comedunt, & lactentes ex medijs armentis uitulos: quiq; ad uocem instrumentorum plaudunt. Quæ quidē ita dicuntur, quasi neq; uinum ex fæcibus impurũ esset, neq; mistio fragrantiæ sinceritatem corrumperet. Nimirum uerbis illis omnino putandum est Israelicis exprobrari à uate, quòd quum sacrarum litterarum sermonē merum haurirēt, percolatũ ab omni fæce, unguentorumq; fragrantiam minimè corruptã haberēt, adeoq; per omnia delicijs cõuiuij spiritualis fruerentur: nihil tamē ex tali uoluptate cõmodi caperēt, praua ipsorũ uolũtate tã uini pellucidã speciē in fæculentiã cõmutante, q̃ primorũ unguẽtorum puritatē per imꝓbarum cogitationum cõmistionem corrumpēte. Hoc autē loco spõsæ natiuã doctrinæ puritatē per primorũ unguentorũ fertilitatis uocē SERMO tribuit. Neq; tñ heic uel spõsa subsistit, quo minus ad sublimiora cõtendat: uel ipse SERMO, quo minus in adscēsu eã adiuuet. Nã cuius emissiones ex ore malorũ punicorũ & aromatũ paradisi erãt hactenus, ea fit modò fons, quo orti ex ipsa paradisi rigãtur: nõ quēadmodum de Paulo & Apollo accepimus, quorũ alter plantabat, alter rigabat: sed eadē hęc illa duo simul efficit, quũ & paradisos ipsos ꝓferat, & eosdē irriget. Vel fortassis hęc laus quiddã sublimius cõtinet, ut intelligatur dici fõs nõ alicuius ex ea manantis undę, sed hortorũ: qui nõ aquas, sed hortos ipsos quasi quadã ex scaturigine ꝓferat. Sic diuinus ille Apostolus animales hortos uelut ebulliendo ꝓtulit, dũ apud eos, quibuscũ degebat, doctrina sua paradisum Ecclesię ꝓduceret. Secundũ

*Puteus aquæ uiuæ.*

hęc spõsam encomijs suis SERMO in summũ euehit, appellãs eã puteũ aquę uiuę, & cũ strepitu de Libano fluentis. Nã quæ de natura illa uitã largiente sacris ex litteris didicimus, modò loquēte in persona Dei uate, Deseruerunt me, fontē aquæ uiuẽtis: modò ad mulierculã illã Samaritidē dicēte Dño, Si nosses Dei beneficiũ, & quis sit ille, q tibi dicit, Da mihi potũ: tu ipsa petisses ab eo, dedissetq; tibi aquã uiuã: Itē, Si quis sitit, ad me ueniat, ac bibat. Qui eñ credit in me, quemadmodum Scriptura loquitur, ex eius uētre fluēt amnes aquę uiuę: q̃d quidē dicebat de spiritu illo, quē credētes in ipsum accepturi erant: quamq; igitur ubiq; natura diuina in hisce dictis per aquã uiuã intelligatur, nihilominus heic uerax ipsius SERMONIS testimoniũ spõsam esse puteũ aquæ uiuę cõfirmat, quę ex Libano feratur, q̃d quidē ipsum maximè ꝓdigio simile est. Nã quũ oēs putei coactã in unũ aliquē locũ aquã cõtineant, sola hęc spõsa manantē aliò cõtinet aquã: ita ut simul tã putei ꝓfunditatē, q̃ mobilitatē fluminis habeat. Quis ostensa nobis in hisce uerbis miracula ꝓ dignitate possit adsequi? Nimirũ per hanc cõparationem fortasse nihil restat, quò ulterius euehatur, quũ per omnia pulcritudini principi similis facta sit. Etenim accuratè iã imitata est fonte, fontē: uita, uitã: aquam, aqua. Viuus est SERMO ille Dei, uiua est & anima, quę SERMONEM recepit. Illa quidē aqua fluit ex Deo, sicut ait ipse fons, A Deo egressus sum, & uenio: hæc autē aquã illã in puteũ animi fluentē cõtinet, ideoq; fit penu aquę illius uiuę, quę de Libano ꝓmanat, uel potius cũ strepitu fluit, ut ipse SERMO loquitur. Eius & nos participes fiamus, adquisito illo puteo: ut secundum illam Sapientię pręceptionem, nostram nõ alienam aquã bibamus, idq; in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria sæculis infinitis. Amen.

*Christi & Ecclesiæ similitudo accurata.*

# IN CANTICVM CANTICORVM
## ORATIO DECIMA.

*SVrge borea, & ueni auster: perfla hortum meũ, & fluant aromata mea. Descendat cognatus meus in hortũ suũ, & comedat fructũ pomorũ eius. Ingressus sum hortũ meũ, soror mea sponsa. Demessui myrrã meã, cũ aromatibus meis. Comedi panem meũ cum melle meo. Bibi uinum meũ, cum lacte meo. Comedite proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres mei. Equidem dormio, & cor meum uigilat.*



## EXPLANATIO.

AD propositã nobis in hoc tempore diuinorum uerborum considerationē, in ijs quę de Cantico canticorũ sequuntur ac difficilia quædã, & propter obscuritatē propè abdita inter res oratione inexplicabiles, continēt: maiori nobis attentione opus est, uel potius maiori precum subsidio, & spiritus sancti ductu: ne idem nobis accidat in orto ex sublimibus hisce miraculis stupore, quod in sideribus usuuenire nobis cõsueuit. Etenim quamquã longo ex interuallo pulcritudinē eorum admiremur, nõ tamen excogitare machinã ullam possumus, qua nostrã in potestatem ea redigamus: sed una tantũ frui ratione licet eorũ pulcritudine, nimirũ adspectus admiratione. Reuera enim hi diuinorũ oraculorũ radij ac faces quasi quædam sidera sunt, quippe quæ luce sua tantũ supra oculos animi nostri fulgēt, quanto cælum terra sublimius est, quēadmodũ uates ille loquitur. Quòd si cõtingeret animo nostro, quod de Elia audimus, ut igneo curru mens nostra sursum rapta, in sublime ad pulcritudines illas cælestes trãsferretur: (per ignē aũt illũ intelligimus Spiritũ sanctum, ad quē in terram mittendũ uenit Dominus, quiq; linguarũ specie diuisus inter apostolos fuit) nõ omnino nulla spes esset, fieri posse, ut ad hæc sidera propius accederemus, ad diuinos inquã sensus illos: qui per cælestia spiritualiaq; oracula nostros animos quasi quodam fulgure perstringũt. Suspicito enim animi tui oculo, te auditor appello, ut consimilibus utar uerbis ijs, quibus olim ad patriarchã usus est Dominus quũ diceret: Suspice in cęlum hoc, & hæc sidera intuere. Possis'ne sublimitatē horum sensuum emetiri? Adspice reginæ potestatē, cognita ipsius potentia de mandatis ijs, quæ profert. quàm imperatoria quædã auctoritas in ijs, quæ ab ipsa dicuntur, elucet? nõ precibus obtinet quod uult, sed secundũ ueram illam promittētis uocē, qui ait fidelē prudentemq; rei familiaris administratorē oēs heri sui facultates sua in potestate habiturum: etiam ipsa sibi hac potestate sumta, regio more quę ipsius animo allubescũt gerit, dum duobus è uentis alterũ quidē boream mandato suo ab se segregat, alterũ uerò austrum benignè arcessit, utq; ad se ueniat hortatur. Verba quidē huiusmodi sunt: Surge borea, & ueni auster. Quibus in uerbis fortasse quiddã adfine ijs reperire est, quæ ab Centurione sic dicuntur, ut etiã ea SERMO ipse admiretur: quēadmodũ auctor ille Euangelij narrat, quũ inquit: Id ubi Iesus audisset, admiratus est, atq; hãc Centurionis uocē supra fidem Israelis extulit. Neq; enim mihi in hisce de fide uerbis cõparationē Centurionis huius ad populũ Israelicum instituisse uidetur, sed ad ipsum illũ Israelem: qui in lucta cõtra aduersariũ uix ope diuina effugit, quo minus humi prosterneretur, neq; prorsus nihil ab aduersario damni accepit, quippe qui læsus in femore fuerit. At hic Centurio, de quo nunc loquimur, regia potestate dimittens id, quod alterius imperio subiectũ est, quod animo suo gratũ est sibi cõcsliat. Etenim mihi uir hic propterea maximè uidetur in admirationem uenisse, q sese dicat de ijs militibus, qui subiecti sint ipsi, pro auctoritate imperij sui dimittere quē uelit, & sibi placentē arcessere, atq; etiam imperare seruo suo, quod fieri ab eo uelit. Nimirũ in his uerbis Centurionis quædã inest philosophia, quòd semel dimissum nõ amplius ad se reducat: sed illo digresso, aliũ eius loco recipiat. Ait enim se, posteaq; huic dixerit, abi: eo digresso aliũ arcessere, nõ tamē illum, quē prius dimiserat. Quibus in uerbis huiusmodi quamdã doctrinã tradi arbitror, q uidelicet eorũ natura quæ sibi aduersantur, sic cõparata sit: ut eodē in loco existere nequeãt. Nulla eñ societas est luci cũ tenebris, inquit Apostolus: sed omnino necesse est, posteaq; tenebrę migrarint, lucē esse id, q̃d illarũ loco cõspiciatur: itidē sublata de medio uitiositate, uirtutē eius loco introduci necesse est: quod ubi perfectũ est, sequitur carnis fastũ non amplius erigere sese aduersus spiritũ: quippe quũ id fieri nequeat, extincta ipsius omni ad repugnandũ prona facultate. Nimirũ ad omne tum ministeriũ sese cõparat, per potestatē spũs redactũ in ordinē, ut ipsi

*Oracula diuina sideribus cõsimilia.*

*Ignis, quē Christus in terram mittere uenit, quid.*

*De uerbis à Cēturione prolatis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



obœdiat. Postq; enim miles ille, qui uitiositati fert opem, reiectus est: proq; hoc ingressus uirtutis armiger, indutus lorica iusticiæ spūs ensem manu tenēs, armorū tegumentis munitus, nimirū salutis galea scutoq; fidei, omnē deniq; spūs armaturā gestans: tum scilicet mentē herum suū metuit mancipiū illud, nimirū corpus, cupidecq; mandata uictoris accipit, per quę corporis ministerio uirtutis opera præclara fiunt. Id Centurionis dictū hoc indicare uult, quum ait: Ad seruum meū dico, Facil lud, & facit. Enimuerò reginā nunc audiamus, quo pacto ableget aquilonē ab sese, diuersam in partē conuerso ipsius flatu. Non enim illū quiescere iubet, quemadmodum maris in fluctuatione Dns procellam cōmutat in trāquillitatē, iussis sistere flatibus: sed mādat uti abscedat & fugiat, quo adfluere quasi possit auster omni impedimento, nullo aduerso flatu obstante illius motui. Surge, inquit ad boreā. Et quæ tamdē caussa est, quamobrē uentus hic abigat? Asper uentus est aquilo, quod quidem alicubi in Prouerbijs dicitur: nomine tenus aūt secundus appellatur, qui nemini secundus ac prosper sit, extraq; si quis solem orientē à tergo habeat, cursu ad occasum directo. Intelligis haud dubie, quid hisce uerbis obscuriusculè indicet. Nimirū qui solem orientē deserit, (hoc aūt nomine quodā in uaticinio Christus appellat) seq; uersus occasum lucis abigit, ubi potestas est tenebrarū: is secundo aquilone utit, prosperante ipsius institutū prauis in occasionibus, per quas ad caliginē cursu cōtendit. Sic homo intēperās aquilonē secundū inuenit, ignominiosq; ipsius adfectioni quasi adflantē. Sic auaro uentus hic ad malitiā secundus est, quū ei materiem auariciæ quasi quamdā arenā uel puluerē coaceruat. Sic uentus iste secundus existit ijs, quibus spirat, impertiens operā suā ad quælibet facinora: aper quidē ille natura sua, uerūm uoluptatibus aduersa tegens. Eam ob caussam suo ex imperio aquilonē abigit ea, quæ sibi aduersus animi uitia imperiū usurpat, quū ait: Surge borea. Ceterū indicari hac uoce potestatē illā aduersariā, nemini nō perspicuū fuerit, cui rerū natura cognita sit. Quis em̄ solis ignorat motū, q; is ab oriente per cæli plagam australē instituto cursu, uersus occasum uergat? Terræ uerò figura quū globosa sit, quēadmodū periti harū rerū aiunt, à quacūq; tamdē parte illustrata à sole fuerit, necesse est uicissim ab alia huic opposita parte caliginē effici, nimirū hac ipsa inumbrata, ppter obuersionē partis illustratæ, radios eius impedientis, q̄ minus penetrent. Quare quū locus is luce careat, semperq; sit frigidus, neq; solaribus à radijs illustratus, neq; calfactus: iccirco princeps ille imperij tenebrarū, qui tenerā animarū naturā instar aquę constringendo lapideā reddit ac durā, boreas & asper appellatur, quippe qui effector sit hibernę tristitiæ: eius inquā hiemis, in qua negat cu angeliū pericula posse fuga euitari. Nam in hac eorū, quę secundū uirtutē florent, pulcritudo marcessit. Rectè igit aquilonē regina pro imperio suo abigit, contraq; uentū meridianū, qui & calidus est, & perpetua cū luce cōiunctus, arcet: eumq; uocat austrū, per quē torrēs ille deliciarū fluit. Veni, ait, auster: perfla hortū meū, & fluant aromata mea: nimirū ut flatu uiolento (quēadmodū Christi discipulis collectis in cœnaculo accidisse audimus) illapsus in plantas animis præditas, cōstitas ab ipso Deo arbores moueat ad ferendū aromata, perq; os manare faciat fragrantē uaticinationē, atq; salutaria fidei dogmata, linguis omnibus doctrinæ fragrantiā ullo sine impedimento effundēs. Sic illi cxx. discipuli plantati in domo Dñi per huiusmodi austri flatū linguis suis doctrinā ptulerunt. Hanc igit ob caussam sponsa inquit ad eiusmodi austrū, Perfla hortū meum: nimirū quia mater hortorū facta erat per sponsi uocē, qui eam effecerat (ut heic dicit) fontē hortorum. Itaq; hortū suum, uidelicet ecclesiā, animatis arboribus scatentē, perflari uult: ut ab eis aromata fluāt. Ait uates, Flabit spūs eius, & fluent aquæ: uerum sponsa regijs opibus elata, fluuina illa magnificentiora reddit, dum ui spūs aromatū amnes de horti arboribus fluere facit. Ex quo intelligi potest ueteris nouiq; testamenti discrimen, uatū uidelicet amnē aquis abundasse: euangelicū uerò aromatibus. Talis aromatū ex horto ecclesiæ per spiritum fluens amnis erat magnus ille Paulus, cuius fluentum Christi erat fragrantia. Talis item fuit Ioannes, Lucas, Matthæus, Marcus, ceteri omnes, nimirum

*Cur aquilo dimittatur.*

*Christus sol oriens.*

*Solis motus.*

*Quid aquilo. Quid hiems.*

*Quid austri flatus.*

*Aromatum fluuina.*

*Noui testamenti præstantia.*



rum plantæ illæ nobiles in horto sponsæ, qui à lucido illo meridianoq; austro perflari, aromatum fontes facti sunt, euangeliorum fragrantiā è suis quasi scaturiginibus proferentes. Descendat, inquit porrò, cognatus meus in hortum suum: comedat fructum pomorum eius. O uocem audacter libereq; prolatam. ô ambitiosam magnificamq; in donando animam, quæ omnem summam magnanimitatem superat. Quémnam suis fructibus conuiuam excipit? cui nam ex bonis suis epulum parat? quem quęso ad præparatorum fruitionē inuitat? Eum ipsum, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia: qui nutrimentū cunctis præbet opportuno tempore, qui manum suam aperit, & quoduis animal pro bonitate sua saturat. Inuitat, inquam, panem illum, qui de cælo descendit, & mundo uitam largitur: qui rebus uniuersis è fonte proprio uitam adfundit. Huic sponsa mensam apponit. Atq; illa mensa hortus est, arboribus animatis consitus. Arbores autem nos sumus, si quidem ij sumus, qui suarum animarum salutem ei proponant alimenti loco. Sic enim ait is, qui uita nostra tanquam epulo utitur: Mihi cibus est, satisfacere uoluntati patris mei. Notum uerò est diuinæ uoluntatis institutum. Vult enim Deus omnes fieri saluos, ac ueritatis ad cognitionē uenire. Quapropter hic ei cibus paratus est, ut nos salutem adipiscamur. Fructus autē noster, est ipsius animi nostri propositum, quod decerpenti nos Deo sponte sua quasi per quemdam ramum animā porrigit. Hoc autem animaduertendum est, prius sponsam ex fructu mali quadam dulcedine adfici, quum ait: Et fructus eius dulcis in gutture meo. Ita deinde & ipsa fit fructus maturus & dulcescens, quiq; agricultori ad lætitiam apponitur. Ceterū uerbum, Descendat, significationem optantem habet, consimiliter prolatum ut illud: Sanctificetur nomen tuum, fiat uoluntas tua. Nam ut in ijs uerba ipsa sic cōformata sunt, ut uim quamdam optantem contineāt: sic etiam quod heic dicitur, Descendat, sponsę uotum est, ostendentis Deo fructuū uirtutis abundantiam. Descensus ipse denotat opus diuinæ erga humanū genus benignitatis. Quia enim alia ratione fieri nequit, ut ad illum altissimū in sublime adsumamur, nisi Dominus ipse, qui humiles adsumit, sese demittat: iccirco anima in sublime contendens, manuductionē eius qui supra nos positus est implorando, descendere illum de amplitudine sua optat, ut adsequi eum inferiores possint. Ille uerò, qui per uatem ait, Etiamnum loquente te dicam, En præsto sum: priusquàm optandi finē sponsa faciat, audijt ea quæ petebat, promtoq; corde illi gratificatur. Adest nimirum in horto, quē perflauit auster: decerpit aromatū fructus: deniq; uirtutis fructibus saturatur, atq; epulum cōmemorando prædicat, dum ad sponsam ait: Descendi in hortum meū, soror mea sponsa. Demessui myrrham meam, cum aromatibus meis. Comedi panem meum cum melle meo. Bibi uinum meum cum lacte meo. Comedite proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres mei. Vides quo pacto sua magnificentia petitionem ipsam superet. Oprauerat sponsa, ut aromatum fontes plantæ suę in horto fierent, quas spirans à meridie perflasset auster, utq; fructu pomorū excipere agricolam ipsum posset. At notum cuiuis est, omnem fragrantiam saltem adficere sensum gustatus: & fructus arborum in uescendo minus efficere ad conseruandā ualetudinem eorū, qui ijs utuntur, quàm panis efficiat. Iam is qui descendit in hortū suum, naturamq; fructuū præstantiorē reddit, decerpit ex horto repertā myrrham & aromata sua. Nam ab ipso esse, quidquid præclari ubiuis reperiatur, uates quidā prædicat. Idem ut fructuum loco pane graues sint arbores, efficit: pane, inquam, cum melle suo cōmisto. Quo loco referamus hoc quoq; ad uocem illam uatis, nimirum mel ipsius esse, sicut & res bonas ceteras. Etiam uinum ex eis haurit, cōmistum cū lacte suo. Etenim ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia. O beatos illos hortos, quorū arbores eiusmodi fructus ferre traduntur: ut ad omnem deliciarum speciem pro fruitionis cupiditate cōmodè mutentur. Nam ei, qui delicias ex fragrantia captat, myrrha fiunt & aromata, dum mortificando membra terrena, purā ac suaueolentem uitam condiunt, quę de uarijs diuersisq; uirtutis aromatibus temperata constet. Alij, qui perfectiorē cibum requirit, panis fiunt: nō qui amplius ad

*Quid descensus Dei.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Mel & picrides inter se oppositæ.*

picrides siue lactucas amaras adhibitus comedatur, uti lex præcipit: (nimirum lactucę trālitorijs adhibentur) sed quē ad panē obsonij loco mel adhibeat, posteaq; suo tēpore uirtutis fructus animi sensuū organa suauiter adficiet: qđ quidē indicat per panē illū, qui post resurrectionē Dñi discipulorū in cōspectu tauo mellis adhibito dulcior reddebat. Sitienti aūt, craterís loco fiunt, uino lacteq; referti: nō spongia felle atq; aceto humectata, quale poculū bene de se merito Iudæi per arundinē offerūt. Neq; uerò ignota nobis esse possunt, quę his in uerbis ænigmata latēt: quo

*Paulus arbor myrrhæ ferax.*

nimirū pacto Paulus myrrhę ferax arbor fuerit, qui cottidie moriebatur, ipsius de se mortis sententiam ferebat, per puritatem acuitam uitiorū expertem sese aromatibus quasi quibusdam condiebat, odor uitæ fiebat ijs, qui salutem consequebantur. Quo pacto idem animatas horti plantas Domino, qui horti est possessor, quasi quemdam in panem cōmutauerit: testimonium ferente de his illo ipso, qui sedens

» in solio inquit, Esuriui ac dedistis mihi quo uescerer. Etenim rectè agere panis est

» ille lætitię, mandati melle cōditus. Quo deniq; pacto idem florentes horti arbores sponso quasi quoddam uinum infundat, quibus ait sponsus ipse: Sitiui, ac potum

» fecistis me: lacte uidelicet uinū miscentes, nō aqua, sicuti caupones consueuerunt. Lac uerò primum illud humanæ naturæ nutrimentum est, purum, simplex, infantibus reipsa conueniēs, fraudis expers, ab omni prauitate repurgatum. Posteaq; hu-

*Cœna Domini mystagogia.*

» ic uerbis SERMO sponsam compellauit, proximis sibi mysteria Euangelij appo-

» nit, quum ait: Comedite proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres mei. Nam ei, qui mysticas illas Euangelij uoces intelligit, nullum apparebit discrimen inter hoc loco posita uerba, & institutam ibi discipulorū causſa mysterij celebrationem. Etenim consimilibus & istic, & heic uerbis SERMO utitur: Comedite, item, Bibite.

» Quòd autē fratres hoc loco ad ebrietatē hortatur, id uideri plerisq; forsitan possit continere quiddam amplius, quàm euangeliū. Verūm si quis accuratè rem expenderit, etiam hoc uerbis Euangelicis esse consentaneū reperiet. Nam quod heic uerbis hortatur amicos facere, id ibi reipsa facit. Omnis enim ebrietas quamdam mentis de suo quasi loco dimotionē efficere cōsueuit in ijs, qui à uino superantur. Itaq; heic fieri quod uult, id istic per diuinū illū cibū ac potū & id tēporis factū est, & fit semper: subeunte nimirū unà cum illo cibo ac potu in nos etiā trāslatione quadā ac dimotione mentis à peioribus ad potiora. Sic inebriantur, quemadmodū quodam

» in uaticiniorū libro dicitur, qui pinguedinē domus Dei bibunt, & torrente deliciarum rigantur. Sic inebriatus fuit olim magnus etiā Dauides ille, quū ipse de seipso quasi emigrans, & mente dimotus, pulcritudinē illam non adspectabilem uideret,

» ac uocē hanc celebrē emitteret: Dixi ego raptus extra meipsum, neminē non mendacem inter homines esse. Quo loco bonorum inexplicabilium enarrationē uerbis instituit. Sic & Paulus iunior ille Beniamin, inebriatus erat, quum extra se rapere-

» retur ac diceret: Siue adeò rapti extra nos sumus ad Deū, (nam ad illū rapiebatur)

» siue mente uobis integra prediti uidemur. Et declarabat certè in oratione ad Festū, non se furiosum esse: sed hominis sani ac iusti uerba proloqui. Noui etiā beatum illū Petrū in huiusmodi ebrietatis specie simul & esurisse, & fuisse temulentū. Prius enim, quàm nutrimentū corporeum sumeret admodum esuriens, ac gustare uellet:

*Spectrum oblatum Petro.*

mensam ei suis instruentibus, accidit ipsi diuina quædam & sobria temulentia, per quam ipse extra sese rapitur, ac linteum illud euangelicū quatuor initijs de sublimi demissum cernit, quo nullū non genus hominū contineretur, expressorū per infinitas formas uolucrū, quadrupedum, humi repentiū, belluarum, prout diuersi eorum cultus diuini essent: quorū belluinam & alienā à ratione speciem mactare iubetur, ut illis purificatis, quod relinqueretur, esculentū fieret. Quo tēpore nuda etiā pietatis illa regula tradebatur, nō semel dicente diuina uoce, sed ter repetente. Pollutum

» nō esse, quod Deus purificarit: ut ex una uoce discamus, Deū illū purificantē esse filium unigenā, itemq; de uoce altera, Spiritū sanctum esse Deum, qui omne pollutum purificet. Talis ergo temulentia quū oriatur ex eo uino, quod cōuiuis suis Dominus proponit, quæ quidem ebrietas animā extra se ad diuiniora quædā abripit, rectè



rectè hortatur eos, qui propius ad ipsum per uirtutes accesserūt, non aūt procul distant: Comedite proximi mei, & bibite, & inebriamini. Nam qui edit ac bibit indignè, damnationem sibimet edit ac bibit. Ac præclarè dignos hoc cibo fratres suos appellauit. Nam qui satisfacit ipsius uoluntati, eum ipse SERMO uocat & fratrē, & sororem, & matrē. Cetertum cōsentanea quadam serie somnus ebrietatē excipit, ut cōcoctione facta robur aliquod ualetudinis conuiuæ adquirāt. Propterea post insigne illud epulum somnus sponsam occupat. Et somnus hic insolens est, ac alienus à consueto more naturæ. Nam usitato in somno neq; dormiens uigilat, & uigilans non dormit: sed utraq; in sese desinunt, somnus nimirū ac uigilia, mutuis sibi

*Somnus sponsæ insolens.*

successionibus cedentia, & uicissim unumquemq; occupantia. Verùm heic noua quædam ac inaudita rerū sibi aduersantiū mistura & concursus in ea conspicitur. Equidem (ait) dormio, & cor meū uigilat. Quæ nam igitur ex his elicienda sententia est? Somnus simulacrū mortis est. Nam per somnum omnis sensuum effectio in

*Somnus imago mortis.*

corporibus remittitur: non usu, non auditu, non odoratu, non gustatu, non tactu officium suum faciente, dum somnus durat. Præterea corporis ipsius omnem uelut intensionem remittit, & curarum in homine obliuionem inducit, & metum fopit, & iram mirigat, & contentionē exacerbatorum relaxat, & malorū omnium sensum adimit, quàm quidem diu corpus occupat. Quamobrem hinc discimus, ipsam seipsa sublimiorem esse redditam, quæ se uerbis hisce iactat: Equidem dormio, & » cor meum uigilat. Reuera enim in illo, in quo mens sola sibi uiuit, à nullo sensu mo » lestata, quasi quodā in somno & occultatione naturā corporis fit libera: uereq; dici potest, uisionē sopiri tranquillitate quadam, neglectis spectris illis, quæ cumq; pueriles oculos stupore quodā & admiratione adficiunt. Non de illis solùm loquor, quę terrestris materiei sunt, uerbi gratia, de auro, argento, lapillis, quicumq; colorū elegantia libidinem oculorum excitant: sed etiā de miraculis ijs, in cælo quæ conspiciuntur, ut sunt radij siderū, globus solis, multiplex lunæ species, & si quid aliud uoluptatē oculis adfert. Hæc igitur omnia propter contemplationē uerorū bonorum spreta facent, quippe quæ perpetua nō sint, sed unà cum ipso tēpore transeunte loco quasi moueantur & prætereant. Nimirū oculus corporis tum liber est ac solutus, neq; perfectior anima deorsum trahi se patit ab ulla re sibi ostēsa: quippe quę mente sua tantùm intueatur ea, quæ supra res sub aspectū cadentes posita sunt. Sic & auditus uelut amissis effectionibus suis mortuus facet, occupato animo rebus ijs, quæ res omnē orationem superant. Reliqui sensus, qui ad brutorū naturam aliquanto propius accedunt, ne recenseri quidē heic debent. Etenim cadaueroſi cuiusdam fœtoris instar longè tum ab animo remouentur & odoratus sagaciter odores peruestigās, & gustatus obsequio gulæ destinatus, & præter hos etiā tactus organum illud sentiendi seruile ac cæcū, quod fortasse tantùm cæcorū causſa natura condidit. Atq; his omnibus quasi quodam in somno quiescentibus, effectio cordis pura est, & sursum spectat ratio, nullo eam motu sensus circumstrepente ac turbante. Nam quum duplex in hominū natura sit uoluptas, quarū altera in animo per ui

*Duplex in homine uoluptas.*

tam expertē uitiorum efficitur, altera in corpore nō sine uitijs: utraimcumq; tamdē uoluntas elegerit, ea imperiū in alteram obtinet. Itaq; si quis sensus respectū habet, & uoluptatem illam quærit, quæ per sensum corpori accedit: is minimè percepto diuinæ lætitiæ gustu uitam deget. Solet enim illi quod præstantius ac melius est, quasi caligo quædam offundi ab eo, quod est peius. At quorū cupiditas ad Deum inclinat, ijs bonū caligine nulla inuolutū manet, & fugiendum esse statuitur, quidquid sensui uelut præstigijs quibusdam illudit. Eam ob causſam anima quoties solita rerum se contemplatione oblectat, nulli uoluptariæ rei uigilat, quæ sensu perficiatur: sed omni motu corporeo sopito, nuda puraq; mente quasi per diurnā quamdam uigiliam Dei patefactionem recipit. Eam uerò nobis quoq; cōsequi eueniat, efficientibus ut animus noster uigilet per illum, quem diximus, somnum: idq; in Christo Iesu Domino nostro, quem decet gloria sæculis infinitis. Amen.

*Greg. Nyssenus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# IN CANTICVM CANTICORVM
## ORATIO VNDECIMA.

*Vox cognati mei pulsat ostium. Aperi mihi soror mea, propinqua mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum refertum est rore, ac cincinni mei guttis nocturnis. Exui tunicam meam, quomodo induam illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Cognatus meus immisit manum suam per foramen, & uenter meus trepidauit ad eum.*

### EXPLANATIO.

*Vigilandū esse animo.*

VNum quoddam est de magnis Christi præceptis, per quæ mens discentium Dei uerbum omnibus crassis in natura rebus ab sese quasi quodam puluere decusso, ad cupiditatem rerum supra nos positarum attollitur. Est autem hoc, debere nos somno minimè addictos esse, quicunq; ad uitam supernam respiciamus: adeoq; numquam nō mente nobis uigilandum esse, quasiq; animorum quemdam impostorem, & insidiatorem ueritatis, oculorum nictum abigendum: illum in-

*Res huius uitæ transitoriæ.*

quam nictum, illum somnum, per quem formantur in eis, qui altius errori uitæ huius infixi hærent, somnijs illa consimilia simulacra, magistratus, opes, potentiæ, fastus, uoluptatum impostura, gloriæ cupiditas, uita delicata, ambitio, cetera denique omnia, quæcunq; in hac uita temerè à non satis circumspectis per quamdam opinionem expetuntur, & unà cum transitoria temporis ipsius natura quasi præterfluentia, saltem in hominum opinione consistunt: neq; id existentia, quod esse existimantur, neq; in eadem existimatione perpetuò manentia: sed quæ simul & oriri uidentur, & interire, fluctuum prorsus instar, qui in aquis in altum sublati, ad tempus aliquod unà cum ipso uentorum motu intumescunt, quamquam tumor ille minimè sit durabilis. Etenim posteaquàm exiguo momento excitati unà cum uento fuerunt, non multo post æquabilis superficies maris uicissim conspicitur, sedatis cum uento fluctibus. Quapropter uti mens nostra libera sit ab erroneis illiusmodi simulacris, grauem illum somnum excutere nos iubet ex oculis animi: propter rerum non existentium studium excidamus ijs, quæ & subsistunt, & sunt in rerum omnino natura. Eamdem ob causam Dominus etiam nobis proponit, qua
» ratione uigilantiam consequi possimus, quum ait: Cincti sint lumbi uestri, & lucernæ accensæ. Etenim si lumen in oculis splendeat, somnum ab eis depellit: & si lumbi cingulo constricti sint, faciunt ut corpus somnum non admittat, laborum sensit relaxationem somni reijciente. Omnino autem perspicua sunt, quæ per hæc ænigmata significantur: eum uidelicet, qui temperantia cinctus sit, in luce uiuere, pura conscientia uitam eius illustrante per lucernam libertatis: quibus rebus prælucente ueritate, necesse est animum immunem à somno & erroris fraude manere, nulli fallaci somnio stultè inhærentem. Hoc si egregiè præstiterimus, quemadmodum ipse SERMO præcipit: angelica quædam uita nos excipiet. Angelis enim certè uerbum illud diuinum nos comparat, quum ait: Vos etiam similes estis hominibus exspectantibus herum suum, quando rediturus sit à nuptijs: ut posteaquàm uenerit & pulsauerit, mox ei aperiant. Angeli nimirum sunt, qui Domini de nuptijs reditum exspectant, & uigilante oculo ad fores cælestes sedent, ut per eas rursum ingrediatur reuersus à nuptijs rex gloriæ, in beatitatem uidelicet illam cælestem, unde (secundum uerba libri sacrorū carminum) uelut é cubili nuptiali progressus sponsus, nos sibi per regenerationem illam mysticam ceu uirginem iunxit, & corruptam per scortationem cum deastris naturam integritati uirgineæ restituit. Atque hisce nuptijs absolutis, & à SERMONE adsumta iam in sponsam ecclesia, quemadmodum Ioannes ait, Qui sponsam habet, sponsus est: adeoq; iam in arcanorum initiorū cubile recepta ecclesia: exspectabant reditum regis an-



gis angeli, reducta iam ecclesia illam ad beatitatem, quam initio naturæ suæ habuerat. His ergo inquit similem esse uitam nostram quoque debere, ut perinde ac illi longè degentes à uitiositate atque errore, parati sunt ad excipiendum herum aduentantem: nos quoque uigilantes ad limina diuersoriorum nostrorū, promtos ad auscultandum nosmet efficiamus, quando adstans pulsaturus sit ostiū. Felices, inquit, illi serui sunt, quos ubi aduenerit herus, sic agentes repererit. Quare quū pars felicitatis sit, audire pulsantem: iccirco iam ea, quæ numquam non ad beatitatem respicit, adstantem foribus animaduertit: illa inquam anima, quæ præclarè ad thesauros suos excubat. Vox, ait, cognati mei pulsat ostium. Quū possit aliquis sponsæ profectum ad diuiniora de ijs, quæ hèic dicuntur, ex dignitate perspicere? Nam quæ tanta potestate animiq; confidentia asperum illum aquilonem ab sese relegauit, ac uentum lucidum ad se pertraxit: quæ malorum punicarum paradisos ex ore produxit, quarum fructus erant aromata: quæ hortum suum ueluti mensam apposuit rerum Domino, in qua quidquid appositum erat, minimè abijciendum uisum fuit, sed testatum de omnibus, esse præclara, nimirum myrrham, aroma, panem cū melle, uinum cum lacte: cui testimonium perfectionis SERMO ipse tribuit, quū ait, Tota pulcra es, ac macula nulla est in te: hæc ergo nunc animo sic est adfecta, quasi prima uice patefactionem Dei esset exceptura, quasiq; numquam antehac SERMONEM iam pro foribus stătem intromiserit inq; domum suam deduxerit, tum uocis eius admiratur. Propterea inquit, sponsi uocem necdum ad se, sed ad ianuam tāntum pertingere, Vox, ait, cognati mei pulsat ostiū. Viden' quo pacto curriculum infinitum ijs conficiundum sit, qui ad Deum contendunt? qui semper id quod semel perceptum est, principium sit sublimiorum? Etenim quando quietem aliquam à cursu progressionis ad sublimia sperabamus ob ea, quæ ad sponsam prolata sunt: (quid enim post tributum perfectionis testimonium, requirere quis amplius possit?) tum demum uidemus eam adhuc intra domū ipsam existere, necdū extra fores suas progressam, neq; uoluptatē cōspecti uultus adsequutā: sed etiānū audiendo bonorū ad fruitionē duci. Quāobrē hāc doctrinā ex indicatis hactenus discimus, semper uidelicet in eos, qui ad maiora proficiunt, Apostoli uerbū illud conuenire, quo dicitur: Si quis aliquid se cognouisse putat, necdum cognouit ita, ut cognoscēdum erat. Agnouit in ijs, q̄ præcesserunt, eatenus illū sponsa, quatenus percepit. Verùm quia id, quod necdum ab ea perceptū est, infinitis modis amplius est percepto: propterea sæpenumero sponsus & conspectus est ab anima, & quasi necdum oculis oblatus fuerit, futurū promittitur his uerbis, ut à sponsa conspiciat. Vt aūt sensus ipse nobis illustrior fiat exempli caussa imaginē quamdā proponere iubet. Quemadmodū enim si quis propius ad eū fontē accedat, quē de terra rerum initio tradit adscendisse historia sacra, tanta magnitudine & abundātia, ut uniuersam terræ superficiē inundaret: admiraturus sit aquā illā infinitā, quā ppetuo quasi imbre fons ille effundat, nō tamen dicturus, se totā illā aquā uidisse. Quo enim pacto cernere possit id, quod adhuc intra terræ sinus abditum latet? Adeoq; tametsi diu apud fontem hunc scaturientē hæreat, nihilo minus semper est in huius aquæ contēplationis initio. Nec enim umquā aqua subsistit, quum semper fluat, ac semper scaturire incipiat. Sic qui diuinam illā, infinitamq; pulcritudinē intuetur, quū id quod quouis tempore inuenitur, nouū quiddam & inusitatū sit, cum percepto si cōferatur: admirabitur quidem is quidquid oblatū quouis tempore fuerit, numquam tamē? in cupiditate ulteriùs aliquid cernendi quasi subsistet, quum prorsus illo quod uisum ab ipso est, magnificentius ac diuinius sit hoc, quod exspectatur. Propterea hèic etiam sponsa semper admirando id, quod animaduertebat, nūquā in animaduersis desiderio suo modum statuit. Quæ caussa est, cur nunc etiā SERMONEM uelut adhuc fores pulsantem audire sibi uideatur, & ad hanc auditionem surgens dicat: Vox cognati mei pulsat ostium. Deinde auribus ad tranquillitatem compositis, SERMONEM ipsum uoce sua eā cōpellantē audit. Sunt autē huiusmodi uerba. Aperi mihi soror mea, propinqua mea, colūba mea, pfecta mea:

*Angelis debere nos esse similes.*

*Progressus in agnitione Dei infinitus est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Patefactiones diuinæ ad Mo sen.*

*Progressionis in agnitione Dei gradus.*

*Toto in libro quæ rerũ sit series.*

*Quid ostium, & contactus ostij.*

*Quæ claues ad ostium.*

*Quid ros.*

*Quid per guttas accipiẽdũ.*

quia caput meum refertum est rore, ac cincinni mei guttis nocturnis. Eorum sententiam hoc quodam modo quis cõsiderando perceperit. Magno illi Moſi per lucem Deus apparere cepit. Postea per nubem cum eo Deus colloquitur. Deinde factus iam sublimior ac perfectior, in caligine quadam cernit Deum. Quod autem ex hoc discimus, tale est. Prima quidẽ à falsis & erroneis de Deo opinionibus discessio, transitus est à tenebris in lucem. At rerum abditarum cõsideratio propior, quæ per oculis subiecta quasi manu animum ducit ad naturam illam inadspectabilem, ueluti quædam nubes est: quæ quidquid oculis expositum est inumbrat, animumq; ad intuendum abdita condocefacit. Animus autem per hæc ad superiora pergens, posteaquàm à tergo reliquit tantum, quantum cadere humanam in natura potest: in ipsa diuinę cognitionis adyta penetrat, undiq; diuina caligine septa, in qua exclusis omnibus sub uisum perceptionemq; cadentibus, tantùm hoc animi considerationi relinquitur, quod neq; cerni neq; compræhendi potest, in quo Deus existit, quemadmodum de Latore legis sacra historia dicit: Moses autem ingressus est caliginem illam, in qua Deus erat. His ad hunc modum à nobis cõsideratis, uidendum quæ uerborum huic nobis propositorum ad ea, quę indicauimus, cognatio sit. Erat aliquando sponsa nigra, per doctrinas lucis expertes in tenebras quasi quasdam demersa, & ab illo sole læsa, qui per tentationes sementem in saxis nullis radicibus hærentem urit: quo tempore ab ijs uicta, qui in ipsa depugnabãt, uineam suam non custodijt: quum item ignora sibimet, hædorum greges ouium loco pascebat. Verùm posteaquàm à mali cognatione diuulsa, per mysticum illud suauium adhibere os ad lucis fontẽ desiderauit: ex eo nimirũ pulcra fit, à ueritatis lumine collustrata, ignorationis nigredine per aquam abluta. Secundum hæc cũ equo comparatur, ob felicitatem in cursu: & columbæ, ob celeritatem in uolando. Inde posteaquam quidquid percipi & cerni potest, ut equus percurrit, & ut columba peruolauit: primùm in umbra mali magno cum desiderio requieſcit, appellans id quod præbebat umbram, malum pro nube. At nunc iam nox eam diuina continet, qua sponsus adest quidem ille, non tamen apparet. Nam quî apparere nocte possit, quod non cernitur? Sensum tamen animæ præbet aliquem præsentiæ suæ, quamquam illustri modo non percipiatur, absconditus ratione naturæ suæ sub adspectum non cadentis. Quæ nam igitur hæc est in arcana deductio, quæ per nocte hanc animæ contingit? Nimirum attingit ostium SERMO. Per ostium uerò intelligimus intelligentiam cõiecturis utentem in rebus oratione neminis explicabilibus: per quam intromittitur id, quod à nobis inquirebatur. Igitur ueritas extra naturam nostram stans, per cognitionem particularem (ut Apostolus loquitur) considerationibus quibusdã & ænigmatis ostiũ mẽtis pultat, & Aperi ait, suaq; exhortatione modũ ei subijcit, quo aperiundũ sit ostiũ: quasi claues quasdã porrigẽs hæc præclara uocabula, per quæ id quod clausum erat, aperitur. Nã haud dubiè claues sunt horum uocabulorum peculiaria significata, quæ abdita reserãt: cuius generis sunt, soror, uicina, columba, perfecta. Quòd si ostium tuum, inquit, aperiri uis, animiq; tui portas attolli, ut gloriæ rex ingrediat: ut soror mea fias necesse est, idq; in eo, ut animo tuo recipias, quidquid ego uoluero: quemadmodum ait in Euãgelio, fraterẽ ipsius & sororẽ esse illũ, qui ad nutũ eius uiuat. Etiã accedẽdã erit tibi ad ueritatẽ, & quidẽ admodũ ppẽ: ut ab ea nulla re intermedia segregeris. Debes & colũbæ in natura perfectionẽ habere, nimirũ ut nulla parte sis manca, adeoq; absoluta sis ab omni & innocẽtia & puritate. His uocabulis, mea tu anima, quasi quibusdã clauibus sumptis: patefacito per ea ueritati aditũ, & soror facta, & uicina, & colũba, & perfecta. Feres aũt lucrũ ex receptione ac intromissione mei, rorẽ uidelicet mei capitis, quo plenus sum, & guttas nocturnas, quæ de cincinnis meis destillant. Horũ alterũ, nimirũ rorẽ, medicamentũ esse: de uarijs uoce illa perspicuè didicimus, qua inquit: Ros, qui abs te est, medicamẽtũ est ipsis. At nocturnę guttæ significationem habent adhuc illi sententiæ, q̃ paullo antè considerando exposuimus. Nequit eñ fieri, ut is qui in adyta illa resq; positas extra cõtẽplationẽ penetrat,



penetrat, imbrem quemdam cognitionis uel torrentẽ consequatur: sed boni consulendum, si per exiguos & tenues sensus cognitionem ipsius roratim quasi riget ueritas, destillante in ipsum gutta illa rationis participe, idq; hominum sanctorum & à diuino spiritu gubernatorũ opera. Cincinnos enim, qui capiti uniuersi huius adhæreant, figuratè dici arbitror, uates, euangelij prędones, apostolos: quorũ singuli pro uiribus suis ex obscuris & abditis ac sub oculos minimè cadentibus thesauris haurientes, nobis quidẽ illi sunt amnes aquis redundantes: uerùm ad ipsam ueritatem collati, non nisi roreæ quædã guttæ sunt, ut maximè copia, ut amplitudine doctrinæ exundẽt. Cuiusmodi Paulus erat, qui quũ fluuius is esset, qui cogitationũ suarũ fluctibus supra cælũ sese attolleret, ad cælũ usq; tertiũ, ad paradisum usq;, ad uerba usq; ineffabilia, quisq; oratione sua quasi stagnaret omni genere sermonis sublimis: idẽ rursus declarat hanc orationẽ suã non nisi roreã quãdã guttã esse, si cũ ipsa ueritate conferatur. Sic enim inquit: Ex parte cognitionẽ adsequimur, ex parte uaticinamur: ac si quis se cognouisse quid existimat, necdum ita cognouit, ut cognoscendũ erat. Atq; equidem meipsum necdum percepisse statuo. Quòd si ergo roris humor, & cincinnorũ gutta uidentur & amnes, & stagna, & fluctus esse, si nostra ad facultatem existimentur: quid illo de fonte statuendũ est, qui ait: Si quis sitit, ad me ueniat, ac bibat? Sumat auditorũ quilibet coniecturam hoc de miraculo, pro ratione illorum, quæ dicũtur. Nam si gutta gignere amnes ex sese potuit, quid existimandum sit ipsum Dei flumẽ posse, colligi ratiocinãdo de hac ipsa gutta potest. Videamus aũt, quo pacto sponsa SERMONI obtemperet, qui sponso suo aditum patefaciat. Exui (ait) tunicã meam, quomodo induam illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Nimirum egregiè audiuit eum mãdasse, ut & soror, & uicina, & columba, & perfecta fieret: quo per hæc ueritas in animam intromitteretur. Fecit quod audierat, exuta tunica illa pellicea, qua se post peccatũ amiciebat: abluto item terrestri pedum puluere, quo immersa erat, posteaquàm uersata in paradiso redierat in terram, & audierat: Terra es, & in terram reuerteris. Iccirco SERMONI aditum ad animum patefecit, adaperto cordis uelamine, hoc est, carne. Carnem quum dico, uererem hominem intelligo: quem ut exuant ac deponãt hortatur diuinus ille apostolus omnes, qui lauacro uerbi sordes animi graduũ abluturi sint. Quare qui hominem ueterem exuit, & uelamentum cordis auulsit: is aditum SERMONI patefecit, quem ingressum anima sibi pro indumento usurpat, secundum admonitionem Apostoli, qui mandat ut is, qui lacerum ueteris hominis amictum exuit, tunicam illam nouam induat, quæ ad imaginem Dei condita sit, in sanctitate ac iustitia. Atque hoc indumentum ait esse ipsum Iesum. Ceterùm quod sponte sua profiterur sponsa, non recepturam se amplius tunicam semel abiectam, sed una (quæ & Apostolis lata lex est) uestę contentam fore, quam anima per supernam generationem renouata induerit: id uerò Domini uerbum illud confirmat, quo præcipit ut qui semel diuino sint ornati indumento, non amplius carnis tunicam superinduant, neq; tunicas habeant duas: sed unam, ne duę unum occupent tunicæ, quæ ceteroqui nequeunt inter sese coire. Nã quid tandem esse commune potest indumento tenebricoso cum lucido, & materiei crassæ expertes? Neq; uerò tantùm hoc præcipitur, nõ habendas esse tunicas duas: sed ne nouum quidem pannum adhuendum uestimento ueteri, ne uestis eiusmodi maiori cũ dedecore inquatur, si neque id, quod adsutum est, manserit: & pars uetus scissura peiori læsa fuerit, ut sarciri amplius nequeat. Sic enim ait. Supplementum ipsum tollit nouũ à ueteri, & peior scissura fit: ita ut partes indecoræ per hãc oculis exponantur. Hæc igitur caussa est, quãobrẽ dicat: Exui tunicã meã, quo induã illã, Quis eñ indutũ se uidens Dñi illa solẽ æquante, deq; puritate & cõdicione interitus expertę cõtexta tunica, qualẽ suis in transformatione montana ostendit: malit miserum ac lacerum uestimentum sibi circumdare, quo & temulentus & ganeo (quemadmodũ Prouerbiorum liber loquitur) circumdatur? Itidẽ posteaq; pedes lauit, non iam amplius inquinari se uult incedẽdo in terra. Laui, ait, pedes meos: quomodo inquinabo

*Quid cincinni.*

*Pauli cognitionis præstantia.*

*Cognitionis in Paulo tenuitas.*

*Tunica quam sponsa exuit.*

*Quid caro.*

*Tunica quam induit sponsa.*

*Non habendas tunicas duas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nulla mentio calceorũ summi sacerdotis in sacris.

» inquinabo eos? Ne Moses quidem, posteaquàm ex diuino mandato semel cadaueroso pellium tegumento pedes suos exsoluit, quo tempore in solo sacro & illuminato incedebat: calceamentis pedes deinceps cinxisse traditur. Idem quum uestem sacerdotalem ad exemplũ in monte sibi cõmonstratum summo studio confecisset, auricq; ac purpuræ, byssi, hyacinthi, cocci radios in ueste contexta cõmiscuisset, ita ut pulcritudo ex hisce omnibus temperata de se fulgorem quemdam ederet: nullum tamen pedibus ornamentum excogitauit, sed hoc ipsum pedi sacerdotali cultus erat loco, quòd ab omni tegumento nudus ac immunis esset. Nam sacerdoti omnino incedendum erat sacro in pauimento, quod cadaueroſis pellibus calcare non fas erat. Eadem causſa est, quamobrem & discipulis suis Dominus usu calceorum interdicat, quum mandat in uiam gentium ne eant: sed per uiã sanctam progrediantur. Neque uerò ignorare pores, quæ nam illa sancta uia sit,
» per quam currere discipuli iubentur: quum hoc ab illo didiceris, qui ait, Ego sum uia: quam quidem nequit contingere, quisquis mortui hominis indumentum non
Quid cingulũ Domini. deposuit. Quia igitur hãc uiã ingressa est sponsa, in qua ambulantibus pedes aqua Dominus abluit, & extergit linteo, quo cinctus est: (& est omnino Domini cingulum, uis quædam purificans à peccatis. Sic enim perscriptũ est: Dominus uim
» quamdam induit, eaq; se cinxit) iccirco pedes abluta, semet in uia regia custodit,
» neque ad dextram, neque ad læuam deflectens: ne alterutram ad partem exorbitans, luto pedem suum inquinet. Intelligis autem quid per hæc significetur, nimirũ
Quid calceorum corrigiæ soluere. animã quæ semel per baptismũ calceos soluerit, (est enim hoc mersantis sese proprium, ut calceorum corrigias soluat: quemadmodum Ioannes protestabatur, non posse se hoc in solo Domino facere. Nam qui soluisset eius corrigiam, qui prorsus à corrigia peccati constrictus non tenebatur?) eam igitur abluisse pedes, & una cum calceamentis omnes terrenas sordes abiecisse. Itaque seruat in uia strata pe-
» des suos impollutos, sicut & Dauides faciebat, quũ abluta illuuie cœni pedes suos
» in saxo collocaret, atque his uerbis uteretur: Reduxit me de lacu miseriæ, deq; il-
» luuie cœnosa: & pedes meos supra saxum statuit, gressusq; meos direxit. Per saxũ autem hoc Dominum ipsum intelligimus, qui & lux est, & ueritas, & immortalitas, & iusticia: quibus rebus uia spiritualis quasi quadam incrustatione sternitur. Ab his si neutram quis in partem deflectat, is plantas suas puras conseruat, nusquã à uoluptatis cœno pollutus. Hæc sunt (meo quidem uidere) per quæ à sponsa SERMONI ostium aperitur. Etenim ipsa illa confessio, qua policetur non amplius resumturã se tunicam illam reiectam, neque incedendo in hac uita terrenam inquinationem admissuram: aditus est animæ hoc modo comparatæ ad sanctificationem. Sanctificatio autem, est ipse Dominus. Atque hic est illorum uerborũ sensus. Rursus autem secundum hoc ulterius adscendere conatur anima, non iam amplius uoce cordis ostium pulsante: sed ipsa manu diuina per foramen ad interiora
» penetrante. Cognatus meus (ait) immisit manum suam per foramen, & uenter
» meus trepidauit ad eũ. Perspicere autẽ quiuis omnino potest, qui prudẽter hæc audit, quanto sublimiora sint hæc prioribus. Quũ SERMO ad sponsam ait, Aperi: largitur ei facultatẽ aperiendi per diuinos sensus. Obtẽperat SERMONI sponsa. Fit enim hoc, quod audit: soror, uicina, colũba, perfecta. Exuit pelliceã illã tunicã, fordes pedũ abluit, ac neq; fœdũ illud lacerũq; uestimentũ amplius induit, neq; in posterũ terrę uestigiũ imprimit. Audijt ergo uocẽ ipsius, & mandato paruit. Aperuit ostium, dirupto cordis uelamine. Amouit ab ostio cortinã carnis. Tota animæ porta patefacta est, ut ingrediatur rex gloriæ. Verùm hæc portæ capacitas exigua esse ostenditur, nimirum foramen arctum & exile: per quod nõ sponsus ipse, sed utix manus eius ingredi possit, ut attingat eã, quæ spõsum uidere desiderat. Ea uerò tantum ex hoc emolumenti capit, quod agnoscit hanc desiderati manum esse. Quales uerò doctrina nobis per abditam in his uerbis sapientiam tradatur, facilè discemus, si nonnihil in horum tractatione immorati fuerimus. Hominis animus quum sit uelut in confinio duarum naturarum, quarum altera corporis expers est, & intel-



ligentia prædita, & labe carens: altera corporea, materie crassa constans, rationis expers: quamprimùm per uirtutem expurgata ab adfectione erga uitam crassam & terrenam, ad cognata sibi diuinoraq; suspexerit: nullum peruestigandi & inquirendi rerum principium finem facit, quinam sit ille fons pulcritudinis rerum, unde uis ipsa scaturiat, ex quo ueluti fonte profluat elucens illa creatis in rebus sapientia. Omnes autem ratiocinationes, omnem perscrutandi uim mouens, summoq; nisu contendens id percipere, quod quærebat: hunc tamdem perceptionis limitem attingit, solam nimirum illam efficacitatem Dei, quæ ad nos usque seporrigit, & quam ex ipsa uita nostra persentiscimus. Vtq; flatus unà cum aqua sursum è terra tendens, non in paludis fundo subsistit: sed bulla fit, ac sursum ad cognata pergit, quumq; extremam aquæ superficiem penetrauerit, & cum aere mistus fuerit, tum ulterius in sublime moueri desinit: sic & animo res diuinas perscrutanti usuenit. Postquàm enim seipsum à rebus inferis ad sublimium cognitionem excitat, ubi diuinæ effectionis miracula percepit, ulterius curiositate sua progredi nequit: sed admiratur & cultu uenerationis prosequitur eum, de cuius effectionibus hoc saltem cognoscimus, quòd uidelicet existat. Intuetur pulcritudinem illam cælestem, ipsos luminarium radios: celerem circa polum cælestis orbis motum: circumagitationem interiorum siderum ordinatã & concinnam: annuum illum ambitum, qui per tempora quattor in sese reuoluitur: terram aptè collocatam respectu eius, à quo continetur, quæq; pro diuersitate motus superiorum, & ipsa suas effectiones mutat: multiformes animalium naturas, quæ uel in aquis degunt, uel in aere mouentur, uel uiuunt in terra: omnigenas item formas arborum, & uarias herbas, qualitate, ui, figura inter se diuersas: fructuum succorumq; proprietates, alia denique adspiciens animus, quæ efficacitatem Dei commonstrant, per ipsum hoc in rebus sub oculos cadentibus elucens miraculum ratiocinando peruestigat illum, qui per hæc opera intelligitur, quòd sit. Fortassis autem futuro sæculo, ubi transierint omnia sub adspectum cadentia, quemadmodum ait Dominus cælum ac terram transitura, quumq; ad illam uitam translati sue rimus, quæ supra omnem & oculum & aurem, & cogitationem posita est: fortassis ergo tum non amplius particulariter ex operibus illius boni naturam, uti nunc, cognoscemus: neque ex rerum oculis subiectarum effectione intelligetur illud in sublimi positum: sed omnino alia ratione percipietur species beatitatis ineffabilis, aliusq; modus erit fruitionis, qui nunc in cor hominis adscendere nequit. Interea cognitionis inexplicabilis quasi limes est animo, illa ipsa efficacitas, quæ ex natura rerum elucet, & quam appellari manum animaduertimus. Hæc igitur doctrina nobis per hæc diuina oracula traditur, puram nimirum animam non amplius incedentem in uita terrena & crassis addicta rebus, ut ne plantas suas polluat infixas rebus inferis, sed exspectãtem ut ipsum sponsum domo sua totum exciperet: æqui bonique fecisse, quòd saltem manum eius conspexerit, per quam uis eius efficax intelligitur. Cognatus, inquit, meus immisit manum suam
» per foramẽ. Nequit enim paupertas humana nullis circumscriptam finibus & in-
» compræhensilem illam naturam recipere. Addit autem, Et uenter meus trepida-
» uit ad eum. Atq; hoc trepidationis uocabulum significationem habet admiratio-
nis cuiusdam, quasi oblata re noua & admiranda. Omnis enim in sponsa cogitandi uis commota est ad miraculum illud rerum, quas manus illa diuina efficit, & quarum consideratio posita supra uires humanas, declarat hæc efficientem naturã neq; compræhendi neq; capi à quoquam posse. Omnes enim res creatæ manus illius, quæ per foramen patefacta nobis est, opus sunt: sicut Ioannes clamat, etiam
» uate in hoc adstipulante euãgelio. Ait enim ille, Omnia per ipsum facta sunt: at ua-
» tes manũ appellat eam uim, qua rerũ uniuersitas cõdita sit, quũ inquit: Manus mea
» fecit hæc omnia. Quòd si ergo quũ alia cuncta efficacitatis illius opera sunt, tũ pulcritudines illæ cælestes: nondũ aũt hominis mẽs indagatrix rerũ percepit, quid cælũ natura sua existat, uel sol, uel quid aliud ex rerũ admirabilium numero, quæ inter

Finis humanæ cognitionis.

Ab effectis cognosci Deũ.

Manus diuina, quid sit.

creata

Universidad de Deusto
Biblioteca



creata cernuntur: merito cor ad effectionum diuinarum considerationem cõsternatur. Nam si perceptionis horum nõ est capax, quî naturâ illam in sublimi positâ percipiet? Quòd si quis etiam aliter hæc ænigmata acceperit, non absurdam considerationem in medium adferet. Arbitror enim per sponsæ domum intelligi totâ uitam humanam. Et conditricem illam rerum omnium manum quasi peregrinatione susceptam in hominum uitam exilem ac nullius momenti, seipsam uelut arctius contraxisse, idq; in eo quòd per omnia naturæ nostræ particeps fieret, excepto peccato. Itaq; posteaquàm ad nos accesserit, consternationẽ quamdã & admirationẽ rei nouæ in animis excitasse, quî fiat ut Deus in carne manifestò cõspiciatur: quî SERMO ille fiat caro: quî partus in uirginitatem, uirginitas in matrẽ cadere possit: quî cum tenebris lux misceatur, cum morte uita temperetur: quî pusillum uitæ foramẽ possit continentem uniuersum hoc manum capere, quæ cælum omne metitur, terram omnem & omnem aquam complectitur. Quare consentaneum est euangelij gratiam per manus ænigma nobis à ipõsa quasi uaticinante significari. Quo enim tempore conspectus in terra Dominus, & inter homines uersatus est: puritatem & pulcritudinem sponsi expertem rerum crassarum, itemq; SERMONIS diuinitatẽ, & ueri luminis splendorem per manũ illam effectionum agnouimus. Manum enim intelligimus uim miraculorum perfectricem, qua mortuis uita donabatur, oculi cæcorum restituebantur in integrum, lepræ morbus fugabatur, omne genus incurabilis ac grauis ægritudinis solius imperij ui corporibus excedebat. Atq; hac duplici manus interpretatione in medium propositâ, quarum altera statuit naturam diuinam prorsus incomprehensilem & nulla cum re comparabilem, ex effectione sola cognosci: altera euangelij gratiam per hæc uerba longè antè prædici à sponsa tradit: auditoris iudicio permittemus, utram ueluti magis conuenientem & aptam proposito loco, præferre alteri uelit. Vtrumcumq; tamen animis utilius existimatum fuerit, saltem alterutro ad bonum commodè manu quasi ducamur. Nam si animaduertemus, illud quod sciri de Deo potest, quemadmodũ Paulus loquitur, per mundi creationem intellectum perspici: curiositatẽ indagandi res incomprehensiles fugiemus, ne si ratione naturali tractemus naturam illam, quã uel adsequi uel effari nequimus, materies hæresi contra ueritatem suppeditetur. Sin ad euangeliũ spectare hoc de manu ænigma statuemus: etiam hoc modo firmior nobis arcanorum dogmatũ fides erit, tollente dubitationẽ omnem eo ipso, quod hęc multo antè prædicantur, idq; in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria & imperium sæculis infinitis. Amen.

*Quid sponsæ domus.*

*Alia manus interpretatio.*

# IN CANTICVM CANTICORVM

## ORATIO DVODECIMA.

„ *SVrrexi equidem, ut aperiam cognato meo. Manus meæ stillarunt myrrham, digiti mei myrrham uberem. Adhibitis manibus claustro, aperui equidem cognato meo. Præterijt cognatus meus. Anima mea egressa est ad sermonem eius. Quæsiui eum, & nõ inueni eum: uocaui eum, & nõ audijt me. Offenderunt me custodes, qui in urbe circumeunt. Percusserunt me, uulnerauerunt me, abstulerunt peplum à me custodes murorum.*

## EXPLANATIO.

QVi trans mare peregrinationem opum parandarum spe suscipiunt, quum iã nauim è portu in altũ prouehunt, & in mare per gubernacula proram cõuertit is, qui ad clauum sedet: uotum faciunt, quasi quoddã proœmium nauigationis, ac petunt uti Deus ipsis Dux sit ad nauigationem felicem ac prosperam. Adeoq; uoti totius summa est, ut uentus lenis & idoneus nauigationi in uelum incidat ad eum gubernatoris scopum, qui in puppi consistit. Is autem uentus si ex ipsorũ uoto eis adspiret, & mare iucundũ sit ipsis, fluctibus placidis sese leniter erigens: neq; pelagi



pelagi amplitudo quidquã adfert molestiæ, quum magna facilitate nauis in ipsis undis quasi uolet, & opes oculis obuersentur, quas ex mercatura sperant, iam ipsa nauigationis prosperitate etiã antequàm periculum factũ sit, magnam rerum copiã policente. Quò autem respiciens hoc utar exordio, intelligere auditores arbitror, quotquot pro perspicuitate ingenij sui quid propositum nobis sit uident. Etenim ingens mare considerationis diuinorũ uerborũ nobis propositũ est, & amplæ hæc ex nauigatione cognitionis opes sperantur: & animata nauis hæc, nimirũ ecclesia nostra, toto eius collecto corpore, quasi prouecta in altũ ad enarrationis nostræ ueluti nauigationẽ intẽta est. Verùm oratio nostra, quæ proretæ officio fungitur, non prius clauũ in manus sumit, quàm uniuersè totũ nauis huius corpus uotũ Deo faciat, utis adspiret, nobis sacri spiritus uim, cogitationumq; fluctus moueat, ac per hos orationẽ nostrã quasi prospera nauigatione quadã utentem rectã deducat: ut hoc modo in altum per contemplationem prouecti, cognitionis opes ueluti merces quasdã comparemus, si fortè per uestras preces ut orationi nostræ flatus ille sacer secũdus sit, impetretur. Esto autem orationis initium ipsa profectorum à spiritu diuino uerborum commemoratio, quæ quidem prorsus hæc sunt. Surrexi equidem, ut aperirem cognato meo. Manus meæ stillarunt myrrham, digiti mei myrrham uberem. Non posse autem alia ratione fieri, ut uiuus SERMO sit in nobis, purus inquam ille & incorporeus sponsus, qui per immortalitatem ac sanctitatem sibi animam copulat, nisi quis necando membra sua terrena, carnis cortinam sustulerit, atque ita SERMONI ostium aperuerit, per quod animam ingrediatur: id uerò manifestum est non modò ex diuinis Apostoli dogmatis, sed etiam ex ijs, quæ hęic à sponsa dicuntur. Surrexi, ait, ut aperirem cognato meo, idq; efficiundo ex manibus meis myrrhæ fontes, è quibus hoc aroma profluat, & declarando digitos meos integros non nisi myrrham esse. Nam his uerbis modum indicat, quo aperiatur ostium sponso. Surrexi propterea, quòd sepulta cum eo fuerim per baptismum in mortem. Nec enim resurrectio quidquam efficacitatis habuisset, nisi mortificatio uoluntaria præcessisset. Voluntarij autem indicium est stillicidium illud myrrhæ fluentis ex ipsius manibus, & quòd hoc aromate digiti eius abundare dicantur. Non enim aliunde myrrham in manum ipsius ait peruenire. Nam si res ita se haberet, existimandum esset, aliunde ortum, & quidem ipsa inuita ei accidisse, quod per myrrham significatur. Nimirum manus ipsas inquit (& manuum appellatione motus animi, qui actionum effectores sunt, denotat) ex sese stillasse myrrham, quo significare uoluit ex certo animi iudicio institutam corporearum adfectionum extinctionem, quam omnibus in digitis fuisse uberem ait: digitorum appellatione intelligens singulas eorum species, quæ in cultu uirtutis diuersè à nobis instituuntur. Ita ut horum omnium, quæ dicuntur hęic, sensus quidam sit huiusmodi. Accepi uim resurrectionis ex eo, quòd mẽbra mea terrena mortua reddiderim, eamq; membrorum mortificationem sponte mea instituerim, non ab alio myrrha mihi in manus data: sed defluente illa certo animi mei arbitratu, ita ut in omnibus meis uirtuti consentaneis conatibus (quos digitos uocauit) hæc animi adfectio copiosè conspiciatur. Etenim uidere est eos qui non perfectè uirtutem colunt, uni quidem illos animi morbo mortuos esse, sed in ceteris uiuere: quemadmodum uidemus nonnullos intẽperantiam, uerbi gratia, in seipsis quasi morte multare: sed magno stuc/o superbiam alere, uel aliud quoddam uitiũ, animo pernicioſum: uerbi gratia, cupiditatem opum, uel iracundiam, uel ambitionẽ, uel quid aliud eiusce generis, quod dum adhuc malè uiuit in animo, fieri nõ potest ut quis digitos suos myrrha refertos ostendat. Non enim tum elucet in omnibus studijs & actionibus extinctio mali, & quædam ab eo uelut abalienatio. At quũ digiti omnes huiusmodi myrrha repleti sunt, tum uerò & surgit anima, & aditum sponso patefacit. Propterea forsan & magnus ille Paulus rectè intellecta Domini uoce ait, fieri nõ posse ut spica proueniat, nisi prius morte granum dissoluatur. Quibus in uerbis hanc ecclesiæ doctrinam tradit, oportere nimirum ante uitam præcedere mortẽ, quòd

*Qui ostiũ sponso aperiatur.*

*Quid manus.*

*Quid digiti.*

*Quando surgat anima.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Duplex in homine natura.*

ceteroqui fieri nequeat, ut uita fit in homine, nisi per mortem ingrediatur. Nam quum natura sit duplex in nobis, altera subtilis, intelligendi ui prædita, leuis: altera crassa, terrea materie constans, grauis: omnino necesse est in harum utraque impetum peculiarem & abhorrentem ab altera esse. Nam quod intelligentiæ uim habet ac leue est, peculiariter ita comparatum est, ut sursum tendat: quod uerò graue est, decq; materie crassa constat, semper deorsum uergit ac mouetur. Quare quum à natura sic comparata sint, ut motus contrarios habeant: fieri nequit, ut rectè habeat alterum, nisi alterius naturalis motus langueat. Stans autem medio inter utraque loco facultas illa in nobis libera & animi electio, tam firmitatem ac robur languenti, quàm prævalescenti debilitatem indit. Nam cuicui tamdem parti sese adiunxerit, illi aduersus alteram uictoriam largitur. Sic in Euangelio laudatur fidelis ac prudens ille rei familiaris administrator, qui quidem est (ut equidem statuo) animi nostri electio, quæ præclarè in nobis cum imperio præest. Laudatur enim, quòd heri sui familiam alat, idq; necando aduersantia. Nam illorum interitus alimentum est & sanitas meliorum. Contrà uituperatur ignauus ille seruus, qui propterea quòd cum temulentis uersetur, uerberibus Dei familiam contumelioſe adficit. Nam uerè uirtus uapulat, quum uitia florent. Quapropter rectè facturi sumus, si uerbum illud uatis imitati, matutinam nobis horam
» constituemus ad interficiendum omnes peccatores terræ, & ad tollendum è ciuitate Dei (quę ciuitas anima est) omnes ratiocinationes designantes iniquitatem:
*Qui per mortem uiuimus.* quorum interitus meliorum uita est. Itaque hoc modo per mortem uiuimus, quū ea quæ sunt in nobis (quemadmodum Propheta loquitur) partim occidit SERMO, partim uiuificat, licut ipse inquit: Ego interficiam, & uiuificabo. Quo pacto
» Paulus etiā mortuus uiuebat, imbecillus uires habebat, uinctus cursum perficiebat, paupertate pressus dives erat, nihil quū haberet habebat omnia, semper mortificationē Iesu in corpore suo circūgestabat, & semper uitā eius in se declarabat. Enimuerò ad id, quod propositū nobis est, reuertamur: nimirū animā per mortē è morte resurgere. Nam si non moriatur, semper manet mortua, neque uitæ capax est. At moriendo uitā consequitur, omni mortalitate depositā. Atque hæc nobis doctrina ex dicto huic proposito confirmatur, quum sic loquatur sponsa: Surrexi
» equidem, ut aperirē cognato meo. Manus meæ stillarunt myrrhā, digiti mei myrrham uberē. Et myrrhā mortis esse symbolū, nemo dubitarit eorū, qui sacris in litteris uersati sunt. Quī ergo mors ex morte nos suscitat, de eo requirere quoddā oratione luculentiorē arbitror. Itaque nos id exponemus, prout à nobis præstari poterit: ordineq; in hac tractatione progrediemur. Omnia quæ Deus condiderit, valdè præclara esse, cōmentarius de Ortu mundi testatur. Ex reliquo autē rerū ualde præclararū numero etiā homo erat: uel potius is lōgè supra cetera pulcritudine ornatus erat. Quid em̄ aliud esse tā pulcrū possit, q̄ est nulla fœdatæ labe pulcritudinis similitudo: Iā si omnia fuere præclara ualdè, atq; inter cetera omnia, uel potius supra omnia homo: haud dubiè mors in homine nō erat. Nec em̄ præclarū quiddā fuisset homo, si tristē illā mortis characterē habuisset. Enimuerò quū æternæ uitæ simulacrū & similitudo esset, reuera pulcer erat, ac ualde quidē pulcer, hilari uitæ charactere cohonestatus. Quin & paradisus ille diuinus ei per arborū feracitatē uitā proferebat, & mandatū Dei uitæ lex erat, quæ non moriturū hominē policebatur. Erat autē medio in paradiso lignū illud, quod uitæ ferax erat: quidquid tādē de eo statuendū est ligno, cuius fructus exstitit uita. Itidē lignū letiferū, cuius fructus simul & bonus & malus fuisse pronuntiatur, medio in paradiso erat. At enim fieri nequit, ut in loco maximè medio lignis duobus spatiū fuerit. Nā utrū tādē concedamus mediū obtinuisse, alterū necessariò de eodē loco excluditur. Etenim ad ea, quæ rē aliquā ambiunt, accuratus medij situs ille intelligitur, quū æqualibus ab omni parte interuallis ab extremo abest. Quare si unū in circulo mediū accuratè statuatur, fieri nulla ratione potest, ut eodē manente circulo centra duo locū in medio reperiant. Nā si præter id cētrū, quod semel statutū est, aliud statuatur: necesse

*Mors initio nulla in homine.*

*In medio paradisi qui duo fuisse dicantur simul.*

*Quid mediū.*



est cum eo circulū etiā alium statui, atque ita prius illud centrum è medio excluditur, ambitu circuli centrū illud alterū circumscribente. At enim medio in paradiso tam hoc, quàm illud fuisse dicitur: quāquā esset in utroque uis planè contraria, in ligno inquā uiuifico, & altero cuius fructus mors erat, quod Paulus peccatum appellauit, quū ait: Fructus peccati mors. Hoc igitur animaduertendū est ex hac tota cōmentatione, uitā in plantatione Dei loco sitā fuisse maximè medio: mortē uerò minimè plantatā fuisse, neque radices egisse, neque locum usquam peculiarem habuisse: sed per priuationē uitæ conseri, quū uita prædita participes esse boni desinunt. Quāobrē quū medio diuinas inter plantas loco uita sit, de cuius ruina mortis natura existit: iccirco is qui doctrinā hanc per quædā uelut ænigmata tradidit, etiā lignū illud letiferū esse in medio paradisi ait, cuius fructū habere uim quamdā ex contrarijs mistā cōmemorat. Nam idē & bonū & malū esse definit, peccati (ut equidē opinor) naturam obscurè nobis describens. Nam quia uoluptas quædam in omnibus, quæ improbè geruntur, omnino præcedit, neque reperiri peccatū ullū potest à uoluptate seiunctū, siue quid per iracundiā, siue libidinē designetur: ea de caussa fructus hic etiā pulcer appellatur, quippe qui deprauato iudicio talis esse uideatur ijs, qui bonū in uoluptate ponunt, sed deinde malus ex amara cibi digestione reperitur, secundū illud libri Prouerbiorū uerbū, quo dicitur mel de labijs malitiæ destillare, quę quidē ad tēpus humecter guttur, sed deinceps felle amarior inueniatur ijs, qui malè dulcitudinē illā perceperint. Itaq; postquā homo à fertili omnis generis bonorū copia discessit, ac fructu interitū adferente per inobœdientiā saturatus est: (cui fructui nomen est peccatū letiferū) statim præstantiorē uitā quod attinet, morte multatus est: rationis experte ac bruta cū diuiniore uita cōmutata. Et quia semel immiscuerat se mors naturæ nostræ, unā cū ipsis eorū qui procreabantur successionibus mortalitas penetrauit. Quo factū ut uita nos excipe-
ret mortua, ipsa quodā modo uita nostra morte peremta. Nā haud dubiè uita nostra mortua est, quū immortalitate spoliata sit. Itaque inter hasce duas uitas medio quasi degit loco, qui inter duas uiuere cognoscitur: ut peremta priore, labis experti uictoriā tribuat. Quēadmodū igitur homo dū ueræ uitæ moritur, in mortuā hāc uitā incidit: ita quū huic mortuæ brutæq; uitæ moriē, uicissim æternùm uiuēti uitæ restituitur. Quo fit, ut extra omnē dubitationē positū sit, non posse nos beatam illā uitam consequi, nisi peccato moriamur. Ea de caussa traditum argutè est, eodē loco in medio paradiso lignum utrumque esse: quòd alterū ibi à natura sit, alterum ad id quod prius existit, per priuationē accedat. Nam indidem, & ibidem per fruitionem & priuationem, fit commutatio uitę ac mortis: quū qui mortuus est bono, uiuit malo: & qui mortuus est in uitiositate, ad uirtutē reuiuiscit. Quapropter pulcrè sponsa manus suas myrrha plenas ostendit, quū uitijs omnibus mortua surgat, ut SERMONI aditum in se patefaciat. Et SERMO, quem intromittit, ipsa uita est. Tantam uerò ad sublimitatem in ijs, quæ considerauimus, euecta anima, quæ ad
Deum spectat: nondū tamen, uti Paulus loquitur, ita cognouit quemadmodum
oportet, neque se percepisse arbitratur: sed adhuc ad superiora currit, enitendo ad ea, quæ ante se habet. Hoc enim ut de ipsa statuamus, uerborum deinceps sequentium series monet. Adhibitis (inquit) manibus claustro, aperui equidem cognato meo. Addit etiā. Præterijt cognatus meus. Anima mea egressa est ad sermonem eius. Quibus nos docet, unū esse modū percipiendi potestatē illā excedētē omnē mentē, nimirū non subsistere in ijs quæ perceperis: sed potius nequaquā quiescere, semper inquirentē aliquid amplius eo, quod semel comprehenderis. Etenim quæ myrrha plena facta est, omnibusq; uitæ studijs (quæ figuratè digitos uocat) mortificatū in se malū indicat, & spontaneū uirtutis cultum ea ipsa re demōstrat, quòd ex se manus ipsius myrrhā destillant: hæc igitur attigisse manus suas claustrū ait, hoc est, opera sua propè accessisse ad angustū illū & strictū aditū: cuius clauem SERMO ipse tradit eis, qui Petro similes sunt. Aperit autem sibi regni ostium per hęc duo, nimirū per manus, quæ operū significationē habent: & per claustrū fidei.

*Peccatū omne mistum uoluptate aliqua.*

*Vita hæc nostra mortua.*

Nam per hæc duo, per fidē (inquā) & opera clauis regni nobis paraſ. Quū ergo ſperaret ad exemplū Moſis faciem deſiderati ſic manifeſtādā ſibi, ut eā agnoſcere
» poſſet: tū uerò perceptionē eius prærerijt is qui quærebaſ. Ait enim: Prærerijt cognatus meus, nō ille quidē relicta deſertaq; ſequente ipſum anima: ſed ad ſeipſum
» attractus. Anima mea, inquit, egreſſa eſt ad ſermonē eius. O felicē illā egreſſionē,
» quā egrediē anima ſermonē ſequuta. Dñs cuſtodiet ingreſſum tuū & egreſſionem
» tuā, inquit uates quidā. Nimirū reuera hæc illa eſt, q̄ dignis à Deo cuſtodiē, egreſ-
*Quid egreßio.* ſio pariter & ingreſſio. Nā egreſſio ex eo, in quo ſumus, ingreſſio eſt ad bona ſupra nos poſita. Hāc igiē egreſſionē egreſſa eſt anima, SERMONE uſa duce, qui di
» xit: Ego ſum & uia & oſtiū, ſi quis p̄ me ingrediē, is & ingrediē & egrediē: ita ut
» nūquā nec ingrediendi, nec egrediendi finē faciat, ſed ſemper proficiendo ſuperi-
*Quid prætericra Dei.* ora ingrediaſ, & extra percepta procedat. Sic olim Moſem quoq; facies illa Dñi deſiderata prærerijt, ſic eiuſdē legislatoris anima ſemper extra id progrediebaſ, in quo erat, ſequēdo SERMONEM præcedentē. Quis enī ignorat gradus illos, quos cōſcendit Moſes, qui ſemper maior reddebaſ, & nūquā proficiendi amplius finē faciebat? Maior factus eſt initio, quū Ægyptiorū regno ſublimius opprobriū Chriſti duceret: ac Dei cū populo adfligi mallet, q̄ temporariā peccati fruitionē habere. Rurſum maior factus eſt, quū Aegyptio Hebræum ſuperante, hominē alienum
*Moſis profectus.* à natione ſua morte multat, Iſraelicū propugnās. Et intelligis omnino incrementi modū in his, cōſiderata figuratē hiſtoria. Rurſum maior ſeipſo fit, quū lōgo rēpore per cōmentationē in ſolitudine uitā hominibus ignotā ageret. Deinde ab igne, qui erat in rubo, illuſtraſ. Secundū hoc præter lucis radios oculis perceptos etiam auditus ipſius fulgore quodā perfundiē. Ad hæc pedes ſuos cadaueroſo tegumento denudat: baculo dracones Aegyptios abſumit: nationē ſuā Pharaonis tyrannide liberat: per nubē ſuorū ductor eſt: diuidit mare: tyrānidē demergit: Merrhā dulcē reddit: ſaxum mollit: angelorū cibo ſaturaſ: audit tubas: audaciter mōtē ardentē cōſcendit: in uerticē peruenit: nubē ſubit: caliginē intrat, in qua Deus erat: fœdus accipit: fit ſol, dū fulgēs è uultu lumē emittit, ad q̄d accedere ꝓpius nemo poſſet. Et quī tamdē aliquis oēs ipſius adſcenſus, uariasq; Dei patefactiones uerbis enu-
*Moſes Deū cōſpicere deſiderat.* merer? Nihilominus uir tantus ac talis, qui tantis rebus interfuerat, & uſq; adeò in ſublime ad Deum penetrauerat, inſatiabiliter ampliora concupiſcit, ac ſuppliciter petit, ut Deum facie poſſit intueri. Atqui iam antè traditū erat, factā ei fuiſſe copiā cōuerſationis cū Deo de facie ad faciem. Nihilo minus neq; id, quòd colloquere-
» tur cum Deo quaſi amicus cum amico: neq; quòd familiariter cū eo cōuerſaretur,
» inhibere cupiditatē eius poterat, ut ulteriora non expeteret. Si gratiam, inquit, in-
» ueni corā te, patefacito mihi teipſum ita, ut agnoſcere te poſſim. Et is q̄ gratiā hāc
» ipſi facturū ſe poliçeſ, uti rogatus erat: (quū quidē diceret, Noui te ſupra omnes)
*Quid ſit Dei poſteriora uidere.* » præterit eum diuino loco in petra, manu diuina tectū: ita ut uix poſt tranſitū poſteriora Dei cōſpiceret. Quibus uerbis, ut equidē arbitror, docemur: eum qui uidere Deum cupiat, deſiderij cōpotem fieri ſemper ſequendo. Et diuinę faciei cōtemplatio, eſt ad Deū nūquā interrupta progreſſio, quæ tū demū nobis præclarè ſuccedit, quū SERMONEM à tergo ſequimur. Sic igiē nunc etiam poſteaquàm anima per mortem ſurrexit, poſteaq; myrrha repleta eſt, poſteaq; per opera manus admouit clauſtro, ſecq; intromiſſurā deſideratū ſperauit: tū demū ille quidē prærerit, hæc uerò egrediē, nō amplius manens in ijs, in quibus erat: ſed SERMONEM ſequēs, ad ulteriora ducentē. Quæ autē ſequuntur uerba, magis etiā cōfirmāt cōſideratam à nobis hactenus ſentētiā: nō cognoſci naturæ diuinę magnitudinē in peripētēdo, ſed in eo q̄ omnē imaginationē ac uim, qua quid cōprædiē prærereat. Nā quæ extra naturā ſuā egreſſa iā anima eſt, ne ab ulla re cōſueta impediaſ in cognitione rerum ſub oculos nō cadentiū: neq; inquirēdi hoc, quod nō inueniebat, finē facit, neq; uo
» care deſinit, quod ceteroqui neminis efferri uoce poteſt. Sic em̄ ait: Quæſiui eū, & nō inueni eū. Nā quo pacto inueniri poſſet, quod nullę res nobis cognitę oſtēdere poſſunt: nō forma, nō color, nō circūſcriptio, nō quātitas, nō locus, nō figura, non coniectura,



coniectura, non adſimilatio, non proportio: ſed quod ſemper extrā omnem perceptionis uiam poſitum, cōpræhenſionē peruestigantū planè fugit. Propterea inquit: Quæſiui eū per animi facultates eas, quæ inueniendi ui prædītæ ſunt, per ratiocinationes & cogitationes: at extra hæc omnia poſitus erat acceſſum mentis ꝓpiorē effugiens. Qui uerò ſemper reperitur omni nota carere, de qua poſſit agnoſci: quo pacto queat is ꝓ indicationē aliquā uocū percipi? Hanc ob cauſſam excogitat uim uocabulorū omnis generis, ad explicationē boni illius ineffabilis: ſed enim omnis uis orationis, qua quid effertur, inferior eſt, & minimè ueritatē æquare conuincitur. Iccirco ait: Vocaui equidē quantū potui, excogitando uoces quibus ineffabilis illa beatitas cōmonſtraretur. At ille maior erat, q̄ſ qui per has ſignificationes indicari poſſet. Facit hoc ſæpenumero etiā magnus ille Dauides, infinitis nominibus numen diuinū cōpellans, ac nihilominus ueritatē ſe non adſequi fatetur. Tu (inquit) Deus es, miſerator, miſericors, longanimus, multæ miſericordiæ, «
uerax, tu robur, firmamentū, refugiū, uis, adiutor, opitulator, cornu ſalutis, aliaq; ta «
lia. Rurſum Dauides idē fatetur nomen eius in tota terra notum non eſſe, ſed tan- «
tùm eſſe in admiratione. Quàm admirabile (ait) nomē tuū eſt per uniuerſam ter- «
rā. Sic etiam ad Manoen inquit is, qui uaticinium ei de filio edebat, quum interro- «
gatus de nomine, reſpōdet: Id quidē eſt admirabile mihi, ac ſublimius quàm cuius «
eſſe capax auris humana poſſit. Propterea heic etiam anima uocat SERMONEM «
quantum poteſt, nec poteſt tantum quantum uult, quippe quæ plus uelit, quàm poſſit, immo ne tantum quidem uelle poteſt, quātum uelle uult: ideoq; tantū uult, quantum toto animi ſtudio uelle poteſt. Itaq; quū is qui uocat, adſequi ſtudio ſuo uocatum non poſſit: iccirco dicitur, Vocaui eum, & non audijt me. Quæ autē porrò his adijcit ſponſa, quamquam primo uelut intuitu triſtiorem quandam indicationem habeant: mea tamen ſententia eundem ad ſcopū ſpectare, & habere ſignificationem adſcenſus ad ſublimiora uidentur. At enim. Offenderunt me cuſtodes, «
qui in urbe circūeunt. Percuſſerunt me, uulnerauerunt me, abſtulerunt peplū à me «
cuſtodes murorum. Videbuntur hæc fortaſſe nonnullis eſſe lugētis potius uerba, «
quàm eius quę læta ſit: præſertim illa, Percuſſerunt me, uulnerarunt me, abſtulerūt
peplum. Verùm ſi quis accuratè conſideret eorum, quæ dicuntur, mentem: potius
ſunt uoces glorioſe iactitantis ſeſe ob res pulcerrimas. Id autē hoc quodam modo
perſpicuū nobis erit. Paullo antè teſtimoniū ſpōſæ perhibetur, quòd immunis ſit
ab omni uelamine, quū in eius perſona dicitur: Exui tunicā meā, quomodo induā «
illā. Heic rurſum ait ipſa, ademtū ſibi eſſe peplū ſiue *διφιεσμον*. Quo uocabulo pallīū «
ſpōſale ſignificatur, quod unà cū capite faciē quoq; obuelat, quēadmodum eſt in *Quid theriſtrum.*
hiſtoria de Rebecca. Quī ergo nudata ueſtimentis omnibus peplum adhuc habet,
quod ei nunc cuſtodes ciuitatis adimunt? Num nā fortè de uerbis hiſce perſpicitur, quantum ab eo tempore rurſum in ſublime pergēdo profecerit? Nam ea quæ
iam antè tunicam ueterē exuerat, & ab omni pallio immunis erat, uſq; adeò ſeipſa
fit purior: ut ad priora cōparata hac recenti puritate, nō exiiſſe antehac palliū uideatur: ſed rurſus inueniat poſt nudationē illā, quod deponat. Sic adſcēſus ad ſublimitatē illā diuinā ſemper aliquid oſtendit rei craſſæ, præter id quod quouis tēpore deprehenditur. Iccirco tunicæ illius prioris ademtio, collata cū præſenti puritate, rurſum & ipſa quaſi quoddā uelamentū tollitur ab illis, qui eā reperiūt. Sunt au- *Quid ciuitas.*
em ij cuſtodes, in urbe circūeuntes, (& urbs hæc anima eſt) qui uerberando ac
uulnerādo peplū adimūt, & quibus hoc datū negotij, ut ciuitatis muros cuſtodiāt.
Enimuerò ademtionē pepli bonū quiddā eſſe, ut oculus liberatus à uelamine pulcritudinē deſideratā abſq; impedimēto intueatur: nemo dubitabit, qui ad Apoſtolū reſpiciet. Is em̄ ad uim ſpiritus refert uelaminis ademtionē, quum ait: Vbi uerò «
cor cōuerſum fuerit ad Dominū, tollitur uelamē. Dñs aūt Spiritus ille eſt. Neq; ue- «
rò dubitari poteſt, ab ijs, qui rerū ſeriē & cōſequentiā intueri norūt, etiā id quod ad
bonū præparat, omnino bonū eſſe. Quare ſi uelaminis ademtio bonū quiddā eſt,
omnino etiā tū uerberationē, tū uulnus in bonis ponemus, ꝓ per ea fiat ademtio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De uerbis, Percutere ac uulnerare.*

Sed quia sensu primum obuio insuaue quiddã de uerbis his elucet, (etenim uox illa, Percusserũt ac uulnerarũt me: dolẽter, pferri uidet) recte facturi sumus, si primã huiusmodi uerborũ in sacris litteris usum obseruauerimus, nũ forte de re bona usurpata reperiant: atq; ita deinde uim eorũ, quæ dicunt hoc, considerauerimus. Quo pacto sapiẽtia de morte iuuenis animã liberet, quid faciundũ cõsulat, ut ne morte
» pereat iuuenis, ex ipsamet audiamus. Si uirga, inquit, percusseris eũ, nõ morietur. Nã
» tu quidẽ uirga eũ cædes, uerũm animã eius morti eripies. Quare uidet uox Percu-
» tiendi hoc loco notare immortalitatẽ, quũ dicat: Si percusseris eũ uirga, nõ morie
tur. Itẽ quòd subijciat, aliter animã eius de morte liberari nõ posse, ẽj si uirga cæda
tur. Itaq; de his uerbis demõstratum, bonũ esse cædi: quũ rueræ bonũ sit, animam
morte liberari. Sic & Deum agere uates ait, occidẽdo uiuificantẽ, & percutiendo
* sanantẽ. Ego, inquit, interficiã & uiuificabo: percutiã, & rursum ipse sanabo. Pro-
* pterea magnus etiã Dauides ille nõ uulnus, sed cõsolationem oriri de huiusmodi
» uirga dixit, quũ ait: Virga tua & baculus tuus cõsolata sunt me. Et quidẽ per hæc
mẽtem sibi diuinã parari tradit, itemq; alia quæcumq; Psalmus ille secundũ hæc re
censet: uerbi gratia, oleũ in capite: merũ in poculo, quod ebrietatẽ illã sobriam effi
ciat: misericordia pulcrè ipsum prosequens: longa in domo Dei uita. Quod si hæc
dulcis illa uerberatio suppeditat, quemadmodũ & Prouerbiorũ liber, & uates hic
docẽt: nimirũ uirga cædi bonũ est, quæ tantorũ bonorũ fertilitatẽ & copiã cõtine-
at. Enimuerò recte fecerimus, si etiã id quod ante hæc uerba omissum à nobis est,
inquiremus. Præterijt spõsam SERMO sic, ut illa tãtopere desiderãs ipsum nõ ta-
mẽ præhẽdẽdo cõsequuta sit. Præterijt aũt, nõ uti deserat præteritã: sed ut magis eã
» ad sese attrahat. Sic eñ ipsamet ait. Anima mea egressa est ad sermonẽ eius. Primũ
igit illo de loco egredit anima, in q̃ erat: atq; ita inuenit ab ijs, qui urbẽ custodiunt.
» Hęc eñ uerba sequũt: Offenderũt me custodes, qui in urbe circũeunt. Quòd si ergo
» uel inferni pericula eã inuenissent, uel ab latronibus inuentã diceret: grauis pro-
» fectò casus is foret. Nã fur nõ uenit, nisi ut furet, & mactet, & pdat. At si custodes
» eã inueniũt, qui in urbe circũeunt: omnino talẽ ob inuentionẽ beata prædicari de-
bet. Nã qui à custode repertus est, à latronibus subduci furtim nequit. Quinã igit

*Qui sint custodes.*

illi custodes sunt? quinã alij, ẽj ministri eius, qui custodit Israelẽ? qui excubãdo ma
num suam dextrã tegit? cui anima omni à malo custodienda credita est? qui & in-
gressus & egressionis est custos? Is nimirũ est urbis ille custos, de quo dicitur: Nisi
Dominus ciuitatem custodiat, frustra uigilat is, qui custodit. Quamobrem spiritus
illi ministratores, qui ad ministerium mittuntur propter eos, qui salutis hęredes fu
turi sunt: hi ergo per custodes in his uerbis denotantur, qui in ciuitate circumire di
cuntur. Ciuitas autem illa, quemadmodum indicauimus, anima est, domicilium il-
lud Dei. Ab his igitur inuenta est anima, sicut aliquando à pastore bono reperta il-
la ouis est, ob quam inuentam greges uniuersi tripudiando ad lætitiã pariter com
motæ sunt, quemadmodum ipse Dñs ait. Sic per lucernam aliquando & drachma
reperta est, ob quam lætantur amici ac uicini omnes. Sic etiam seruus ille Dei Da-
» uides reperitur, quemadmodum Psalmus in persona Dei loquitur: Inueni Dauid
» dem seruum meum, oleo meo sacro inunxi eum. Posteaquàm uerò is in bonis il-
» lius esse cepit, qui eum repererat: audiamus qualia consequatur. Manus, inquit,
» mea feret ipsi opem, & brachium meum robur addet ei. Nihil in eo proficiet ho-
» stis, & filius iniquitatis non amplius adfliget ipsum, Aduersarios eius à facie ipsi-
» us concidam, & conuertam in fugam illos, qui odio ipsum persequuntur. Quibus
» adde cetera, quæcumque bene precantis ille catalogus continet. Quamobrem
bonum est offendi ab angelis, qui ciuitatem in anima sitam circumeunt. Sic sentire
» nos magnus ille Dauides iubet, quum ait: Castra metabitur angelus Domini
» undique circum timentes eum, & liberabit illos. Quæ igitur ait, se uerberatam
à custodibus: gloriatur se in profectu ad altiora nonnihil accessionis consequutã.
Quòd aut ẽ uulneratã se quoq; cõmemorat, in eo declarat ictum diuinæ uirgæ ad
ima penetrasse. Non extrema uelut in superficie uirgæ illius spiritualis efficacitatẽ



ab ea perceptã, ut ictus uestigiũ agnosci nullum possit: sed plagam hanc ob uulnus insignem conspici, propter quã ipsam se sponsa iactat. Est autem huiusmodi quædam in his sententia. Virga illa diuina, & baculus consolatorius, quæ per ipsam uerberationem efficaciter sanat, spiritus est: cuius fructus quum alia quædam sunt bona, quæcumq; Paulus commemorauit, tum inter hæc ipsa temperantia, magistra uirtuti consentaneæ. Sic enim Paulus ipse, huiusmodi plagis notatus uerbero, exsultans ob hæc uulnera inquit: Stigmata Christi meo in corpore circumfero. *
Quibus uerbis indicare uoluit imbecillitatem in omni malo suam, per quam Christi uis in uirtute perficitur. Videmus igitur ex illis, quæ diximus, etiam præclarum hoc uulnus esse, per quod sponsæ peplum ademtum sit: ita ut iam animæ pulcritudo sit reuelata, non amplius offundente illi caliginem amictu. Enimuero repetamus hæc rursum, summatim eorum, quæ dicta sunt, collecta sententia. Anima illa quæ Deum intuetur, & semel pulcritudinem interitui nulli subiectam desiderare cepit, semper recenti quadam supra nos positi boni cupiditate accenditur, nulla satietate desiderij hoc hebetante. Propterea semper ad anteriora contendens, numquam desinit inde prodire, ubi est: & ad interiora penetrare, ubi necdum fuit. Eadem quidquid quouis ei tempore admirandum ac magnum offertur, inferius ulteriori esse statuit: adeoq; pulcrius omnino esse prius percepto, quod semper inuenitur. Quemadmodũ & Paulus cottidie moriebatur, ex quo semper ad nouã quamdam uitam contendebat, mortuus uitæ præteritæ, ac eorum quæ iam confecerat, obliuiscens. Eam ob caussam & sponsa, quæ ad sponsum cursu contendit, quietem à profectu ad maiora nullam inuenit. Efficit ex ore suo paradisos malorũ punicorum, qui aromatis fluant. Cibum parat creatorum Domino, suis eum fructibus excipiens. Hortos in modum fontiũ ex sese destillat. Fit puteus aquæ uiuæ. Tota pulcra & reprehensionis expers ipsius SERMONIS testimonio declaratur. Rursum altius his euecta, SERMONEM magnificentius accedentem animaduertit, cuius esset caput rore plenum, & cincinni guttas nocturnas continerent. Abluit pedes. tunicam exuit. myrrham è manibus destillat. Admouet claustro manus. aditum patefacit. quærit eum, qui non comprehenditur. Vocat illum, qui uocari non potest. offenditur à custodibus. Virgam uerberantẽ sponte sua recipit. Imitatur saxum illud de quo uates ait: Percussit saxum, & aquę profluxerunt. Videt quantã ad sub- *
limitatem sponsa peruenerit. Eam nimirum ob caussam percussa, uelut à Mose rupes illa feriebatur: ut ad similitudinem illius & ipsa uerbum Dei de uulnere imbris instar effusum, pro sitientibus quasi quamdã scaturiginẽ emittat. Secundũ hæc ostendit denudatam faciei uenustatem, posteaquàm ei peplum custodes ademerũt. Hæc sunt, quæ de hoc loco percipi à nobis potuerunt. Nemini autem inuidebimus, si ab eo qui abscondita mysteria reuelat, contemplationem horum maiori cum animorum utilitate coniunctam consequetur. Fortassis etiam dixerit aliquis, Esaiæ uisionem adfine quid habere cum uerbis hęc nobis propositis. Illam *Esaiæ uisio.*
dico uisionem, quum mortuo rege lepra infecto, uidisse ait sese quemdam in sublimi & eleuato solio magnificè in oculis omnium sedentem: cuius & figuræ, & formæ, & magnitudinis perspiciendæ capax non fuerit. Omnino enim hæc prodidisset, si quidem fuisset eorum capax: sicut in ceteris etiam, quæ conspexit, fecit: dum alas enumerat, & statum uolatumq; cõmemorat. Saltem se uocem quamdam audisse dicit, cõmotumq; loco fuisse limẽ superius per concentum hymnorum Seraphim, & fumo domum completam, ignitumq; carbonem ab uno ex Seraphim in os uatis iniectum fuisse: quo facto, non modò labia, sed etiam aures ipsius ad recipienda uerba purgarentur. Nimirum ut hęc percussam se sponsa dicit, a c uul- *Collatio loci*
neratam à custodibus, eoq; pacto nudatam pepli amictu: sic ibi pepli quidem *Esaiæ cũ hoc.*
loco limen superius tollitur, ut contemplari absq; impedimento quæ in adytis essent, posset: pro custodibus uerò, Seraphim sit mentio: pro uirga, carbonis: pro uerbere, ustionis. Ceterùm finis & in sponsæ, & in uatis animo idem est, nimirum puritas. Quapropter uti uates per carbonem ustus dolorem nullum sentit,

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed ampliorem gloriam illustratus consequitur: sic etiam hoc loco sponso non de ullo ex uulnere dolore queritur, sed audacter etiam libereq; propter ademtionem uelaminis, quod heic peplum appellatur, sese iactat. Etiam alius quidam sensus ex uerbis hisce potest elici, minime ab ijs quæ considerauimus hactenus, abhorrens. Etenim anima egressa ad sermonem eius, & quærens illum qui non reperitur, uocans eum qui nulla indicatione uocum comprehendi potest: à custodibus docetur, adamari ab ea quod consequi nequeat, & expeti quod sub perceptionem non cadat. Quo fit, ut illa quodam modo propter desperationē consequendi quod desiderarat, uerberetur ac uulneribus adficiatur: arbitrata cupiditatem hanc fine suo excidere, neq; se bono illo potiri posse. Verum adimitur hoc ei mœroris peplum, dum discit ueram desiderati fruitionem esse, semper in quærendo proficere, neq; umquam in progressu cessare: semper ea cupiditate, cui quouis tempore satisfit, aliam cupiditatem sublimiorum gignente. Postquàm hoc modo desperationis peplum sibi ademit, infinitamq; ac nullis descriptam terminis dilecti uenustatem uidit, quę per omnem sæculorum æternitatem semper maior ac maior esse deprehenditur: uehementiori desiderio inflammatur, animiq; sui adfectionem per filias Hierusalem dilecto significat, nimirum quòd electo Dei telo intra se recepto per fidei cuspidem, uulnerata corde sit, iaculatione dilectionis nequaquā frustranea. Deus autem dilectio est, quemadmodum Ioannes ait: quem decet gloria & imperium infinitis sæculis. Amen.

*Alia enarratio.*

# IN CANTICVM CANTICORVM

## ORATIO TERTIADECIMA.

» *Vreiurando adstrinxi uos filiæ Hierusalem, in potestatibus ac uiribus agri: si inueneritis cognatum meum, quin renuntiabitis ei? quòd à dilectione uulnerata sim ego. Quid differt cognatus tuus à cognato, ô formosa inter mulieres: quid cognatus tuus à cognato differt, quòd ita iureiurando nos adstrinxeris? Cognatus meus est candidus ac rubicundus, electus ex decem millibus. Caput eius, aurum Cephaz: cincinni eius abietes, nigri tamquàm coruus. Oculi eius sicut columbæ, ad aquarum copias: ablutæ lacte, sedentes iuxta copias aquarum.*

### EXPLANATIO.

IS qui per Mosen quidem Legis initia sanciuit, per se uerò impleuit uniuersam legem & prophetas, quemadmodum ait in Euangelio: Non ueni ad dissoluendam legem, sed implendam: qui ira sublata cædem etiam aboleuit, & unà cum cupiditate adulterium quoq; sustulit: hic igitur eiecit etiam è uita exsecranda periuria, dum per iuramenti prohibitionem otio quasi falcem adstrinxit. Nequit enim fieri, ut iuramentum quis non seruet, si iuramentum nullum sit. Propterea inquit: Audistis dictum fuisse priscis illis, Non peierabis, sed reddes Domino iuramenta tua. Ego uerò dico uobis, ne iuretis omnino: neq; per cælum, quia solium Dei est: neq; per Hierosolyma, quia urbs est magni regis: neq; per caput tuum iurabis, quia non potes capillum album aut nigrum facere. Esto autem sermo uester, Etiam, etiam: & Non, non. quod autem supra hæc abundat, ex diabolo est. At anima, cui Canticum hoc eximium perfectionis testimonium tribuit, cui cordis uelamen est ademtum in depositione tunicę ueteris, quę peplum faciem tegens abiecit, per quod intelligimus omnem cogitationem dubitantem quasiq; palpitantem, ita ut iam pure ac sine dubitatione ueritatem intueatur: hæc igitur iureiurando filias Hierusalem adstringit, neq; per solium diuinum, quod cælum esse dicitur: neq; per Dei regiam, quę Hierosolyma uocatur: neq; per uenerandum illud caput, cuius capilli nec albi, nec nigri fieri possunt: sed ad agrum iuramentum suum transfert, per uires eius iuuenculis iusiurandum deferens, quum ait: Iureiurando adstrinxi uos filiæ Hierusalem, in potestatibus ac uiribus agri. Enimuerò illam, cui perhibitū est testimoniū, quòd tota sit pulcra, & omni labe careat, nihil superuacaneū proferre, (quod quidem diaboli est) sed ex Deo loqui à quo (de sententia Michææ uatis) exiit, si quid bonum, si quid pulcrum est, ac præter hæc nihil: perspicere quiuis potest, qui ex testimonio Domini edoctus est, quibus hæc sponsa rebus excellat. Etenim quum omittat omnes prohibitas iuramēti species, neq; per urbem regiam, neq; per magni regis solium hasce iuuenculas adstringat: (ex quo discimus, quantum abesse à nobis debeat, ut audacter abutamur in iuramentis Deo: quum neq; solij, neq; ciuitatis illius mentionē in iureiurando faciundi copia nobis fiat) quum parcat item uenerando capiti, quod deinceps ut aureū depingit, cuius capilli nec albi, nec nigri sint: (quī enim uel denigrari possit aurum, uel albo colore obduci?) omnino tale iusiurandum uirginibus hisce proponit, quod neq; cum euangelica lege pugnet, & laudis materiem præstantibus ipsum suppeditet, quemadmodum uates ait: Laudabitur omnis, qui iurat per eum. Quo fit adeò, ut eorum, quæ heic dicuntur, sententia non careat illo gemino, quo ueritatem comprobari lex euangelica uult: quum inquit, Esto autem sermo uester, Etiam, etiam: & Non, nō. Quare si prohibetur in iuramentis, ne absumatur solium regis, & ciuitas in qua regia est, & uerum illud caput: saltem uerò conceditur, usurpandum Etiam, & Non, in quorum utroq; ueritas ex æquo per Etiam conspiciatur: manifestum est heic quoq; delatum à sponsa iuuenculis iusiurandum in adfirmando uerfari, ubi confirmari ad sensum animi nostri oportet. Verba sunt huiusmodi: Iureiurando adstrinxi uos filiæ Hierusalem, in potestatibus ac uiribus agri: si inueneritis cognatum meum, quid renunciabitis ei? quòd à dilectione uulnerata sim ego. Atq; hæc considerata sunt à nobis etiam superius, prout sententiarum series nobis suggerebat. Nihilominus etiam modò, quod inuenimus, indicare breuiter libet. Ait Apostolus iusiurandū esse quiddam quod mutari nequeat, quodq; per se ueritatem confirmet, & omnis adeò controuersiæ finis sit, ad confirmandum ea, quæ cognouerimus. Quamobrem sponsa iusiurandum uirginibus defert, ut quidquid dicturæ sint ratum planè seruent. Quia uerò iuramentū omne per maius aliquid concipitur, quemadmodum ait Apostolus, quippe quòd nemo per id quod se indignius sit, iusiurandum præstet: iccirco nobis erit considerandum, quid nam sit illud maius, per quod iuuenculis à sponsa iuramentum defertur. Iureiurando, inquit, adstrinxi uos filiæ Hierusalem, in potestatibus ac uiribus agri. Quid in his continetur, quod supra nos positum sit? Nam per agrum significatione figurata mundum intelligi, non dubitamus: quum hac uoce Dominus & appellet & interpretetur mundum. Quæ nam sunt igitur multæ illę potestates & uires mundi iuramento huic adhibitę, quas existimare debeamus nobis maiores esse, ut iusiurandum per maiores quàm nos simus conceptum, ad confirmandam ueritatem robur accipiat? Equidem necessarium arbitror, ut ad declarationem loci propositi aliam conuersionem hęc uerba interpretantem apponamus, quæ quidem est huiusmodi: Iureiurando adstrinxi uos filiæ Hierusalem, per capreas & per hinnulos agri. Per quæ uocabula docemur, in quo tum robur mundi huius, tum uis sita sit: quæ quidem ad confirmationem ueritatis in iuramento adhibentur. Duæ sunt omnino res, quæ res hominem cum Deo coniungunt. Eorum alterum est, opinio non errans in eo quod reuera existit, ita ut per cogitationes erroneas quis ad ethnicas & hæreticas de Dei natura sententias non exorbitet. Atq; hoc reuera est illud Etiam. Alterū est ratiocinatio pura, quę omnē uitiosam animi adfectionem uelut eliminat: quod ipsum quoq; ab hoc Etiam non est separatū. Itaq; duplicis huius bonorum habitus (quorum alter facit ut id quod reuera existit intueamur, alter abigit animi morbos & uitia, quibus ille corrumpitur) uim nobis quasi per quædā signa caprearum & hinnulorum mentio declarat. Nam ex his altera sine errore cernit, alter uim comedendi & absumendi quasdā bestias

*Quid iuramentum.*

*Qui concipiatur.*

*Alia uerborū uersio, ex editione quinta hexapli Origenis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



stias habet. Hoc igitur Etiam sponsa uirginibus proponit, nimirū religiosè numen diuinum intuendum esse, ac purè uitam hāc sine uitijs quasi transcurrendam: quę si præstentur stabilitur in nobis illud Etiam, quod mutari nequit. Nam hoc est iusiurandum illud, quod ueritati fidē adstruit, & quod si quis in Deo præstet, laudatur: quēadmodū uates ait. Verè enim is, qui in duobus hisce certitudinē sibi cōparat, nimirū in uerbo fidei, ut sine errore ueritatē adspiciat: & in ratione uiuendi, si ab omni prauitatis inquinatione purus sit: is igitur uerè iurat Domino, nō se adscensurum in lectulū sibi stratum, neq; somnū oculis suis concessurū, uel nictationem palpebris: donec in se locū Domino repererit, factus tabernaculū eius in ipso habitantis. Quamobrē si nos quoq; supernæ illius Hierusalem filij sumus, audiamus sponsam magistrā, quī desideratus cerni possit. Quid igitur inquit? si hoc iureiurando nosmet adstrinxerimus, futuros nos in potestatibus caprearū acri præditarū uisu, & in uiribus ceruorū qui malum abolent: tum uerò licebit purū illum sponsum cernere, qui dilectionē eiaculatur: tum licebit animæ cuiusuis ad eum dicere, Vulnerata sum à dilectione. Bona uerò dilectionis esse uulnera, etiā Prouerbiorū é libro didicimus, qui ait: Optabilia sunt amici uulnera, hostis aūt oscula mala sunt. Quī nam uerò sit amicus ille, cuius uulnera sint osculis hostilibus potiora: perspicuū cuiuis est, salutis mysteria nō ignoranti. Etenim uerus ac certus amicus est is, qui nos etiā hostes redditos diligere nō desijt: hostis aūt immanis & cū quo nulla coiri amicitia potest, nobis ille est, qui nulla re à nobis læsus morti nos subiecit. Vulnus esse putabant illi primùm cōditi homines interdictū de uitando malo, quod Dei mandato continebatur. Etenim uulnerationē esse opinabantur, abigi se à re iucunda: osculū uerò, exhortationē ad id quod esset suaue, adspectuq; pulcrū. Verùm experientia demonstrauit, ꝙ ea quæ existimarentur esse uulnera profecta ab amico, longè tum utiliora tum optabiliora osculis hostis essent. Quia igitur probauit dilectionē suā nobis præclarus ille procus animarum nostrarū, qua Christus adductus etiam tum quū adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est: ideirco spōsa uicissim amore incensa erga illum, qui ipsam dilexerat, demonstrat iacēs in se dilectionis telum imo in pectore: hoc est, diuinitatis ipsius cōmunicationē. Nam Deus est dilectio, quemadmodū diximus, quæ per fidei cuspidē in cor penetrat. Quòd si etiā teli huius nomen indicandū est, quod didicimus à Paulo dicemus: nimirū hoc telum esse fidem per dilectionē efficaciter se declarantē. Enimuerò hæc ita se habeāt, uti cuiq; uidebitur. Nunc uideamus & illam interrogationē, quam uirgines magistræ suæ proponunt. Quid differt cognatus tuus à cognato, ô formosa inter mulieres: quid cognatus tuus à cognato differt, quòd ita iureiurando nos adstrinxeris? Ea uerba talem mihi cōtinere sensum uidentur, quemadmodū ex ipsa rerū iam inquisitarum serie conijcere licet. Quia uidēre uirgines præclarā illam animæ, quæ sponsa est, egressionem: quum SERMONI se adiungeret his uerbis usa: Egressa est anima mea ad sermonē eius: quia item cognouerūt ꝙ egressa quęsierit illū, qui per signa nequit inueniri, ac uocauerit eū, qui nominū appellationibus nō adhibet aurē: ideirco iam quærunt hoc quodā modo, Quī nos agnoscemus eum, qui nullo signo reperiri potest, unde agnoscatur: quippe quū uocatus non audiat, & quæsitus non cōprehendatur? Adime nostris etiā oculis uela, quod tibi custodes ciuitatis fecerunt, ut quādam quasi manuductionē ad id, quod quærimus, consequamur. Dicito quid sit cognatus tuus, quatenus rerū in natura existit. Cōmonstrato nobis usiam cognitionis eius per argumenta quædam, de quibus agnosci possit, ô tu quę pulcra facta es inter mulieres propterea, ꝙ illo bono repleta sis. Indicato nobis quod quærimus. Do ceto nos per quæ signa reperiat is, qui nō cernit: ut significemus ipsi de dilectionis telo, quo per mediū cor uulnerata es, augescēte desiderio tuo, ppter iucundū hunc dolorē. Fuerit aūt melius, rursus de uerbo ad uerbum hoc dictū repetere, ut exposita modo sententia uerbis ipsis accōmodetur. Quid differt cognatus tuus à cognato, ô formosa inter mulieres: quid cognatus tuus à cognato differt, ꝙ ita iureiurando nos adstrinxeris? Hinc iam audiamus eam, cui uelum faciei prorsus ademtū est, quæq;

*Verus hostis, et uerus amicus hominum.*



quæq; aperto animi oculo ueritatem intuetur: quo pacto describat eis quod quærebant, quī depingat ad uiuum oratione sua characterē desiderati, quī sub adspectum statuat uirginibus eum, quē ignorabant. Quia enim in Christo quiddā creatum est, quiddam increatum: & increatū uocamus illud ipsum, quod æternum est, ac sæculis prius, & à quo res uniuersæ conditæ sunt: creatum uerò, quod ob susceptam nostri caussa administrationē conformatum est ad similitudinē corporis humilitatis nostræ. Vel potius fuerit atq; melius, per ipsa uerba diuina sententiā horū subijcere quasi oculis. Increatū dicimus eum SERMONEM, qui initio rerum existebat, & semper erat apud Deum, & erat Deus SERMO: per quem facta sunt omnia, & sine quo nihil eorum factum est, quæ facta sunt. Creatum autem illum dicimus, qui caro factus est, & sibi tabernaculum in nobis extruxit, in quo etiam incarnato elucēs gloria indicat, quòd Deus patefactus sit in carne, omnino inquam Deus, unigena ille, qui patris in sinibus existit: quum ita Ioannes dixerit, Conspeximus gloriam eius (atqui homo erat quod cernebatur, uerùm id quod per illum cognoscebatur, appellat gloriam) tamquam unigenæ à patre, qui plenus est gratia & ueritate. Quia igitur id, quod increatū in ipso est, & sæculis prius, & æternum, manet incomprehensile atq; ineffabile in uniuersum omni naturę: quod autem nobis per carnē patefactum est, aliqua ex parte in eognitionem uenire potest: ideirco respicit huc magistra, decq; his sermonem instituit, quatenus eorum capaces esse audiores possunt. Intelligo autem magnum illud administrationis mysterū, per quod Deus in carne patefactus est, qui existebat in forma Dei, & in seruili persona per carnē cum hominibus est conuersatus: qui posteaquām semel in sese per primitias obnoxiam morti carnis naturam recepit, quam per uirginitatem incorruptam adsumsit, semper unà cum primitijs sanctificat cōmunem naturæ nostræ massam, per unitos sibi ratione participationis mysterij huius alens corpus suum, nimirū ecclesiam & cōueniente quadā ratione membra sibi per fidem adnascentia cōmuni corpori agglutinans, illud ipsum totum decorū reddit: credentibus in oculos, in os, in manus, in membra reliqua decenter apteq; distributis. Sic enim Paulus ait: Corpus quidem unum est, membra uerò multa. Omnia autem membra non eiusdem sunt ordinis, sed est quidam in hoc corpore oculus, qui manū non contemnit: & si quis caput est, pedes nō rejicit: sed temperatur inter se totū per membra corpus effectionum uarietate, ne membra cum toto dissideant. Atq; hac sententia per ænigmata proposita, clarius deinde loquitur, quū ait: Cōstituit in ecclesia Deus apostolos, uates, doctores, pastores, ad coagmentationē sanctorū, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi: donec euadamus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in uirū perfectum, in mensurā staturæ perfectionis Christi. Et rursum: Adolescamus in ipsum per omnia, qui est caput Christus, ex quo totū corpus coagmentatum & compactū, per omnē commissurā sumministrationis, pro uī mensurę unīuscuiusq; membri, corporis incrementū capit, ad exstructionē sui ipsius in dilectione. Quare si quis ecclesiā intuetur, ad Christū planè respicit, qui seipsum per incrementum eorū qui seruantur, ædificat & maiorē efficit. Ideoq; etiā hæc depositō uelo oculorū, ineffabilem sponsi uenustatē oculo puro intuetur: per quā uulneratā te quodā amoris incorporeo & ignito. Etenim dilectio uehemētior dicitur amor, cuius neminē pudet, quū non in carnē telū ipsius defigit: sed potius se quisq; iactat ob uulnus hoc, ubi in imo corde desiderij extra res crassas positi cuspidē recepit. Id quod hæc etiā fecit, quū ad iuuenculas ait: A` dilectiōe uulnerata sum ego. Tametsi aūt ad perfectionē tantā modò progressa sit, posteaq; tamen indicare debet etiā uirginibus uenustatē sponsi, nō statim ab initio quod erat dicit. (Nec enim fieri poterat, ut ui uerborū patefieret id quod est ineffabile) sed eas ad factā in carne patefactionem Dei quasi manu ducit. Idem etiā magnus ille Ioannes fecit, quū eo quod initio rerū erat, silentio præterito, studiosè cōmemorat illud quod uidimus, qd' audiuimus, & attrectarunt manus nostræ de SERMONE uitæ. Respondet igitur illis sponsa. Cognatus meus est candidus & rubicundus, electus ex decē millibus. Ca-

*In Christo quiddam creatum, quiddā increatum.*

*Quid increatū in Christo.*

*Quid creatū.*

pus

Universidad de Deusto
Biblioteca



» put eius,aurum Cephar: cincinni eius abietes, nigri tamquã coruus. Oculi eius si-
» cut columbæ,ad aquarum copias:ablutæ lacte,sedentes iuxta copias aquarũ. Ma-
» xillæ ipsius tamquam aromatis phialæ,quæ proferunt unguenta. Labra eius sunt li
» lia,destillantia myrrham uberem. Manus illius tortiles, aureæ,plenæ tharsis. Ven-
» ter eius tabella eborea,in lapide sapphiro. Crura illius columnæ marmoreæ,funda
» tæ super aureas bases. Species ipsius,ut electus Libanus:ut cedri. Guttur eius dul-
» cedo,ac nihil nisi desiderium est. Hic est cognatus meus, & hic proximus meus,fi-
liæ Hierusalem. Hæc nimirum omnia, per quæ uenustas eius depingitur, non quæ
in diuinitate cerni percipiq; nequeunt,indicant:sed illa, quæ administrationis tem
pore patefacta sunt, quum in terra conspectus est, & humana indutus natura eum
hominibus uersatus fuit: per quæ, ut apostolicis uerbis utamur,etiam illa cernun-
tur,quæ in ipso uideri nequeunt, dum ex ipsis factis intelliguntur:hoc est,dum per
opificium mundi ecclesiastici patefiũt. Nam opificiũ ecclesiæ quasi quædam mun-
» di creatio est:in qua secundum illam uatis uocem, & cælum nouum creatur,quod
est firmamentũ fidei in Christũ,ut Paulus loquitur: & terra noua paratur, quæ im-
» bra in se delatum bibat: & alius homo formatur, qui per generationem supernam
» renouatur ad imaginem creatoris: & luminarium natura fit alia,de quibus dicitur,
» uos estis mundi lumen. Item, In quibus lucetis conspicui tamquam luminaria in
» mundo: multa deniq; sidera, quæ in fidei firmamento exoriuntur. Neq; mirum ui-
deri debet,esse magnam siderum multitudinem, quæ in hoc mundo à Deo nume-
rantur ac nominatim appellantur: quorum etiam nomina ipse opifex in cælis con
» signari ait. Sic enim audio noui opificij conditorem ad luminaria sua dicere. No-
mina uestra in cælis inscripta sunt. Nec solum hoc nouum est in illo nouo rerum
opificio, quòd magnam siderum multitudinem in eo condat ipse SERMO: sed
quòd etiam soles multi creentur,qui bonorum operum radijs orbem illustrent. Sic
» enim ait is,qui soles eiusmodi cõdit: Splendeat lux uestra coram hominibus. Item,
» Fulgebunt id temporis iusti tamquam sol ipse. Quemadmodum igitur is,qui sen-
silem hunc mundum adspexit, & lucentem in ipsa rerum pulcritudine sapientiam
considerauit, ratiocinando æstimat per ea quæ sub oculos cadunt, pulcritudinem
illam inadspectabilem & fontem sapientiæ, cuius effluxio rerum naturam in cor-
pus hoc redegit: sic qui mundum hunc nouum in opificio ecclesiæ adspicit, uidet
in eo illum, qui in omnibus est omnia, manu quasi ducens cognitionem suam ad
id,cuius capaces non sumus, per illa quæ compræhendi ac percipi à natura nostra
possunt. Quamobrem quum hæ uirgines (quæ sunt animæ) petitionem hanc suam
proponunt illi,quæ iam ad perfectionem cursu contenderat,ut per ipsam liceat eis
innotescere desideratũ: per ea quæ salutis nostræ caussa patefacta nobis sunt, qua-
si delineat eis indicia, de quibus agnoscere quæsitum possint. Adeoq; de tota ec-
clesia uno sponsi corpore facto, peculiarem quemdam sensum de quolibet mem-
bro in pulcritudinis descriptione ostendit: quibus uniuersis singulatim considera-
tis, elegantia corporis tota conformatur & absoluitur. Orditur uerò doctrinam
hanc à principio non procul à nobis remoto, neq; alieno. Etenim à corpore incl-
pit,quemadmodum & Matthæus fecit. Nam is ab Abrahamo & Dauide repetito
longa serie carnis adsumtæ mysterio, magno illi Ioanni in his uelut elementis &
principijs constitutis, reseruauit ut illud principium, quod ab æterno intelligitur,
& SERMONEM qui unà cum hoc principio intelligitur,euangelicõ uo describe-
ret. Per has igitur sententias sponsa iuuenculas uelut initiat, quum mens nostra nõ
prius ad illud incõpræhensile ac infinitũ peruenìat: quàm id quod patefactũ est,fi-
de cõplectatur. Et patefactũ illud,carnis est natura. Quũ enim ait, Cognatus meus
est candidus & rubicundus: per hanc duorum colorum misturã carnem peculiari-
ter describit. Et fecit hoc etiã superius, ubi eum malum appellauit: cuius forma ex
utroq; colore temperata conspicitur. Nam malum & candidum est, & rubet: indi-
*Quid candor & rubor.* cante,ut arbitror,quasi per quoddam symbolum hoc ipso rubore naturam sangui-
nis. Quia uerò in mutatione consistit quælibet caro, coniugio quasi uiam struente
partui



partui per generationẽ in omnibus hanc uitam ingredientibus: ne quis carnis or-
tum in hoc mysterio pietatis concesso, ad naturæ opera & adfectiones cogitando
delabatur, existimando carnis huius generationem perinde comparatam esse, ut
in alijs omnibus: ideireo eum, qui nostræ carnis & sanguinis particeps factus est,
candidum quidem illum ac rubicundum esse fatetur,per duos hosce colores obscu
riusculè corporis naturam indicans: non tamen conlimili ratione prorsus editum
in lucem ait,qua cõmuniter homines gignuntur. Nimirum inter omnes hominum *Christus præ-*
myriades,ex quo illi esse ceperunt, & quousq; ueluti fluendo natura succedentum *ter naturæ mo-*
sibi per partum progredietur, solus hic noua quadam partus specie in hanc uitam *dum natus.*
uenit: cui ad nascendum natura non cooperata est, sed seruijt. Propterea inquit,
candidum hunc & rubicundum,qui per carnem & sanguinem in hac uita uersatus
est, solum ex uniuersis hominum myriadibus de puritate uirginea electum esse, cu
ius conceptio duorum à coniunctione profecta non sit, partus minimè inquina-
tus,parturigo doloris expers: cuius thalamus, altissimi potestas quasi quædam nu
bes uirginitatem ipsam inumbrans: fax nuptialis, Spiritus sancti splendor, cubile,
uitiorum expers cõdicio: nuptiæ, puritas incorrupta. Qui ex talibus ortus est,recte
appellatur electus ex uniuersis myriadibus: quo quidem significatur,nõ ex coniu-
gali toro ipsum existere. Nam huius solius generatio parturiginẽ non habuit,quẽ-
admodum & sine cõiugio cepit existere. Neq; enim propriè parturiginis uocabu-
lum usurpari de illa incorrupta & coniugũ nõ experta potest, propterea quòd uir
ginitas & parturigo in eadem cõcurrere nequeãt. Nimirũ uti datus nobis absq; pa-
tre filius, sic etiã puer hic absq; parturigine natus est. Vtq; uirgo ipsa nõ cognouit, *Partus dolores*
quo pacto in corpore ipsius corpus illud diuinitatẽ recipiẽs coaluerit: sic ne partũ *Domini mater*
quidem sensit,etiã Esaia uate de illa testante, ꝙ parturigo ipsius doloris expers fue *non experta.*
rit,quũ ait: Prius quàm labores parturiginũ uemissent, liberata marem peperit. Iccir «
co & electus fuit,& utraq; parte naturæ ordinem innouauit. Nec enim uoluptate «
cepit existere,neq; per dolores in lucẽ prodijt. Atq; hoc fit ratione quadam consen
tanea, minimeq; absurdum est. Quũ enim illa, quæ mortem in naturã per peccatũ
introduxit, condemnata sit ut in doloribus laboribusq; pariat: oportebat omnino
matrem uitæ tam conceptionem à lætitia incoare, quàm partum in lætitia perfice
re. Nimirum ait ad eam princeps ille angelus: *: Gaude per gratiã dilecta. Qua uo- « *Salutatio*
ce mœstitiam illam abigit, quæ rerum initio propter peccatũ partui est imposita. *Græca,sicut La-*
Hic igitur ille est, qui noua quadam ac peculiari generationis ratione ex myriadi- *tini dicunt,* Sal
bus uniuersis solus talis natus est,& candidus ac rubicundus rectè appellatus pro- *ue.*
pter carnẽ & sanguinem, electus ex decẽ millibus, propter incorruptam & uitio-
rum expertem proprietatẽ partus, diuersam à partu reliquorũ. Vel fortassis hanc ei
uocẽ accõmodauit sponsa, propter ceteras generationis ipsius species, quæ & ipsę
parturiginis sunt expertes. Nec ignorare potes, quoties sit genitus is, qui totius
noui rerũ opificij primigenius est, primigenius inter multos fratres, primigenius
ex mortuis, qui primus mortis parturigines dissipauit, ac per resurrectionẽ suam
uniuersis quasi uiam ad partum aperuit. Nam in his omnibus natus est, neq; tamen
pe parturiginẽ editus. Nam natiuitas per aquã parturiginis dolorem nõ admisit,
nec item ex mortuis regeneratio, nec diuini illius opificij primogenitura: sed in o-
mnibus hisce partus expers doloris fuit. Hęc caussa est, quamobrem dicat, Electus «
ex decem millibus. Ceterùm tempus iam fuerit, ut etiam cõlideremus ex prælectis
uerbis, qualis illius elegãtia singulis in membris cõmemoretur. Caput eius, inquit,
aurum Cephaz. Vox autẽ illa Hebraica si nostram in linguam transferatur, aurum *Quid Ce-*
purum & intactum significat, quodq; omni mistura careat. Atq; hanc uocem non *phaz.*
cõuersam mihi reliquisse proprerea uidentur, qui hæc de Hebræis Græca fecerũt,
quòd nõ reperirent in lingua Græca uocabulũ ullum, quo emphasis Hebraici no-
minis enuntiari posset. Nos autẽ cognito, uocem huiusmodi significare quiddam
sincerè purũ, quodq; nullam sordidæ materiei misturam admittat: hoc ut de dicto *Christus eccle-*
proposito statuamus adducimur, nimirũ corporis ecclesiæ caput esse Christũ. Chri *siæ caput.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



stum uerò nunc dicimus, nõ hoc nomen ad æternitatem deitatis extendentes: sed ad hominem deitatem in se recipientẽ, qui conspectus in terra est, & cum hominibus uersatus: ipsius uidelicet uirginitatis germen, in quo habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter: ipsas primitias cõmunis massæ, per quam SERMO ille naturam nostram induit, redditã immaculatam, & ab omnibus adhærentibus ei naturaliter uitijs expurgatam. Sic enim uates de ipso loquitur: Peccatum nullum perpetrauit, neq; inuenta fraus est in ore ipsius, qui tentatus est per omnia ad similitudinem naturæ nostræ, excepto peccato. Corporis igitur ecclesiæ caput, & totius naturæ nostræ primitię, aurum est purum & alienũ ab omni uitiositatis mistura. Cincinni uerò, tenebricosi aliquando & nigri, speciecq; sua Coruis consimiles, illis inquam Coruis, qui occupantur in hoc, ut oculos configant, quemadmodũ in prouerbio est, ac pullis aquilarum in cibum parent illos, in quibus cernendi organa mutilarint: hi ergo cincinni abietes facti, nimirum sublimes & ad cælum tendentes arbores, uenustatem sponsi accessione quadam augẽt, diuinum illius ad caput aptati. Neq; uerò potes ignorare, quod nam sit horum cincinnorũ munus: quum superius ex ipsis sponsi uerbis id intellexeris. Cincinni, ait, mei referti sunt guttis nocturnis. Quapropter illi sunt guttatim rorantes cincinni, qui à uatibus nubes appellantur, à quibus doctrinæ imber ille oritur, qui arua animata rigat ad agriculturæ diuinæ fertilitatẽ. Adeoq; apostolos heic figuratè per cincinnos significari existimo, quorum nonnulli prius ob instituta uitæ suæ caliginosi erant: uerbi gratia, publicanus ille, & alter prædo ac persequutor, & si quis præterea fuit consimilis nigro, carnisuoro, oculorum corruptori coruo. Per hunc autem intelligo principem potestatis tenebrarum, quemadmodum loquitur is, qui ex coruo factus abies, cincinnus diuini capitis audit. Quum enim prius & blasphemus esset, & persequutor, & uiolenter iniurius, quàm scilicet diu coruus erat: ad hanc gratiam trãsformatus est, ut factus cincinnus, & cælesti rore perfusus, uniuerso ecclesiæ corpori arcanorum obscurorumq; mysteriorum sermonem roratim instillaret. Hos igitur appellari à sponsa cincinnos existimamus, qui aureo capiti adhærentes non parum sponsi pulcritudinem augent, ab aura spiritus agitati. Atq; ijdem illius immaculati capitis pulcerrimum sertum sunt, ornantes illud ambitu suo. Etenim de his locum illum uaticinij accipio: Posuisti in caput eius coronam ex lapide pretioso. Ita ut per appellationem utramq; intelligantur, quippe qui sint & cincinni decori, & magni pretij lapides, ornamenti aliquid ex se capiti conferentes. Nunc ordinis ratio postulat, ut etiam illa, quæ de oculis dicuntur, consideremus: quæ quidem hæc sunt. Oculi eius sicut columbæ, ad aquarum copias. Horum autem uerborum sententia perceptione quidem nostra sublimior est, qui inferius esse ipsa ueritate arbitramur, quidquid de eis cogitauerimus: sed tamen studiosè illam cõsiderantibus, huiusmodi quædam esse uidetur. Ait alicubi suis in cõmentarijs diuinus ille Apostolus, nõ posse oculũ manui dicere, Non mihi te opus est: quibus uerbis docere uult, debere corpus ecclesiæ ab utroq; rectè comparatũ esse, tam perspiciendi ueritatem, quàm agendi ui inter se quasi temperata: quippe q; nec; contemplatio per se animã perficiat, nisi adsint & opera uitã egregiam absoluentia: nec; philosophia occupata in agendo satis sit utilis, nisi uera pietas eorũ, quæ fiunt, dux sit. Quare si necessaria est hæc oculorũ & manuũ coniunctio, fortasse iam propius per hæc ipsa Pauli uerba adducimur ad considerandũ primò qui nam sint oculi: deinde ad comprehendendam animi contemplatione laudem horum. Quod autem de manibus dicitur, suo loco reseruabimus. Oculorum à natura propriũ munus est, cernere. Propterea loci etiam situ supra sensuum reliquorum organa collocati sunt, ad ductandum uniuersum corpus à natura ordinati. Quare quum illos, qui ad ueritatem duces sunt, appellari à sacris litteris audimus ita, ut alius dicatur Videns, alius Cernens, alius Speculator à Deo uaticiniorũ in libris uocetur: adducimur eò, ut statuamus illos, qui ad cernendum, & inspiciendum, & speculandum ordinati sunt, oculos heic appellari. Eorũ uerò admiranda præstantia per comparationẽ quamdã declaratur, depingente huius adiectione pulcritudinẽ illorum. Ait enim. Oculi eius sicut columbæ. Præclara nimirum in huiusmodi oculis laus est, expers malitiæ simplicitas: quæ in illos cadit, qui nondũ à uita carnali polluti sunt, sed uiuũt & ambulant spiritu. Etenim spiritualis & immunis à rebus crassis uita, per columbę speciẽ exprimitur: quũ sanctus etiã spiritus hac specie cõspectus ab Ioanne sit de cælis super aquã uolare. Quatẽ illũ, qui ut ecclesiæ corpori sit oculi loco, diuinitus ordinatus est, si quidem purè speculatoris & inspectoris munere fungi uelit, omnẽ uitiositatis lippitudinẽ abluere aqua conuenit. Et aqua nõ una est, qua oculi abstergendo repurgantur: sed cõplures heic esse dicunt eiusmodi aquarũ copię. Nam quot uirtutes sunt, tot esse huiusmodi lustralium aquarũ fontes existimandũ est: per quos oculi semper seipsis puriores fiunt. Verbi gratia, tẽperantia lustralis aquæ fons quidã est, alius humilitas, ueritas, iustitia, fortitudo, boni cupiditas, mali auersatio. Hæ & aliæ aquæ, de uno quidẽ illę fonte, sed diuersis quasi fluentis in unũ collectorũ quædã sunt copiosa plenitudo: per quæ oculi ab omni uitiosa lippitudine repurgant. Quanquã uerò ad aquarũ copias sunt illi oculi, qui ob integritatẽ ac simplicitatẽ columbis comparantur: nihilominus lauacrũ eorũ lac esse dicit, idq; uerbis hisce: Ablutæ lacte. Conuenienter aũt laus huiusmodi oculis tributa, quũ lacte columba talis ablui, uenustaq; reddi cõmemoratur. Nam uerè hoc in lacte obseruatũ est, solum inter humida proprietatem hanc habere, q; in eo nullius rei simulacrũ ac similitudo conspiciat. Etenim res omnes, quæ humidæ naturæ sunt, ad similitudinẽ speculorum ob læuitatẽ superficiei faciunt, ut inspicientũ in eas uicissim ex ipsis imagines reluceant. Ideo aũt lacte huiusmodi simulacrorũ expressio locum nõ habet. Quo fit, ut hæc oculorum ecclesiæ sit laus perfectissima: q; nihil, quod nõ subsistat in rerũ natura, nihil erroneum, nihil uanũ præter ipsam rerũ ueritatẽ, uelut umbratili quodã simulacro fraudulenter repræsentent: sed ipsissimã ueritatem intueantur, erroneis huius uitæ spectris & imaginationibus nequaquã admissis. Propterea lactis lauacrum perfecta hæc anima certum esse remedium statuit ad oculorum puritatem. Quæ porrò sequuntur uerba, quasi lex quædam præscribunt auditoribus, quibus rebus studiosè intenti esse oculi debeant. Sedentes, inquit, iuxta copias aquarum. Nimirum perpetuam uelut adsiduitatem attentionis in discendis rebus diuinis nostræ dictum hoc requirit, dum puros oculos laudat: docens interim nos, quo pacto pulcritudinem oculorum consequi possimus, nimirum nunquam non ad aquarũ copias sedendo. Præsertim quum multi ex ijs, qui oculorum locum obtinent, omissa huiusmodi copijs aquarũ adsidendi diligentia, ad flumina Babylonis desideant: facientes id, quod in Dei persona in huiusmodi hominibus reprehenditur. Reliquerunt me (inquit) fontem aquæ uiuæ, ac foderunt sibi puteos perforatos, qui aquam continere nequeunt. Itaq; docemur hoc dicto, quí fieri oculus pulcer possit, ut decus aliquod habeat, omninoq; conueniat aureo capiti: nimirum si labe careat, ad exemplum columbæ: & instar naturæ lactis ab erroribus & fraudibus immunis sit, à nullo rerum non subsistentium errore illusus: denicq; constanter & adsiduè diuinarum aquarum copijs adsideat, instar ligni quod aquarum ad riuos plantatum, nusquam loco suo dimouetur. Sic enim & fructus suo tempore proferetur, & rami elegantèr coloratis foliis perpetuò florentes conseruabuntur, auris eos circumstrepentibus. At nunc plerique oculi spirituales neglectis aquis hisce, ac parui facientes adsiduitatem in uerbo Dei, uel auaritiæ sibi lacum fodiunt, uel in uanæ gloriæ lapicidinis uersantur, uel in superbiæ puteo laborant, uel alios denicq; lacus erroris studiosè fodiunt: quorum natura sic comparata non est, ut aquam illam tantopere expetitam continere perpetuò possint: semper huius uitę honore, potentia, gloria, quas res mirificè multi expetunt, unà cum ortu suo diffluentibus, nullumq; uestigium inanis operæ in deceptis relinquentibus. Tales ergo uult esse inspectores ac speculatores Dei uerbum, quorum supercilia quasi quodam uallo munita sint, nimirum diuinorum dogmatum certitudine: quicq; tegant humilitate, ueluti quodam palpebrarum ambitu, uitę suæ puritatem ac splendorẽ: ne trabs opinionis in pupillæ puri-

Quid cornua.

Quid cinciuni.

Quid oculus et manus apud Paulum.



In lacte nullas imagines referri.

Oculorum ecclesiæ laus.

Falsi doctores.

Querela de malis doctoribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ritatem illapsa, uisui sit impedimento. Ceterùm quæ post oculos ceterorum sponsi membrorū sint encomia, deinceps Deo dante percurremus: idq; per gratiam Domini nostri Iesu Christi, cui æternùm gloria tribuatur. Amen.

# IN CANTICVM CANTICORVM

## ORATIO QVARTA DECIMA.

" *Maxillæ ipsius tamquam aromatis phialæ, quæ proferunt unguenta.*
" *Labra eius sunt lilia, destillantia myrrham uberem. Manus illius tor-*
" *tiles, aureæ, plenæ tharsis. Venter eius tabella eborea, in lapide sapphiro.*
" *Crura illius columnæ marmoreæ, fundatæ super aureas bases. Species*
" *ipsius, ut electus Libanus: ut cedri. Guttur eius dulcedo ac nil nisi desiderium est.*
" *Hic est cognatus meus, & hic proximus meus: filiæ Hierusalem.*

## EXPLANATIO.

QVi lacte simplici puerilem adhuc spiritualis ætatis teneritatem alit, infantum (ut Apostolus loquitur) in ecclesia nutritoris panem sapientiæ perfectis secundum hominem interiorem reseruat. Sic enim Paulus ait: Sapientiam loquimur inter perfectos, nimirum qui propter habitum, quem in audienda bona doctrina sunt adsequuti, sensus animi exercitatos habēt: ut facilè panem sapientiæ recipere possint, quum ad alendum opus sit etiam maxilla, quæ ratiocinationum dentibus *Maxillæ.* cibum hunc comminuat. Quapropter & maxillas in corpore Christi esse necesse
" est ijs, qui non amplius papillæ uerbi adhærent: sed cibum iam solidiorem expe-
" tunt, de quibus nunc sponsa loquitur in hisce uerbis: Maxillæ ipsius tamquam a-
" romatis phialæ quæ proferunt unguenta. Enimuerò poscere seriem ipsam, ut de maxillis dicatur, oculis iam consideratis: cuiuis esse perspicuum arbitror, qui prudenter hæc audit. Nam propterea debet ad aquarum spiritualium copiam adsidens oculus erroris experte ac minimè fraudulento lacte lauari, similis factus columbæ simplici: ut suorum bonorum participes reddat omnes, qui ad ecclesiæ corpus pertinent. Ea de caussa magnus etiam Esaias eum, qui uita sua iam sublimem in montem adscenderit, clara uoce clamare iubet: ut ex ipso cognoscant auditores aduentantem cum robore Dominum, & illud ipsum brachium, quod cum potestate creatis præest: cognoscant eum qui gregem pascit, & agnos colligit, ac per spes bonas egregiè fetas auiculas consolatur: qui palmo cælum complectitur, & terram uniuersam pugno constringit: quibus adde cetera, quæcumq; liber hic uatis præterea commemorat illi prædicanda, qui montis uerticē conscenderit. Quare si eam ipsam ob caussam uis aquarum & lactis contingit oculis, ad ueritatis cognitionem, rectè atq; ordine secundum eos maxillæ laudantur, quarum munus est nutrimentum comminuere, quo corporis uis ac natura conseruatur. Videamus ergo quánam in re sita sit maxillarum laus. Audiamus ipsam sponsam, cuiusmodi
" de eis commemoret. Maxillæ ipsius tanquam aromatis phialæ, quæ proferunt un-
" guenta. Quibus in uerbis si species illa poculorum patula per appellationem phia-
*Quid phiala.* læ significatur, quæ ita confecta est, ut omnis concauitas quasi furtim sese subducat oculis, quum figura eius non nimis profunda sit, neq; se in rectum quasi resupinet, non accuratè concaua uideatur, neq; plana: si ergo talem poculorum speciem sponsa per phialam intelligit: nimirum peculiaris quædam erit ratio, quamobrem ab hac figura maxillę laudentur. Nam dicere quis possit, in prædicatione simplicitatis doctrinæ quasi patulæ minimeq; fraudulentę, mentionem phialę factā esse: in qua uetita profunditas à uate locum habere nō potest, quū ait: Eripiar ab ijs, qui oderunt me, & ex aquis profundis. Itaq; ueritatē, quæ in simplicitate patescit, abiiq; ulla



ulla fraudulenta concauitate, per uocem phialæ significari dicimus: cuius quidem materies sit aroma, munus autem proferre unguenta. Maxillæ ipsius, inquit, tamquam aromatis phialæ: non ex argento factæ, uel auro, uel uitro, uel alia quapiam eiusmodi materie: sed ipso ex aromate, quod illa proferat, de quibus unguenta parantur. Atq; ex his iam haud dubiè horum uerborum sententia perspicua est, nimirum esse proprium puris ecclesiæ oculis, ut talem corpori cibum præparent per maxillas comminuendi uí præditas: quo nihil profundum ac latens in ijs quæ dicuntur conspiciatur, sed omnia sint dilucida, libera, ab omni fraudulenta occultatione ac profunditate separata: ita ut pueris etiam manifesta sint, quemadmodum uates ait: Testimonium Domini est fidele, ac pueros erudit: præceptum Domini "
dilucidum, oculis lucem adferens. Nimirum si tales sint uerbi phialæ, haud dubiè "
non ex ulla terrena materie confectæ erunt: sed erit ex aromate ipsarum natura, illo inquam aromate, quod excellere omnia aromata carminis huius initio sponsa dicit. Talis phiala Paulus erat, qui non per uafriciem fraudulenter docebat: sed aperta ueritate seipsum omnibus probabat. Cuius materies abijciebat naturam terrestrem, ex quo per baptismū carnis oculorum squamas deposuit, ac factus Spiritus sancti filius, ex fragranti aromate de integro instauratus fuit. Idem posteaquam in tali officina electum uas factus est, & quidem phiala, per quam uerbum diuinum propinaretur: non amplius hominis ullius eguit opera, qui mysteriorum ei cognitionem infunderet: (non enim carnem, & sanguinem consuluit) sed ipsius in se protulit diuinum illum potum, cuius & scaturiginem uelut emisit, dum per Christi fragrantiam uarias uirtutes in auditoribus quasi quædam unguenta conficeret, ita ut pro diuersitate proprietateq; recipientum Dei uerbum aroma ipsum conueniens usui eius, qui illud posceret, reperiretur: nimirum Iudæis, ethnicis: mulieribus, uiris: heris, seruis: parentibus, liberis: legi non adstrictis, subiectis legi. Tam multiformem ille doctrinæ gratiam habebat, omni uirtute temperatam: uaria docendi ratione, pro necessitate & ex usu cuiusq;, Dei uerbum miscente hac phiala, tamquam aromata quædam, pro ijs qui illud reciperent. Huiusmodi ergo maxillas laudat, quæ pulcritudinem corporis sponsi uerbis hisce ad uiuum depingit: quodq; hoc maxillarum encomium eò spectet, porrò sequentia uerba testantur. Etenim post maxillas laudantur labia, per quæ sermo ille conditus aromatibus profertur. Verba encomij hæc sunt. Labra eius lilia, destillantia myrrham ube "
rem. Duas uirtutes simul SERMONI tribuit, gemina similitudine. Horum alte- "
rum ueritas est, quæ in dictis & splendida & illustris conspicitur. Nam talis est lilij species, cuius splendor quasi quodam ænigmate puritatem ac ueritatem eorum, quæ dicuntur, significat. Alterum est, quòd sola sub mentis perceptionem cadens & crassarum rerum expers uita per doctrinam proferatur, extincta uita hac infera, cuius in carne ac sanguine uis conspicitur, per contemplationem rerum quæ mente intelliguntur. Etenim ex ore destillans myrrha, quæ recipientis animum replet: mortificationem carnis clarè denotat. Nam multoties hoc in litteris à spiritu diuino profectis obseruauimus, appellationem myrrhæ mortem significare. Quare perfectus & purus oculus, qui de maxilla phialam efficit, unguenta ex se proferentem quasi quodam ex fonte: hic ergo sermonum lilia gignit per os illorum, qui diuino splendore sunt ornati. Nam sic appellantur ij, qui puri sunt, & ex uirtute fragrantiam quandam habent: quiq; myrrham destillant, quæ sine defectu mentem recipientum eam replet. Est autem illa uitæ huius corporeæ cōtemtus, quum uniuersa quæ in hac uita curæ sunt hominibus, per supernorum bonorum cupiditatem uim suam omnem amittunt & extinguuntur. Talem myrrham olim Paulus effundebat ex ore suo, mistam cum puro pudicitiæ lilio, in sanctæ uirginis aures. Ea uerò erat Thecla, quæ præclarè animo suo defluentibus de lilio guttis intra *Thecla uirgo.*
se receptis, hominem externum morte opprimit, omni cogitatione cupiditateq; carnali extincta. Cuius post percepram illam bonam doctrinam & iuuentus extincta erat, & externa uenustas extincta, & extincta omnia corporis sensuum orga-

Universidad de Deusto
Biblioteca



na: ſolo ſermone in ipſa uiuente, per quem totus ei mundus mortuus erat, & uitgo ipſa mundo erat mortua. Sic olim magnus etiam Petrus ille apud Cornelium ſplendida ſermonis lilia proferens, animos auditorum myrrha complet, qui mox recepto ipſius ſermone, cum Chriſto per baptiſmum ſunt conſepulti, mortui uitæ huic facti. Adeoq; infinita reperire præter hæc ſanctorum hominū exempla licet, quo illi pacto cōmunis corporis eccleſiæ os facti, myrrha extinguēte morbos animi ſuos auditores repleuerint: per ſermonis lilia fructus ferentes, quibus magni illi propugnatores fidei per egregiam confeſſionem ipſo teſtandæ ueritatis tempore, in certaminibus pro pietate ſuſceptis, toti quaſi myrrha quadam ſunt perfuſi. Et quid opus eſt oratione prolixa de hoc diſſerere, quum per ea quæ diximus, declaratum ſit, quo pacto eccleſiæ os lilium fiat, qui myrrha de lilio deſtillet, qui huiuſmodi ſtillicidio animus recipientum impleatur. Ad ſequentia porrò uerba progrediamur. Manus illius tortiles, aureæ, plenæ tharſis. Eſſe autem oculi beneficium imperfectum in eccleſiæ corpore, ſi manuum ab eo miniſterium ſit diſjunctum: de magno illo Paulo clarè didicimus, qui ait. Non poteſt oculus manui dicere, Non mihi te opus eſt. Nam tum maximè uis oculorum conſpicitur, quum ipſa opera teſtimonium oculorum acumini perhibent: per ſtudium præclararum rerum, egregiè ſe duci declarantia. Quia uerò prius indicato manuum diuini corporis encomio, per ea quæ diximus pergendum nobis eſt ad expoſitionem hanc, quo uidelicet modo comparati eſſe debeant illi, qui in eccleſia manuum locum obtinent: ipſis diuini huius oraculi uerbis præmiſſis, pro uiribus noſtra abditam in eo ſententiam conſiderare Deo concedente conabimur. Manus (inquit) illius tortiles, aureæ, plenæ tharſis. Atque hactenus quidem in hiſce uerbis ſenſus manifeſtus eſt, quod ob quæ caput laudatur, eadem manuum quoque encomium abſoluant. Et caput accepimus pro Chriſto ſecundum carnem, in quo Deus erat mundum ſibi reconcilians, uti Paulus loquitur: qui ſe in carne per uirtutes ac miracula patefecit. Quòd ſi ergo caput hoc noſtrum appellatum fuit aurum immaculatum, propterea quòd extra omne peccatum ſit, (quemadmodum dicitur: Peccatum nullum perpetrauit, neq; inuenta fraus eſt in ore ipſius) itidemq; hei manus etiam uocantur aureæ: nimirum patet hoc ipſo ſignificari, manus has prorſus eſſe puras, expertes peccati, alienas ab omni uitioſitate. Manum autem appellamus eam, quæ ad uſus diuinitus præſcriptos publica bona eccleſiæ adminiſtrat: cuius hæc propria laus eſt, ut capitis naturæ ſimilis fiat ratione puritatis peccatorum expertis. Tunc autem manus fit pura, quum tornando totum illud abraſerit, quod elegantiæ impedimento eſt. Quemadmodum enim illi, qui marmor ad figuram animalis alicuius conformant, ea tornando ſculpunt & incidunt lapidi, quibus amputatis ad exemplum princeps ſimulacrum effingitur: ſic etiam in pulcritudine manuum corporis eccleſiæ multa per ratiocinationum deradenda ſunt tornationem, ut manus uerè aurea fiat & pura. Neq; uerò cuiquam obſcura eſſe poſſunt, quæ non amputata manus pulcritudini officiant: uerbi gratia, ſtudium placendi hominibus, auaricia, ambitio, ſolùm ad ea reſpicere, quæ ſub oculos cadunt, ſplendorem ſibi ex rebus præſentibus comparare, ad deliciaſq; & uoluptatem propriam abuti collecto ex Dei mandato penu: quibus quidem uniuerſis & eius generis alijs per inſtrumenta cogitationum abraſis, ſolum uoluntatis purum illud ac minimè adulterinum aurum relinquendum eſt, quod immaculato capiti eſt ſimile. Et fuerit fortaſſe quod dicimus, magis perſpicuum, ſi per uerbum illud Apoſtoli declaretur: qui poſteaquàm Deum fidelē appellauit, nihil aliud etiā in rei familiaris adminiſtratoribus requirit, quàm uti quis fidelis reperiatur. Sic enim ad uerbū ſcripſit. Reliquū eſt, quod in adminiſtratoribus rei familiaris requiritur: ut quis nimirū fidelis reperiatur. Itaq; fidelis & prudēs adminiſtrator rei familiaris, qui eccleſiæ manus eſt loco, ſapientē dominū ſuum in uita imitando, manū corporis ad ſimilitudinē capitis aureā reddit. Non erat eiuſmodi manus in Apoſto

*Quid manus.*

*Iudæ auaricia.*

Iorū corpore Iudas ille miſerandus ac miſer, uel potius odio dignus & exſecrabilis: cui quum



eui quū cura eſſet cōmiſſa pauperū, auaricię lapidem non abraſit: ſed propter fures marſupij cuſtos, ipſe ſui ipſius fur factus eſt, dum qd' in manibus ſuis habebat, proprijs manibus eleperet: nō ad Dei mandatū, ſed pecunias ipſas reſpiciēs: ex quibus deinde fructum alium nullum percepit, niſi ſtrangulationē, ſpontaneam abruptionem uitæ, certum animæ interitum, monumentum ſceleratum, quod quidem æternùm durabit. Quamobrem manus eſſe bellè tornatas ac ſculptas oportet, ut amputatis ijs quæ malè adhærent, aurum ſuperſit: quod ſpecie ſua capitis pulcritudini reſpondeat. Cæterùm uox Tharſis habet ex ſacrarum litterarum conſuetudine ſignificata cōplura: neq; ſemper idem uelle depræhenditur. Nam fæpenumero ad quiddā uituperabile, fæpenumero ad diuinū, & beatum quiddam eius ſignificatio transfertur. Exempli gratia, quo tempore Ionas uates à Dei conſpectu fugiebat, nauim euntem in Tharſis quærit. Et magnus ille Dauides ait, nauigia Tharſis à ſpiritu uiolento conteri. Quibus in uerbis ſpiritum uiolentum, ut equidem arbitror, appellat eum: qui diſcipulis in cenaculo collectis apparuit, ac primò quidem auditu eſt cognitus, quaſi ruens flatus uiolentus: deinde uerò etiam oculis patefactus eſt, linguarum in figuram effictus, ac ſplendenti ignis naturæ ſimilis factus. Ac per hunc quidem flatum multipliciter humana in natura uelut innatans uitioſitas conteritur, quam uates hic naues Tharſis appellauit. Atque hæc ſignificata ſunt uocis huius, quā peiorem in partem ſumitur. At magnus ille Iezecielus uiſionem oblatæ aliquando ſibi patefactionis diuinæ deſcribens, ſpeciem unius ex diuinis illis ſpectris hac uoce exprimit, quū ait: Et ſpecies eius quaſi ſpecies Tharſis. Tradunt autem illi, qui accuratè uocum Hebraicarum uim perſpectam habent, hac in illius uaticinij parte per uocabulum hoc ſignificari quiddam quod colorū & corporis ſit expers, ac mentis intelligentia tantùm percipiatur. Quū ergo duplex ſit uocis huius ſignificatum, & uerò cuiuis pateat, meliorem in partem heic eam accipi: (non enim uſurpari poterat in encomio, quatenus rem uituperabilem notat) ordo poſtulat, ut hoc iam conſideremus in manibus, quæ laudantur: nimirum quòd ſponte ſua quaſi tornando detritis omnibus, quæcūq; ſuperuacanea & corporea in eis erant, ad ſortē diuinā ac mente tantùm comprehenſilem tranſeant: omni craſſa & graui erga res uitæ huius adfectione excuſſa. Quale quiddam lapidū ſculptores in maſſa ſmaragdina efficere prædicāt. Etenim eo, quod lucidū non eſt, ſed terreſtre, per cotem abſumto & detrito, ſolū hoc relinquunt, in quo ſplendor quidā uiridis & oleæ colorē referens conſpicitur. Atq; hanc in ſententiā dici quiddā mihi uidetur illuſtrius ab Apoſtolo, cōſulente quodā in cōmētario ſuo, ut remoueamus adfectionē erga res ſub adſpectū cadentes, & ad id quod cerni nequit deſiderijs animi contendamus. Vt nō ſpectemus (inquit) ea, quæ cernuntur: ſed q̄ nō cernunt. Nā quæ ſub oculos cadunt, momentanea ſunt: quæ non cernunt, æterna. Hęc igit in hoc manuū encomio à nobis cōſiderata ſunto, quo pacto illæ ab adfectione erga res craſſas expolitæ, puræ fiant: per inſtitutū animi ad ſortē craſſarū rerū expertē, quæq; mente rātùm percipit, cōmutatæ. Manus (inquit) illius tortiles, aureæ, plenæ tharſis. Nūc ratio ſeriei poſcit, ut quę porrò de uētre ſequunt perſpiciamus. Sunt aūt huiuſmodi uerba. Vēter eius tabella eborea in lapide ſapphiro. Quo tēpore legislator naturæ inſculptā lapideis tabulis legē Moſi tradidit, illas ipſas tabulas appellauit lapideas * tabellas, quibus diuini characteres inſculpti erāt. Sic em Moſem cōſ'ellat ſuo de his ipſis oraculo. Adſcende ad me in montē, atq; ibi eſto. Tradā em tibi tabellas lapideas, legē ac edicta. Secundū hęc uerò, poſteaquā lex ſi bi quidquid corporeū eſſet ac terrenū, per claritatē euāgelicā quaſi poliēdo detraxit: nō iā amplius id, in quo litteræ p̄ſcribunt, lapidea tabella eſt: ſed ſacta de ſplēdente ac recens polito ebore. Etenim hoc in loco illud, qd' edicta & leges Dei recipit, indicatū uocabulo uentris, eſſe tabella eborea dicitur, in lapide ſapphiro. Atq; hoc exemplum corporeum primò nobis declarandum arbitror, atq; ita deinde ad contemplationem uerborum indicatorum ueniendū. Denſum quoddā & ſubalbū lignum eſt buxus, de quo tabellas ſibi conficiunt, qui ſcribere uolunt. Huiuſmodi ergo

*Significata uocis Tharſis.*

*Altera ſignificatio uocis Tharſis.*

**Græcè πυξία, tabellæ de buxo propriè.*

*Buxus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



di ergo tabella, ſcriptionis ad uſum comparata, etiamſi fortè alia facta ſit ex materie: pyxium (quaſi dicas buxeum) appellatur, uſurpatione quadam uocis non propria. Quare quum uocem hanc audimus, inſtrumentum quoddam læue & aptum ad recipiendas litteras intelligimus. Et uerò quum generale ſit uocabulum ad omnes huiuſmodi tabulas, iccirco heic etiam materiei ſpecies additur. Non enim dicit ex ligno, ſed ebore factum opus huius tabellæ. Traditur autem huiuſmodi oſſis eam eſſe denſitatem ac ſoliditatem, ut diutiſſimè incorruptum maneat, nihilq; detrimenti à tempore accipiat. Sapphirus autem colore cæruleum imitante recreat fatigatos eorum oculos, qui ſtudioſè intenti ſunt tabellæ huic litteris repletæ: quòd à natura ſic comparatum ſit, ut huiuſmodi ſplendor oculos reficiat. Tale igitur illud eſt, cum quo uenter eccleſiæ in hoc encomio comparatur. Cetera quum uaticiniorum librum in perſona Dei hac exhortatione uti audio, Scribe uiſum hoc, & quidem clarè in tabellam: mecum ipſe cogito, quid per uocabulum uentris in corpore Domini, quod heic laudatur, intelligere conueniat. Quia enim uiſum illud diuinum clarè inſcribi tabellæ uult, fortaſſe cordis puritatem, cui per memoriam uiſa diuina inſcribimus, uentris appellatione denotat. Quemadmodum & is, qui magni uatis Iezechielis os aperuit, inq; hoc libri uolumen poſuit utrimque litteris refertum, exterius & interius: ait ad eum, Comedet os ruum, ac uenter tuus replebitur. Quibus in uerbis uenter appellatur, pars animi intelligens & ratione prædita, in qua diuinitus accepta quaſi collocabat. Similiter & magnum illum Hieremiam ſcimus cor ſuum mirificè à triſtibus illis cogitationibus adflictum, uentrem appellaſſe, quum ait: Venter mihi dolet, & ſenſus cordis mei turbantur. Quòd ſi etiam aliquid addendum eſt ex ſacris litteris, quod certius in hanc ſententiam nos ducat: proferamus id, quod ad illos qui crediderant, Dominus dixit. Ait enim aquæ uiuæ flumina ex illorum uentre promanare, qui in ipſum credant. Verba ſunt huiuſmodi. Qui credit in me, quemadmodum aiunt litteræ ſacræ, de illius uentre amnes aquæ uiuæ profluent. De his igitur omnibus in hanc ſententiam adducimur, ut ſtatuamus per uocabulum uentris cor purum intelligendum: quod ſit tabella diuinæ legis in illis, qui (ut Apoſtolus loquitur) oſtendūt rem legis ſcripram in cordibus ſuis non atramento, ſed ſpiritu Dei uiui: litteris huiuſmodi inſculptis animo non lapideis in tabulis, (quemadmodum idem Apoſtolis ait) ſed cordis in tabella, quæ pura, quæ læuis, quæ fulgida eſt. Nam eiuſmodi eſſe conuenit partem animi principem, ut ei clara minimeq; confuſa diuinorum oraculorū memoria imprimatur, ueluti ſignificantibus quibuſdam litteris diſtincta. Tali uerò tabellæ ad encomium uentris abſoluendum pulcrè adiungitur eriam ſapphirus. Etenim ſapphiri ſplendor cæruleus eſt. Atque hoc ænigmā conſtulit nobis, ut cor noſtrum ea quæ ſurſum ſunt uelit ac reſpiciat, & iſtic oculos oblectet, ubi theſaurum ſuum conditum habet: ita ut in attendendo diuinis præceptis non fatigetur, ſpe cæleſti recreante cernendi facultatem, quæ animi oculis ineſt. Ventris laudationem excipiunt crurum encomia. Inquit enim: Crura illius columnæ marmoreæ, fundatæ ſuper aureas baſes. Multas habet columnas ſapientiæ domus, quam illa ſibi exſtruxit. Multæ item columnæ tabernaculum teſtimonij fulciebant, de materie diuerſa exornatæ: quarum & capitula & baſes erant aureæ, pars media quaſi quodam argenteo ueſtitu ornata erat. At eccleſiæ columnas (nā & eccleſia domus eſt, quemadmodum Apoſtolus loquitur, quum ait: Quo pacto quis in Dei domo uerſari debeat) marmoreas eſſe dicit ſponſa, baſibus aureis inſiſtentes. Itaque conuenire ſponſæ cum Beſeleeli ſapientia in pulcritudinis deſcriptione, quippe quæ itidem ut ille auro caput ac baſes ornauerit: cuius paret, qui ſcripta de tabernaculo nota familiariter habet. Nam ut ille aureo capite columnis ſingulis adaptato, ſingulas etiam in aurea baſe collocat: itidem ait hoc loco, quæ purè ſponſi pulcritudinem intuetur, caput quidem eius eſſe aurum purum & labis expers: (hoc enim uocabulum Cephaz declarat) crura uerò fundata eſſe in baſibus aureis. Quamcumq; autem ſumenda ſint in partem hæc de colūnis ænigmata.

*Sapphirus.*

*Quid uenter.*

*Quid colūnæ.*



ænigmata, certè ſi Paulo, uiro ſancto, tamquam diſcipuli adſentiemur: à uera ſententia non aberrabimus. Nam is Apoſtolos eximios, Petrum, Iacobum, Ioannē, eccleſiæ columnas appellauit. Et uerò quia diſcere conuenit, quo pacto quis fieri columna poſſit, ut & nos digni hac appellatione fiamus: rurſus hoc quoq; de Pauli ſapientia intelligamus, qui columnam ait etiam ueritatis firmamentum eſſe. Itaq; aurum eſt ueritas, quæ eadem & crurum baſis eſt, & manibus atq; capiti ornamentum aliquod adfert. At firmamenti uocem ſi quis ad marmoris naturam trāsferat, non errabit: ita ut huiuſmodi uerborum ſit ſententia. Crura uidelicet corporis eſſe columnas marmoreas, hoc eſt illos, qui illuſtri uita & ſana doctrina cōmune corpus eccleſiæ geſtent atq; fulciāt: per quos & fidei baſis firma ſtat, & uirtutis curſus abſoluitur, & in ſaltibus diuinæ ſpei torum corpus attollitur. Fiunt autē hæc præclarè per iſta duo, nimirum ueritate ac firmitate: ita ut aurū ad ueritatem accōmodetur, quæ de Pauli ſententia fundamentum ædificij diuini eſt & dicitur. Sic enim ait. Fundamentū aliud ponere nemo poteſt, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus. Et Chriſtus ueritas eſt, in qua crura fundantur, quæ columnæ ſunt eccleſiæ. Per marmor autem intelligamus uitæ ſplendorē, & conſtantiā atq; immutabilitatē in adfectione erga illa quæ bona ſunt. Quia uerò multæ ſunt in tabernaculo teſtimonij columnæ, multæ item ſapientiæ domū columnæ fulciunt, quū interim heic duæ ſufficiant toti corpori ſuſtinendo: fortaſſis aliā quamdā ad ſententiā ænigmatis huius ſcopus referendus eſt. Arbitror enim hoc adſtrui per illa, uarijs uidelicet modis ad uirtutē nos per legē duci, ac multa quoq; præcepta eſſe ſapientię, quæ tamen eumdē ad ſcopum reſpiciant. At conciſum Euangelij ſermonē ad facilem numeratu ac uelut in pauca contractā uitæ uirtuti conſentaneæ perfectionē nos ducere. Ait enim Dominus: Ab hiſce duobus edictis lex tota pendet ac propheræ. Idem uerò eſt, ſiue quid oneris ſuſpenſum de te, ſiue impoſitū ſuſtineas. Nā robur illius, qui pondus aliquod geſtat, utroq; modo conſimiliter intenditur. Etenim ferre illud ex æquo dicitur, ſiue appenſum onus ſit, ſiue manu ſubiecta quid geſtet. Quare quum Dominus quidē dicat, ab his duobus edictis legē uniuerſam cum prophetis pendere: ſponſa uerò à duabus columnis, quæ fundamentis aureis innitantur, geſtari corpus cōmemoret: rectè fecerimus, ſi ad contemplationem huius de cruribus ænigmatis, duo illa edicta adhibuerimus. Horum alterum, primum appellat Dominus: alterū, primo ſimile. Inquit enim, Deum toto corde, & animo, & facultate uirium diligere, mandatū primum eſſe: proximū uerò diligere quaſi ſeipſum, cuius uerò mandati uim parē eſſe, quæ ſit primi. Paulus etiā, dū quaſi quamdam domū, quæ Deum excipiat, magnū illum Timotheum exſtruit: duas haſce columnas in eo ſtatuit, quarū alteri Fidei nomen indit, alterā Conſcientiā uocat. Per fidē intelligit dilectionē erga Deum, de toto corde, & animo, & uirium facultate profectā: per bonā uerò conſcientiam, adfectionē quamdā erga proximū, eū amore conjunctā. Et fortaſſis hæc poſterius à nobis inuenta ſententia, priori ſenſui non aduerſatur. Nā per utrūq; horū columnas fieri licet tales, quales erant Petrus, Iacobus, Ioannes, & ſi quis alius hoc nomine uel fuit antehac uel erit deinceps dignus. Nā qui in hiſce duobus mandatis perfectus eſt, is & columna ſit & firmamentū ueritatis, ut Apoſtolus loquitur. Adeoq; duabus hiſce præclaris rebus uniuerſum eccleſiæ corpus quaſi quibuſdā cruribus innititur, aureo baſis illius fundamēto, quæ fides eſt, inſignobiliratē non mutabilē & conſtantiā in omni bono animis indente. Poſt has uerò laudes quaſi paucis uerbis repetens uniuerſam ſponſi pulcritudinē, ait. Species ipſius, ut electus Libanus: ut cedri. Guttur eius dulcedo, ac nil niſi deſiderijs eſt. Hic eſt cognatus meus, & hic proximus mihi, filiæ Hieruſalem. Quibus in uerbis clarius indicare ſponſam arbitror, uerſari encomium ipſius in ea ſponſi pulcritudine, quæ ſub adſpectum cadat. Id autem intelligo per hoc, quod ſub oculos cadit, de quo quaſi quoddam corpus conſtituit Apoſtolus, collectis membris ſingulis, quæ integram eccleſiā abſoluunt. Ait enim ipōſa unā ipſius ſpeciē eſſe infinitas illas cedros, quib. undiq; Libanus cinctus ſit. Quibus uerbis ſignificat, nihil humile

*Fundamentū.*

*Aliæ interpretatio.*

*Fides & Conſcientia, columnæ duæ.*

*Quid cedrō.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



humile neque abiectum ad uenustatem corporis illius conferre: nisi sublime sit instar cedri, ac uertice suo sursum tendat. Potius autem fuerit, prius nos id considerare, quod ante hæc omisimus. Species ipsius, inquit, ut electus Libanus. Electio cuiuslibet rei fit, quum iuxta eam contrarium quid collocatur. Itaq; quum una boni appellatio diuersa significet, ac simul de eo usurpetur, quod reuera bonum est, & quod tale non sit, sed per fraudem esse se bonũ simulat, idq; uidetur esse quod non est: qui in boni dijudicatione non fallitur, quod eximiè selectaq; bonũ est erroneo & fallaci non præfert. Quamobrem quum hoc loco ad electum Libanum sponsi formam cõparat, consentanea ratione colligitur, moneri nos ut Libanos esse duos intelligamus: alterum malum & reijciendum, qui perinde ac uitulus ille (quemadmodum propheta loquitur) una cum cedris suis conterendus est: alterum electũ & pretiosum, cuius elegantia diuina sit & maiestatẽ insignẽ præ se ferat. De his autem tale quiddam percipimus. Propriè, uerè, ac primarie rex unus est, rex ille creatorum omnium. Nihilo minus etiam mundi Dominus ille, tenebrarum rector, regium sibi nomen arrogat. Legiones angelorum sunt apud uerum regem, & malorum item geniorum legiones apud imperatorem potestatis tenebrarum. Imperia, potestates, copiæ subsunt regi regum, & Domino dominatorum: itidem & alter ille (quemadmodum Apostolus ait) habet imperia, potestates, copias, quæ abrogabuntur, quum malum in nihilum redigetur. Sunt enim hæc Apostoli uerba: Quum aboleuerit omne imperium, & omnem potestatem, & omnem uim. Cernit uates ille sedentem sublimi ac eleuato in solio regem gloriæ: itidem ille solium suum supra sidera se collocaturum profitetur, ita ut altissimo sit similis. Habet ampla in domo sua Dominus uniuersi uasa electionis: itidem ille uasa iræ habet, comparata ad interitum. Præterea uitam & pacem per angelos dignis suppeditat angelorum Dominus: etiam ille furorem, & iram, & adflictionem per sceleratos angelos immittit. Et quid opus est singula commemorare, per quæ aduersarius ille contra naturam ipsius boni sese erigit? Quum igitur eius ratione, quod sub sensus cadit, illustre quoddam spectaculum fit mons Libanus, undique sublimibus cedris opacus ac densus: iccirco diuersos in sensus ratione illius quod cernitur, in sacris litteris quasi diuiditur, aptè atque idoneè utranque in partem sumtum. Eoq; uidere est idem uocabulum apud eosdem uates, pro significatorum diuersitate, tam in laude, quàm uitio positum. Modò enim confert cedros Libani Dominus, & uniuersum Libanum una cum cedris in eo comminuit instar eius uituli, qui in solitudine pro Deastro fabricatus erat: quibus uerbis libet ille uatis docere uult, ipsam malitiam & omnem ortam ex ea sublimitatem, aduersus cognitionem Dei se erigentem, in nihilum redigendam esse. Aliàs uerò meliorem in partem sumitur, ut quum uates idem ait: Iustus ut palma florebit, ut cedrus in Libano amplificabitur. Nam reuera iustus, (Dominus autem est iustus ille) qui propter nos ortus est de terra, is igitur est alticoma illa palma, quæ exorta in naturæ nostræ silua, mons fit, aucta cedris eorum, qui per fidem in ipso radices agunt: quæ quidem cedri quum plantatæ in Dei domo fuerint, in atrijs Dei nostri florebunt. Hanc autem domum ecclesiam esse intelligimus, Apostolum sequuti: in qua cedri Dei conseruntur. Per atria uerò æterna illa tabernacula accipimus, in quibus & florent spes bonæ, & suo tempore patefient. Quare quum Christi corpus per membra singula fiat integrum: (Membra enim multa corpus unum fiunt, inquit Apostolus) eam ipsam ob caussam totam sponsi uenustatem appellauit electum Libanum, discrimen huius & Libani qui reijcitur, per uocẽ electi constituens. Nam alter ille Libanus est, qui secundum Esaiam una cum sublimibus corruet, quum ex radice Iessæa flos ille exorietur, & uirga potestatis enata fuerit: qua & leonis, & pardi, & aspidum natura cõmutabitur in cicurẽ quãdã mansuetudinẽ: ita ut leo cum uitulo degat, pardalis cũ hædo requietẽ capiat, puer ille pusillus, qui nobis natus est: cuius manus in cauernã aspidũ penetrat, & sobolem aspidis attingens, uenenum earum hebetat. Quæ ubi acciderint,

*Libani duo.*

*Dei cum diabolo cõparatio.*

*Domus Dei. Atria Dei.*

*Explicatio loci Esaiæ.*



rint, futurum ait uates, ut & Libanus cum sublimibus corruat. Quæcũq; uerò uaticinium hoc per ænigmata indicat, ea tamquã manifesta omnibus, accuratè explicare uelle, fuerit superuacaneum. Quis enim ignorat puerũ illum nobis natũ? qui manu sua contingit incredulos, cuius præfectura bestias pernicioſas sub idẽ cum cicuribus tectum redigit, naturalis acerbitatis oblitas. Quare quum Libanus ille, qui est malitia, per hæc corruat, atq; etiam unà cum hoc principe malorum initio sublimitates aduersus ueritatem erectæ corruant: iccirco pulcritudinem Domini sponsa cum Libano electo confert, hisce uerbis prolatis: Species ipsius, ut electus Libanus, ut cedri. Addit autem gutturi quoq; conueniens encomium, quum illud & dulcedinem, & desiderium appellat. Verba sunt huiusmodi: Guttur eius dulcedo, ac nil nisi desiderium est. Quibus de uerbis huiusmodi quiddam nobis ad animum accidit. Partem eam, quæ sub mento est, guttur appellare cõsueuimus: à quo sonum conformari tradunt, dum allabitur huc quadam cum illisione spiritus exarteria. Quare quum fauí mellis sint præclari sermones, & sermonis sit instrumẽtum uox, cuius ortus est è gutture: fortasse ministros & interpretes sermonis, in quibus Christus loquitur, hac uoce qui significari cogitat, à uerò non aberrabit. Nam & magnus ille Ioannes rogatus quis esset, uocem se appellauit, quippe qui SERMONIS præcursor esset: & beatus ille Paulus documentum edebat loquentis in se Christi, cui quia uocem suam locauerat, nil nisi dulcedo erat per ipsum loquens. Omnes itidem uates, quia spiritui sonum in eis edenti membra sua uocalia concesserant, nil nisi dulcedo erant, mel diuinum è gutture suo, uelut è quodã fonte promentes, quo quidẽ & reges, & priuati homines salubriter utuntur: cuius fruitio cupiditatem satietate non imminuit, sed multo magis desiderium per experitorum participationem alit. Propterea dixit nihil esse aliud, quàm desiderium: quasi quadam definitione pulcritudinem quæsiti hac uoce describens. Nil (inquit) est, nisi desiderium. Quam beata sunt illa membra, per quæ totum nil nisi desiderium fit: quæq; per absolutam in omni bono perfectionem, efficiunt amabilem quamdam ex omnibus temperatam uenustatem: ita ut uniuersum non modò quod oculos attinet, quod manus, quod cincinnos: sed etiam propter pedes, crura, guttur desiderabile, neq; membrum ullum in hac pulcritudinis excellentia deterior sit condicione, quàm cetera. Hic est (inquit) cognatus meus, & hic proximus meus, filiæ Hierusalem. Postquàm enim per picturam orationis subiecit earũ oculis omnia indicia, de quibus fieri agnitio quæsiti posset: tamdem oratione demonstrante utitur, quasi diceret, hic est ille quẽ quærimus, qui propterea quod frater nobis factus sit, ortus ex Iuda: proximus factus est illi, qui in latrones incidit, atque oleo, uino, fasciis uulnera illius sanauit, iumento proprio imposuit, in diuersorio recreauit, duobus præter uitam denarijs donauit, polliceitus etiam se in reditu, quod præter mandatum insumtum esset, redditurum. Nec obscurum est, quo hæc singula spectent. Nam quum legis interpres Dominum tentaret, secq; supra ceteros ostentare uellet, ac parem cum alijs condicionem superbè respueret his uerbis: Et quis est meus proximus? tum uerò quadam narratione SERMO ipse totam administrationem suam benignissimam exponit, commemorato descensu hominis de loco superiore, & latronum insidijs, & indumenti interitus expertis ademtione, & peccati uulneribus, & progressu mortis ad dimidiam usque partem naturæ nostræ penetrantis, retinente immortalitatem anima: de legis item inutili transitu, quòd neque sacerdos, neque Leuita quispiam uulnera eius, qui in latrones inciderat, curauerit. Nequit enim fieri, ut languis taurorum & hircorum peccata tollat. Illum uidelicet, qui uniuersam hominum naturam per primitias massæ suæ sibi circumdedit, qua cuiuslibet nationis pars aliqua continebatur, Iudaicæ, Samaritanæ, Græcæ, omnium denique hominum: hunc igitur cũ corpore suo, quod per iumentum significatur, ad locum quo Iesus erat homo, se conferentẽ curasse ipsius uulnera, iumẽto proprio impositum recreasse, suam ei benignitatem diuersorij loco aperuisse, per quam omnes fatigati & onerati quiete fruuntur. Qui autem

*Quid guttur.*

*Quid proximus.*

*Explicatio rationis de Samaritano.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



autē ipsum ingreditur, prorsus illū ipsum intra se recipit, in quē ingressus erat. Sic enim SERMO ipse loquitur. Qui in me manet, in hoc & ipse manebo. Itaq; homo intra spatiū capacitatis suæ illū excipit, qui cōprehendi nequit, & ab hoc numos accipit duos, quorū alter est erga Deū dilectio, profecta de toto animo: alter, dilectio proximi sicut sui ipsius, quē admodū & legis interpres ille responderat. Quia uerò nō auditores legis apud Deū iusti sunt, sed qui legē præstāt iusti cēsebuntur: nō hi tantùm numi duo recipiēdi sunt, nimirū fides in Deum, & bona erga eiusdē generis homines cōscientia: sed etiā aliquid per opera est addendū huic mandatorum impletioni. Nā propterea dicit ad hospitē dominus, futurū ut quidquid in cuiusq; hominis læsi ab ipso fiat: alterius aduentus sui tēpore pro studij dignitate recipiat. Quamobrē is qui proximus noster factus est ob hanc erga nos benignitatem, qui quòd ex Iuda nobis sit ortus, factus est cognatus noster: hic igitur ille est, quē sponsa iuuēculis indicat, hic est qui filiabus Hierusalē ab integritatis haud uiolatæ sponsa commonstratur, quū ait: Hic est cognatus meus, & hic proximus meus, filiæ Hierusalem. Illum & nobis per indicia commonstrata reperire & adsequi contingat, ad salutem animarum nostrarū, idq; ductu spiritus sancti, cui gloria sæculis infinitis. Amen.

Quid cognatus.

# IN CANTICVM CANTICORVM
## ORATIO XV. ET VLTIMA.

QVò abijt cognatus tuus, ó pulcra inter mulieres? quò respexit cognatus tuus, & quæremus eū tecum? Cognatus meus descēdit in hortū suū, ad phialas aromatis, ut pascat in hortis, & ut colligat lilia. Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum, qui pascit inter lilia. Pulcra es proxima mea, sicut ipsa benevolentia: formosa sicut Hierusalē: stupor tamquā instructæ acies. Auerte oculos tuos à me. Nam illi alas mihi reddiderunt. Coma tua uelut greges caprarū, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarū, quæ de lauacro adscenderunt, & omnes habent fetus gemellos, neq; sterilis inter eas ulla est. Labra tua sunt instar funiculi coccinei, & loquela tua elegans est. Malæ tuæ instar corticis mali punici, præter id quod in te reticetur. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, et iuuencularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea. Vnica est matri suæ, electa illi quæ peperit eam.

### EXPLANATIO.

PHilippus ille Apostolus, qui ex ciuitate Petri & Andreæ fuisse perhibet. Etenim hoc mihi uidetur encomium quoddā esse Philippi, q̄ eorum fratrum cuius fuerit, qui præcipuam in Euangelio admirationē merentur per ea, quæ ipsis acciderūt. Andreas enim, posteaquàm Baptista cōmonstrasset, quī nā esset agnus ille, qui mundi peccatū tolleret, nō tantùm ipse mysteriū hoc animaduertit, à tergo sequutus indicatum, cognito ubī nam ille degeret: sed etiā fratri suo lætum nuntiū adfert, aduenisse illum quē multo antè uates indicarint. At is per fidē auditu propè anteuerso, toto animo se agno illi adiungit, unaq; cum nomine & ipse à Domino diuiniorem ad cōdicionē immutatur: pro Simone Petrus & appellatus, & factus. Abraamo quidē ac Sarræ post multos annos, post multas patefactiones diuinas ex ipsis nominibus Dominus bene precatur: quum illū quidē patrē, hāc uerò principem, nominū mutatione facta, constituit. Eodem modo Iacobus etiā post luctā tota durantē nocte, Israeli cognomen ac uim impetrat. Verùm magnus ille Petrus non paullatim augescendo ad hanc gratiā peruenit, sed simul & fratrem audīt, & agno credidit, & per fidem est consummatus, & petræ agglutinatus Petrus factus est. Hic ergo Philippus, dignus qui tantorū ac taliū ciuis esset, posteaquàm inuentum Domini factus, quemadmodū in Euāgelio dicitur, Iesus Philippum inuenit etiam



etiam sectator SERMONIS factus est, qui ad eū dixit, Sequerē me: posteaquàm item uerum ad lumen delatus, inde tamquam lychnus ad se participationem illius lucis attraxit: Nathanaelum quoque luce sua circumfundit, quasi prælata ipsi face, quod pietatis est mysterium. Sunt enim hæc ipsius uerba. Inuenimus Iesum illum è Nazareta Galilææ, de quo & Moses in lege, & uates scripserunt. Nathanaelo autem sapienter lætum hoc nuntium accipiente, quòd peraccuratè ex libris uaticiniorum de Domini mysterio edoctus esset, ac sciret in Bethleema quidem primam Dei patefactionem in carne futuram, uerùm eundem Nazaris degentē Nazoræi nomen consequuturum: ad hæc igitur utraque respiciente Nathanaelo, secumq; perpendente in Dauidæ quidem oppido Bethleema necessarium esse rationem natiuitatis carnalis antri, fasciarum, præsepis mysterium euenire: sed nihilominus Galilæam (qui locus ethnicorum hominum sedes erat) nomen aliquando consequuturam ab eo SERMONE, qui libenter ad gentes commigraturus esset: atque hanc ob caussam accedente denique Nathanaelo illius in sentētiam, qui lumen hoc cognitionis ei commonstrasset, idq; uerbis his declarante, Potest è Nazareta boni aliquid existere: tum uerò tamdem Philippus ad hanc gratiā illi se ducem præbet, quum ait: Veni ac uide. Quo factum, ut Nathanaelus relicta legis ficu, cuius umbra impedimento erat ei, quo minus lucis particeps fieret: ad eum peruenire, qui fici folia propter sterilitatem in proferendis bonis, exticcauit. Eaq; de caussa testimonium ei SERMO ipse tribuit, quòd germanus Israelita, non spiritus esset: quippe qui minimè fraudulento animi instituto purum in sese patriarchæ illius characterem ostenderet. En (inquit) uerè Israelita, in quo dolus non est. Quò autem hæc in exordio spectet narratio, omnino manifestum est auditoribus non planè imperitis ex ea lectione, quam ordine sic poscente de Cantico canticorum proposuimus. Quemadmodum enim Andreas quidem per uocem Ioannis ad agnum illum deductus est, Nathanaelus autem à Philippo ad lucem ductus, & à cingente ipsum legis umbra digressus, uerum ad lumen peruenit: sic etiam hæ iuuenculæ ad inuentionem indicati eis boni, anima pulcritudinis perfectionem adepta duce utuntur, eamq; sic compellant: Quò abijt cognatus tuus, ó pulcra inter mulieres? quò respexit cognatus, & quæremus eum tecū? Recte autem atque ordine uirgines hæ, nimirum animæ, nunc illud interrogant. Primùm enim loquutæ sunt de eo, quid nam esset, quum præcedente interrogatione quæruntur: Quid cognatus tuus, ó pulcra inter mulieres? de quo edoctæ per expositā indicia, quòd candidus, quòd rubicundus, & cetera, quibus forma quæsiti descripta est: nunc de loco, ubi sit, interrogant. Nam propterea dicunt, Quò abijt cognatus tuus, uel quò respexit? ut cognito prorsus ubi sit, adorent illo loco, quo pedes illius steterint: & quò respiciat edoctæ, sic semet constituant, quo & ab ipsis eius gloria conspiciatur, cuius apparitio salutem adfert adspectantibus, quemadmodum uates ille loquitur: Ostende nobis faciem tuam, & saluī erimus. Magistra uerò hæc ad exemplum Philippi dicentis, Veni ac uide, præbet se ducē uirginibus, ut quem quærebant adsequantur: & pro eo quod ait ille, Vide: locum indicat, in quo sit is quem quærunt, itidemq; quò respiciat. Sic enim ait. Cognatus meus descendit in hortum suum, ad phialas aromatis. Hactenus ostenditur, ubi sit. Deinceps uerò, quid spectet, & quò respiciat, his uerbis magistra monstrat. Vt pascat in hortis, & colligat lilia. Atque hæc quasi quædam corporea & externa est pro iuuenculis manuductio, unde intelligunt illæ tam ubi sit, quàm quò respiciat. Omnino uerò etiam utilitas aliqua de his uerbis à sancto spiritu profectis percipienda nobis est, idq; per contemplationem spiritualem. Quum igitur audimus hæc uerba, Cognatus meus descendit in hortum suum: totum euangelij mysterium discimus, quoliber ex his uocabulo rem arcanam nobis declarante. Nimirum quòd is Deus, qui eo ipso patefactus est in carne, quia de Iuda ortus est, & gentibus in caligine atque umbra mortis sedentibus illuxit: rectè & apta ratione cognati nomine à desponsata sibi ad æternam coniunctionem appelletur, quòd ea

Accōmodatio exordij ad rem præsentem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quid descendere.

populi ex Iuda orti soror esset. Verbum autem, Descendit, significat propter illum, qui Hierosolymis Hierichuntem descendit, inq; latrones incidit: propter hunc igitur in hostes lapsum, etiam ipsum descendisse, quo significatur facta ex ineffabili maiestate ad humilitatem naturæ nostræ demissio. Ex horti ænigmate discimus, uerum illum agricolam de integro aruum suum plantare, nimirum nos homines. Etenim nos aruum ipsius sumus, quemadmodum Paulus loquitur. Itaque quum ipse sit is, qui rerum initio plantationem humanæ naturæ constitam à patre cælesti, excoluit in paradiso: aper autem singularis & immanis hortum illum, nimirum nos deprædatus sit, aruumq; diuinum uastarit: hanc ipsam ob caussam descendit, ut efficeret quò hortus desertus rursum per uirtutum constitionem ornaretur: puro ac diuino doctrinæ fonte ad plantas huiusmodi fouendas, per quosdam quasi riuos sermonis deducto. Phialæ autem aromatis hactenus in descriptione pulcritudinis sponsi ad maxillarum encomium fuerunt accommodatæ, quibus cibi spirituales ad usum pascendorum comminuuntur. Hoc uerò pro loco sumuntur, quo sponsus degat: discentibus ex eo nobis, non uersari sponsum ea in anima, ubi uirtutum quædam sit solitudo: sed quæ secundum hactenus indicata, aromatis est phiala, & unguenta profert. Qui talis est, is sapientiæ crater factus, diuinum & incorruptum uinum in sese recipit, quod qui recepit exhilaratur. Quæ porrò sequuntur, indicant cuiusmodi pascuis ouiariæ præclari illius pastoris pinguescant. Non enim ille deserta quædam ad loca, spinosaq; abigit oues, ut gramen decerpant: sed cibi loco eis hortorum aromata proponit, & pro gramine lilia, quod quidem ipsum ait à pastore ad alendas oues colligi. Quibus uerbis significatur sanè quam sapienter, naturam illam ac potestatem, quæ uniuersa complectatur & contineat, locum & spatium sibi constituere illorum in puritate, qui ipsum recipiant, & in quibus multipliciter uirtutibus excultus hortus liliorum floribus uigeat, aromatumq; fructus copiosos fundat. Nam lilia quidem splendoris & puritatis in mente quoddam ænigma sunt, aromatum uerò fragrantia significat adfectionem à fœtore peccatorum abhorrentem. In his ergo uersari dicit eũ, qui ratione præditis ouiarijs præest: pascentem in hortis, & lilia decerpentem colligentemq; in usum ouium: quæ quidem ipsa ouibus Pauli opera proponit, qui de diuino penu cibum hunc ex liliis congestum nobis obijcit. Nam lilia pura ri debent, quæcumque uera sunt, quæcumq; honesta, quæcumq; iusta, quæcumque pura, quæcumq; amabilia, quæcumque boni nominis: si qua uirtus, & si qua laus. Hæc sunt (ut equidem arbitror) lilia, quibus ab illo præclaro pastore ac magistro nutriuntur ouiariæ. Quæ autem sequuntur uerba, prolata à pura & labis omnis experte sponsa, quum ait, Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum: hæc igitur norma sunt ac finitio quædam omnis in uirtute perfectionis. Nam ex his discimus, nihil in nobis esse præter Deum debere, neque animæ purificatæ ullam ad rem aliam respiciendum esse: sed debere hanc ita se ab omnibus crassis tam rebus, quàm cogitationibus expurgare, ut tota translata prorsus ad statum, quem mentis intelligentia percipimus, & qui omnium crassarum rerum expers est, illustrissimum ex se pulcritudinis principis simulacrum efficiat. Vtq; is, qui in tabula picturam uidet accuratè conformatam ad archetypum, unam utriusque formam esse pronuntiat, imaginis pulcritudinem ipsam esse archetypi pulcritudinem dicens, & archetypum in simulacro claré conspici: eodem modo etiam hæc, quæ ait, Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum: pulcritudinem suam conformatam ad Christi exemplar dicit, posteaquàm naturæ nostræ primam beatitatem recuperarit, quæ ad imaginem similitudinemq; principis & unicæ ueræq; pulcritudinis ornata erat. Ac ueluti speculum artificiosè & ad usum idoneè comparatum, pura in superficie incidentis faciei characterem accuratè refert: sic posteaquàm anima seipsam idoneè comparauit, omnemq; uitæ huius labem abiecit: puram incorruptæ pulcritudinis speciem sibimetipsi imprimit. Quare uerbum hoc ũ speculo illo uoluntatis electione prædito atque animato profertur. Posteaquàm toto orbe



to orbe meo cognati faciem intueor, per hoc ipsum tota formæ ipsius uenustas in me conspicitur. Atque has uoces Paulus imitatur clarissimè, quum ait se Deo uiuendo, mortuum mundo factum esse: solumq; Christum in se uiuere. Nam quũ dicit, Mihi uita Christus: tantùm non clamat ijs uerbis, nullam in ipso adfectionem humanam crassamq; uiuere, non uoluptatem, non dolorem, non iram, non metum, non timiditatem, non trepidationem, non fastum, non audaciam, non iniuriarum tenacem memoriam, non inuidiam, non adfectionem animi ad uindictam, non auariciam, non honoris, non gloriæ libidinem, non quidquam eorum, quæ animum quadam erga se adfectione polluunt: sed solus (inquit) ille mihi supereſt, qui nihil est horum. Etenim abrasis quasi poliendo uniuersis, quæ ipsius in naturam non cadunt, nihil in me habeo, quod non in ipso sit: eaq; de causſa uita Christus est, uel ut sponsa loquitur, Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum: qui est sanctificatio, & puritas, & immortalitas, & lumẽ, & ueritas, & huiusmodi alia, quæcumque animam meam pascunt, non in gramine uel uirgultis: sed in splendoribus sanctorum. Liliorum enim natura quum colore splendido sit ornata, huiusmodi quamdam sententiam horum uerborum esse significat. Itaque propterea gregem suum in prata liliorum ducit, qui pascit in lilijs: ut splendor Domini Dei nostri nobis contingat. Nam quod alitur, omnino ad eius speciem comparatur, quo uescitur. Vt si quis (lubet enim hoc sumere) uas quoddam concauum è uitro factum habeat, in quod si quid injiciatur, pellucidum sit: quidquid tamdem fuerit, siue fuligo, siue quid purius & splendidius. Itaque qui liliorum splendorem animis indit, etiam animas ipsas splendidas reddit: indita illa specie pellucente ad exteriora. Vt autem illustrior adhuc sit sensus, dicimus per uirtutes animum pasci, lilia uerò in ænigmate uirtutes appellari: quibus qui recta uiuendi ratione satiatus est, is uita sua cuiuslibet uirtutis speciem exprimit. Existimato purum esse lilium modestiam, & iusticiam, & fortitudinem, & prudentiam, & quæcumque uera sunt, ut ait Apostolus, quæcumque honesta, quæcumque amabilia, quæcumq; iusta, quæcumque pura, quæcumq; boni nominis: si qua uirtus, si qua laus. Nam hæc omnia postquàm in animum penetrarunt, per uitam puram demonstrantur: simulq; ornant illum, qui ea continet, & ipsa quid ornamenti à continente accipiunt. Quamobrem ea, quæ totam se cognato tradidit, inq; forma sua dilecti pulcritudinem recepit: hæc ergo qualia consequatur ab illo, qui glorificãtes se glorificat: audiamus in ijs, quæ hactenus indicatis ordine proxima sunt. Inquit enim ad sponsam SERMO: Pulcra es proxima mea, sicut ipsa beneuolentia: formosa sicut Hierusalem: stupor tamquam instructæ acies. Gloriam ab exercitu cælesti Deo in altissimis tribui pro declarata in homines beneuolentia, idq; pastoribus audientibus, quo tempore illi natam in terra pacem uiderant: itemq; magni regis ciuitatem appellari Hierosolymam à creaturæ totius Domino: nemini esse obscurum potest, qui euangelicis in libris uersatus est. Adeoq; sciri de hoc ipso potest, quantam sponsæ pulcritudinem SERMO tribuat, quum illam & cum Hierosolyma, & cum beneuolentia comparat. Satis enim perspicuum est, hoc uelle SERMONEM dicere, usque adeò animam in sublime euectam esse præclaro conscendẽdi conatu: ut iam ad ipsa Domini miracula enitatur. Nã si Deus ille in altissimis, qui est in sinibus patris, declarandæ in homines beneuolentiæ causſa sanguini & carni miscetur, ut in terra pax nostra nasceretur: planum est illam, quæ ad hanc beneuolentiam conformauit suam pulcritudinem, præclaris operibus suis Christum imitari: quippe quæ alijs hoc sit, quod Christus humano generi fuit: quemadmodum & Paulus imitator ille Christi faciebat, seipsum à uita uelut exterminans, ut cum calamitate sua salutem Israelis commutaret. Sic enim ait: Optarim anathema esse à Christo, pro fratribus meis, cognatis meis secundũ carnem. Eaq; de causſa dici ad eum non ineptè posset, quod hoc ad sponsam dicitur: Talis est animi tui pulcritudo, qualis fuit Domini erga nos beneuolentia: qui seipsum inaniuit sumta serui forma, & seipsum dedit pretium pro mundi uita, & pro-

De uocabulo ὠδὰνιν.

Universidad de Deusto
Biblioteca



» pter nos inops factus est, quū diues esset: ut nos in ipsius morte uiueremus, in ipsius inopia diuitias cōsequeremur, in forma seruitutis ipsius regnaremus. Eadē spon
» sæ maiestas etiā ꝓ elegantiā Hierosolymæ significat: superne uidelicet illius Hiero
» solymæ, liberæ, liberorū matris, quā magni regis ciuitatē esse de Dñi dicto intelle-
» ximus. Et enim quæ cōpræhendit intra se nō cōprehensilē, ita ut habitet & ambu-
» let in ea Deus: hæc per habitantis in ea pulcritudinē ornata, cælestis Hierosolyma
» sit. Pulcritudo aūt ciuitatis regis, & elegātia: ipsius haud dubiè regis est pulcritudo.
» Nā is est (quēadmodū in psalmorū libro dicit) ipsa elegantia & pulcritudo, quē
» & uates hoc modo appellat: Elegātia tua & pulcritudine tua dirige, prosperare, re-
» gna: propter ueritatē, & māsuetudinē, & iusticiā. Hi em̄ pulcritudinis diuinæ sunt
» characteres, ueritas inquā, & iusticia, & māsuetudo. Quāobrē anima talibus orna-
» ta pulcritudinibus, fit formosa tamquā Hierusalē, uenustate regis cohonestata. E-
» nimuerò manifestū hoc spōsæ pulcritudinis encomiū est, amplificatū per cōpara-
» tionē cū ipsa beneuolentia & Hierosolyma. Quæ aūt sequunt, & ipsa spōsæ enco-
» mium esse, nō nos quidē dubitamus: uerùm sententiā uerborū, per quā huiusmodi
» laude cohonestatur ea, quæ digna cēsetur hac prædicatione, facili & expedito co-
» natu perspicere nō possumus. Verba quidē huiusmodi sunt. Stupor tāquā instru-
» ctæ acies. Fortasse uerò quis hactenus cōsideratis inhærēs dixerit, per hanc cū ul-
*Quid acies instructæ.* tramundana natura cōparationē, amplificari prædicādo maiestatē sponsæ. Nā hæ
*Ordo cælestis.* sunt illæ instructæ copiæ, quippe ubi potestates semper dominant: perpetuò do-
minatus rerū potiunt: solidè fundati sunt throni: imperia nullā in seruitutē redigun
tur: sine intermissione Deo copiæ faustis uocibus acclamāt: uolatus Seraphim nō
quiescit, & statio non progreditur: Cherubim sustinere sublimē illū, eleuatūq; thro
num nō cessant: ministratores opus facere, & sermonē audire nō desinunt. Hæ igi-
tur potestates à Deo quū ordinatæ sint, quumq; ordo ille copiarū ultramundana-
rū, quasq; mente tantum intelligimus, æternùm non cōfusa maneat, nulla malitia
rationē illā optimē cōstitutā euertente: iccirco etiā anima, quæ ad illarū imitationē
ordine decēterq; facit omnia, talē sui admirationē excitat, qualē ordinatæ illæ co-
piæ merent. Nā uox stuporis significationē cōsternationis habet. Per cōsternatio-
nē uerò si admirationē intelligamus, à ueritate nō aberrabimus. Ceterùm q̄ ab his
proxima sequunt uerba, ambiguitatē quādā cōtinēt, qua' nā à psona, & ad quā ꝓ-
» lata sint, quū dicit: Auerte oculos tuos à me. Nā illi alas mihi reddiderūt. Nō nullis
uidet, hæc à Dño ad animā putā dici. Verùm ego magis cōuenire arbitror, ut hæc
ad spōsam referant. Etenim huic cōgruere sententiam eorū, q̄ dicunt, reperio. Quæ
aūt mihi occurrūt, exponā breuiter. Sæpenumero libros à sancto spíritu ꝓfectos
» Dei alarū mētionē facere audio. Modò em̄ uates ait, sub tegmine alarū tuarū me
teges. Itē, sub alas eius sperabis. Rursum Moses insigni illo in carmine idē his uer-
» bis quasi depingit: Diductis alis suis recepit eos. Nec illud q̄d à Dño ad Hierosoly
» mā dicit, Quoties uolui colligere liberos tuos, quēadmodū gallina pullos sub alas
» suas colligit: abhorrere ab hac sentētia dicere quis possit, cōsequētiā ipsam intuēs.
Quare si ꝓfectus à sancto spíritu sermo ratione quadā ineffabili diuina in natura es
se alas definit, & si primū illud hominis opificiū testat, naturā nostrā ad imaginē si-
militudinēq; Dei factā esse: omnino patet factū ad imaginē huius habuisse ꝓ omnia
cū archetypo suo similitudinē. Atq alas habebat exēplar princeps, de sentētia sacra
rū litterarū. Iccirco sequit humanā q̄q; naturā sic fuisse cōditā, ut esset ꝓlata: q̄ nimi-
*Quid al.e.* rū etiā in alis diuina cū natura similitudinē haberet. Est aūt manifestū, alarū uocabu
lū ꝓ cōsiderationē quādā figuratā ad sensum Deo cōsentaneū esse trāsferēdū: ita ut
& potestas, & beatitas, & status expers interitus, & alia huiusmodi ꝓ hoc nomē si-
gnificent. Quia igit hæc etiā erāt in homine, ꝛ q̄dē diu ꝓ omnia Deo erat similis,
uerū deinde ad uitiositatē facta inclinatio talibus nos alis spoliauit: (postea ꝛ em̄
extra tegmē alarū Dei esse cepimus, etiā ꝓprijs alis nudati sumus) iccirco Dei gra-
tia patefacta est, illuminās nos, ut impietate mūdanisq; cupiditatibus depositis, rur
sum ꝓ sanctitatē ac iusticiā alas ꝓferamus. Quāobrē si hæc ueritatis extra metas ꝓ-
lata non



lata nō sunt, cōuenit hoc loco statuere, fateri sponsam ipsam, qua fit ab oculis diui-
nis adfecta gratia. Simul em̄ & benignitatis suæ nos oculis adspexit Deus, & nos
ad exemplū gratiæ pristinæ alas recuperauimus. Hæc arbitror equidē per hæc uer
ba significari, quæ precibus Dauides in Psalmo XVI. cōplexus, ad Dñm ait: Ocu
li tui uideant rectitudines nimirum meas. Nā probasti, ait, cor meum, & inspexisti «
noctu: igne me examinasti, & non reperta est in me iniquitas. Est igitur idem, si di- «
cas, Oculi tui uideant rectitudines, &, Oculi tui contrarium nō spectent. Nam qui «
rectum tuetur, obliquum non uidet: & qui obliquum non uidet, omnino rectum
spectat. Itaq; per summotionem contrarij, bonum diuinis in oculis demōstrat, per
quos alas anima recuperat, quæ per inobœdientiam primò conditorum hominū
nō amplius alas à natura habebat. Quare sic intelligimus hæc uerba, quasi dicere-
tur: Oculi tui quum me inspiciunt, auertuntur à contrario. Non enim uidebunt in
me quidquam contrariorū. Iccirco tuis ab oculis hoc consequor, utut rursum alas
habeam, & per uirtutes recuperem alas eius, quæ est tamquam columba, quo fit ut
uolare possim, ac uicissim quiescere: quietem nimirum illam, qua Deus ab operi-
bus suis quieuit. Ceterùm post hæc uerba rursum descriptio pulcritudinis sponsæ
succedit, & singula quæ ad elegantiam ipsius facere possunt, apta quadam similitu
dine ornantur. Nam & comarum eius uenustas laudatur, & dentium collocatio,
& flos in labro, & uocis suauitas, & genarum rubor. Atque horum omnium laus
per conuenientem quamdam comparationem absoluitur. Etenim capilli capra-
rijs de Galaad conspiciendas se præbentibus adsimilantur: tonsarum uerò greges,
geminis fetibus gaudentes, encomium dentium conficiunt. Funiculo deniq; coc-
cineo labium comparatur, & per collationem cum mali punici cortice genarum
ornamentum indicatur. Verba sunt huiusmodi. Coma tua uelut greges caprarum, «
quæ apparuerūt de Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ de lauacro ad- «
scenderunt, & omnes habent fetus gemellos, neque sterilis inter eas ulla est. La- «
bra tua sunt instar funiculi coccinei, & loquela tua elegans est. Malæ tuæ instar «
corticis mali punici, præter id quod in te reticetur. Quæ omnia quum superius sa- «
tis indagando sint explicata, superuacaneum fuerit earundem contemplationum
repetitione molestiam orationi nostræ aliquam creare. Quòd si quis tamen etiam
modò dici nonnihil de ijsdē expetit propter eos, qui nuper nos non audiuēre: bre-
uiter horum ænigmatum sententiam percurremus. Capilli corporis peculiarem *Capilli.*
quamdam & diuersam à reliquo corpore naturam habent. Nam quum corpus u-
niuersum uis sensilis gubernet, absq; qua sit, nemo uiuere posset, quòd sensus ipse
sit uita corporis: solos capillos uidemus & partem corporis esse, & sensu tamen
carere. Atque hanc partis huius proprietatem esse, declarat hoc ipsum: quòd ne-
que exustione, neque sectione, reliqui corporis instar, dolorem capilli percipiant.
Itaq; quum de sententia dicti Paulini, gloria mulieris sit coma, quippe quæ per cin
cinnos caput exornet: docemur per hanc capillorū sponsæ prædicationē, debere
illos qui in capite sponsæ esse intelliguntˊ, & ꝓ quos gloria ecclesiæ accedit, habere
sensus in potestate sua, perq; sapientiā sensum occultare, quēadmodū liber Prouer
biorū loquit, quū ait: Sapiētes abscōdēt sensum, nimirū qui nō ex adspectu de bo-
no iudicium faciunt, nō gustatu bonū explorant, non adoratui, nō tactui, nō alte-
rius sensus organo æstimationē boni permittunt: sed omni sensu extincto per solū
animū oblato mēti bona expetūt & amplectunt, atq; hoc modo mulierē illā, q̄ est
ecclesia, gloria quadā exornant: nō honoribus intumescētes, neq; per abiectionē
animi rebus tristibus in angustū coacti: sed in aduersis casibus capillorū instar se
sensus expertes declarātes, etiāsi uel sectio ꝓpter fidē in Christū, uel ad bestias, uel
in ignē abiectio perferēda sit. Talis erat Elias ille, qui de Galaad sideris instar exor
tus est, in horrido squalidoq; corpore, caprinis pellib. tectus, ad oēs tyranni minas
nūquā nō interritus. Quicūq; igit ad imitationē generosi in hoc uate animi seipsos
supra mūdū hunc uniuersum attollūt, egētes, pressi, adflicti in montibus, antris, ca-
uernis terræ, quibus denisq; mundus nō est dignus: hi uerò gregatim circa uniuersi

Universidad de Deusto
Biblioteca



huius caput cõspecti, ecclesiæ gloria fiunt, ad cælestẽ gratiã unà cũ illo Galaadita cõscendẽtes. Cæterum capræ in hac capillorum laudatiõe mẽtio facta est, fortasse propterea q̃ huius animalis natura idonee cõparata sit ad proferẽdos pilos: ita ut ornamẽti capillorũ imago quædã hoc ipsum animal sit, quod à natura pilos dẽsos habet. Vel q̃ per saxa sine ulla pedũ offensione tẽdat, & circa uertices montiũ uersetur, per loca transitu difficilia præruptaq; fidẽter incedẽs: id quod aptè ad eos accõmodabitur, qui præclarè asperã uirtutis uiã cõficiunt. Deniq; dixerit forsan aliquis, propterea per has ad capitis encomiũ aliquid accedere, q̃ animal hoc ad multa legalia sacrificia sit à Mose usurpatũ. Scio etiã in ænigmatis libri Prouerbiorum inter quatuor illa expedite incedẽtia numerari hircũ ducentẽ caprarum gregẽ. De quo nostra quidem huiusmodi coniectura est. Quoduis institutum, ab uno aliquo ceptum, in multos quasi diditur: ut in excusoria litteræ sacræ indicato, auctórem eius artis esse Thobelum: scientiam eorum omnium, qui post hunc ferri elaborationem tractarunt, ad ipsum referunt. Eodẽ modo rei pastoriæ primus auctor Abelus exstitit, Cainus agricultionis, uenatoriæ Nebrothus, uitium culturæ Noes, Enosus in Deum primus speraſſe dicitur, adeoq; multa de litteris sacris huiusmodi licet intelligere: nimirum posteaquam unus aliquid instituerit, hoc ipsum institutum deinde per imitationem in uitam hominũ promanasse. Quamobrem quum in zelo diuino prorsus eximiè supra ceteros sese gesserit Elias, quasi dux reliquorũ in hac parte factus: quicumq; post illũ imitati zelũ eius, uestigia libertatis in hoc uare sequuti sunt, ij uelut quidã grex caprarius illius facti sunt, qui princeps talis uitæ auctor exititit. Idẽ laus & gloria fiunt ecclesiæ, selecti ut capillorũ sint ornamentum, quũ sensuũ uita locũ in eis nullũ habeat. Eodẽ modo dentes etiã laudat, per quos fortassis illi sunt intelligendi, qui ecclesiæ corpus alunt. Hos uult semper conspici puros, quasi digressos primùm à lauacro: & pilorum copia minimè grauatos esse, quasi recens tonsos: & uirtutum interim fecunditate geminis fetibus insignes, ut puritatis duplicis parentes fiant, tum quæ in animo, tum quæ in corpore conspicia tur: adeoq; à dentibus his exterminetur, quidquid in fetificatione boni est sterile.

*Capræ similitudo.*

*Inuẽtores quarundã rerũ.*

*Quid dentes.*

*Quid funiculus.*

Funiculus autem in labro collocatus, mensura quadam circumscriptam sermonis usurpationem in ænigmate notat, id quod uates ille custodiam & ostiũ compressionis appellauit: quũ in tempore ad loquendum os aperitur, & suo tẽpore rursus occluditur. Funiculũ autẽ mensuræ nomen esse, de libro uaticiniorũ Zachariæ didicimus. Habebat enim in manibus angelus in ipso loquens funiculum quo terrã metiri homines solent. Tunc aũt oratio maximè suã mensurã consequitur, quũ à rubedine colorata est, quæ est ænigma sanguinis illius, à quo redemti sumus. Quare si quis ad exemplũ Pauli Christũ in se loquentẽ habet, qui proprio nos sanguine redemit: etiã funiculũ illũ geometricũ habet in ore, sanguinea tinctura ornatũ. Quæ aũt sequuntur uerba, interpretatio sunt præcedentis ænigmatis. Nã funiculũ illum coccineum exponit loquelã elegantẽ, qua uoce rursum puritas & moderatio signi ficatur. Etenim quod accuratè elegans est, atq; ipso in uigore se conspiciendũ exhibet: id neq; immaturũ, neq; exoletũ est. Quũ uerò deinde per mali punici corticem genas ornat, insignẽ quãdã in bonis pfectionẽ spõsæ tribuit. Vult em̃ significare, nõ alia quadã in re situ esse thesaurũ ipsius, sed ipsam sui ipsius thesaurũ esse: quippe quæ omnis boni apparatũ in se cõplectat. Nã ut cortice cõtineẽ id, qd̃ esculẽtũ est in malo punico: sic etiã demõstrat cõtineri thesaurũ eius interiorẽ q̃ulcritudine illa uitæ, q̃ sub adspectũ cadat. Hic igit̃ est occultus ille spei thesaurus, ꝓprius animi fructus, qui uita uirtuti cõsentanea quasi quodã mali punici cortice cõtinetur.

*Mali punici cortex.*

Quod aũt addit̃, Præter id qd̃ in te reticetur: hãc, ut arbitror, sentẽtiã habet, non tã ex cadẽtibus sub adspectũ æstimari laudẽ hãc debere, quatenus hæc uerbis exponunt̃: q̃ ex ijs, quæcũq; silentio regũtur, indicationẽ quæ per uerba fiat, effugiẽtia. Quemadmodũ em̃ id, quod oratio non est, silentiũ esse statuimus: sic quod a silentio est diuersum, si orationẽ quis esse dixerit, nõ errabit. Nã id reticemus, qd̃ uerbis enũtiare nõ possumus. Si ergo illud qd̃ oratione nõ cõtinetur, silẽtiũ est: cõsequit̃ omnino



omnino putandum, id esse orationẽ, quod extra silentiũ sit. Quare quũ dicit, Præter id quod reticetur, hoc uult haud dubiè: præclara quidẽ & magna esse, quæ indicari oratione possint, nimirũ extra silentium posita: uerũm quæ extra orationẽ posita sint, silentio tecta & ineffabilia, modis omnib. maiora & admirabiliora esse ijs, quæ oratione proferantur. Nunc etiã illa, quæ sequuntur, audiamus encomia: quorum sententia cõsimilis est illi puteo, cuius os cõmemorat historia lapide grauí sic munitũ fuisse, ut difficulter eius aqua frui puellæ pascentes possent: donec eò delatus Iacobus, lapidem ab ore putei summouit, & aqua repletis uasis, ex quibus bibebant greges, fecit ut abundè se potu recrearent. Et quæ tamdẽ illa sunt, quæ tali cũ puteo comparamus? Sexaginta reginæ sunt, & octoginta concubinæ, & iuuencularum nõ est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea. Vnica est matri suæ, electa illi quæ peperit eam. Quis igitur nobis lapidem obscuritatis huius uoluendo summouebit? quis abditorũ seniuum aquã exantlabit? quæ quidem usq; adeò sita in profundo est, ut nostra eam ratio nequeat attingere. Enimuerò recte me facere arbitror, quum uestris auribus testatũ facio, cognitionẽ horum in solos illos cadere, quòs Apostolus his uerbis appellat: In nullo nõ opulenti facti estis, in omni sermone, & in omni cognitione. Nostra uerò penuria propositos nobis in hisce uerbis thesauros cõprehendere nullo modo potest. Ne tamen ignauiæ cõdemnemur, quũ lex nobis lata sit, quę scrutandas esse litteras sacras præcipit: parũper hac etiã in parte sudoris adhibere nõ derectabimus. Dicimus ergo cõprehensam his uerbis philosophiã per has sponsæ laudes elegantẽ quamdã nobis doctrinã proponere. Ea uerò est huiusmodi. Non eadẽ ratione atq; ordine uniuersum hoc & creatũ est, & renouatur. Nam quũ rerũ initio ui numinis diuini esse creatorũ natura cepit, in re qualibet unà cũ principio sine ullo tẽporis spatio finis etiã perfectioq; rei consequerentur. Est aũt humana quoq; natura illorũ in numero, quę creata sunt, & perinde ut reliquæ res nõ paullatim ad perfectionẽ suã cõtendit: sed statim ex quo primùm esse cepit, perfecta fuit. Aiunt enim litterę sacræ: Factus est homo ad imaginem Dei & similitudinẽ. Quibus uerbis indicatur bonũ inter omnia bona summum & perfectissimum. Quid enim reperiri possit similitudine Deum referente sublimius? Itaq; patet in prima creatione sine ullo tẽporis interuallo unà cum principio finem etiam apparuisse, resq; creatas à perfectione cepisse. Posteaquam uerò natura propter adfectionem erga uitiositatem morti addicta, de perseuerantia in bono excidit: non perinde ut in ortu primo, perfectionem subitò recuperat, sed uia quadam ad maius progreditur, idq; consentanea ratione & ordine, dum paullatim adfectionem ad contraria procliuem extinguit. In prima creatione nihil erat quod impediret, quo minus naturę perfectio cum ortu ipsius cõcurreret, quum nulla esset uitiositas. At in hac altera restitutione necessariò comitatur eos, qui ad primum illud bonũ recurrũt, mora quædã & dilatio tẽporis: propterea q̃ mens nostra, quæ ob uitiositatẽ cõstricta tenet̃ ab adfectione quadã propendente in res crassas, con functionẽ cum malo quasi corticẽ quemdam obductũ sibi, per decentẽ uiuendi rationẽ uelut undiq; scalpendo paullatim detrahat. Hac de caussã etiã multas apud patrẽ illum mansiones esse accepimus, quippe q̃ pro ratione propensionis ad bonum, & abscessus à malo, cuiq; merces parata sit. Alius em̃ adhuc est in primo electionis boni initio, ut qui recẽs è fundo uitę uitioso ueritatis ad fruitionẽ emerserit: alius studioso conatu iam boni quadã accessione & incremẽto auctus est: alius etiã amplius ob singularẽ bonorũ cupiditatẽ est cõsequutus: alius quasi mediũ iter conscensionis ad illa sublimia cõfecit: alius etiã mediũ hoc cursu prætericit: nonnulli & hos superarũt, quos rursum alij sunt prætergressi: cõtendentibus itẽ alijs supra hos quoq; ad altiora: deniq; Deus omnino pro uarietate industrię singulorũ, suo quaq; libet ordine recipit, cuiq; sortẽ ex ipsius dignitate tribuẽs, bonorumq; cõpensationes tã ad sublimiores, q̃ inferiores accõmodãs. Huiusmodi quamdã cõmẽtationẽ instituti propositis in uerbis existimamus, animarumq; discrimẽ indicari, quæ spon

*Diuersitas creationis & renouatiõis nostræ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



sum intuentur. Nam alias uocat iuuenculas, quarum multitudo numerum omnem superet: alias concubinas: alias reginas. Concubinarum numerum decadibus octo definijt, quum reginarum numerus sexagenarium expleat. At supra uniuersas hasce collocat unicã illam perfectamq; columbam, quã solam matri, & electã esse genitrici suæ pronuntiat. Itaq; per hæc diuina oracula discimus, nonnullos qui nõ ita pridem uelut ex aluo quadã in imo siti erroris prodierint, qualiq; recens editi necdum sermonis articulati capaces sint: propter adsensionem fidei non satis à ratione confirmatam, numero infinitos esse: quippe qui salutarem quidem illi sermonem mysterij sacri esse crediderunt, non tamen per scientiam quamdam & certitudinem ab ipso sermone profectam, quasi solido innitente fundamento ueritatem habent. Atq; hæ sunt illæ appellatæ iuuenculæ, quòd primã adhuc ætatem spiritualem agant: quodq; per fidei sermonem genitæ, necdum conueniente incremento eiusmodi factę sint, ut uel ætatẽ nuptijs maturam attigerint, uel in uirũ perfectum euaserint, uel mensuram nuptijs aptæ ætatis adsequutæ sint, ita ut ex Dei metu ferẽ uterum possint, & spiritũ salutis gignere. Nimirũ adhuc propter infantiã & imperfectionem mentis, cum adfectione quadam nonnihil bruta uitæ consuetudinẽ habent. Sed tamen etiã hi sunt eorum in numero, qui salutem cõsequuntur, quem-
» admodũ uates ait: Homines & iumẽta seruabis Domine. Quibus in uerbis iumenta uocat eorũ, qui seruantur, partẽ propius nõnihil accedentem ad bruta. Ceterùm illorum, in quibus conueniente studio mens aucta est, quiq; infantiam reliquerũt, duplex heic discrimen discimus. Etenim animæ fiunt quidẽ illæ cõcorpores SERMONI, tam hæ quàm illæ: Verùm nonnullæ per amatoriã quasi quamdã adfectionem cum eo cõglutinantur, cuius generis erat Dauidis & Pauli anima: quarũ illa
» inquit, Mihi cum Deo conglutinari bonũ est: hęc uerò, Nemo seiunget nos à dile-
» ctione Dei, quæ est in Christo Iesu: nõ uita, non mors, non quod præsens, nõ quod futurũ est, nõ quidquã earum rerũ, quæ res existunt. Aliæ aũt supplicij metu adulterij conatus uitãt. Nam & ipsæ manent incorrupta in integritate ac sanctificatione: sed metu magis, quàm desiderio adductæ flagitiũ nullum admittunt. Quæ igit̃ per adfectionẽ quamdam perfectiorẽ desiderio incorruptæ integritatis cũ Dei puritate quasi cõmiscent: reginę, ꝓpter regni societatẽ, appellant. Quę aũt minarũ metu uirtutẽ colunt, concubinę uocantur. Nec enim illarũ ulla mater regis, ac dignitatis particeps fieri potest. Qui em̃ posset illa, quæ necdũ eam cõditionẽ cõsequuta est, ut nullius dominatui subiecta sit, nec summũ imperiũ honestę elationis adepta: sed metu seruili à societate uitiorũ discedit? Horũ aũt, quæ diximus, exempla sunt, de
» reginis quidem illi, qui ad dextrã collocari merentur, ad quos rex ait, Venite bene
» dicti patris mei, possidete paratum uobis regnũ: alterius uerò, & inferioris ordinis
» exemplũ illi fuerint, ad quos Dominus inquit: Timete illum, qui potestatẽ habet,
» ut posteaquàm occiderit, etiã in Gehennam ignitam conijciat. Atq; hoc duorum ordinum discrimen indicare mihi per ænigma uidetur ipsa in numeris diuersitas. Quî hoc inquam? Sex omnino præcepta sunt, per quæ regnũ paratur ijs, ad dextrã qui collocãtur. Statuamus apud animũ quodlibet horum esse talentũ illud herile, quod negotiando effici à bono ac fideli famulo decuplo amplius conuenit, ut hoc modo in gaudium domini sui ingrediatur, repertus in exiguis fidelis, & propterea multis præfectus. Si ergo per hęc sex præcepta regni anima sit particeps, & in quolibet horum quęstus ac negotiatio perfecta est, mandatum ipsum quasi decuplare, quemadmodũ bonus ille seruus ait, unũ heri sui talentũ decẽ aliorum talentorũ lucrum adquisiuisse: consentanea quadã ratione reperimus, in sexaginta reginas unã illã excrescere, quæ per decuplationẽ sex mandatorũ in regni societatẽ uenerit: ita ut multæ sint una illa per multiplicẽ mandatorũ characterẽ diuisa, & in quolibet opere præclaro peculiariter uelut expressa. Hoc igit̃ modo in sexaginta reginas una diuiditur, secundũ mandatorũ species distincta & numerata: fitq; particeps regni Christi sponsa, quasi natio quædam reginarum facta, quæ prius una erat, dum per tot dignitates ratione mandatorum numerando quasi multiplicatur. Iam si hunc manda-

*Quid iuuenculæ.*

*Quid reginæ.*

*Diuersitas in numeris.*



matorum senarium una in anima uelut excultum ad decuplum usq;, per illas sexaginta reginas in ænigmate significari non prorsus absurdè coniecimus: consimiliter etiam per octoginta significari obscuriusculè mysterium Octauæ dicimus simili quodam ænigmate, ad quam respicientes illi qui metu ducti malorum à societate arcentur. Hoc enim ex psalmis animaduertimus, quibus in inscriptiõe præfigitur Octauæ nomen, & uoces ipsæ sunt prorsus eorum qui metu futurorum malorum quasi flagellantur, adeoq; ad cõmiserationem aures flectunt. Ait enim terribilem ad iudicem is, qui ad Octauam respicit: Domine, ne furore tuo argueris me, « neq; ira tua castigaueris me. Miserere mei Domine, quia debilis sum: sana me Do- « mine, quia territa sunt ossã mea. Quibus adde cetera, quæcumq; deinceps incorru- « pto iudici supplicando proponit: inter cetera deplorans etiam hoc, quòd in morte nulla Dei sit recordatio. Nam quî fieri possit, ut ij qui ad eiulatũ & dentiũ stridorẽ condemnati sunt, ex recordatione Dei læticiã percipiant? Nam alio in loco uates ipse dicit, recordationem Dei læticiam excitare. Hæc igitur & alia huiusmodi Deo proponens is, qui octauã metuit, ramdẽ sentit se misericordiæ participem fieri, quũ ait: Exaudijt uocẽ ploratus mei. Quum aũt multi utiles metus sacris in litteris de- « clarentur, esto in his etiam, ut perinde ac sex illa mandata usq; ad decuplum excrescant: ita ut is qui ex psalmorũ libro didicerit, quo pacto rectè quis Deum metuat, nimirũ deflectendo à malo, & faciendo bonum: hic ergo rem diuini metus, quasi « quamdã uel minã uel talentũ, negotiando decies ampliorẽ efficiat. Quo fit, ut anima locũ à regina secundũ obtinẽs, quæ metu nõ dilectione quod bonũ est facit, ad octogenariũ usq; numerũ excrescat, quamlibet speciẽ eorũ, quæ ex metu rectè fiũt, inconfusè ac distinctè demonstrãs: adeoq; heic octaua cum decuplo multiplicabitur, eaq; ratione illa, quæ ex metu seruilem in modũ, non ex amore sponsam decente ad bonũ accedit, concubina pro regina fit: per metũ octauæ, quẽ ad decuplũ usq; suis actionibus amplificauit, ad numerũ octogenariũ usq; peruenies. Atq; hãc concubinã, ad tempus aliquod spurio: nõ ingenuo partu morẽ hero suo gerentẽ, dictũ illud historiæ perpetuo cum regina degere ijsdẽ in ædibus uetat: ꝙ seruilis fetus ad hæreditatẽ regni cum ingenuo partu ius par nõ habeat. Eijcito, inquit, ancillam & « filiũ eius. Nec enim ancillæ filius cum ingenuæ filio hæreditatẽ adibit. Quòd si cui « hæc numerorũ in ꝓpositis uerbis cõsideratio nõnihil esse uiolẽta, quasiq; torta uideat: is uelim sibi reuocet in mẽtẽ, ab initio nos ꝓtestatos esse nõ posse ueritatẽ nos in hoc genere adsequi, ac ꝓpterea sic attigimus hæc ænigmata, ut ne prorsus nullo impenso studio prætermitterẽtur. Sed tamẽ si dilectio (quẽadmodũ alicubi perscriptum est) planè tamdem metũ ejciat, mutatusq; metus dilectio fiat: tum uerò unitas esse reperietur id, quod salutem consequitur, omnibus inter se unitis in conglutinatione cum uno soloq; bono, per illam quæ in columba est perfectionem. Nam huiusmodi quiddam ex uerbis sequentibus intelligimus, quũ ait: Vna est columba mea, perfecta mea. Vnica est matri suæ, electa illi quæ peperit eam. Atq; hoc in eu- « angelio per uocem Domini nobis illustrius declaratur. Etenim ille benedicendo « uim omnem discipulis suis conferens, quũ alia bona uerbis illis, quibus ad patrem utitur, tribuit dignis: tum etiã addit hoc, quod bonorũ caput ac summa est, nõ amplius eos in diuersitate quadam electionum, multipliciter diuisos fore in faciundo de bono iudicio: sed omnes unum futuros, uni illi ac soli bono agglutinatos, ita ut per unitatem sancti Spiritus (quemadmodũ Apostolus ait) pacis constricti nexu, corpus unũ fiant omnes, & unus spiritus, per spem unam, in quã uocati sunt. Enimuerò rectius fecerimus, si de uerbo ad uerbũ ipsas euangelij diuinas sanè uoces apposuerimus. Vt omnes (inquit) sint unũ, quemadmodũ tu mi pater in me es, & ego « in te: ut & ipsi unũ sint in nobis. Huius aũt unitatis nexus est gloria. Spiritum autẽ sanctum appellari gloriã nemo prudentiorũ negabit, si ipsa Domini uerba intuebitur, quum ait: Gloriam quam dedisti mihi, dedi eis. Reuera enim eamdem discipulis gloriam dedit, quum ad eos diceret, Accipite Spiritum sanctum. Atq; hanc « gloriam, quã tamen semper habuit prius etiã quàm mundus hic existeret, accepit « id tem-

*Quid sibi uelit unitatis numerus.*

*Quòd spiritus sanctus alicubi gloria dicatur.*

id temporis, quum naturam humanam indueret: qua quidem per Spiritũ sanctum glorificata, quidquid huic cognatum est gloriæ spiritus fit particeps, facto ab Apo
» stolis initio. Hanc ob caussam ait, Gloriam quã dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum,
» quemadmodum nos unum sumus: ego in eis, ac tu in me: ut sint consummati in u-
*Quid columba.* num. Quamobrem is, qui de puero in uirum perfectum augescendo euasit: ad mensuram ætatis illius peruenit, quã mente intelligimus: è mancipio & concubina regiæ dignitatis particeps factus est: factus est denique capax gloriæ Spiritus sancti per statum à uitijs omnibus alienum, perq; puritatem: hic igitur est perfecta illa co
» lumba, ad quam sponsus respicit, quũ ait: Vna est columba mea, perfecta mea. Vni
» ca est matri suæ, electa illi quæ peperit eam. Neq; uerò esse nobis obscurum potest,
*Mater columbæ.* quæ nam sit columbæ illius mater: quum ex fructu agnoscere arborem liceat. Vt enim homine conspecto non dubitamus ortum esse illum ab homine: sic quũ electæ huius columbæ matrem quærimus, non aliam quamdam, sed columbam hanc esse intelligamus. Nam in filio parentis omnino natura conspicitur. Quare quum id, quod ex spiritu gignitur, sit spiritus, & uerò filia quũ columba sit: omnino etiam mater huius est columba illa, quæ de cælo ad Iordanũ deuolauit, quemadmodum Ioannes testatur. Hanc igitur felicem prædicant iuuenculæ, hanc concubinæ, hanc reginæ laudant. Etenim communis quidam animabus uniuersis ad beatitatem tendem cursus propositus est. Propterea uerbis hisce utuntur: Intueantur illã filiæ, bea
» tamq; prædicabunt eam: reginæ & concubinæ laudabunt eam. Omnes autem sic à natura comparati sunt, ut cupiditate animi ad id, quod beatum est ac laudatur, contendant. Quamobrem si columbam hanc filiæ beatam prædicant, omnino & ipsæ fieri columbæ concupiscunt. Itidem quòd à concubinis & reginis columba laudatur, argumento est, has quoq; studiosas illius esse, quod prædicatur: donec tamdem ijs omnibus unum factis, qui ad eamdem desiderij metam respiciunt, & nulla in ullo uitiositate superante, omnia Deus in omnibus fiat, quotquot per unitatem inter se in boni societate coalescunt, idq; in Christo Iesu Domino nostro: cui gloria, & imperium, unà cum experte principij patre, & sancto, bono, uiuificante ipsius spiritu, nunc & semper, & sæculis infinitis. Amen.

EXPLANATIONIS IN CANTICVM CANTICORVM FINIS.

GREGO-



# GREGORII NYSSENI DE HOMINIS OPIFICIO LIBER, QVEM VETERES OPVS admirandum uocant: IO. LEVVENKLAIO interprete.

IN EVMDEM LIBRVM AVCTORIS INCERTI CARMEN, é Græco uersum.

*Flumen tuæ dulcissimum eloquentiæ,*
*Moriente te Basilie haud planè exaruit.*
*Nam mente frater uigili arescentes aquas*
*Adauxit, ortus amnis à gurgite tui*
*Rituus: suæ qui orationis alueum*
*De fontibus tuæ hausit eloquentiæ.*

DE EODEM EPIGRAMMA NICETAE.

*Gregorius frater magni illius Basilij*
*Hunc librum eximiæ condidit artis opus.*
*Nam quum doctrinæ currum, post funera fratris*
*Qui moderaretur, nullus in orbe foret:*
*Gregorius magno succedens pectoris ausu*
*Perfecit propria fratris ab arte librum,*
*Suauiter enumerans & per sermone diserto*
*Admirandum hominis fabricæ quidquid habet.*
*Nempe olei largus tamquam de fonte perenni*
*Rituus facundi stillat ab ore uiri.*

## GREGORIVS ANTISTES NYSSAE S. D. PETRO FRATRI, DEI SERVO.

Si esset, Petre frater, in more positum atq; hominum instituto, ut excellente uirtute præditos uiros opum quasi quibusdam præmijs ornandos putaremus: haud dubiè ne mundus quidẽ diuitiarum uirtutem tuam æquauerit. Liceat enim mihi Solomonis hoc loco uerbis uti, quando debita tibi sanctissimo uiro gratia maior est: quàm quæ ullo opum precio æstimanda ueniat. Sed quum sacrosanctum pascha postulet, ut ex more tibi muneris aliquid, de quo amorem erga te meum perspicias, tribuam: adfero quiddam ad te hominem præclarum, Deoq; acceptum, non illud quidem te dignum, mea tamen facultate propẽ maius. Est autem munus hoc nostrum Oratio, quasi uile quoddam uestimentum in paupere ingenij nostri officina, non tamen nullo labore contextum. Et quamquam futuros arbitror, qui audaciam in elaborando tali opere sint reprehensuri: nos tamen nihil in hoc committi aduersus decori rationem persuasi sumus. Basilius enim, quo uterq; ut patre magistroq; usi sumus, factus haud dubiè Deo simillimus, & animo ad expressam creatoris imaginẽ conformatus, solus profectò creata Dei pro ipsorũ præstantia considerauit, & arduũ hoc uniuersitatis rerum elegantissimumq; opificium cõsideratione sua sic illustrauit, ut illud iam comprehendi ratione cuiusuis

Universidad de Deusto
Biblioteca



iussis possit atq; adeò mundi huius, uera Dei sapientia cõditi, cognitionem hominum animis indidit, quos doctrina sua rerum ad cõtemplationem adduxit. Hunc nos quum admirari satis nullo modo possemus: unum est quædam ad ea quę magnus ille uir indagando peruestigasset, adijcere: non quòd ipsius laborem partu suppositicio contaminare sit animus, quando nefas fuerit præclarissimum illud os adfici iniuria, celebratum oratione nostra: sed ut magistri gloria in discipulis nequaquam defecisse ostendatur. Nam quum in enarratione operum quæ Deus sex diebus absoluit, hominis consideratio desit: si discipulorum nemo hac in parte perficienda operam impendisset suam, habuisset caussæ nonnihil aduersus eximiam uiri gloriam reprehensorum libido, quasi qui ad res animo indagandas auditores suos consuefacere noluisset. Nunc quum ea nos, quæ desunt, explananda suscipere ausi simus, quantum quidem in nobis erit: si hac nostra in commentatione reperietur, quod ipsius doctrina non sit indignum, id omne scilicet magistro acceptum ferendum erit. sin autem oratio nostra præstantissimam ipsius in considerando uim non assequetur: accusari ille nequaquam debebit, quasi eruditionem discipulis inuiderit, à qua culpa alienissimus censendus erit, atq; adeò nos merito nostro ab curiosis istis reprehensoribus rei peragemur, qui angusto pectore magistri sapientiam capere non potuerimus. Res quidem, in considerationem quæ uenit, non exigua est, nec ulli earum cedens quas hic mundus admirandas continet: atq; haud scio an non omnium, quarum cognitionem expetimus, maxima. Non enim quidquam eorum omnium, quæ rerum in natura existunt, Dei ad imaginẽ factum est, præter unum hoc creatum, quem hominẽ dicimus. Iccirco benignos auditores perlubenter nobis ueniam daturos confidimus, etiam si longè infra dignitatem hæc à nobis exponantur. Nam in hac, opinor, inquisitione nostra nihil omniũ eorum quæ homini accidisse initio credimus, & euentura deinceps exspectamus, atq; etiam nunc perspicimus, omittendum erit. Profectò enim meritò studium nostrum reprehensionem incurreret, tamquã policitatione sua longè inferius, si hominis proposita cõsideratione relinqueretur aliquid, quod ad institutũ hoc nostrum faceret. Enimuero & illa quæ in hominis natura nunc à primo eiusdem statu conditioneq; diuersa esse, rebus ita sese ferentibus, uidemus: quum ex sacrarum litterarum auctoritate, tum ratiocinationũ acumine adiscienda erunt ut congruat uniuersa tractatio ad seriem atq; ordinem rerum, quæ uidentur esse illæ quidem inter se diuersæ, eamdem tamen ad metam tendunt: diuina nimirum potestate spem rebus extra omnem spem positis, & exitum perplexis inueniente. Ceterùm lucis ac perspicuitatis gratia usum est paucis capitibus rem omnem tibi subijcere, quo singulorum argumentorum totius cõmentationis uim, breuibus uerbis comprehensam, perspicere liquidò possis.

ELENCHVS



# ELENCHVS CAPITVM LIBRI DE HOMINIS OPIFICIO.

1. Primo in capite de mundo particulatim differitur: iucundeq; ea, quæ hominis ortum præcessere, commemorantur.
2. Quamobrẽ creatis rebus ceteris, ultimus omniũ homo conditus sit.
3. Hominis naturam omni creato quod cernimus, præstantiorem esse.
4. Hominis opificium, in omnibus imperatoriã quãdam auctoritatem ostentare.
5. Hominem diuini imperij similitudinem exhibere.
6. Cognationis quæ menti est cum natura, indagatio: ubi obiter & hæreticorum, qui Anomœi dicuntur, doctrina refutatur.
7. Quamobrem nullis à natura sit armis homo, nullis; tegumentis instructus.
8. Quamobrem recta sit hominis figura. tum etiam manus sermonis caussa factas esse. deniq; de animorum etiam discrimine disseritur.
9. Hominem sic conditum esse, ut instrumenta ad sermonem necessaria habeat.
10. Mentem per sensus agere.
11. Naturam hominis totam consideratione nostra perspici non posse.
12. Qua parte contineri princeps animi facultas (quod ἡγεμονικὸν Græci dicunt) putanda sit. Quæ lacrymarum ac risus causse, explicatum. Theorema denuq; physicum de materiei, naturæ ac mentis inter se mutuo nexu.
13. Somni, oscitationis, insomniorũ causse indicatæ.
14. Mentem certa quadam in corporis parte nõ existere, declaratum. præterea corporis & animi motuũ discrimen expositum.
15. Animam proprie & esse eam, & dici, quæ ratione utitur: ceteris tantùm appellationem cum hac esse cõmunem. præterea per uniuersum corpus mentis se facultatem didere, cõueniente quadam ratione membris singulis coniunctam.
16. Accurata dicti illius diuini consideratio, Faciamus hominem ad imaginem similitudinemq; nostri tũ, ecquæ sit imaginis ratio, mucstigatum. posse' ne quod morbis ac morti obnoxium est, ad naturæ beatæ morborumq; expertis similitudinem factum dici. quo deniq; modo in imagine sexus masculi femineiq; discrimẽ sit, quod in exemplo principe non existit.
17. Quid respondendum dubitantibus, quomodo animi orturi fuissent, si homines illi principes nulla se peccati labe polluissent: quando primum post hanc inquinationem, operam procreationi sobolis hominem dedisse uidemus.
18. Perturbationes in nobis animi, alienas à ratione, ex hac cum brutorum natura cognatione oriri.
19. Aduersus illos qui affirmant, eorum bonorum, quæ bona altera in uita exspectamus, fruitionem non nisi in cibo ac potu foreudq; propterea, quòd sacris sit literis proditum, inuito mundi hominem rebus eisdem in paradiso uitam suam conseruasse.
20. Quæ fuerit in paradiso uita, quodue sit lignum uetitum.
21. Resurrectionem ex mortuis non tã propter prædictionem litterarum sacrarum, quàm necessarium rerum ordinem omnino exspectandam esse.
22. Refutatio illorum qui obijciunt, Cur nõ iam olim excitatum ex morte sit genus hominum, quidue post quædam temporum interualla resuscitatio exspectetur, si quidem res bona esse putanda sit.
23. Qui mundi originem aliquam esse fateatur: eum & finem eius fore aliquando, non posse nõ concedere.
24. Refutatio illorum, qui aiunt materiem & Deum coæterna esse.
25. Quo pacto quis etiam alienus à doctrina Ecclesiæ possit adduci, ut literis sacris resurrectionem ex mortuis fore affirmantibus, fidem habeat.
26. Resurrectionem fore, abhorrens à uero non uideri.
27. Fieri posse, ut sparso in elementa uniuersitatis, humano corpore, quod proprium tamen unicuiq; est, ex illa communitate restituatur.
28. Aduersus eos, qui animos ante corpora tradunt existere. uel contrà, corpora prius, quàm animos, esse condita. Etiam fabulis consentanea de animorum migrationibus doctrina euertitur.
29. Idem esse cum animo, tum corpori existendi principium, probatur.
30. Humani corporis structuræ quædam altius ex ipsa Medicina breuiter repetita contemplatio.

[a] Greg. Nyssenus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# SANCTI VIRI, GREGORII NYSSENI ANTISTITIS

## CAP. PRIMVM, IN QVO DE MVNDO PARTICVLATIM disseritur, iucundeq; ea quæ hominis ortum præcessere, commemorantur.

HIC est, inquiunt litterę sacrę, liber de ortu cæli ac terrę. Eo nimirum tẽpore quidquid cernit̃, perfectũ fuit: atq; creata singula secreta inter se, suum quęlibet in locum cõmigrarunt, cælestecq; corpus orbe suo uniuersa complectebat̃: grauibus ac deorsum uergentibus corporibus, terra & aqua, mediũ in rerum uniuersitate locũ occupantibus, amplexuq; mutuo se cõtinentibus. Indita tum est naturæ rerũ diuina quædam ars ac facultas, quæ res conditas quasi nexu quodam stabilitas perpetuaret, duplicique ui cuncta moderaret̃. Nam quiete ac motu effectum est, ut res necdum existentes orirentur, & ortę conseruarẽtur, quũ circa res grauitate sitmas, ac motus omnis expertes, ueluti circa solidum quemdam axẽ, celerrimus poli motus instar rotæ ferretur, & mutua quasi ope semet hæc perpetuò cõtinerent: natura quę in orbem agitur, ueloci motu suo terrę densitatẽ undiq; complexa, ac uicissim rebus firmis nullaq; ex parte cedentibus, immobili soliditate sua conuersionẽ uolubilium augẽtibus. Atq; his rebus diuersa ui & efficacitate prędi tis, naturæ uidelicet immobili, & alteri quietis experti, par quidã inest utramq; in partẽ excessus. Nam neq; terra umq; à stabilitate sua dimoueri potest: neq; cælum de uehemente motus impetu quidq; remittit. Hæc prima omnium exstitere in ortu rerum, uolẽte creatoris sapientia esse ea quoddam initium opificij sui. Itaq; magnũ illũ Mosen, quum ait initio cælum ac terram Deum cõdidisse: hoc indicare uoluisse existimo, res uniuersas, quę inter creata cernuntur, decq; uoluntate ac sententia Dei exortæ sunt, à motu & quiete profectas esse. Atq; hoc pacto cælo & terra ex diametro inter se contraria effectione dissidentibus: creata cetera, quæ his interiecta sunt, quũ nonnihil cum rebus sibi contiguis cõmune habeant, inter extrema illa semet quasi interponunt: ut facilẽ appareat, quo pacto per ea, quę media inter hæc consistunt, res cetero qui dissidentes mutuò cõnectantur. Nam aer modo quodam mobilitatem perpetuam, subtilitatemq; igneæ naturæ imitatur. Est em̃ & leuitate naturali præditus, & ad motum aptissime comparatus. Neq; tamen iccirco planè est ab omni solidorum cognatione alienus. Nam ut semper motus expers nõ est, ita semper etiam nõ fluit aut spargitur: sed sit quadam ad utrumq; cognatione, ut inter res effectionibus diuersis aduersantes sibi quidam quasi limes sit: atq; adeò natura inter se dissidentia quũ consocier, tum secernat. Eodẽ modo & humor duplici qualitate ad utrumq; horum aduersantium perpetuò sibi, semet accõmodat. Nam non exigua cũ terra cognatione tenet̃, quà grauis est, & quà deorsum fertur. Ceterum quà etiam fluidũ quiddã ei inest, uisq; permeabilis: non prorsus à rebus ijs, quæ res perpetuò mouent̃, seiungi potest. Itaq; & in humore hæc contraria inter se cõsociant̃, & quasi coeunt, quũ qd graue est motũ recipiat, & cõtrà motus à põdere non impediat̃. Hoc adeò pacto natura partib. extremis dissidẽtia, per ea quæ medium inter ipsa locũ obtinẽt, cõiungunt̃. Et uerò si accuratè rẽ existimemus, ipsa aduersantiũ sibi natura, etiã ꝓpria q̃d singulorũ attributa attinet, quiddã inter se cõmune habet: eã nimirũ ob caussam, ut arbitror, quo res hoc in mundo uniuersę ad mutuã quamdã cõcordiã natura ducant̃: et quę attributis ꝓprijs repugnare sibi creata sentimus, eadẽ uicissim inter se cõspirent. Nã quum nõ una hęc motus sit species, quũ quid de loco ad locũ trãsfert̃: uerumetiã quũ quid uel mutat̃, uel conuertitur: natura



natura porrò incommutabilis eam motus speciem, qua quid mutatur, non admittat: iccirco diuina sapientia permutatis utrimq; proprietatibus, naturam rerũ semper mobilium nulli mutationi subiectã, alteram uerò motus expertium mutabilẽ esse uoluit. Atq; hoc haud dubiè prudentia singulari instituit, ne homines in rebus creatis quas cernimus, esse aliquid perpetuò immutabile animaduertentes, natura hoc ei tribuente: idem pro Deo colerent. Non enim uero consentaneum uideri potest ei rei diuinitatem ineſse, quæ res uel motui uel immutationi obnoxia sit. Iccirco terram quidem firmam esse uidemus, at mutationibus obnoxiam. Cælũ contrà, quum sit omnis expers mutationis, numq; quiescit. Voluit nimirum Deus, quũ immobili naturæ mutabilitatem, contraq; mutabilitatis experti motum adiungeret, utramq; inter se per hanc proprietatum permutationem, quadã quasi cognatione deuincire, atq; etiã impedire, quo minus ineſse numen hisce rebus existimaretur. Nam, uti modò expolitum à nobis est, neq; res quietis omnis expers, neq; item ea quæ mutationi obnoxia est, habere diuinitatis aliquid cẽseri potest. Atq; hoc quidem modo res uniuersæ perfectionem suam adeptæ sunt. Sic enim Moses loquit̃: Perfectaq; sunt cælum, terra, res eorum in medio comprehensæ omnes, ac pulcritudine singulis conueniente cuncta sunt exornata: cælum quidem lucidorum sidẽrum fulgore, mare uerò et aer animalibus natando uolandoq; utrumq; permeantibus, terra denicq; omnis generis plantarum ac pastus uarietate, omnia istæc abunde eodem quasi momento pariens, benigna Dei uoluntate uires eius confirmãte. Haecq; rerum ei pulcerrimarum copia nõ deerat, quum & flores & fructus unà producerent. Erat & in pratis earum rerum copia, quæ res in eis proueniunt. Præterea rupes editas, montiumq; uertices, & loca in his uel latera uersus decliuia, uel supina, ipsas denicq; ualles erat cernere uenustissimè redimitas herbis tum primum natis, arborumq; uaria elegantia: quæ tamet̃si recens è terra essent exortæ, continuò tamen ad pulcritudinem eximiam excreuerant. Atq; haud dubiè uniuersa tum armenta, quibus nutu suo uitam Deus largitus erat, singulari uoluptate adfecta exsultabant, gregatimq; cum alijs sui generis per siluas obuagabantur. Accedebat auium mulcarum cõcentus, quo loca passim tecta & opaca personabant. Fuisse & maris adspectum cõsentaneum est huiusmodi quemdam, ut ad quietem tranquillitatemq; compositum esset, ijs præcipuè in locis, quibus concaui quidam sinus frequentes erant: portusq; & stationes marinæ sponte sua ex Dei nutu litoribus impressæ, mare quasi manuefactum continenti terræ iungebant. Ipsi fluctuum motus perquàm sedati, pratorum uenustati respondebant, teneris & innoxijs auris eos extrema in superficie leuiter erigentibus. Denique uniuersus creatorum thesaurus iam terra mariq; paratus erat, quum is solum desideraretur qui eo frui posset.

### II. *Quamobrem creatis rebus ceteris, ultimus omnium homo conditus sit.*

NOndum eximium illud & maximi pretij creatum, quod hominem dicimus, in hoc uniuersitatis ornatissimo domicilio uersabatur. Quippe consentaneum non erat, imperatorem exstitere prius, quàm eos, quibus esset cum potestate præfuturus. Præparato nimirum ante omnia imperio, tum deinde proximum erat regẽ designari. Iccirco uniuersitatis huius creator, ei qui imperaturus erat, quamdã sedem regiam præstruxit. Ea uerò terra erat, & insulæ, & mare, & ipsum cælũ, quo hæc omnia tamq; tecto concamerantur. Atq; his in palatijs omnis generis opes conditæ sunt. Opum uerò nomine creata uniuersa intelligo, quum plantas & germina, tum cetera sensu, uita & animo prædita. Quòd si etiã res aliæ inter has opes recenseri merentur, quas ob elegantiam quamdam magni pretij esse hominum oculi iudicant: uerbi gratia, aurum, argentũ, gemmæ, quas homines usqueadeò expetunt: horum etiã in terræ sinus intimos copiã, uelut in thesauros regios abdidit. Ita deinde hominẽ designauit horum mundi miraculorum partim spectatorẽ, partim dominũ: qui de horum fruitione sapientiã eius, qui hæc subministrasset, agnosceret: de pulcritudine uerò magnitudineq; eorumdẽ, creatoris potestatẽ inuestigaret

Universidad de Deusto
Biblioteca



garet illam, quæ neq; comprehendi ratione, neq; exponi enarrando potest. Hæ-
gitur cauſſæ ſunt, quamobrem poſt creata cetera conditus ſit homo. Non enim pu-
tandum eſt, ideirco ad extrema reiectum fuiſſe, quòd utilis eſſet: ſed quòd eum ita-
tim ab ortu ſuo reliquorum omnium tamq; ſubditorum, regē eſſe oportebat. Atq;
ut egregius conuiuator ante, quàm cibi parati ſint, conuiuam domum ſuā non de-
ducit: ſed omnibus primùm eleganter inſtructis, ædibus, cenaculo, menſa ſplen-
dide exornatis, rebus deniq; ad uictum neceſſarijs omnibus comparatis, tum de-
inde conuiuam excipit: ita opulentus ille, ſumtuoſusq; conuiuator noſter, domo
priùs uarijs rebus eleganter ornata, epuloq; magno inſtructo, quod omnis gene-
ris delicias haberet, tum demum hominem introducit: cuius eſſet opus, nō ea quæ
abeſſent parare, ſed oblatis frui. Propterea duabus ut rebus hominis opificium cō
ſtaret fecit, cōmiſtis nimirum diuinis ac terrenis, ut eſſe tam Dei quàm terreſtrium
rerum fruitionem naturæ ſuæ conſentaneam ac propriam ſtatueret: Deoq; per na-
turam diuiniorē, bonis aūt terrenis per ſenſum, qui eiuſdē eſſet generis, frueretur.

*III. Hominis naturam omni creato quod cernimus, præſtantiorem eſſe.*

ILlud etiam conſideratione noſtra dignum eſt, quòd quum mundus hic talis ac
tantus, omnesq; eius partes ad machinam uniuerſitatis rerum conſtituendam
ordine congeſtæ eſſent: nullo, ut ita dicam, negotio natura rerum à Deo creata ſit,
& continuò ad eiuſdem nutum exſtiterit. At hominis fabricationem deliberatio
præcedit, & futuri operis ab artifice forma orationis pictura delineatur. Qualē ui-
delicet hominem eſſe oporteat, qualisq; exemplaris imaginem referre, quāmobrē
creandus, & creati quæ futuræ ſint actiones, quibus cum imperio ſit præfuturus,
de his igitur omnibus diſpicitur, ut præſtātiam homo dignitatemq; ſuam obtine-
ret, & priùs etiam rerum uniuerſarum principatum conſequeretur, quàm ortus eſ-
ſet. Ideirco Moſes ait, Deum hoc quodam modo loquutum eſſe: Faciamus homi-
nem ad imaginem noſtri, ac ſimilitudinem: eſtoq; hominibus imperium quum in
maris piſces, tum terræ belluas, aeriſq; uolucres, in iumenta, in terram deniq; uni-
uerſam. O rem admirādam. Sol creatur nulla deliberatione præcedente, eodemq;
pacto cælum: quibus duobus nihil eſſe par creatis in rebus poteſt. Vno uerbo hu-
iuſmodi in rerum natura miraculum exſtitit: neq; unde, uel quomodo ea facta ſint,
expoſitum eſt. Idē ceteris in rebus ſingulis uſuuenit. Aether, ſidera, interiectus in-
ter hæc & nos aer, mare, terra, animalia, plantæ, omnia uno Dei uerbo in ortum pro-
ducta ſunt. Solius ad hominis fabricationem creator ille uniuerſitatis rerum qua-
dam cum conſideratione accedit: præparataq; primū opificij materie, illiuſq; for-
ma ad eximiæ pulcritudinis exemplar exprimēdum deſignata, fine etiam propo-
ſito, ad quem creandus eſſet: tum deinde naturam ſibi conſimilem, & actionibus
adfinem fabricat, quæ operi, cui deſtinaretur, eſſet aptiſſima.

*IIII. Hominis opificium in omnibus imperatoriam quamdam auctoritatem oſtentare.*

NAM quemadmodum in rebus humanis artifices ijs inſtrumentis, quæ fabri-
cantur, formam talem tribuunt, qualis eſſe ad uſum, cui deſtinantur, aptiſſi-
ma uideri poteſt: ſic præſtantiſſimus ille rerum artifex naturam noſtram condidit
uelut inſtrumentum quoddam regno adminiſtrando idoneū. utq; eſſet ad hoc ho-
mo quàm aptiſſimus, quum præſtantiſſimis animi dotibus, tum ea quam cerni-
mus, corporis eum forma exornauit. Et animus quidem regiam excelſamq; digni-
tatem ſuam longè ab humilitate priuata ſeiunctam, in eo declarat: quòd domini
neminem agnoſcit, et ſuo ex arbitrio agit omnia: meroq; & ſummo imperio, ut ipſi
libet, ſemper gubernat. Nam cui tamdem hoc conuenit, ſi non regi? Præterea homi-
nem naturæ diuinæ, cuius omnia parent imperio, imaginem eſſe, nihil eſſe putan-
dum eſt aliud: quàm regium ei decus ipſa in creatione tributū eſſe. Quemadmodū
enim more humano, qui principum imagines faciunt, natiua formę indicia effin-
gunt, atq; etiam purpuræ amictu regiam dignitatem exprimunt: eaq; deinde ſuis
imago numeris abſoluta, ex conſuetudine rex appellatur: Ita & hominis natura,
ſic con-



ſic condita ut reliquorum creatorum domina eſſet, propter eā, qua regem uniuer-
ſitatis huius refert, ſimilitudinem, imago quaſi uiua erecta eſt, cum qua & dignitas
& nomen exemplaris principis cōmunicaretur. Atq; hæc imago non purpura eſt
exornata, neq; ſceptro & regia faſcia præſtantiſſimam dignitatem ſuam ut oſten-
taret neceſſe habebat: quando ne ipſum quidem exemplum, ad quod eſt confor-
mata, rebus huiuſmodi gauder: ſed pro purpura uirtute amicta eſt, quo cultu nihil
magis eſſe regium poteſt: pro ſceptro, immortali beatitate ſuffulta: p regia faſcia,
iuſticiæ corona exornata. Deniq; de omnibus quæ maieſtati regiæ cōueniunt, ap-
paret, unam hanc imaginem, pulcritudinē principis exemplaris accurate referre.

*V. Hominem diuini imperij imaginem exhibere.*

CEterùm pulcritudo illa diuina, non ulla in forma uel eximia uenuſtate exter-
na reſplender, ſed in beatitate ſecundum uirtutem ineffabili conſiſtit. Ideirco
quemadmodū pictores coloribus quibuſdā figuras humanas in tabulis exprimūt,
omniq; ſtudio colores proprios & conuenientes addere picturæ ſuæ conantur, ut
pulcritudinem eius, quod exprimunt, exemplaris accuratè in imaginē ipſam trāſ-
ferant: ſic noſtrum etiam conditorem exiſtimabis, indentē uirtutes animis noſtris,
ijſdē ueluti coloribus imaginem ſuam ad ſimilitudinem propriq; pulcritudinis or-
naſſe, ut principatus ſui imago in nobis perſpiceretur. Sunt aūt multiplices ac ua-
rij huius imaginis colores, quibus natiua Dei forma ad uiuū exprimit: non illi qui-
dem uel rubor, uel ſplendor, uel facta ſecundum qualitatum proportionem horū
inter ſe commiſtio, uel atramenti ad fucum uſurpatio, qua ſupercilia oculiue ſubli-
nantur, ac quodā remperamento partes depreſſæ ſubluſtres reddantur, uel ſi quid
eſt huiuſmodi, quod artificum induſtria reperit: ſed puritas, immunitas à perturba
tionibus, beatitudo, condicio mali omnis expers, & his alia conſimilia, quæ homi-
nem Deo parem efficiunt. Eiuſmodi floribus hominum naturam artifex ille pro-
priæ imaginis ornauit. Quòd ſi & alia libet perquirere, quibus diuina pulcritudo
exprimitur: intelliges etiam illa quod attinet, ſimilitudinem in imagine noſtra ac-
curatè ſeruatam eſſe. In natura diuina eſt mens & ſermo. Eſt enim ſactis in litteris
proditum, initio rerum Sermonem iam fuiſſe. Paulus etiam uates Chriſti mentem
habuiſſe tradit, per eos loquentem. Conſentaneum his quiddā eſt in homine. Nā
in eipſo animaduertis & ſermonem eſſe, & uim intelligentem, quæ ſunt ueræ il-
lius mentis & ſermonis imago. Deus item caritas eſt, & fons ipſe amoris mutui.
Sic enim magnus ille Ioannes loquitur, quum ait: Ex Deo eſt caritas, & Deus ipſe
nihil eſt aliud quàm caritas. Etiam hāc faciei noſtræ notam rerum creator impreſ-
ſit: itaq; inquit: Ex eo intelligent omnes, uos meos eſſe diſcipulos, ſi mutuo uos a-
more complectemini. Ideirco ſi mutuus hic amor in nobis deſideretur, totius ima-
ginis notæ mutatæ ſcilicet erunt. Omnia intuetur diuinum numē, omnia exaudit,
omnia perſcrutatur. Etiam tu uiſu audituq; res percipis, & mentis intelligentia u-
niuerſa inquiris & perſcrutaris.

*VI. Cognationis quæ menti cum natura eſt, indagatio: ubi obiter & hæreticorum qui Anomœi dicuntur, doctrina refutatur.*

NEmo autem exiſtimet ita me loqui, quaſi Deū ſtatuam ſic agere, ut hominē
uidemus diuerſis facultatibus in agendo uti. Nō em fas eſt ita de Deo, cuius
eſt natura ſimplex, cogitare: quaſi uaria multiplicique facultate præditus agendi ſit.
Nam ne in nobis quidem multæ ſunt facultates per quas agimus, etiamſi diuerſis
modis per ſenſus omnia ſuſcipimus. Eſt em in nobis una quædam uis ac facultas,
nimirū mēs, quę ſingulas ſenſuū ſedes permeādo uniuerſa efficit. Hęc oculis quid-
quid offert, uidet. hæc quidquid dicitur, auriū ope percipit. hæc, quę grata ſunt am
plectitur, ingrata uerò auerſatur. hæc manu miniſtra quamcumq; ad rē uiſum fue-
rit, utitur: eiuſdē ut inſtrumēnti ope res uel cōtinet, uel reijcit, prout ex uſu fore ſta-
tuit. Quòd ſi igitur in homine unum quiddam eſt & idem, quod per omnia ui fa-
cultateq; ſua agit ac mouet, & uiciſſim nunc hoc nunc illo ſenſu utitur, quodq; ob
agendi uarietatē naturā ſuam nō mutat, utcumq; ſenſuū inſtrumenta diuerſa ſint

Universidad de Deusto
Biblioteca



à natura condita: quo pacto quis adeò demens esse possit, ut Dei naturam per facultates uarias quasi multimembrem (ut ita dixerim) imaginetur? Nam qui oculum finxit, uti uates ille loquitur, & aurem plantauit: facultates hasce tamquam notas quasdam, de quibus facti ad ipsius exemplum agnosceremur, hominum naturæ impressit: iccirco Deus inquit: Faciamus hominem ad imaginem nostram. Sed ubi nobis Anomœi? quid ad hæc tamdē dicturi sunt? quo pacto aduersus ea, quæ tradita sunt à nobis, doctrinam suam absurdam tuebuntur? hoccine scilicet respondebunt, fieri posse ut una eademq; imago formis diuersis respondeat? At uerò si natura patri dissimilis est filius, quomodo naturarum diuersarum eadem effectrix imago est? Nam quum dicatur, Faciamus hominē ad nostri imaginem: numeroq; multitudinis sacrosancta Trinitas indicetur: non erat numero singulari faciendæ imaginis mentio, si quidem dissimiles erant, ad quorum exemplar ea conformabatur. Fieri enim haudquaquam poterat, ut dissimiles ac diuersi inter se una eademq; imagine repræsentarentur. adeoq; si erant naturæ diuersæ, etiam imagines eos sui diuersas condere necesse fuit, quarum quælibet exemplari suo responderet. Sed quum una tantùm imago sit, non unum tamen unius imaginis archetypum: quis adeò mentis inops fuerit, ut ignoret, quæ uni eidemq; rei similia sunt, eadem inter se quoq; similia esse? Iccirco sic loquitur, fortassis ut in ipsa hominis creatione praeuam horum sectam præcideret: Faciamus hominem ad imaginem similitudinemq; nostram.

*VII. Quamobrem nullis à natura sit armis homo, nullisq; tegumentis instructus.*

QVid uerò sibi uult erecta in homine figura? aut cur non corpori quasi congenitæ sunt quædam ad tuendam uitam necessariæ uires? imparatus adeò ab omnibus naturę præsidijs, inermis, pauper, omnium ad usum uitę necessariorum egens creatur, dignior commiseratione, uti quidē apparebat, quam qui beatus prædicaretur. Non cornuum munitione armatus, non unguium acumine, non dentibus, non ungulis, non aculeo uenenato, cuiusmodi rebus instructa pleraq; animalia uim lædentium se propulsare uidemus. ne pilis quidem corpus tegitur. At uerò eum, cui in res ceteras imperium destinabatur, armis à natura proprijs munitum esse oportebat, ne ad tuendum sese ope aliena egeret. Iam leo, aper, tigris, pardalis, cetera, necessarijs à natura uirtibus ad tuendum salutem suam egregiè instructa sunt. Tauro cornua, lepori celeritas, capreæ uis saliendi, oculorumq; præstantia: alij animali magnitudo, alij proboscis: uolucribus alæ, api aculeus, atque adeò omnibus aliquid, quo se conseruent, natura largita est. Solus homo pernicibus tardior, corpulentis minor, eis quæ armis à natura datis tuta sunt, imbecillior est. Qui igitur, dixerit aliquis, consentaneum est, tali rerum summam obtigisse? Ego uerò haud difficulter ostendero, id quod à natura nobis deesse uidetur, unam esse causſam, ob quam cetera nostra sint in potestate. Nam si eæ hominis uires forent, ut equos celeritate præcurreret, ac pedes haberet ea duricie, ut lædi non possent, ungulis nimirum solidis uel chelis munitos, præterea ipsi nec cornua, nec aculei, nec ungues deessent: primùm quidem immanitate ferus ac crudelis esset, rebus ad exercendam sæuitiam comparatis à natura instructus. Deinde imperium in res ceteras non occupasset, quando eis etiam imperio suo subiectis nullam ad rem eguisset. Nunc hac ipsa de causſa singula quasi mancipia nostra diuersos ad usus uitæ destinauimus, ut omnino nobis necesse sit ipsis cum imperio præesse. Itaq; quum ob corporis exiguitatem loco non satis agiliter moueamur: equum domitum ad usum nostrum accituimus. Corporis nuditas, ut in oues imperium necessariò usurparemus, effecit: quò ex annuis earum lanis, quod naturæ nostræ deerat, sumeremus. Quòd alijs ex regionibus quædam ad uitam sustinendam petenda essent, fecit ut animalia quæ ferendis oneribus essent, in hunc usum sub iugum mitteremus. Quia porrò fieri non poterat ut instar reliquorum pecorum herbis graminecq; uesceremur: iccirco bouem nobis subiecimus, quo pro nobis laborante confieret, ut nos iucundè facillimeq; agitaremus. Dentibus ac morsu nobis opus erat



erat ad expugnanda cetera animalia. præbuit ad hunc usum nobis maxillam canis, atq; etiam uelocitatem suam. ut nō absurdè uisus hominis gladius dici possit. Cornuum & unguium loco ferro utendum esse potius homines animaduerterūt, quod illa quum duricie, tum acumine longè uincit. Quamquam ferrum homines non semper usurpant, sicut illa feris numquam non adsunt: sed utimur eo interdū, quum ita res postulat, ac deinde uicissim deponitur. Pro crocodili squamea cute, licet ab eodem animali petere, quod nos muniat: si uidelicet aut tergora, aut ferum ad eumdem usum conformatum induamus. Hoc belli tempore postquàm miles usurpauit, pace constituta eiusdem onere se leuat. Etiam auiū pennæ hominum cōmodis seruiunt, efficiente hominū industria, quò ne uolucris quidem illa pernicitas à nobis desideretur. Auium em̄ quædam factę cicures, uenatoribus usui sunt. earū nāq; opera ceteras capimus. Quin & alatas sagittas ars machinata, uolucrem illam pernicitatem ad usus nostros in arcu imitata est. Quòd autem plantæ nostrę ad itinera perficienda comparatæ non sunt, quippe quæ facillimè lædantur; idipsum facit, ut hac etiam in parte remediū queramus pedibusq; nostris calceos aptemus.

*VIII. Quamobrem recta sit hominis figura, tum etiam manus sermonis causſa factæ esse, demq; & de animorum discrimine disseritur.*

COnueniunt & illa imperatori, regiæq; dignitatis indicia sunt, quòd recta homini figura tributa sit, qua ad cælum tendit, ac sursum spectat. Nam quòd solus homo inter alias res creatas huiusmodi sit, reliquis omnibus corpore deorsum uergentibus: clarissimè demōstrat, quanto potestas naturæ supra cetera eminentis præstantior illis sit, quę se huius imperio summittunt. Horū anteriora corporis mēbra pedes sunt, quod ea quę deorsum spectant, omnino quodā quasi fulcro indigebant. In hominis aūt opificio manus horum loco sunt factæ. Nam in figura erecta unum quasi fundamentum sufficiebat, quod utroq; pede stantem firmiter fulciret. Erat & ceteroqui manuum opera ad eloquendi uim adiuuandam necessaria. Itaq; si quis dicat naturę loquenti manus sermonis causſa esse datas, non is quidem planè à uero aberrauerit. In quo non ad hoc tantùm animo respiciēdum est, quòd uenire cuiuis in mentem potest, nimirum quòd litteris exprimi sermo à nobis manuum sollertia solet: quamq; hoc ipsum non à nulla rationis præstantia profectum est, homines per litteras loqui, ac propè modo quodam manibus inter se differre, litterarum notis uoces ipsas comprehendentibus. Ego uerò quū manus in exprimendo sermone aliquid adferre adiumēti aio: aliud habeo quo respiciam. In quod antè, quàm inquiramus, liber quiddam considerare, quod omissum à nobis est. Parum enim abfuit, quin eius obliti essemus, quod in ordine rerum, ut eę cōdire sunt, præcedit: quamobrē prius res è terra nascentes pullulasse dicantur, deinde orta esse animalia rationis expertia: loco q; demum tertio, creatis his, hominē primùm exstitisse. Forrasse de hoc non id solum intelligi potest, quod cuiuis colligere licet, ui sum esse creatori utile, ut ad animaliū pastū herbas ac gramina conderet, animalia uerò ad hominis usum, iccirco ante animalium greges, eorumdē alimentū: & quæ hominis uitæ seruitura erant, ante hominē exstitisse. Ego sic statuo, Mosem in his quiddam tradidisse arduum: & uerbis arcanis philosophiā quæ est de animo, pertractasse: informatam illam quidem etiā ab ijs, qui in electo Dei in terris cœtu cōprehensi non fuerunt, magistris: sed per profectò obscurè. De his enim uerbis intelligere est, uiuendi uim animiq; facultatem triplicem statuendam esse. harū primam esse illam, qua res tantùm alantur & augescant, attrahentem nutrimentū naturæ earum rerum quæ aluntur, idoneum: ex quo illæ semper aliquid incrementi sumant. Appellatur hæc naturalis, atq; in plantis perspicitur. Nam animaduertere est etiam in stirpibus facultatem quamdam uiuēdi inesse, sensus tamen omnis expertem. Præter hanc altera uitæ species est, quæ primam hanc complexa, ui etiam sentiendi est prædita. Est aūt hæc animaliū rationis expertiū, quæ nō modò alūntur & augescunt: sed etiam facultatem quamdā sentientē habent. Perfecta denicq; in corpore uita in natura ratione utente, quam humanam dicimus, quærenda est.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ea nimirum & nutritur,& sentit,& ratione ornata est,& à mente regitur. Atq; hoc loco placet in explicādis oratione rebus hisce, huiusmodi quadam partitione uti. Vniuersæ res omnino aut sunt tales, ut mente atq; intelligentia compræhendantur: aut sunt corporeæ. Eas quæ mente percipiuntur, suas in species quasi partiri hoc quidem in loco non est animus, quando hæ ad institutam orationem nihil attinent. Rerum porrò corporearum aliæ uita prorsus destituuntur, aliæ uiuendi facultate præditæ sunt. Rursum corpus uita præditum, aut sensum habet, aut eo caret. Corpus autem sentiens uel rationis ui ornatum, uel eius expers esse necesse est. Iccirco Moses inanimas res primùm, quæ animatorum tamquam imus quidā gradus essent: deinde naturali uita præditas, ortas esse tradit, quæ nimirum plantarum germina erāt: post hæc, eorum quæ sensu agitantur, originem cōmemorat. Quam autem consentaneum sit, rerum corporearum uita præditarum, eas quidem quæ sentiendi uim habent, etiam citra naturam intelligentem existere posse: uim uerò ratiocinantem in corpore non esse, nisi facultati sentienti quodā modo cōmisceatur: iccirco post plantas & pecora homo demū cōditus est, natura ordine ad creatum planè perfectum progrediente. Nam animal hoc rationis particeps, quē hominem dicimus, ex omni est animæ forma quasi temperatū. Perinde enim atq; stirpium anima, quam naturalem diximus, nutritur: deinde facultati accretionis etiā sentiens adhęret, cuius est natura quasi media quædam inter animā illā primam rudiorem, & tertiam intelligentē: tanto nimirū intelligente crassior, quanto illa prior. Deniq; cum subtili & lucida natura sentiente, etiam intelligens aptissimo temperamento coniungitur, ut iam tribus hisce rebus hominis opificium constet. Licet hoc de Apostoli uerbis, quæ in epistola ad Ephesios exstant, intelligere. Optat enim, ut integra corporis & animæ, & spiritus gratia in aduentū Dñi cōseruentur, quibus in uerbis corporis appellatio partē in homine nutrientē, animā sentientē, spiritus intelligētem notat. Eodem modo Scribam illum Dominus in Euangelio docet, amorē in Deū ex toto corde, & anima, & mente profectū, ceteris Dei lētus longè anteferendum esse. Nam & hęc oratio mihi discrimen idem exponere uidetur, ut cordis appellatione crassius illud corporis in homine temperamentum ueniat: animæ uerò, mediū: mentis deniq; uox excellentiorem illā facultatem significet, qua omnia & intelligimus & efficimus. Iccirco & Apostolus, triplex esse hominū in eligendo studiū tradit. Ac primum quidem carnis studium uocat, quod uentri scilicet deditū, in quærēdis ijs, quæ huic adferre uoluptatē possint, occupat. Alteri ab anima nomen indidit, quod modo quodā quasi mediū inter uirtutem & uitium existit, uitio quidem superius, uirtuti uerò non sincerè ac prorsus addictū. Tertium spiritus est, quod ad perfectam uiuendi rationē secundū Dei præscriptū sese dirigit. Itaq; ad Corinthios scribens, illisq; uoluptariā uitā, cui essent impotenter dediti, exprobrās: carneos ait esse, neq; doctrinæ perfectioris præceptiones capere. Alio item loco mediæ, quam diximus, facultatis ad perfectā comparationē instituens, inquit: Homo aūt animi sui deditus adfectionibus, ea quæ spiritus sunt non capit. sunt ēm ei mera stultitia. Ceterùm spiritualis omnia dijudicat, quā ipse à nemine dijudicetur. Quēadmodū igit animalis carneo, ita et animali spiritualis prestantior est. Quū ergo litteræ sacræ post omnes res anima præditas hominē demū esse factū tradunt: sciamus in hoc Mosem de animo differere, necessaria quadā ordinis ratione, quod erat omnibus, ut dicitur, numeris perfectum, locō postremo considerantē. Nā natura, cui rationis usus est concessus, etiā cetera cōplectitur, sicut in sentiente naturalis etiam anima inest, quam deinde solam in rebus, quas supra indicauimus, crassioribus constituimus. Iccirco natura cōuenienter quosdam quasi per gradus, qui sunt diuersæ illæ à nobis expositæ uiuendi proprietates, à rebus minoribus ad id quod perfectum esset, progressa est. Homo igitur quum animal sit sermonis facultate præditum, necesse erat corporis instrumentum parari, quod ad sermonis usum esset aptissimum. Perinde atq; Musicos uidemus diuersis in instrumentis diuersas artis effectiones ostendere, neq; ex barbito tibiarum sonū edere,



edere, neq; tibijs citharæ cantum exprimere. Eodem pacto & sermoni accommodata fabricanda erant instrumenta, ut ille scilicet à partibus corporis orationi formandæ destinatis expressius, elegantem sonum ederet. Hac igitur de caussa manus corpori additæ sunt. Quamquam enim infinitas alias cōmoditates & usus, quos in uita nobis manus (instrumenta per profectò expedita, multasq; ad res efficiundas idonea) in omni artis & operis genere præstant, recensere facillimè possit, qui rebus pace belloq; gerendis exercitatus est: præcipuè tamen sermonis eas caussa corpori natura annexuit. Nam si his carendum homini esset: haud dubiè animaliū instar quadrupedum, sic humanæ faciei partes formatas esse necesse foret, ut eæ ad hominem nutriendum essent accommodatæ. Adeoq; formam huius oblongā esse, attenuatam ac pressam, qua nares sitæ sunt: labra uerò eminentia, obducta callo, dura crassaq; esse oportebat, ut nimirum ad carpendas herbas aptè comparata essent. Præterea linguam inter dentes nō illam quidem talem, quali nunc utimur: sed uel carne amplam, solidam, asperam, quæ quidquid dentibus iniectum esset, unà cum illis comminueret: uel contrà, mollem uersus latera, fluidamq;, cuiusmodi canum reliquorumq; animalium crudiuororum lingua est, quæ inter dentiū quasi ferratorum rimas diffunditur. Quamobrem si manus humano corpori additę non fuissent, quo pacto tamdem exprimi articulata quasi uox potuisset, partibus oris ad sonum adiuuandum nō satis aptè conformatis? Profectò enim aut balandum, aut capriſſandum, aut latrandum, aut hinniendum, aut boandum, aut rudendū homini fuisset, aut mugitus quidam belluarum more edendus. Nunc quū manus homini datæ sint, tantùm sermoni os exprimendo deseruit atque occupatur. Iccirco rectè statuitur, manus esse proprium quoddam naturæ loquendi facultate præditę instrumentum, hunc potissimùm ad finem factas, ut earum opera expeditior in nobis sermonis usus esset.

*IX. Hominem sic cōditum esse, ut instrumenta ad sermonē necessaria habeat.*

DOnauit igitur homini condito rerum auctor diuinam quamdam gratiā, inditis imagini bonis ijs, quæ proprijs ipsius bonis sunt consimilia. Ac bona quidem cetera naturæ hominis ex mera magnificentia tribuit: mentem uerò prudentiamq; non propriè datam dicemus, sed cum homine communicatam: uolente nimirum Deo debitum naturæ suæ soli ornatum imagini circūdare. Mens porrò quum animi tantùm intelligentia comprahendatur, corporeæ scilicet expers materiei: habitura profectò præstantiæ suæ dona sic erat, ut ea nulla cum re communicarentur, nisi inuenta ratio quædam esset, qua motus ipsius quasi patefieret. Iccirco erat opus artificiosa instrumentorum structura, quo mens partes uoci formandę destinatas tamq; plectrum feriens, sonis certo modo expressis motum suū interiorem exponeret. Ac quemadmodum si quis Musicæ peritus, sua quidem uoce uitio quodam destituatur, artem uerò nihilominus ostentare uelit: ut ergo hic adscitic̄is uocibus eleganter utitur, uel lyra, uel tibia, quantum arte ualeat, demōstrans: sic mens humana uariarum rationum indagatrix, quum cogitationum suarum consilia non possit animo aperire, qui per externos sensus res percipit: uelut industrius artifex animata organa pulsat, perq; editum ab his sonum abditas cogitationes suas patefacit. Est autem in hoc hominis instrumento cōmissa quædā tibiæ lyræq; Musica, non aliter atq; si hæc duo mutuo concentu consonarent. Nam spiritus per arteriam ex uasis, quibus ipse continetur, sursum impulsus, homine loquuturo membrum ipsum, ut uocem edat, cupidè quasi intendente: tū igitur spiritus ad interiores arteriæ commissuras illius, quæ meatum illum tibiæ similē omni ex parte continent, tibiæ sonum modo quodam imitatur, undiq; per quasdam ueluti strias membraneas agitatus. Deinde palatum capeditine sua uacua sonum abimo tendentem excipiens, geminis eundem fistulis ad nares pertinentibus, atq; etiam illa cartilagine, quæ id quod colum uocant complectitur, tamq; per squamas nonnihil exstantes ita disrūpit, ut uox longè clarior reddatur. Genæ porrò, & lingua, & faucium structura, circa quam mentum in formam concauam explicatum

tamdem

Universidad de Deusto
Biblioteca



tamdem in acumẽ desinit: hæc ergo uniuersa plectri in fidibus motum uariè multipliciterq; repræsentãt: & magna celeritate, prout res postulat, uocum tonos mutant. Labiorũ deniq; diductione, eorumdemq; uicissim cõpressione sic utimur, ut musici digitorum opera spiritum in fistulis, & cãtus adeò harmoniam moderant.

*X. Mentem per sensus agere.*

HOC igitur pacto mente per opificium organicum sermonem in nobis quasi modulante, loquendi facultatẽ adepti sumus: quo insigni dono caritum eramus, si graue molestumq; comparãdi humano corpori pastus negotiũ labris datũ fuisset. Nunc quũ id officij manibus obtigerit: nulla ex alia re os occupari necesse est, nisi ut sermonem quàm aptissimè effingat. Atq; est huius organi duplex quidẽ usus, alter in efficiendo sono, alter in recipiendis ijs rebus, quas res extra nos positas cõsideramus. Harum autem facultatum neutra cũ altera miscetur: sed quæ libet id agit, ad quod à natura est destinata. Iccirco neq; auditus loquit, neq; uox audit, neq; altera harum perturbat alteram. Nam uox quidem semper aliquid emittit: cõ traq; auditus quamcũq; perpetuò recipiat, numq; tamen repletur, quemadmodũ Solomo alicubi loquitur. Quæ res mihi maximè in nobis admiratione digna uidetur, quæ nimirum illa sit interioris nostræ capacitatis amplitudo, in quã omnia per auditum infusa cõfluunt. qui sint quasi à cõmentarijs, quorum opera cõfingantur ea quæ in aures penetrant. quæ receptacula sint rerum auditu perceptarũ. quo pacto fieri possit, ut quum adeò multa & uaria immittant, non in collocatione rerũ aliarum super alias confusio ac perturbatio quædam cõtingat. Idem & in faculate uidente in admirationem uenit. Nã et per hanc modo quodam cõsimili mens extraria præhendit, receptisq; rerum apparentium simulacris, formas eorum quæ cernit possunt apud sese depingit. Atq; ut in ampla quadã urbe, quæ per diuersos aditus homines aduenientes recipit, non unum quendam ad locum omnes cõcurrunt: sed alios uidere est ad forũ, alios in ædes, alios ad comitia, plateas, angiporta, theatra, quemq; sui ex animi sententia, tendentes: ita & mẽris oppidum, quod est intra nos exstructum, diuersi quidam sensuum aditus quasi cõplent: mens tamen de singulis quæ ingrediuntur, iudicium faciens, & in quẽlibet inquirens, sic deinde prorias ea uelut in sedes notitiæ collocat. Ac quemadmodum usuuenire potest (libet enim uti eadem, qua cepimus, ab oppido sumta comparatione) ut tribules, uel etiam cognati, eadem urbem porta non ingrediantur, alio forte fortuna per alium aditum ad urbem itante, qui nihilominus postquàm intra mœniorum ambitũ uenerunt, conueniunt, et necessitudine mutua sibi deuincti sunt: contraq; fieri potest, ut homines peregrè uenientes, interq; sese ignoti, eodẽ ad urbẽ aditu contendant: quos tamen cõmunis in urbem ingressus nullo modo coniungit, quando urbẽ ingressi pro libitu quisq; se ab alijs seiungit, singulis suos quærentibus: non dissimilẽ intelligere uideor etiã mentis amplitudinẽ esse. Nã sæpenumero ex diuersis sensuũ organis unius rei cognitionẽ paramus, ipsa re diuersis modis sensibus se insinuãte. cõtrà uidere est, uno eodẽq; sensu multa uariaq; percipi, quæ cetera quin natura inter se nõ cõueniunt. Verbi gratia, (nã rectius hęc exẽplis illustrantur) ppositũ nobis esto quiddam de saporum ꝓprietate perquirere, quid dulcis, quid gustatui contrà ingratus humor sit. itaq; docemur experientia, bilem quidem esse amaram: gratam uerò melli qualitatẽ quamdã inesse. Hæc quũ diuersa inter se existant, una tamẽ rei notitia cõparatur, modis uarijs mẽti insinuata, nimirũ gustatu, odoratu, auditu, etiã cõtactu nonnumq;, & adspectu. Nã quũ quis mel intuetur, nomen audit, gustum percipit, halitum olfacit, contactu deniq; ipsum explorat: eamdẽ rem singulis sensibus percipit. cõtrà uerò uaria & specie diuersa uno uicissim sensu est cognoscere. Quemadmodum auditu omnis generis uoces percipiuntur: & oculorum ea facultas est, ut promiscuè res etiã genere diuersas uideat. consimili enim modo uidendi uis in album, nigrum, res item colore inter se diuersas ceteras incidit. sic sensus reliqui, gustatus, odoratus, contactus, uariarum singuli rerum sua perceptione notitiam nobis pariunt.

*XI. Natu-*



*XI. Naturam hominis totam consideratione nostra perspici non posse.*

QVid igitur, inquies, natura sua mens hominis est, quæ per sensuum diuersas se facultates didit, & per has sibi rerum notitiam comparat? Diuersum sanè quiddam esse mentem ab ipsis sensibus, qui ambigat, fore neminem, qui quidem sapiat, arbitror. Nam si idem esset quod sensus, omnino uni ex sensibus esset adfinis: quando mens ipsa naturæ simplicis est, in qua nihil statui uarium potest. At uerò compositis omnibus, quum aliud sit contactus, aliud odoratus, ceterisq; itidem sic inter se diuersis, ut nihil quidem inter ipsos commune sit, mens tamen singulis pariter ratione quadam conueniente adfit: omnino censendum est, mentem aliud quiddam esse, quàm sit natura sensilis: ne simplici rei, & quæ intelligentia compræhenditur, inesse diuersa quædam statuamus. Præclarè Apostolus exclamat: Quis mentem Domini cognouit? Mihi uerò libet hoc etiam adijcere: Quis mentem propriam perspectam habet? Respondeant nobis, qui Dei naturam animi cogitationibus compræhendi posse existimant, seipsos ne planè contemplati sunt? mentisue propriæ naturam exploratam & cognitam habent? Dices hanc fortè multis ex rebus diuersis constare. At quo pacto fieri potest, ut quod animo intelligitur, compositum sit: aut quæ tamdem in hoc esse possit mistionis rerũ genere diuersarum ratio? Sin contrà statues simplicem quamdam mentis esse naturam, minimeq; compositam: qua fieri dices ratione, ut in uarios eadem sensus ipsa gatur? quomodo in uno uaria? quomodo in uarijs esse unum potest? Enimuerò quo in re obscura nos pacto explicemus, animaduerto. Faciamus hominẽ, inquit Deus, ad imaginem, similitudinemq; nostram. Imago si nulla in parte desideret ea, quæ sunt in archetypo, rectè scilicet imago appellabitur: sin aliqua ex parte similitudinem exemplaris, ad quod est conformata, non refert, secundum eamdem partem imago non est. Quando igitur unum hoc est de ijs quæ esse in Deo constat, Dei nimirum naturam compræhendi nulla rationis ui posse: necessarium erit omnino, hac etiam in parte imaginem Dei in homine archetypo suo respondere. Nam si natura imaginis qualis sit, intelligi posset: exẽplar uerò princeps supra intelligentiæ nostræ uires positum esset: hæc ipsa diuersitas indicio foret, quantum ab archetypo imago ipsa recessisset. Nunc quum naturam mentis nostræ, ad creatoris imaginem factæ, intelligentiæ uis assequi non possit: accuratam ea naturæ supra nos existentis similitudinem refert, inq; eo quòd & ipsa indagari nõ potest, expressas naturæ incompræhensilis notas ostendit.

*XII. Qua parte contineri princeps animi facultas (quod ἡγεμονικὸν Græci dicunt) putanda sit. Quæ lacrymarum ac risus causse, explicatum. Theorema denig, physicum, de materiei, naturæ, ac mentis inter se mutuo nexu.*

ICcirco tamdem curiosa uanitas hominum coniecturis nisorum facessat, quos mentis facultatem quæ intelligentia compræhenditur, membris nõnullis corporis includere non est ueritum. Nam horum alijs in corde principem animi uim collocare usum est, alijs in cerebro: quum opiniones hasce suas leuibus quidẽ illis, sed tamen à ueri specie non abhorrentibus planè rationibus confirment. Qui enim cordi principatum deferunt, ipsius loci situm pro ratione usurpant. Etenim cor locum in humano corpore toto medium propè obtinere uidetur, ut motus à consilio profectus facilè in corpus uniuersum ex hoc medio se diffunderet, atque ita ad agendum progrederetur. Huic sententiæ illud etiam patrocinari putant, ꝙ homine uel mæsto uel irato, perturbationes huiusmodi cor maximè permouere uidentur, ut ijsdem adficiatur. Cerebro qui ratiocinandi uim consecrãt, caput a natura tamquam arcem quamdam totius corporis exstructum esse adfirmãt. Hac in arce mentis ueluti regis domicilium esse, quæ undiq; sensuum organis, tamq; apparitorum stipatorumq; satellitio muniatur. Vtuntur etiam ad stabiliendam sententiam suam hoc argumento, quòd ratiocinandi facultas in eis, quorum meninges, hoc est membranæ cerebri læsæ sunt, de suo quasi statu proturbetur: & quòd homines obruti ebrietate, omnẽ decori rationẽ ignorent. Vtriq; præterea magis etiã

doctrinæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



doctrinæ de rerum natura conſentaneas rationes adducunt, ad ſententiã de principis animi facultatis ſede ſuam confirmandam. Nam alter quidem ait, motũ mentis igneæ naturæ adfinem eſſe, quando & ignis & mens nũquam non mouentur. Quumq; in corde caloris fontem eſſe ſit in confeſſo; ideirco mentis motũ cũ caloris mobilitate quaſi temperatum eſſe, corq; adeò naturę intelligentis receptaculum ſtatuit, quòd calor eo contineatur. Alter uerò meningem (lic enim appellant membranam cerebrum amplectentem) omnium organorum ſentientium uelut baſem ac radicem quamdam eſſe affirmat. huic ergo propriam rationem quaſi credere non dubitat, neq; ullo alio in loco facultatem intelligentem ſitam exiſtimat, extra quàm ea in hominis parte, ad quam aures aptiſſime adiunctæ uoces ſibi incidentes quaſi nonnihil pulſando deferũt: cui adſpectus in ima oculorum ſede à natura adhæreſcẽs, per incidentia in pupulas ſimulacra, rerũ formas interius exprimit. halituum etiã qualitates per odoratus attractionem hac in parte diſcernuntur. Eodem modo quæ à ſenſu guſtatus percipiuntur, eiuſdem meningis uicinæ iudicio ſubijci neceſſe eſt, quãdo ea ſurculos quoſdam nerueos, quibus exipſa uis ineſt ſentiendi, per ceruicis uertebras ad meatum quem ab iſthmi, hoc eſt, anguſtiæ inter duo maria terræ ſimilitudine appellant ἰσθμοειδῆ, deriuatos: muſculis ibidem ſitis inſerit. Ego uerò non diffiteor facultatem animi intelligentem, ſæpe à morbõrum uiolentia uictam perturbari, & ex cauſſa externa partem rationicinatricem in efficacitate ſua naturali quaſi hebetem reddi. Etiam quod eſt igneũ in corpore, proficiſci ex corde tamquam ex fonte, idemq; cor ad uehementes animi cõmotiones unà moueri non nego: deniq; ne hoc quidem infitior, membranam cerebrum amplexam ſenſuum organis inſtar baſis cuiuſdam eſſe, ut quoſdam de rebus hiſce differere ſcimus, quæ cerebrum ſibi inuolutum contineat, & halitibus ab organis ſenſuum profectis quaſi rigetur: quando me huiuſmodi quædã ab ijs, qui hæc per corporum ſectiones comperta habebant, audiſſe cõmemini. Verum nequaquam exiſtimo demonſtrari per hæc poſſe, naturam expertem corporis loco ſpatioue deſcripto contineri. Nam mentis deliria nõ ex ebrietate ſola oriri cõſtat: ſed & in illis, quibus membranæ coſtis ſubtenſæ morbo aliquo adfectæ ſunt, eodẽ modo intelligentem facultatem debilitari, peritiartis medicinæ tradunt. Appellãt autem id morbi genus phrenitidem, à phrenibus, quo membranæ iſtæ nomine nõ tantur. Doloris uerò ſenſus, qui ex mæſticia redundare ad cor dicitur, hominũ errore non caret. Quum enim non cor, ſed oſculũ ſtomachi acri dolore tenteturnos tamen ad cor morbum hunc ex imperitia quadam referimus. Tradunt autem huiuſmodi quiddam ij, quibus accuratè morborum rationes perſpectę ſunt, q; quum à natura ſic comparatum ſit, ut in mæſticia meatuum toto corpore cõtractio quædam & compreſſio fiat: quidquid exire impedita reſpiratione nequeat, ad imam corporis capacitatem detrudatur. Inde uſuuenire, ut quum ad reſpirationem facta uiſcera ab ijs, à quibus undiq; continentur, in anguſtum arctantur: plerumq; uiolẽtior ſpiritus attractio naturæ ui fiat, quę quod eſt arctatũ dilatare nititur, ut ea quę compreſſa ſunt, uicißim diducantur. Atq; huiuſmodi in reſpirando difficultatem mæſticiæ indicium quoddam eſſe ſtatuimus, quod & ſuſpirium & gemitum appellamus. Sic quod partes cordi contiguas premere putatur, nõ cordis, ſed oris in uẽtriculo moleſta eſt adfectio, ijſdem ex cauſſis orta, de quibus meatuum cõpreſſionem fieri diximus. Nam uas bili excipiendæ deſtinatum, acrem illũm ac mordacem humorem propter coarctationem ſui in oſculum ſtomachi deriuat. Eius rei certiſſimum eſt argumentum, quòd quibus hæc ægritudo accidit, eoſdem ſuppallidos & aurugine laborantibus conſimiles extremis in partibus fieri uidemus, bilem humorem ſuum ob compreſſionem nimiam in uenas ſpargente. Quin & contraria huic adfectio, nimirum lætitiæ & riſus, magis etiã rationes noſtras confirmãt. Nam quum auditu nonnihil iucundum percepimus, explicant ac reſoluunt quodam modo propter uoluptatẽ meatus corporis. In dolore, ꝓpter triſtitiã ſubtiles meatuum tranſpirationes, quæ propter exiguitatem deprehendi uix poſſunt, cõ-

preſſæ



preſſæ uiſcera interiora conſtringunt, & ad caput ac cerebri membranas udum illum halitum agunt, ut multus intra cerebri cauitates collectus, per meatus qui ad imam ſunt eiuſdem partem, in oculos deijciatur, ſupercilioꝝ contractione guttatim humorem exprimente, quæ deinde gutræ Lacrymę appellantur. Eodẽ modo tecum putato, adfectione cõtraria meatibus more cõſueto magis aliquanto dilatatis, ſpiritũ quemdã ab ipſis attractũ in imo ſubſidere, atq; inde uiciſſim à natura per meatũ oris expelli: uiſceribus uniuerſis, maximeq; iecinore (ut aiunt) quadã ſuccuſſione & feruente motu ſpiritũ huiuſmodi extrudentibus. Ideirco natura, ut huic ſpiritui exitũ facilẽ ſtruat, meatũ oris dilatat: genis, per quas anhelitũ exire neceſſe eſt, utrimq; diductis. Inditũ huic eſt rei nomẽ riſus. At uerò nõ ꝓpterea uis animi princeps iecinori tribuenda, neq; ꝓpter ſanguinis circa cor ebullitionẽ, quæ adfecto uehementius animo exiſtit, in corde mentis ſedem eſſe putandum eſt: ſed ſunt horum cauſſæ in ſtructura corporis cõſtituendę. Mentem quidem exiſtimare debemus cuilibet membro æquabiliter, ea miſtionis ratione quę explicari dicẽdo nequeat, adeſſe. Quod ſi erunt qui litteras etiam Sacras hac in parte nobis opponant, quæ in corde uim illam principem eſſe teſtentur: ne horum quidem orationi ſic adſentiemur, ut nõ prius in eam inquiramus. Nam quũ in quodam ex ſacris libro cordis mentio fiat, ibidem & renes adiecti ſunt. ſunt eñ huiuſmodi quædam uerba: Deus corda & renes explorat. Ideirco uel in horũ utrumq;, uel neutrũ adeò ut intelligentem animi uim includant neceſſe eſt. Ceterùm etiamſi edocear facultates intelligẽtiæ quibuſdã in adfectionibus corporis quaſi hebetari, uel etiã prorſus facere: nõ tamẽ ſatis idoneum argumentum hoc eſſe ſtatuo, quo ꝓbetur, loco certo uim mentis ita circumſcribi, ut tumoribus membra illa occupantibus, de ſuo ipſa quaſi ſpatio excedat. Eſt enim huiuſmodi quædam cogitatio corporeis rebus accõmodata, uaſe uebus iniectis repleto nõ poſſe in eodem alijs locum eſſe. Quippe natura ſolo animo compræhenſilis, ut in partes corporis uacuas nõ immigret, ſic & à carne quaſi redundante nõ expellitur. Eſt omnino totum corpus humanũ inſtar muſici inſtrumenti fabricatum. Solet autẽ nonnumq; uſuuenire, ut canendi quidem aliquis peritus ſit: uerùm artis ſuæ inſtrumentis uitiatis documentũ idoneum edere nequeat. Ea enim fortè uel à tempore uitiata, uel cõfracta per ruinam, uel à rubigine ac ſitu inepta reddita, ſono carent, nullumq; ad uſum idonea ſunt, etiamſi uel ab eximio tibicine inflentur. Sic ſe mens per uniuerſum organum ſuum diuidens, & applicans ſe ratione conſentanea membris ſingulis per facultates naturæ ſuæ conuenientes: in ijs quæ rectè habent ſecundum naturam, uim ſuam exercet: in ceteris quæ artificioſum ipſius motum per imbecillitatem capere nequeũt, facet atq; otioſa eſt. Eſt enim hoc menti peculiare, ut in membris natura bene adfectis efficacitatem ſuam obtineat: ea uerò quæ deprauata ſunt, auerſetur. Ac mihi quidem uidetur poſſe hac in parte quiddam cõſiderari à nobis ex media rerum naturalium tractatione deſumtum, de quo percipi doctrina elegans poſſit. Nam quum omnium pulcerrimum ac præſtantiſſimum bonum ſit Deus ipſe, ad quem omnia reſpiciunt, quæcumq; boni deſiderio tanguntur: ideirco & mentem dicimus, factam ad boni pulcerrimi imaginem, quamdiu ſimilitudinis archetypo reſpondentis particeps eſt, quoad eius fieri poteſt, haud dubiè boni præſtantiam tueri ac conſeruare. Eamdem contrà, ſi aliquo pacto à principe bono exorbitet, tota illa pulcritudine, qua erat ornata, ſpoliari. Porrò quemadmodum indicatum eſt, ſimilitudine principis pulcritudinis ornatam eſſe mentem, perinde ac ſpeculũ figura faciei ex ipſo relucentis inſignitur: eadem ratione & naturam, quæ à mente adminiſtratur, erga eamdem adfectam eſſe ſtatuimus, ut ſcilicet & ipſam ornari propinqua pulcritudine dicamus, & quaſi ſpeculi ſpeculum eſſe. Naturæ porrò craſſiorem quaſi materiem noſtri cohærere, cui ipſa natura ineſt. Igitur quamdiu hæc inter ſe aptè connexa ſunt, etiam ueriſſima pulcritudo conueniente quadam ratione cum omnibus communicatur: ſemper eo, quod loco eſt ſuperiore, proximum ſibi exornante. Vbi uerò præclaræ huius cõiunctionis eſt facta diuulſio: uel

Universidad de Deusto
Biblioteca



contrà, quod est præstantius ordine inuerso sequitur inferius: tum scilicet rudioris in homine materiei à natura desertæ turpitudo insignis apparet. Nam ipsa per se materies quiddam est deforme & imperfectum. Deformitatem uerò materiei, pulcritudinis etiam eius, quæ in natura est, à mente profectæ, interitus consequitur. Sic adeò materiei turpitudo per naturam ad mentem ipsam redundat, ut non iam amplius in creati figura imago Dei appareat. Mens enim bonorum ideam tamquam speculum post tergum collocans, eximios boni resplendentis radios reiecit, ac materiei deformitatẽ in sese transfert. Hoc uidelicet modo prauitas bono prius quasi interuerso ac sublato, oritur & existit. Pulcrũ uerò censeri debet, quodcunque ad princeps bonum congruit. Quodq; consentaneum eidem non est, omnis est pulcritudinis expers. Quamobrem si de sententia rationum expositarum, unum quiddam est uerè bonum: mens autem ideo, quòd ad imaginem pulcri est cõformata, & ipsa pulcritudine quadam ornata est: denique natura, quam mens continet, si est imaginis huius alia quædam imago: erit ostensum haud dubiè, rudiorem illam nostri materiem tum demum rectè quasi stabilitam esse, quando à natura gubernatur. Cæterùm eamdem solutam collabi, quando ab eo, quo firmiter cõtinetur, dijungitur, & à pulcri societate auellitur. Fieri hoc consuevit, quum naturæ ordo inuertitur, animi libidine non ad pulcritudinis decus inclinante: sed ad id, quod ipsum magnoperè ut exornetur indiget. Non enim fieri aliter potest, quin quod materiei propria forma destitutæ consimile efficitur: etiam deformitatis fœditatisq; eiusdem imaginem induat. Sed hæc quidem ab alijs ad alia delapsi, obiter scilicet explicando indicauimus, immiscentibus sese his ei considerationi, qua id quo de agitur, complecti erat animus. Hoc enim quærebamus, ecqua in parte nostri facultas intelligentiæ sedem quamdam certam obtineret: an uerò per omnia æquabili se ratione daret. Itaque aduersùs eos qui certis partium locis mentem includunt, & ad confirmandam hanc coniecturam suam adferunt, esse in ijs intelligentiæ uim languidam, quorum malè cerebri adfectæ sint membranæ: ostensum est, in omni corporis membro, quod quidem agendi facultate præditum est, non minùs esse, si nihil animus efficiat, quùm membrum ipsum ita, ut esse comparatum à natura debebat, non existit. Atque hoc loco non inconuenienter opinor intexuimus illud theorema, de quo intelligere est, in tota hominis cõpage mentem quidem diuinitùs gubernari, à mente uerò uitam rudioris in nobis materiei, si ea extra naturam non exorbitet. Nam si à natura recedat: agendi facultatem, quam habeat à mente, prorsus amittere. Enimuerò reuertatur eo tamdem oratio, unde dellexit: mentem uidelicet in ijs partibus, quarum condicio naturalis morbo aliquo uitiata non sit, efficacitatem suam obtinere: in ualentibus membris ualentem, in ijs autem quæ actionum ipsius capacia non sunt, languidam. Atque huic quidem sententiæ non est difficile rationibus etiam alijs fidem facere. Quòd si molestum non erit ijs, qui oratione superiore tantùm non defatigati sunt: placet & illa, quoad eius fieri poterit, quàm breuissimè perstringere.

*XIII. Somni, oscitationis, & somniorum causse indicatæ.*

CRassior illa fluxaq; corporum nostrorum uira, quæ semper mouetur, ex eo ipso uim existendi habet, quòd motu prædita sit quietis experte. Acuti fluuius impetu suo uolutatus, alueum quidem suum semper implet, per quem labitur, non tamen eadem aqua eodem in loco perpetuò hæret: sed alia decurrente, adfluit alia: sic crassior illa uita in terris nostra motu quodam ac fluxione continua diuersis rebus succedentibus sibi, in perpetua uicissitudine numquam interquiescit, sed unà cum quiescendi facultate perennem etiam motum similia uicissim alternantem habet. Quòd si hic eius motus aliquando quiescat: ipsam quoq; extingui necesse est. Euacuatio, uerbi gratia, repletionem excipit: contraq; repletiõ, uacuitati succedit. Somnus continuas uigilias remittit: uigiliæ, quod laxatum est, uicissim rendunt. Neutrum horum continuò durat, sed alterum alteri mutuis uicibus succedit, natura seipsam huiusmodi uicissitudinibus instaurante: ut modò



modò hoc, modò illo usa, perpetuò ab uno ad alterum transeat. Nam si semper uires animalis contentę sint, frangi ac dirumpi tamdem membra supra modum tenta necesse est. contraq; corporis continua relaxatio, rei quasi corruenti ac dissolutæ interitum adfert. Vsus autem utriusque tempestiuus naturam conseruat, quæ in perpetua rerum sibimet aduersantium permutatione nunc hac, nunc illa se recreat. Igitur quum per uigilias contentio uirium corpus nonnihil debilitauit, somno laxatum reficitur. Et ut equi post certamina quadrigis eximuntur: sic facultates sentientes agendo lassatæ aliquamdiu à natura uicissim recreantur. Per enim est necessaria res ad conseruationem corporis, tempestiua remissio: ut toto in corpore per suos meatus sine omni impedimento cibi didantur, nulla partium intentione hoc quasi iter obstruente. Quemadmodum enim ex terra irrigua uapores caliginosi ab imo attrahuntur, maximeq; quum sol radios calidiores spargit: itidẽ no firi in opificij solo usuuenit, cibis intra nos per calorem naturalem ebullientibus. Quũq; uapores à natura sursum tendant, & aerij sint, fit ut in locis capitis cõsidant, & perinde atq; fumus per ipsas etiam quasi parietis cõmissuras penetrent. Inde ad meatus organorũ sensus paullatim euaporando delati, passim sese permiscent: ut sensum omnẽ otiosum reddi necesse sit, cedentẽ halitibus illis organa sua occupãtibus. Oculi à palpebris teguntur, huiusmodi uaporũ põdere tamq; plumbea machina quadam palpebras oculis obducente. Auditus ab ijsdem obstructus halitibus, quasdam quasi fores partibus auditui destinatis obdit, & ab actione sua naturali cessat. Atq; huiusmodi quidẽ adfectio corporis Somnus dicitur, sensu in corpore quiescente, & ab omni motu abstinente, ut facilt ratione cibus didatur, et unà cum uaporibus illis per meatus singulos penetret. Eam ob rem quũ loca passim circa sensuum organa per exhalationes interiores obstruũtur, somnum autem rebus ita poscentibus impediri est necesse: tum ergo partes neruęæ à uaporibus occupatæ, natura sua seipsas cõtendunt, ut hac extensione id quod per exhalationes crassius erat redditũ, rursus attenuetur. Non aliter atq; fieri uidemus, ut uehementer contorquendo, uestibus udis humor exprimatur. Eidem halitus si quando illis ex partibus expellendi sunt, quæ partes ad fauces tirę, & orbis figuram, & magnã neruorum copiam habent: quum fieri non possit, ut membrum quod rotundum est, in rectum extendatur: omninoq; illud dilatari necesse sit in circularis figurę formam: iccirco spiritu in oscitatione recepto, mentoq; uulam infra sic depresso, ut caultatem efficiat, omnibus etiam interioribus in circuli figuram conformatis: fumea istæ crassicies, quæ in membris resederat, unà cum spiritu propellitur. Vsuenire autem huiusmodi quiddã nobis frequenter & à somno plerumq; solet, quũ eorum halituum aliquid locis quibusdam superat, nondum satis concoctum, neq; dissipatum. Ex his perspicuè patet, mentem humanam perpetuò, si & integra natura sit, & uigilet, efficacem esse, ac moueri. Sin ea somno sit laxata, motu & ipsam suo carere. Nisi quis fortè sit ea in sententia, ut imaginationem in somnijs mentis esse motum, qui homine etiam dormiente non quiescat, opinetur. Equidẽ sic statuo, tantùm prudentem & integram cogitandi facultatem menti esse tribuendã. Quæ autem per somnum se offerunt imaginariæ nugæ, ceu simulacra quædam actionum mentis: has ab animi ea specie quæ ratione non utitur, temerè fingi existimamus. Nam in animo, qui somno prepeditus per sensus non agit, etiam mentis actiones cessare necesse est. Per sensus enim mens humano corpori temperatura quadam iungitur, iccirco quiescentibus in agendo sensibus, etiam mentem otiosam esse, uero consentaneum maximè fuerit. Licet hoc illo quoq; argumento deprehendere, quòd absurdis in rebus, atque etiam aliquando in ijs quæ fieri nequeunt, dormientes imaginando sibi uersari uidentur. Nullo enim fieri hoc pacto posset, si animus eo tempore à ratione & mente gubernaretur. Itaq; mihi uidetur, animo secundum facultates præstantissimas quiescente, secundum mentẽ & sensum: sola pars ea, quæ nutriendi uim habet, nobis dormientibus officium facere. In hac nimirum imagines quædam eorum quæ nobis uigilantibus occurrunt, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



quasi ex longo interuallo obscuriusculè delati rerum per sensus & cogitationes a-
26 ctarum soni, per uim animi reminiscentem impressi, temerè formantur: hac uelut
extrema resonantia ex memoria profecta, nutrienti animi parti quodam modo in-
hærescente. Huiusmodi ergo in imaginationibus homo dormiens uersatur, neq;
recta progressionis serie ad res quæ apparent, deducitur: sed confusis & non con-
27 sentaneis erroribus obuagatur. Quemadmodum autem in corporis effectionibus
fit, ut quamquam membra singula quiddam peculiariter pro indita ipsis à natura
facultate agant, tamen aliqua existat partis quiescentis, ad eam quæ mouetur, ad-
fectio: eadem ratione in animo etiam usuuenit, ut licet pars eius hæc quiescat, al-
tera moueatur: totius tamen ad partem adfectio quædam maneat. Nequaquam e-
nim fieri potest, ut naturalis unitio prorsus dissoluatur, etiamsi quædam in nobis fa-
cultas aliquando ceteris agendi ui & efficacitate præstet. Enimuerò ut nobis uigi
lantibus & agendo occupatis præcipua mentis est potestas, minister autem men-
tis est sensus: neq; facultas quæ corpus nutrit, excluditur: (mens enim rationē api-
scendi necessarij alimenti ostendit, sensus quod est comparatum recipit, facultas
denicq; nutriens suum in usum uertit.) sic per somnum principatus facultatū in no-
bis quodam modo permutatur. Nam quum penes partē rationē non utentem po-
testas sit: facultatū scilicet animi reliquarū actiones cessant quidem, at nō prorsus
exstinguuntur. Et quamuis eo tēpore facultas nutriens cōcoctioni ciborū intenta
sit, adiumento somnj perficiendæ, adeoq; in hac uniuersa natura occupetur: tamen
ut planè ab hac sentiens facultas tum nō auellitur, (quando quæ natura coalue-
runt, dijungi non possunt) ita neq; tota ipsius uis elucet, ab organis sensuū per so-
mnum quasi feriantibus impedita. Eadem ratione & illud consequetur, quod qui
mentis & partis animi sentientis mutua quædam sit contunctio: mota hac, simul
28 mentem moueri, & contrà quiescente, quiescere. Ignem uidemus paleis ex omni
parte coopertum, si nullo flatu flamma excitetur, neq; proxima quæq; absumēdo
depascere, & prorsus etiam non extingui, pro flamma uapore quodam per ipsas
paleas in aera penetrante. Quod si autem flatus aliquis accedat, pro fumo flamma
accenditur. Sic mens sensibus in somno quiescentibus quasi cōtecta, neq; per eos
elucere potest, & omnino etiam non extinguitur: sed ut ignis fumum, sic ipsa mo-
tum aliquem retinet, partim agens, partim in agendo deficiens. Atq; uti mulieris
29 plectro chordas lyræ remissas tangens, non eleganter & numerosè quidquam ca-
nit, quando quod tensum non est, edere sonum nequit. manum ille quidem artifi-
ciosè mouet, plectro quibus conuenit locis applicato: sonus tamen uel nullus, uel
ignotus & incompositus de tali fidium pulsu exprimitur. Ita & organica sensuum
structura, quoties per somnum laxata est: uel prorsus quiescit artifex, ueluti quum
ex nimia repletione ac pondere integra instrumenti est facta totius relaxatio: uel
languidè & obscurè agit, instrumento sensus artem mentis accuratam nō capiēte.
Iccirco memoria confusa, & uis præsagiendi ambiguis in quibusdam uelamentis
30 quasi dormitando nutans, simulacra rerum, quibus uigilans occupatur, imaginā-
do sibi uidetur informare: neq; non aliquando ea quæ deinde comprobaret euen-
tus, indicauit. Nam præter eam quæ in corporis est temperamento crassiciem, ha-
bet quiddam per naturæ subtilitatem, quo res perspicere possit. Neque tamen illa
est uis, ut directo futura declaret, deq; ijs dilucidè atq; apertè nos doceat: sed est tā-
tùm quædam obliqua & ambigua futuri euentus significatio, quam ænigma uo-
cant, qui in his interpretandis uersantur. Sic qui à poculis erat Pharaoni, per so-
mnum in regis calicem botrum exprimit: sic pistor eiusdem, canistrum sibi gestare
uidetur. Quia enim uterque uigilans his rebus occupari magnoperè cupiebat, e-
tiam per somnum ea fieri putabat. Simulacra namque studiorum ac uitæ, cui ad-
sueuerant, parti animi de futuris dispicienti impressa, faciebant ut per hanc mentis
præsagitionem quiddam, cui responderet euentus, sibi uaticinarentur. Illud qui-
dem, quòd Danielus & Iosephus & his alij consimiles, facultate quadam diuina,
sensibus minimè perturbatis, rerum futurarū cognitione instructi fuerunt: nihil ad
id,



id, quo de agitur, attinet. Nō enim quisq; hæc rectè ad somniorum effecta retule-
rit, nisi forte ratione eadem diuinas apparitiones, quæ nonnullis uigilātibus se of-
ferunt, non peculiaria uisa: sed consentaneum opus naturæ, suapte ui quadam id
efficiētis, esse statuat. Quemadmodum ergo, quum homines uniuersi à mēte pro-
pria regantur, pauci tamen quidam existūt, quibus cum Deus manifestò pæne fa-
miliarem in modum uersatur: sic quum uis imaginandi per somnū omnibus æquè
ac sine discrimine à natura sit indita, pauci ex uniuersorum cœtu sunt, quibus diui-
niora se somniorum uisa offerunt. Ceteri si quid de somniorum cōtecturis rei futu-
ræ cognoscunt: id totum fieri eo, quo indicatum est, modo putandum erit. Quod
autem & Aegyptius, & Assyrius tyrannus Dei nutu ad futurorū scientiā deducti
sunt: hoc quoq; aliò respiciente Deo usuuenit. Nam eo pacto sanctorū quorum-
dam hominū sapientiam omnibus innotescere oportuit, ut ea uitæ hominū utilis
esset. Quî em̄ fieri potuisset, ut in Danielo facultas esse uaticinādi deprahēderet,
nisi excātatores & magi somnium Regis & inuenire, & inuētum interpretari ne-
quiuissent? quomodo Aegyptiorū cōseruari natio potuisset, Iosepho in carceres
abdito & cōcluso, si nō somnij explanatio præbuisset occasionem, qua in cœtum
totius gentis arcesseretur? Iccirco statuēdum est, diuersam horum rationē esse, quæ
ad cōmunes uisiones nō cōgruat. Visitata uerò somniorum uisa, omnibus obuia,
perquàm uarijs modis informātur. Aut em̄, quemadmodum est expositum, extre-
mi quasi soni diurnarum effectionū in parte animi reminiscente reliqui tinniunt:
aut pro eo atq; corpus adfectum est, somnia quoq; fingūtur. Patet hoc ex eo, quòd
qui sitiunt, esse ad fontes sese existimāt: qui esuriunt, in cōuiuijs: adolescēs per æ-
tatem lasciuiens, cōsentanea libidini suæ imaginatur. Equidem & aliam quamdā 31
præter has somniorum caussam didici, quum necessārium quemdā laborātem ex
phrenitide curarē. Cibo em̄ largiore, quàm ipsius uiribus cōueniret, grauatus cla-
mabat, & adstātes obiurgabat, quamobrem intestina cœno repleta sibi imposuis-
sent. Quumq; iam corpus quodam cum impetu sudorē expressurum erat, accusa-
bat eos qui adessent, quasi aquā ad manus haberēt, qua ipsum iacētē respergerēt.
Huiusmodi clamores nō intermittebat, donec euētus ipse quę harum increpatio-
num caussæ essent, declararet. Cōtinuò em̄ sudor copiosus è corpore manabat, &
uēter solutus quod istuc esset in intestinis pōdus significabat. Quod igitur hebe-
tata per uim morbi intelligentia naturæ accidit, quæ morbo corporis adficieba-
tur, ut quid graue molestumq; sibi esset non omnino ignoraret, indicare tamē per
ortam ex morbo delirationem unde læderetur, perspicuè non ualeret: id consen-
taneum est, si fortè non ex inualitudine, sed naturali somno intelligens animi fa-
cultas sopita fuisset, in homine sic adfecto somnium quoddam futurum fuisse, in
quo per aquam sudoris fluxio, per intestinorum pondus cibi esset grauitas signifi-
cata. Idem plerique medici statuunt, qui secundum morborū discrimina somnio-
rum etiam species diuersas ægris accidere adfirmant: alias nimirum ijs qui stoma-
chi uitio laborēt, alias ijs quibus cerebri membranæ sint læsæ, alias febri correptis,
alias ijs quibus nimius bilis humor, alias quibus pituita sit molesta: denicq; alia so-
mniorum uisa succi plenis corporibus, alia marcescentibus obijci. De quibus o-
mnibus uidere est, nutrientem accrescentemq; facultatem animi nōnihil etiam de
ui intelligentiæ inspersum sibi ex temperatura mutua cōtinere, quod corporis adfe-
ctioni quodam modo consimile reddatur, & diuersas imaginationes nocturnas
pro morbi diuersitate efficiat. Est & aliud somniorum quoddam genus, quod pro
morum cuiusque uarietate formatur. Sunt enim aliæ hominis fortis, aliæ timidi i-
maginationes nocturnæ: alia temperantis, aliaq; intemperantis somnia: alia ho-
mini auaricia inexplebili, alia liberali per somnum obijciuntur. Atq; uisa hæc ne-
quaquam mens, sed expers illa rationis in animo adfectio informat.

Nam quibus quis adsueuit diurno studio, eorum
in somnijs etiam simulacra
fingit.

*Greg. Nyssenus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*XIIII. Mentem certa quadam in corporis parte non existere, declaratur. præterea corporis & animi motuum discrimen expositum.*

VErumenimuerò longè ab eo, quo de agi ceptum erat, digressi sumus. Institueramus enim demonstrare, mentem parti corporis alicui alligatam nō esse: sed cum toto pari ratione coniungi, efficientem motū in membris partis cuiuslibet naturæ consentaneum. Fit autem interdum etiam, ut mens tamquam minister, naturæ libidinibus obtemperet. Sepe enim corporis natura ducis officium usurpat, ita ut & nocentis rei sensum, & iucundæ ac gratæ desideriū excitet. Adeoq; fit ut expetendis rebus occasionem corpus præbeat, ac uel cibi uel uoluptatis alicuius libidinem nobis indat: mens autē huiusmodi cupiditates excipiens, omnes rationes & cōsilia corpori accommodet, ut industria sua quod expetitur inueniat. Non hoc apud omnes homines locum habet: sed illorum est, qui à natura mancipijs quàm simillimi existunt. Illi enim, quum naturę libidinibus rationem tamquā rem mancipi addictam subijciant: mentis scilicet opera in adulando sensuum uoluptatibus seruilem in modum abutuntur. Ab ijs autem qui perfectiores sunt, hoc nequaquam admittitur. Mēs enim in his ducis officio fungitur: quodq; ex usu est, de rationis iudicio, non libidine ullius adfectionis eligit. Atque huius ducis uestigijs natura insistens, præcedentem sequitur. Ceterum etsi superiore oratione declaratum est, triplex esse in uiuendi facultate discrimen, ut alia sit uita quæ quidem nutriatur, expers tamen sit sensus: alia & nutriatur, & sentiat, careat autem facultate rationis: alia denicq; & ratione utatur, & perfecta sit, percq; facultates ceteras omnes diffusa, ut & in ijs existat, & tamquam eximium quiddam intelligentiæ uim habeat: nemo tamen iccirco existimet tres in humano opificio animas existere, seorsum certis quasi limitibus circumscriptas, ut naturam hominis ex pluribus animis conflatam putare debeamus. Nam uera & perfecta anima reapse unica quædā est, intelligens, nulla ex materie crassa constans, sed per sensus naturæ illi crassæ mista. Quidquid autem existit ex materie crassa, mutationibus & alternis conuersionibus obnoxium, si quidem facultatis particeps erit eius quæ animam complectitur, accretionis motum habebit: sin autem uiuendi facultatem amittet, tū deinde scilicet motus eius ad extremum interitum uerget. Iccirco necq; sensus extra materiei naturam existit: necq; facultas intelligens sine sensu actiones suas exercet.

*XV. Animam propriè & esse eam, & dici, quæ ratione utitur: ceteris tantùm appellationem cum hac esse communem. Præterea per uniuersum corpus mentis se facultatem dicere, conueniente quadam ratione membris singulis cōiunctam.*

SI quis autem iccirco plures esse animas opinatur, quòd creata nonnulla facultate nutriente sunt prædita, nonnulla sentiente: quum illa sensu, hæc intelligentia careant: is animarum discrimen non satis explicatè declarat. Quidquid enim in rerum natura existit, si quidem perfectè est id quod esse debet: rectè etiam ac propriè nomen suum obtinet, quo scilicet appellatur. Sin aliquid non prorsus & integrè est id, quod esse dicitur: huic impropriè nomen ipsum tribuit. Si quis, uerbi gratia, panem uerum ostendat: eum propriè rem indicatam suo nomine appellasse dicimus. Sin autem unà cum hoc alium quemdam demonstret, arte factum de materie lapidea, eiusdem formæ, æqualem magnitudine, colore consimilem, ut multis ex rebus idem esse cum eo, ad cuius exemplar factus est, appareat: uerū modò desit, quòd idoneus esse alendo homini non possit: tum uerò de hoc ipso nō rectè lapidi panis appellationem inditam, sed per uocis abusum, adfirmabimus. Eodem modo quidquid non omni ex parte id est, quod dicitur: in eo appellando uocabulis abutimur. Quamobrem quum ea demum perfecta sit anima, quę & intelligentiæ & rationis est ui prædita: quidquid scilicet tale non est, ei cum anima quidem nomen esse commune potest: reapse uerò non anima, sed uiuendi facultas quædā erit, quæ more hominum animæ appellatione censeatur. Iccirco Deus homini animalium carnibus uesci, perinde atque oleribus permittit: quòd eorum natura
35 propè à uita illa rerum naturalium absit. Est enim ita perscriptum: Omnis generis carnibus



carnibus tamquam oleribus gramineis uescemini. Parum scilicet quiddā esse uidetur in animalibus ceteris facultas sentiens, qua una rebus alijs, quæ absq; hac & aluntur & augescunt, præstant. De quo uoluptarios homines hoc capere doctrinæ & admonitionis oportet, ut animi cogitationem ad res quæ sensui arrident, nō conuertant: sed omnem operam studiumq; in excolendis animi uerè principibus bonis collocent, circa quæ uerè nimirum anima uersatur, quum sentiendi facultate animalia rationis expertia non superemus. Sed ab alijs ad alia progressa est oratio. Non enim instituimus ostendere, mentem in homine natura crassiæ materiei præstantiorem esse: sed nulla certa parte corporis nostri mentem contineri. Existere scilicet eam ratione pari in omnibus, & per omnia, atq; ut exterius nihil complectatur: sic interius eam non concludi, quemadmodum cados aliaq; corpora, priùs se complecti dicimus, quū in alijs alia collocantur. Mentis autem corporisq; nexus & societas, rationem quamdam coniunctionis habet, quæ explanari dicēdo, & intelligi cogitando non potest. Neq; enim mens intra corpus est, quando rē corporis expertem corpore contineri fas non est. Etiam exterius nos non complectitur, quando ab ijs quæ corpore carent, nihil concludi potest. Enimuerò mens modo quodam oratione inexplicabili, & qui ab intelligentia nostra compræhēdi non potest, naturæ adest, eidemq; copulatur, inq; ea & circa eam existit. Vt ei non insideat, ita eam non circumplectitur, sed adest ratione, quæ neq; exponi, neq; considerando exhauriri potest. Vnum hoc intelligimus, natura salua & incolumi, mētem etiam efficacitatem suam obtinere. Sin aliquod ea detrimentum capiat, mentis quoq; motum illa in parte claudicare. 34

*XVI. Accurata dicti illius diuini consideratio, Faciamus hominem ad imaginem similitudinemq; nostri. tum ecquæ sit imaginis ratio, inuestigatum. positne, quod morbis ac morti obnoxium est, ad naturæ beatæ morborumq; expertis similitudinem factum dici. quo denig, modo in imagine sexus masculi femineiq; discrimen sit, quod in exemplo principe non existit.* 35

ENimuerò redeamus tandem ad diuinam illam uocem: Creemus hominē ad imaginem similitudinēq; nostri. Fuēre nonnulli philosophi exteri, qui se hominem sua quidem opinione prædicaturos eximiè putabant, si eū ad mundi huius machinam conferrent: quum nimis exilia, præstantissimaq; hominis excellentia indigna imaginarentur. Aiebant enim hominem paruum quemdam mundū esse, qui ex elementis ijsdem, quibus rerum uniuersitas, compositus esset. Splendido isthoc nomine quum magnam naturę hominis laudem tribuere uellent, ignorabant se illum non alijs, quàm quę ei & cum culice & cum mure communia essent, ornamentis condecorare. Nam & hæc ex quatuor elementorum temperamento constant: quum multæ an exiguæ sint in re qualibet elementorum partes, ex consideratione animatorum intelligatur. Constare enim non potest, extra quàm ex elemētis, quod sensu sit præditum. Quid ergo est amplum in eo, si maximè hominē existimemus expressam mundi & imaginem & similitudinem esse? quum futurū sit, ut pariter cælum hoc uolubile, terra mutationibus obnoxia, cuncta denicq; his cōprehensa, cum eo ipso quod ambit uniuersa, intereant. Quam autem, inquies, doctrina Ecclesiæ præstantiam homini tribuit? Eam scilicet, quę in similitudine mūdi huius creati non constitit: sed quòd tradit hominem ad imaginem naturæ creatoris esse factum. At dices fortè, ecquæ istæc est imaginis ratio? quo pacto referre naturæ corpore carentis imaginem potest, quod corporeum est? quomodo simile est æterno temporarium? immutabili, quod cōmutatur? nullis obnoxio morbis & interitus experti, quod morbis subiectum est & interit? puro uitij, quod in uitiorum quasi contubernio est, & in eis educatur? Nam interest permultum inter id quod formæ principi respondere intelligimus, & quod ad imaginem factū est. Imago enim, si principis exempli similitudinem refert, uerè imago dicitur. Sin ab eo quod exprimendum erat, imitatio recedit: non iam eius esse imago putandum hoc erit, sed diuersum quiddam. Quo pacto igitur homo, qui & mortalis est,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& morbis obnoxius, & uitæ breuis: hic ergo quo pacto naturæ incorruptæ, puræ, æternę imago est? Enimuerò quid hac in parte maximè ueritati sit consentaneum, sola haud dubiè ueritas accuratè nouit. Nos coniecturis quibusdam & cogitationibus animi ueritatem inuestigantes, quantū ingenij uis capere potest, huiusmodi quiddam de hoc credimus. Nam & diuinum oracului, quo proditum est, hominem ad Dei factum imaginem, falsum non esse statuimus: & deplorandā hanc naturæ humanæ ærumnā beatitati uitæ doloris experti nequaquam respondere. Est enim necesse, si cum Deo naturam nostram cōferre uelimus, alterum de his fateri: aut hominem nullis adfectionibus morbis ue obnoxiū esse, aut eadem in Deum quoq; cadere. Ceteroqui nulla futura est imaginis similitudo, si non hæc pariter utriq; naturæ conuenient. Quod si neq; diuina natura ullis est adfectionibus obnoxia, neq; humana ab ijsdem immunis ac libera: reliquam esse aliam quamdam rationem oportet, secundum quam uox illa diuina uera sit, quæ creatum esse hominem ad imaginem Dei adfirmat. Iccirco rursus ipsas litteras sacras adeamus, an ne
50 illarum uerba nos aliqua forte ratione ad explicationem eius quod quærimus, deducere possint. Illæ igitur quum exposuissent hæc Dei uerba, Faciamus hominē ad imaginem nostram: addita etiam ea indicatione, quem scilicet ad finem homo creandus esset: tum deinde huiusmodi orationē subijciunt. Itaq; Deus hominē cōdidit, & ad imaginem eum Dei condidit: marem & feminam fecit eos. Illud quidē suprà est indicatum, uerba hæc diuinitùs esse prolata, ad euertendam impietatem hæreticorum, quos Anomœos appellauimus: ut edocti, Deum illum unigenam creasse hominem ad Dei imaginem, nullo modo patris filijq; diuinitatem separemus, quando litteræ sacræ utrumq; æqualiter Deum appellant, & illū qui hominē creauit, & cuius ad imaginem factus est. Verùm prolixior de his oratio instituenda non est, potiusq; ad id quo de agere ceptum est, reuertamur: quamobrē scilicet diuinæ naturæ similem esse humanam sacris sit litteris proditum: quū hęc perfectò sit misera, illa uerò beata. itaq; nobis accuratè singula in uerba est inquirendum. Inueniemus enim aliud esse quod Dei imaginem referat, ab eo quod hac in ærumna conspicimus. Fecit Deus, inquiunt litteræ sacræ, hominem. & quidem eū ad imaginem Dei fecit. Ergo iam perfectum intelligitur illud creatum, quod ad diuinam imaginem conformari oportuit. Quod autem post hæc redit ad expositionem opificij diuini, quum ait, Fecit eos marem ac feminam: id opinor omnes homines perspicere, ab exemplo principe remouendum esse. In Christo enim Iesu, ut Apostolus inquit, neq; mas neq; femina est. At uerò litteræ sacræ disertè adfirmāt, hominem in marem feminamq; diuisum esse. Itaq; duplicem esse factam naturę nostræ structuram necesse est, quarum altera ad diuinæ imaginē exprimendā directa fuerit, altera ad efficiendum illud sexus discrimen. Huiusmodi enim quiddam indicari uidetur, si uerborum compositio & series consideretur. primùm enim dicitur: Fecit hominem Deus, & quidem eum ad imaginem Dei fecit. deinde his illa subijciuntur, Marem ac feminam eos fecit: quæ profectò ad imaginem Dei non sunt referenda. Equidem amplam statuo & arduam doctrinam in his tradi, nimirum huiusmodi quamdam. Inter duo extremè dissidentia, naturam uidelicet diuinam expertemq; corporis, & alteram carentem ratione ac belluinam, medium hominem esse. Nam de utroq; in huius opificio existere quiddam, prorsus est animaduertere. De natura diuina, uim rationis & intelligentiæ, quæ sexus masculi ac fœminei discrimen nullum recipit: de natura rationis experte, structuram hanc corporis & formam sexu distinctam. Vtrumq; horū in quolibet homine est. Sed priorem fuisse in eo facultatem intelligendi, deinde societatem cognationemq; cum natura ratione carente accessisse: ex auctore historiæ de ortu hominis, ordine singula narrante, discimus. primùm enim tradit, Deum creasse hominem ad imaginem suam: in quo idem uult docere, quod & Apostolus scripsit, quatenus imago Dei sit homo, sexus in eo discrimen nullum esse. Deinde naturæ hominis attributa propria subijcit: Marem feminamq; fecit eos. Quid ergo de hoc discendū nobis



nobis est? Equidem mihi neminem irasci uolo, altius rem, quæ in considerationē uenit, repetenti. Deus natura sua tale ac tantū quoddam bonum est, quantum ulla cogitatione comprehendi potest: uel potius etiam omne bonum quod intelligēdo cogitandoue comprehenditur, exsuperat. Itaq; naturam humanam non alia de caussa condidit, quàm quòd bonus esset. Quūq; talis esset, & unā hanc ob caussam ad fabricationem humanæ naturæ accessisset: nō ex semisse uim bonitatis suæ declarare uoluit, ita ut non nihil homini suorum bonorum largiretur, non nihil cū eo ne cōmunicaret, inuidia præpediretur. Perfectè nimirum se bonum ostendit, quū hominem de nihilo cōderet, omniq; bonorum copia instrueret. Quæ quum adeò multa sint numero, ut recenseri singula cōmemorando difficulter possint: iccirco breuiter uniuersa his uerbis comprehenduntur, quibus homo ad imaginem Dei factus esse dicitur. Valent enim illa tantumdem, ac si diceretur, naturam humanā à Deo in omnium bonorum societatem uocatam esse. Nam si Dei natura perfecta quædam copia est bonorum omnium, homo autem eius est imago: haud dubiè simul, rerum hoc Dei princeps exemplū ita referet, ut & ipsum bonis omnibus abūdet. Itaq; in nobis est expressa omnis honesti species, omnis uirtus, omnis sapientia: quidquid deniq; præstantissimum comprehendi ut intelligentiæ potest. Atq; inter cetera est in nobis libertas, quæ nulla necessitatis lege tenetur, nullius in natura dominatus iugo subiecta: sed quæ iudicio certo & liberrimo quod uult eligit. Est enim uirtus sine spontis, nullius imperio mancipata. Quod aūt à necessitate quadam uoluntatis cogitur, uirtuti consentaneum esse nequit. Quod si porrò imago expressam pulcritudinis in exemplo principe figuram ita repræsentet, ut nihil ab ea prorsus differat: nō iam illam imaginem fore patet, sed ipsam eandemq; rē, quæ nulla sui parte discerni à seipsa possit. Quid igitur est, inquies, in quo naturæ diuinæ, & eius quę ad diuinam est conformata, discrimen perspici possit? illud uerò in eo perspicies, quòd Dei natura exstitit increata: hominum uerò, per creationē est orta. Hoc deinde discrimen alia quædam consequuntur. Est enim planè apud omnes in confesso, naturam increatam immutabilem, eamdemq; semper esse: creatam, sine perpetua uicissitudine consistere nullo modo posse. Nam ipse trānsitus ex nihilo ad ortum, motus quidam est, & mutatio, qua id quod rerū in natura non erat, de sententia uoluntatis diuinæ existere incipit. Atque ut in Euangelio nota in ære expressa Cęsaris imago dicitur, de quo intelligitur secundū externam speciem fuisse illam similitudinem rei conformatæ ad effigiem Cæsaris, quum nō dubium in materie subiecta discrimen esset: sic etiā hac in disputatione, si pro notis ea quæ in natura diuina & humana sunt, in quibus similitudo consistit, considerabimus: esse magnam in rebus subiectis diuersitatem deprehēdemus, quam perspicue est in eo animaduertere, quòd creatum & increatum plurimum inter se differunt. Quamobrem quum quod increatum est, semper idem existat: creatum uerò per uicissitudinem quamdam esse cœperit, & mutationi prorsus adfine sit: iccirco is, qui secundum uatem res omnes ante ipsarum ortum cognitas habet, quum rerum insisteret ordini, uel potius diuina sua prospiciendi futuros euentus facultate præcepisset, quam in partem motus electionis humanæ pro arbitrij uoluntarisq; suæ libertate inclinaret: imaginem creatam in masculum & feminam diuisit. Hæc diuisio non ac Dei princeps illud exemplum facta esse putari debet: sed quemadmodum est antehac indicatum, cognationem habet cum natura rationis experte. Causssam quidem huius discretionis sexus soli haud dubiè intelligunt illi, qui ueritatis oculati testes sint, & harum rerum nobis memoriam litteris proditam tradiderunt. Nos uerò pro uirili nostra per coniecturas & simulacra quædam ueritatem informantes, quod nobis ad animum accidit exponimus, non illud quidem ut uerum adferentes: sed subijcientes in gratiam auditorum, benignè hæc quasi exercitij causssa in medium allata interpretantium. Quid igitur de his in mentem nobis uenit? hoc nimirum. Quum dicitur, Deum creasse hominem, per indefinitam uocabuli hominis notationem, naturam humanam uniuersam intelligi.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nam creatum hoc, quod ad Dei factum imaginem traditur, non heic Adami nomen adiectum habet, sicut in historiæ narrationibus sequentibus: sed nomẽ hominis creati uniuersẽ positum est, nõ ut de individuo. Iccirco per hãc hominis appellationem, qua totum genus uniuersẽ cõpræhẽditur, eius admonemur: quòd prouidentia potestasq; Dei totam hominũ naturã in prima illa creatione cõplexa sit. In rebus enim à Deo factis nihil esse putandum est, quod ipsi sit infinitum: quum omnia quæ existunt, finem quemdam & numerum habeant, conditoris sapientia cõstitutum. Quemadmodum igitur homo (intelligo autem individuũ quoddã) corporis magnitudinem finitam habet, substantiamq; ipsius quantitate metimur, quæ corporis superficie cõtinetur: sic arbitror inutio rerum uno corpore totam naturam humanam Deum potestate sua, qua cuncta præuidet, complexum esse, idq; adeò uerbis hisce tradi: Fecit Deus hominem, & ad Dei imaginem eum fecit. Non enim imago & gratia benigni Dei uel parti naturæ, uel uni alicui concessa est homini peculiariter: sed facultas illa uniuersum ad genus æqualiter pertinuit. Quod ita esse, hoc etiam argumento est, quòd mens pariter in omnibus habitat: omnes cogitandi, deq; futuris cõsultandi facultate, ceterisq; rebus omnibus, per quas res diuina natura in imagine sua exprimitur, præditi sunt. Nihil inter hominem creatũ in prima rerum fabricatione, & eum qui in extremo nascetur, cùm iam omnia cõsummata erunt, interest. Aequali enim ratione imaginem Dei uterq; gestat, propterea unius hominis nomine ipsa generis uniuersitas compræhensa fuit, quando potestati diuinæ nihil est uel præteritum uel futurum. Quin & ea, quæ exspectãt, non aliter atq; si iam præsentia forent, sua in potestate, qua uniuersa complectitur, habet. Est igitur tota natura hominũ à primis ad extremos usq;, una eademq; ueri Dei imago. Sexus autem masculi femineiq; discrimen in homine iã creato de causa, ut ego quidem existimo, huiusmodi quadam adiectum fuit.

37

38

*XVII. Quid respondendum dubitantibus, quomodo animi orituri fuissent, si homines illi principes nulla se peccati labe polluissent: quando primum post hanc inquinationem operam procreationi fobolis hominem dedisse uidemus.*

PRius uerò, quàm id perscrutemur, forte rectius fecerimus, si quiddam, quod ab aduersarijs obijcitur, explicemus. Aiunt enim, ante peccatum nullam neque procreationis, neque parturiginis, ac ne appetitus quidem in homine ad procreandum mentionem fieri. Postquam autem homines primi peccassent, deq; paradiso eiecti essent, ac feminæ pœna dolorum in partu esset imposita: tum demum ad id progressum esse Adamum, ut consuetudine coniugis ad procreationẽ uti inciperet. Si igitur, inquiunt, neq; ad nuptias, neq; procreationem, neq; partum in paradiso peruentum est: necessarium est hoc quoq; sequatur, animorum multitudinẽ nullam fuisse futuram, nisi donum illud immortalitatis in mortalitatem cõmutatum esset, ac per coniugium excitata posteritas pro migrãtibus de hac uita substitueret alios, & hac ratione naturam conseruaret. Adeoq; peccatum quodam modo hominum uitæ etiam bono esse uideri posse. Nam genus humanũ supra duũm numerum, qui primi exstitere, auctum nõ fuisset: nisi mortis metus naturam, ut de successione perpetua cogitarer, permouisset. Equidem hac etiam in parte statuo ueritatem, quæcumq; tamdem sit, ijs solis notam & perspectam esse, qui non aliter atq; Paulus paradisi mysterijs initiati sunt, quæ enarrando fas non est exprimere. Nostra sane hæc est responsio. Quum Sadducæi doctrinæ de mortuorum resurrectione aduersarentur, & nuptæ illius cum multis, adeoq; septem fratribus mulieris mentionem ad conciliandum fidem disciplinæ suæ facerent, et ecquis horum eã à resurrectione habiturus esset quærerent: ita respondet Dominus, ut & illos castiget, ac uitæ quam in resurrectione apiscemur, mysterium hominibus deinceps uniuersis explaner. In resurrectione, ait, neq; nuptias contrahent, neq; nuptum tradentur: quippe quum amplius mori nequeant. Sunt enim pares angelis, & Dei filij, ubi iam resurrexerint. At uerò resurrectionis donum nihil aliud nobis policetur, quàm lapsorum in integrum restitutionem. Nã ea gratia, quam exspectamus, reditus



reditus erit ad uitam primam, qua homo de paradiso eiectus in eumdem reducẽ. Quamobrem si uita restitutorum ei similis erit, qua fruuntur angeli: nimirũ & hominis ante lapsum uita angelorum fuit uitæ consentanea, eamq; haud dubiè ob causam uitæ nostræ in integrum restitutio comparatione ad angelos facta declaratur. Enimuerò quamquam inter angelos nulla sit propagatio, quemadmodũ est indicatum: tamen eorum copiæ numero quædam infinitæ sunt. Sic enim suis illis in uisis Danielus commemorat. Iccirco si propter peccatum de statu & conditione, qua pares angelis eramus, non excidissemus: ne nobis quidem coniugio ad generis nostri amplificationẽ opus fuisset. Nam quæcumq; tamdẽ incrementi angelica in natura fuit ratio, quam dicendo exponere, uel cogitando intelligere per quasdam coniecturas humanas non fas est, nisi quòd omnino aliquã fuisse necessariò statuẽdum est: eadem ratio in humano etiam genere, quod propè ab angelis abest, propagando ualuisset, donec ad numerum consilio creatoris definitum peruentum esset. Quòd si cuius heic in angustum redigitur intelligentia, ut ex nobis scire uelit, ecquo tamdem modo homines orituri fuissent, si cõiugij adiumento nõ egu issent: eum uicissim rogabimus, quomodo angeli sint orti, quoue pacto quum ad infinita propè millia sint diffusi, & una natura, & multi esse numero possint. Hoc enim aptissimè respondebimus roganti, qui esse homo sine cõiugio potuisset: si dicamus in nobis hoc fieri perinde potuisse, atq; in angelis, qui & ipsi coniugio non utantur. Angelis aũt consentaneam hominis naturã ante lapsum fuisse, de hoc patet, quòd & in integrum restituta, cõsimilis eisdẽ erit. His ad hunc modũ inuestigatis, ad id unde digressi sumus, reuertamur: quamobrem uidelicet Deus, quum imaginẽ sui condidisset, sexus masculi femineiq; discrimen addiderit. Equidem ad explicationem huius quæstionis utile fore existimo, quod paullo antè cõsiderando quasi concluſimus: Deum, qui creat omnia, deq; animi sui sententia hominem torum ad imaginem diuinam conformauit, noluisse animorum numerum ita compleri, ut nunc his, nunc illis in locum posteris editis adaugeretur: sed quum eodem momento, quo naturã humanã condidit, eam uniuersam & integrã facultate sua futura prospiciente intuẽretur, excelsoq; in dignitatis gradu, & qui angelorum condicioni par esset, collocaret: animaduertisse ut diuina, liberam hominis in eligendo uoluntatem nõ (uti debebat) uirtutis uiam ingredi. Itaq; ubi de beato uitæ angelicæ statu exorbitasset, ne humanorum animorum natio sine incremento esset, amisso propagationis modo, quo angelorum erãt auctæ copiæ: rationem quamdam inuenit, qua genus humanum amplificaretur, consentaneã naturæ nostræ, qui in uitium prolapsi eramus. Nam pro præstante illo angelicæ naturæ modo alium quemdam nobis concessit, ut brutorum ac rationis expertium animalium more nosmet propagando perpetuaremus. Hanc ob causam magnus ille Dauides, hominis miseriam his mihi uerbis deplorasse uidetur: Homo quum esset in dignitate, animum non aduertit. Nimirum per dignitatis statum intellexit, angelis hominem condicione parem fuisse. subijcit autem: Iccirco brutis est animantibus comparatus, & ijsdem effectus similis. Profectò enim obbrutuit, postq; more brutorum propagari cepit, degenerante ipsius præstantia, seq; demittẽte ad naturæ crassioris condicionem.

39

*XVIII. Perturbationes in nobis animi, alienas à ratione, ex hac cum brutorum natura cognatione oriri.*

NAM equidem existimo, de hac ipsa origine perturbationes animi omnes & singulas, tamquam fonte scaturientes, in hominis naturam redundare. Atque hoc recte ita statui, argumento est: quòd perturbationes ipsæ, quæ pariter & in nobis & in brutis exsitunt, cognatæ quodam modo sunt. Non enim certè fas est dicere, originem perturbationum, quibus adficimur, ad humanam naturam esse referendam: quum ea sit ad Dei simulacrum conformata: sed quia prius hoc in mundo bruta exstiterunt, cum quibus nonnihil est homini (quemadmodum expositum est) commune, modus uidelicet ortus: iccirco & alia quædam

Universidad de Deusto
Biblioteca



dam brutorum naturæ ac hominum communia esse ceperunt. Neque enim homo Dei refert imaginem, quâ iracundia præditus est: neq; uoluptas præstantissimæ naturæ nota putari debet, sicut & timiditas, & audacia, & maiorum cupiditas, & odium status deterioris, ceteraq; his consimilia longè à diuino illo charactere absunt. Qua, propter hæc accepta de brutis, hominis usurpare natura cepit. Quibus ejm rebus uita brutorum ad se conseruandum munita est, eę res ad hominis uitã translatæ, sunt hæ ipsæ, de quibus loquimur, animi siue perturbationes, siue adfectiones. Iracundia belluas crudiuoras tuetur ab interitu: fecundas uoluptatis appetitus, imbelles trepidatio: quæ à robustioribus se tueri nequeunt, metus: grandes sustentat ingluuies. Contraq;, si quo potiri quod uolupe sit, nequeant: id dolorem ineis excitat. Hæc omnia, & his alia consimilia quædam unà cum procreatione bruta hominis opificium occuparunt. Liceat autem mihi hoc loco de sculptorũ præstantium more, hominis imaginem ui orationis exprimere. Quemadmodum eñ uidere est quasdam effigies, in quibus duplex est expressa forma, fingentibus hoc artificibus magno studio, atq; uni capiti geminas uultuum formas insculpẽtibus, ut eas spectatores quodam cum stupore intueantur: sic mihi & in homine duplex esse similitudo uidetur, quarum altera longè ab altera dissideat. Diuinum eñ mentis donum quod attinet, pulcritudinem hæc eam, quæ in Deo est, refert. ceterum quâ cupiditates ei quædam insunt, ortæ ex animi morbis: etiam naturæ brutæ cognatione tenetur. Itaq; non numq; & ipsa ratio sic obbrutescit, ut ab adfectione ea ga brutam partem uicta, quod est in homine præstãtissimum, ui deterioris obruat. Nam si quis eò mentis facultatem pertrahit, ut rationem seruire morbis animi cogat, næ tum uniuersa natura in aliam quasi figuram redacta, eximiæ formæ imaginem brutã sit cõmutatio, ratione morbos illos ipsos excolente, ac breui de paucis magnam eorum copiam efficiente. Omnem eñ operam suam eis locãs, facit ut ampla quædam rerum absurdarum ac dẽsa materies exoriatur. Sic quũ uoluptatis studium ex similitudine, qua bruta referimus, profectũ in nobis sit: adeò tamen hominum delictis creuit, ut in animalibus ratione carentibus tot uoluptatum formæ nullo modo deprehendantur, quot uoluptariorũ hominũ scelesta libido excogitauit. Sic & animi ad iram cõmotio, habet illa quidẽ nõ nihil adsine cupiditati bru
torum, uerùm multo maximè à rationis ope augetur. Ab hac enim proficiscitur 41
diuturna irati animi acerbitas, inuidia, mẽdaciũ, insidiæ, simulatio. Hęc omnia prauæ mentis quasi agricolationi accepta ferẽda sunt. Nam si hæc animi perturbatio, quam iram dicimus, à rationis ope societateq; destitueretur: haud dubiè momentaneum quiddã & languidũ foret, quod instar bullæ simul & oriretur, & interiret. Sic ad imitationem ingluuiei porcorum, homines auaricię studio teneri ceperunt. sic in equis elata ferocia superbiæ occasionem præbuit. Deniq; perturbationes animi uniuersæ & singulæ à brutis ortæ, praua mentis usurpatione uitiorum origo exstiterunt. E' contrario, si imperium in hos animi motus in se transferat ratio: singuli uirtutis formam induunt. Nam fortitudo ex iracũdia oritur: timiditas facit, ut certo præsidio nosmet muniamus: metus, ut libenter pareamus: odium in auersationem uitiorum cõmutatur: caritas ueræ uirtutis in nobis amorem excitat: elata ferocitas facit, ut supra perturbationes omnes nos efferamus, & animi magnitudinem conseruat, quo minus is à uitijs superatus seruiturem seruiat. Huiusmodi certè animi elationem magnus etiam Apostolus ille prædicat, qui frequenter nos cohortat, ut eis quæ sursum sunt, addicti simus. De quo iã & illud intelligi potest, omnem animi motum ũnà cum excelsa mentis facultate se attollentem, ad diuinæ imaginis pulcritudinem conformari. Quum autem grauitate quadã sua deorsum uitia uergant: iccirco frequentius id, quod contrarium huic est, accidit. Multo citius enim princeps animi facultas brutæ naturæ pondere impulsa deprimitur, quàm quod graue ac terreum est, unà cum mente in altum subleuetur. Iccirco sæpe diuini muneris præstantia præpediente, miseria nostra nõ satis in nobis perspicitur: fitq; ut pulcritudo diuinæ imagini respondens, morbis carnis tamq; ru-



pissima quadam larua obducatur. ideoq; ueniam quodam modo merentur, si qui ad huiusmodi quædam respicientes, esse in his imaginem Dei posse non facilè concedũt. Illustris illa profectò in eis conspicitur, qui uitam suam ad uirtutis normam accurate exegerunt. Quod si quem animi morbis obnoxium, carniq; deditum, diuina pulcritudine exornatum esse non credis: at in alium intuere, cuius in excelso uirtus sit, & qui purus sit à scelerũ labe. is facilè te confirmabit, ut benignius de hominum natura sentias. Exstinxit naturæ pulcritudinẽ (rectius enim hæc exemplorum indicatione declarantur) per scelerum inquinationẽ quidam nobilitatis flagitijs, uerbi gratia Iechonias, aliusue malis ex facinoribus celebris. At Moses contrà, Mosiq; consimiles alij, formam diuinæ imaginis puram conseruarunt. Ergo in quibus pulcritudo non est obscurata, de ijs perspicuè uerum esse intelligitur, hominem ut Dei simulacrũ foret, factum esse. Forte non nemo est, qui pudendum quiddam existimet esse, quòd hominis uitam ciborum usu, perinde ut & brutorum, conseruari necesse sit: atq; ecirco indignum esse statuat eum, qui ad imaginem Dei factus credatur. Verumenimuerò is certa sibi spe futurum politeatur, ut naturæ humanæ in uita, quam alteram exspectamus, ab hoc alendi corporis officio immunitas concedatur. Nam Dei regnum, quemadmodum Apostolus ait, in cibo potiue non consistit. Et Dominus prodidit, non pane solo uicturũ esse hominẽ: sed omni uerbo, quod de ore Dei exeat. Præterea quũ resurrectio nobis uitã pro itat angelicæ paren, atq; angeli cibo nullo utantur: planè statuendum est, homi haud dubiè aliquando hac etiã molestia liberatũ iri, si quidem angelorũ more uiv urus sit.

*XIX. Aduersus illos qui affirmant, eorum bonorum, quæ bona altera in uita exspectamus, fi uitionẽ non nisi in cibo ac potu fore: idq; prouerea, quòd sacris sit litteris proditũ, initio munãi hominẽ rebus usũ in paradiso uitã suã conseruasse.*

OBiecerit tamen hoc forasse loco nobis aliquis, hominem ad uitæ pristinæ statum nõ esse reditũrum, quando uitam illam priorem ciborum usu ali oportuerit: posthac autem futurum sit, ut eo labore semel defungamur. Ego uerò quum quod sacris traditum litteris est, audio: non de corporis cibo tantùm intelligo, neq; de lætitia carnis: sed etiam aliud quoddam nutrimentũ agnosco, quod modo quodam corporis illud quidẽ nutrimento respondet, uerum eius fruitio solùm ad animum pertinet. Vesciminor panibus meis, inquit ad eos Sapientia, qui esuriunt: & Dominus felices prædicat, si qui huiusmodi cibum expectant. etiam illud adijcit: Si quis sitit ad me ueniat, & bibat. itidem ille magnus Esaias præcipit omnibus qui possint præstantem ipsius doctrinam capere, ut lætitiam bibendo hauriant. Exstat & uatis cõminatio in eos, qui merito suo pœnis sint subijciendi, qua futurum prædicit, ut fame intereant, Ea uerò fames nequaquam panis & aquæ, sed diuini sermonis inopiam significat. iccirco subijcitur: non esse illam famem sitim ue profectam ex panis & aquæ inopia: sed famem orram ex cupiditate audiendi diuinos sermones. Igitur horto diuinitus in Edem (quę uox delicias significat) plantato dignus est fructus tribuendus quo hominem altum esse non dubium est: neq; cibum uitæ huius momentaneum ac fluxum, eumdem esse cum illo putemus, quo in paradiso fruituri eramus. De omni ligno (inquit Deus) quod est in paradiso, uescẽris. Quis homini rectè esurienti fructum ligni illius de paradiso tribuat, quo bonum omne compræhenditur, & quod oratio diuina omne nuncupat, cuius etiam fruendi potestatem homini largitur? Nam latissima certè, & eximia illa uoce cognata inter se bonorum species omnis continetur, inq; uno boni adeò totius uniuersitatem existere significatur. Qui contrà hominem arceat ab altero ligno, cuius fruitio mistum quiddam habet, & est utramq; in partem efficax? Non enim obscurum esse potest homini intelligenti, quid sit illud omne, cuius est fructus uita: & quid alterum illud mistum, cuius finis mors est. Nam qui illius omnis homini fruitionem perpetuam concessit, idem quoq; ratione quadam & consilio certo promiscuorum usu nobis interdixit. Ac mihi quidem libet magno illo Dauide, sapienteq; Solomone, tamquam magistris in harum rerum explicatione uti. Nam uteq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



delicias concessas interpretatur uerum illud bonum, quod idem est cum bono omni. Dauides quidem inquit: In Domino temet oblecta. Solomo autem, sapientiam, quæ est ipse Dominus, lignum uitæ appellat. Igitur lignum illud omne idem est quod lignum uitæ, cuius fruitio homini ad Dei imaginem facto conceditur. Ceterum ab hoc aliud quoddam lignum discernitur, cuius fructus est boni ac mali cognitio. Non quòd alterum horum aduersantiũ sibi uicissim produceret: sed quod promiscuum ac confusum quemdam fructum proferret, cui qualitates illæ sibi aduersantes inessent. De hoc uesci hominem Dux uitæ uetat: serpens suadet, ut morti uiam ad perimendum hominem struaret. Vincit uerò malus hic tamdem consiliarius, pulcritudine ac uoluptate quadam fructum exornans, ut & aspectu iucundus esset, & appetitionem gustandi sui proritaret.

*XX. Quæ fuerit in paradiso uita quòdue sit lignum uetitum.*

QVod nam igitur illud est lignum, exornatum deliciis, quæ sensu percipiuntur, cui boni malíq; mista quædam cognitio inest? Equidem non longe a ueritate aberrauero, si mentis intelligentia, quatenus intelligi hæc possunt, hac ipsa in consideratione utar. Sic enim existimo, nõ hoc loco per cognitionẽ intelligi scientiam. sacris enim in litteris inuenio discrimen quoddã inter cognitionẽ ac dijudicationem. Nam bonum ac malum accurata quadã scientia dijudicare, facultatis esse perfectioris cuiusdam, & sensuum exercitatorũ, Apostolus tradit. Iccirco præcipit quodam loco, esse omnia exploranda, & dijudicationẽ tantùm in hominẽ spiritua lem cadere affirmat. Cognitio uerò non scientiã ac notitiã ubiq; significat, uti uox ipsa notare uidetur: sed quamdam animi ad id, quod gratum nobis est, adfectionẽ. Vt quum scriptũ est: Nouit Dominus suos. Et ad Mosem inquit: Noui te supra omnes. Etiam de damnatis ait, qui ceteroquin omnia nouit: Numquã noui uos. Lignum ergo de quo cognitionis promiscuæ fructus capitur, est in rerum uetitarum numero. Dicitur autem fructus ille, quẽ serpens prædicat, ex rebus aduersantibus sibi cõstare: fortassis eam ob caussam, quòd malum planè nudum, ut est natura sua, numquam nobis appareat. Profectò enim in homine permouendo nulla uitiorũ efficacitas foret, si non quidã eis boni color additus, homini cupiditate sui in fraudem illecto fucum faceret. Nunc uerò malum esse mistum uidemus, cuius in fundo pernicies est, ueluti quædam fraus latens, quũ exterior dolus imaginẽ boni ostentet. Auaris præclarum quiddam esse uidetur argenti splendor, quum eius cupiditas malorum omnium radix existat. Quis hominum in fœdam intemperantiæ prolaberetur illuuiem, nisi eum in morbum hoc nomine uelut insectatus pertraheretur,
43 quòd uoluptatem esse rem bonam & optabilem existimat? Eodem modo uitia cætera, quum certum exitium occultent, prima tamen uice uidentur expetenda, seq; in animos imprudentum pro bono insinuant. Quum igitur pleraq; hominum pars id bonum esse iudicet, quod sensus delectat: quumq; adeo communis appellatio boni sit quum ei quod uerè bonum est, tum alteri quod bonum esse uidetur: iccirco sacræ litteræ appetitionem mali latentis sub boni specie, cognitionem boni & mali nominant, per quam adfectio quædam & temperamentũ intelligitur. Non enim fructum ligni ueriti absolutè malum aliquod esse tradunt, quũ boni quasi floribus quibusdam exornatus sit: neq; contrà purè bonum, quũ sub eo malum lateat: sed ex utroq; mistum, quo qui utantur, certissimum ad interitum ruant. Itaq; tantùm non aperte clamant, uerum bonum simplex & uniusmodi quiddam natũ a sua existere, alienum ab omni duplicitate, aduersantiumq; sibi rerum coniunctione. Malum contrà uarium esse, ac quodam modo quasi uestitũ: quodq; aliud quiddam initio uideatur, quàm esse deinde per experientiã deprehenditur. Nam si ad eius cognitionem perueniamus, hoc est, si semel facto periculo malum amplectamur, tum nimirum esse illud in nobis caussam initiumq; mortis & interitus. Iccirco serpens uitiosum peccati fructum homini demonstrat, non illum quidem aperte, qualis à natura erat: (non enim per manifestũ malum falli homo potuisset) sed externa uenustatis eum specie ornat, adeoq; gustui eius uoluptatis aliquid, quod sensu percipe-

retur,



retur, per quasdam quasi præstigias indit, ut ita mulieri quod uellet persuaderet. sic enim litteræ sacræ loquuntur: Vidit autem mulier lignum illud bonum esse ad uescendum, & oculis gratum, mirificeq; iucundum adspectu. itaq; fructum eius acceptum comedit. Cibus autem ille mortem homini peperit. Atq; hic fuit is, de quo disserimus, promiscuus fructus: declarantibus perspicuè litteris sacris, quo sensu lignum hoc scientiæ boni & mali appellârint. Perinde uidelicet, atq; uenena melle condita, quà sensui ob dulcitudinem grata sunt, bonum quiddam esse: quà uerò utentem interimunt, malorum omnium extrema censentur. Hoc igitur uenenum quamprimùm hominis uitam tentando læsit, præclarum illud hominis opificium ac nomen, adeoq; diuinæ naturæ simulacrum uanitatis, quemadmodum uates loquitur, similitudinem induit. Itaq; iam imago ad partes in nobis præstantiores reserenda est. Quæcumq; autem molesta in uita, & tristia accidunt, longè scilicet à similitudine naturæ diuinæ separari debent.

*XXI. Resurrectionem ex mortuis non tam propter prædictionem litterarum sacrarum, quàm necessarium rerum ordinem omnino exspectandam esse.*

VErumenimuero non tantũ mali robur est, ut uim boni possit exsuperare: neq; naturæ nostræ imprudentia Dei est sapientia uel potior, uel constantior. Fieri enim non potest, ut quod uicibus alternis commutatur, illo firmius ac durabilius existat, quod semper eodem modo adfectum, inq; bono fixum ac stabile est. Nam Dei cõsilium in omnibus rebus perpetuò immmutabilitatẽ suam retinet: nostra uerò natura mutationibus obnoxia, ne in malo quidem constanter persistit. Quod enim semper mouetur, si quidem ad bonum progreditur, propter ipsius rei, quam ueluti peragrare conatur, infinitatem: numquam ulterius contendere desinit. Neq; enim boni metam ullam inueniet: quam ubi contigerit, à motu fiat institio. Sin diuersam in partem deflectendo perget, ubi cursum mali absoluerit, & ad eius extremum peruenerit: tum scilicet impetus ipse perpetui motus, quum natura sua nullam requiẽ inueniat, percurso mali stadio necesse est ad bonũ uicissim sese conuertat. Malum enim quum nequaquam sit infinitum, sed certis quibusdam finibus descriptum: consequi necesse est, ut mali extremum boni successione continuetur. Itaq;, ut est indicatum, perpetua naturæ nostræ motio tamdem aliquando ad iter bonum reuertetur, castigante nos memoria priorum ærumnarum: ut omni studio caueamus, ne in miserias consimiles recidamus. Versabimur igitur rursus aliquando boni in curriculo, quando certum est mali naturam necessarijs quibusdam terminis finitam esse. Quemadmodum enim homines rerum supra nos apparentium periti tradunt, mundum uniuersum lucis plenum esse: tenebras uerò fieri adfirmant ex umbra terreni corporis, obuertentis se soli, quum quidem ab illius radijs à tergo secundum formam rotundi corporis umbra instar coni clauda
44 tur: (sol enim, quum multis partibus terra maior sit, undiq; radijs eam suis amplexus, in extremo cono lucem coeuntem rursus quasi connectit. Itaq; si fieri posset, posse autem, docendi caussa scilicet, statuamus, ut quis umbram uniuersam penetraret: is tamdem in lucem perueniret, neq; ulla eum ex parte tenebræ contingerent:) sic & de nobis cogitandum est, fore ut postquam mali terminũ prætergressi simus, adeoq; ad extremam peccati umbram peruenerimus: tum ergo fore, ut rursus in lucẽ uiuamus, quando bonoruu natura comparata mali ad magnitudinem, infinitis eam partibus superat. Quapropter iterum in paradisi possessionem mittemur: iterum ligno illo fruemur, quod est lignum uitæ. Restituetur nobis imaginis præstantia, & imperij dignitas. Non de imperio in res illas loquor, quæ ad usum huius uitæ hominibus à Deo subiectæ sunt: sed aliud quoddam regnum exspectandum nobis esse statuo, cuius tota ratio illorum in numero est, quæ enarrari dicendo nequeunt.

*XXII. Refutatio illorum, qui obyciunt: Cur non iam olim excitatum ex morte sit hominum genus: quidue post quædam temporum interualla resuscitatio exspectetur, si quidem res bona esse putanda sit.*

Greg. Nyssenus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ENimuerò continuæ seriei rerum, quæ explicantur, inhæreamus. Nam fortasse non nemo ad dulcissimæ spei mentionẽ erectis alis animi graue molestumq; existimabit esse, bona illa non continuò nos apisci, quę longè sensum & intelligentiam humanã exsuperant, & efficiunt ut uehementer ingrata nobis sit intermedia tẽporis dilatio, qua ab usu rei exoptatissimæ arcemur. Verum nemo hac de caussa sese adflictet, puerilem' ue in modum exiguum ad interuallum fruitionem rerum iucundarum differri molestè ferat. Nam quum omnia certa ratione ac sapientia gubernentur: omnino fateri necesse est, nihil eorum quę accidunt, sine ratione, & quę in ipsa ratione est, sapientia fieri. At quæ istæc, inquies, ratio est, propter quam tristis huius uitæ cõmutatio non fit in uitam optabilem: sed ad definita quædam spacia temporis dilata, molesta hæc in corpore uita finem perfectionis omnium expectat: ut deinde tamquam à freno quodam liberata, quasiq; sui iuris effecta, ad beatum, omniumq; morborum expers æuum cursu contendat? In hac expositione sit ne ueritati consentanea futura oratio nostra, nimirum ipsa ueritas plane intelligit. Mihi quidem ad animum quod accidit, huiusmodi quiddam est. Primùm igitur hoc repeto, quod indicatum est suprà: Faciamus, inquit Deus, hominem ad imaginem similitudinemq; nostram. itaq; fecit hominem Deus, & ad Dei imaginẽ eum fecit. Hactenus imago Dei uniuersa humana in natura esse absoluta, numerisq; suis perfecta intelligi debet. Adamus uerò necdum factus erat. nam Adamus
45 secundum notationem nominis, terrenum figmentum significat, quemadmodum Hebreæ linguæ periti tradunt. Iccirco & Apostolus excellenter uernacula in lingua eruditus, hominem è terra factum χοϊκὸν, quasi dicas puluereum, appellat: uoce Adam in Græcam cõmutata. Homo igitur ad imaginem Dei factus est, natura scilicet hominum uniuersè intellecta, diuinum illud opus. Sic aurem omnipotente Dei sapientia factus est, non ut pars totius tantùm: sed eodem momento natura integra existeret. Prospiciebat enim is, qui fines rerum omnium quasi pugno cõmpræhendit, (sic enim sacros libros loqui uidemus: In manu eius omnes terræ fines sunt) prospiciebat ergo, qui omnia etiam ante ortum ipsorum nouit, quem ad numerum genus humanum in singulis amplificandum foret. Quumq; illud etiam in nobis futurum animaduerteret, ut ad statum deteriorem nosmet demitteremus, atq; deperdito sponte nostra dignitatis gradu, quo pares angelis eramus ad humilioris sortis creata nos adiungeremus: etiam brutum aliquid imagini suæ misceuit. Non enim masculi femineiq; sexus discrimen in illa diuina beataq; natura esse putari debet: sed translato Deus in hominem eo, quod opificio bruto proprium erat, modum generi nostro propagationis adeò excellenti creato nequaquam consentaneum tribuit. Nam facultatem augendi & amplificandi generis homini non tribuit id temporis, quo eum ad imaginem sui condidit: sed quum in eo sexus masculi femineiq; discrimen fecisset, inquit: Augescite, ac uosmet amplificate, & terram complete. Id enim non iam diuinæ naturæ attributum est, sed brutæ: quemadmodum ipsa rerum gestarum series ostendit, Deum eadem etiam de brutis proloquutum esse. Vt omnino statuendum sit, nullo nobis pacto procreationis speciem, qua bruta propagantur, opus futurum fuisse: si quidem ea, quam diximus uocem homini facultatem augendi se concessisset prius, quàm in natura nostra sexus discrimen existeret. Quũ igitur uniuersè genus nostrum Deus (qui ordine certo cuncta administrat) prospiceret more brutorum animantiũ oriturum, neq; fieri aliter posse intelligeret, quàm ut hoc modo propagaretur, natura se nostra humiliorem ad statum demittente, sicut ipse multo ante fore præuiderat, qui futuros euentus tamquam res præsentes intuetur: etiam æuum quoddam conueniens opificio humano præstituit, ut animorum numero temporis duratio responderet: atq; tum demum fluxus ille temporis motus quiesceret, quum genus humanum propagari desijsset. Huius deniq; procreatione absoluta, temporis etiam continuatio existeret: sequente porrò rerum instauratione & mutatione uniuersitatis huius, cuius qua hominis coniuncta esset conuersio, de natura interitui obnoxia terrenaq;, in quandam



quamdam morborum expertem & immortalem. Eò mihi respexisse diuinus ille Apostolus uidetur, quum in epistola, quam ad Corinthios scripsit, subitum temporis desinentis finem, rerumq; prius mobilium diuersam in partem conuersionem prædiceret. sunt enim hæc ipsius uerba: Ecce rem arcanam uobis patefacio. nos quidem omnes non dormiemus, omnes tamen commutabimur, idq; in temporis puncto, & oculi momento, ad extremæ tubæ clangorem. Hoc mihi dicere uidetur, hominum natione, illo modò qui præfinitus a Deo est, amplificata, quũ animorum numero nihil accedere porrò poterit: tum ergo res uniuersas uno temporis momento cõmutatum iri. Punctum enim & oculi momentum appellat extremum temporis terminũ, omnis expertem dimensionis, quiq; nullas in partes diuidi queat. Itaq; fieri non posse docet, ut quis ad eam certo quasi ambitu definitam mutationem, quæ per mortem fit, perueniat: & extremum ac summum temporis momentum attingat, post quod nulla pars eius reliqua est: nisi prius tuba, quæ resurrectionem ex mortuis præcedet, clangorem suum edat, quo pars humani generis mortua quasi de somno excitetur: ea uerò quę adhuc in uiuis erit, perinde ut ceteri per resurrectionẽ, ita & ipsa subitò ad immortalitatẽ commutetur: ut eam deinceps carnis pondus deorsum onere suo non deprimat, humóue terrena moles adfigat, sed elata in sublime ipsum aera penetret. Hæc enim Apostolus subiecit: Rapiemur per nubes in aera, ut Domino occurramus, atq; ex eo tempore perpetuò cum Domino erimus. Quamobrem unusquisq; temporis hominum incremento destinati moram patienter ferat. Nam & Abrahamus, alijq; patres illi principes, quamquam desiderio uidendi bona illa hæc tenerentur, neq; umquam cœlestem patriam quærere desinerent, ut Apostolus loquitur: tamen adhuc etiam necesse habent diuinum illud munus exspectare, Deo commodis nostris in hoc benignè prospicienti, ut Paulus quidem ait, ne sine nobis perfectionem apiscerentur. Si igitur illi moram hanc libenter ferunt, qui multis etiam sæculis nos præcesserunt, atq; illa bona sola fide ac spe intuentur, inq; eis adquiescunt, Apostolo teste: certò sibi policentes fore, ut speratis bonis fruantur, quum fidum illum esse statuant, qui ea promisit: quid nos tamdem æquum est facere, quorum nonnulli sic uixerunt, ut meliora sibi spe policeri uix habeant? Etiam Dauidis uatis animus ex ingenti cupiditate defecit. Itaq; hanc amoris & desiderij adfectionem ipse suis in hymnis fatetur, quũ inquit, magno se teneri desiderio, atq; etiam animum præ studio deficere, quo esse in palatijs Domini cupiat: etiamsi futurum sit, ut in extremis abijciatur. Longè enim maius atq; optabilius esse, illic in extremis censeri, quàm in uitiosis huius uitæ tentorijs uel principem locum obtinere. Nihilominus moram ferebat, quum uitam quidem illam ut beatam prædicaret, eiusq; uel breuissimum fructum tempori millies ampliori anteferret (sic em̃ loquitur: Potior est dies unus in palatijs tuis, quàm aliorum multa millia) minimè tamen ei molestum esset, res uniuersas certo Dei consilio administrari. Adeoq; satis hoc esse ad beatitatem hominibus existimat, si bonis istis uel animi spe saltem incubẽt. quapropter in extremo ait: Domine 46
qui Deus exercituum, quàm beatus est, qui spem in te suam collocat? Ergo ne nos quidem nosmet adflictemus ob exiguã moram, qua speratis illis bonis carendum est: potiusq; omni studio demus operam, ne nostra culpa eorum spe excidamus. Quemadmodum enim, si quis homini prædicat imperito, æstatis tempore fructus colligendos esse, ac deinde quùm horrea plena, tum cibis mensam ubere illo tẽpore refertã fore: faruũ esse necesse sit, qui statim id tẽpus exoptet, quũ necesse sit prius sementẽ facere, magnaq; industria fructus ipsos parare. Tempus quidem te uel uolente, uel inuito, quum rerum ordo postulabit, aderit. Pari autem ratione aduentum eius non excipient, quum is qui uberrimam sibi fructuum copiam studio suo parauit: tum qui à rerum necessariarum apparatu instructus non est. Sic equidem statuo, quum omnibus notum sit ex diuinis oraculis, fore tempus quoddam, quo res omnes commutabuntur: non curiosè in momenta temporũ esse inquirendum (quando cognitionem horum Dominus ipse nobis ademit) neq; ratiocinationibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



nibus operam esse dandam, per quas animus in spe resurrectionis debilitetur: sed debere unumquemq; firmiter innitentem fidei, qua res illas exspectatas amplectitur, recta utendi ratione diuinum illud donum quasi antecapere.

*XXIII. Qui mundi originem aliquam esse fateatur, eum & finem eius fore aliquando, non posse non concedere.*

SI quis autem intuens in mundi motum ordine quodam progredientem, quo temporum interualla notantur: fieri nequaquam posse dicat, ut aliquando res secundum oracula diuina moueri desinant: is ne cælum quidem ac terram initio condidisse Deum credit. Nam qui initium quoddam in motu statuit, finem eius aliquem fore non dubitat: perinde atq; initium nullum admittit, qui finem non statuit. Nos autem, quemadmodum sæcula Dei uerbo condita esse intelligimus, atq;
47 de rebus nusquam apparentibus, ut Apostolus ait, ea quæ cernuntur facta esse credimus: eadem persuasione hoc etiam Dei uerbum amplectemur, quo res uniuersas à motu cessaturas necessariò prædixit. Curiositatẽ quidem nostram, inquirentem qui hoc fieri possit, tolli oportet. Nam & istic omissa rerum, quas indagando comprehendere non possumus, inquisitione: indubitata persuasione res nusquam apparentes conditas statuimus, ut deinde cernerentur. Atqui non pauca sunt quæ nobis occasionem dubitandi præbere possint, decq; ijs etiam quæ uera credimus ambigendi. Nam & in doctrina de ortu rerũ contentiosis ingenijs nonnihil esset, quo eis subuertere de collectione uerisimilium persuasionem nostram liceret, ut non planè uerum esse crederemus id quod est de creatione rerum ex materie constantium diuini auctoritate uerbi traditum, originem omnium ad Deum referentis. Huic enim doctrinæ qui aduersantur, coæternam esse cum Deo rerum materiam probare conantur, sententiamq; suam ut confirment, argumentis huiusmodi utuntur: Si Deus est, inquiunt, natura simplex, expers omnis materiei, qualitatum, magnitudinis, nulla ex re compositus, nullius formæ terminis circumscriptus: omnem uerò materiem spatijs certis comprehendi necesse est, & à sensuum organis percipi, siue ex colore, siue forma, siue mole, siue magnitudine ac soliditate, attributis denicq; ceteris cognitam, quum nihil horum diuina in natura existat: quî fieri potuit, ut à materiei omnis experte materies conderetur? & ab eo, in quo nullæ sunt dimensiones, natura quæ has omnes habet? Nam si à Deo profecta esse omnia credendum est, nimirum modo quodam inexplicabili orta sunt, quum in ipso Deo essent. Si porrò quiddam in ipso erassum erat: quo pacto expers fuit materiei, quam ipse complectebatur? Similiter dici de ceteris uniuersis potest, quæ res (ut ita dixerim) materiatas constituunt. Si est in Deo magnitudo, quomodo idem magnitudinis est expers? si quid est in ipso compositum, quomodo simplex est, & nullis ex partibus constat? Denicq; cogit nos hæc ratio, uel ut ex materie Deum cõstare fateamur, si quidem ex ipso rerum materies orta est: uel si hoc quis auersetur, extra se Deum materiem condidisse, de qua uniuersitatem hanc fabricaret, statuamus necesse est. Ergo si materies extra Deũ erat: haud dubiè quiddam exstitit aliud à Deo, quod cum illo ortus experte coæternũ fuit. Adeoq; duo constituuntur simul & principij & ortus expertia, quorum alterum instar artificis operetur, alterũ illius effectiones recipiat. Ex hac porrò necessitate si quis statuat creatori uniuersitatis huius æternã aduinctam fuisse materiem: quantam decretorum suorum approbationem inuenturi sunt Manichæi, qui principium materiatum perinde æternum constituunt, atq; est Deus, quem uocant naturam bonam? Enimuero nos quod Sacras litteras adfirmantes audimus, esse nimirũ uniuersa ex Deo credimus, quomodo aũt in Deo fuerint, quũ rationis nostræ intelligentiã excedat, inquirendũ esse non putamus, persuasi Deũ omnia posse, & condere aliquid de nihilo, & condito qualitates indere tales, quales sit ipsi uisum. De quo erã hoc sequi necesse est, perinde atq; statuamus ad rei non existentis creationem solius diuinæ uoluntatis potestatem sufficere: ita si rerum iam conditarum instaurationem eiusdem potestati relinquamus, nihil nos quod à uero abhorreat, credituros esse. Quam-



Quamquam etiam fortasse præstari à nobis potest, ut indagatione quarumdam rationum eis qui de materie hoc pacto contendunt, satisfaciamus: ne prorsus de illa nihil dicere uoluisse uideri possimus.

*XXIIII. Refutatio illorum qui aiunt, materiem & Deum coæterna esse.*

NOn enim ex earum rerum numero, quæ res ratione sunt inuestigatæ, tollenda est hæc de materie sententia, quæ illam à natura secreta ab omni materie, & quæ sola mentis intelligentia comprehenditur, ortam esse tradit. Omnis namque materies qualitatibus quibusdam prædita est. eis si reipsa priuetur, nõ iam amplius ratione comprehendi poterit. Ratio quidem species qualitatis quasliber separare à materie subiecta potest: ratio autem mentis est propria quædam contemplatio, non corporis. Esto, exempli gratia, propositum considerationi nostræ uel animal quoddam, uel lignum, uel quid aliud quod ex materie constet. Multa in hoc cogitatione secreta consideramus, quorum singulorum ratio nequaquam inter se confunditur. Alia enim coloris, alia ponderis, alia quantitatis, alia qualitatis in contactu est ratio. Nam mollitudo, duũm cubitorum magnitudo, cetera quę diximus, neque inter se mutuò, neque cum corpore per rationem conferuntur. Singula enim, ita ut existunt, propria quadam finitione considerata intelliguntur, cui nihil est cum qualitatibus in re subiecta ceteris commune. Ergo si comprehenditur à mente color, soliditas, quantitas, attributa huiusmodi cetera, quæ singula si rei subiectæ adimantur, tota corporis ratio dissoluitur: uero nimirum consentaneum erit, earum rerum concursum naturam ex materie constantem efficere, quæ res si absint, corpus interire uideamus. Nam ut corpus non est, quod colore, forma, soliditate, spatio, grauitate, attributis ceteris præditum non est, sicut & hæc singula corpus non sunt, quum à corpore seorsum cõsiderata distingui possint: sic è contrario, ubi ea quæ recensuimus coeunt, corpus constitui necesse est. Horum autem corporis attributorum consideratio si mentis facultate fit, ac Dei etiam natura mente tantùm comprehenditur: non abhorrens à uero censendum est, si dicamus à natura corporis experte oriri principia menti consentanea posse, de quibus deinde corpora constituantur: natura quæ mente percipitur, facultates sibi consimiles excitante: quarum deinde cõcursu mutuo res, quæ ex materie constat, oritur. Verùm hæc animi causſa extra institutum à nobis inuestigata putari debent. Iccirco iam reuocanda illam ad persuasionem est oratio, qua de nihilo factam esse rerum uniuersitatem, & eam uicissim in alium statum commutandam esse, ut ex doctrina sacrarum litterarum accepimus, ita omnem extra dubitationem ponimus.

*XXV. Quo pacto quis etiam alienus à doctrina ecclesiæ possit adduci, ut litteris sacris, resurrectionem ex mortuis fore adfirmantibus, fidem habeat.*

VErùm fuerit aliquis fortasse, qui corpora per interitum dissipata consideris, & suæ potestatis modulo diuinam metiens, fieri non posse putet, ut ex mortuis resurgamus, ac res quæ mouentur quiescant, quæq; nunc motu carent excitentur. Huic id primum argumento sit, omnino futuram resurrectionem: quòd certissimis est oraculis ea prædicta, quæ uera esse de hoc statui potest, quòd & cetera Dei uaticinia euentus ipse cõprobauit. Nam quum multa sint ac uaria sacris litteris prodita, si ea uel falsa uel uera esse deprehenderimus: licebit & de resurrectionis doctrina perinde atq; de ijs existimare. Nam si cetera falsa sunt, atq; à ueritate abhorrentia: etiam hæc mendacio nõ carebit. Sin omnia uera esse, ipsa experientia testimonium perhibente, constat: cõsentaneum ueritati etiam hoc de resurrectione uaticinium putandum erit. Reuocemus ergo nobis in memoriam unum atque alterum ex ijs, quæ ante sunt diuinitùs denuntiata, & euenta cum prædictionibus conferamus: ut ex illis cognoscamus, uerus ne hac etiam in parte diuinus sermo sit existimandus. Quis est qui nesciat, quam olim Israelicorum natio rerum omnium copijs floruerit, quum etiam aduersus orbis imperia cetera consurgeret? quam

Universidad de Deusto
Biblioteca



præclara Hierosolymis erant palatia? mœnia? turres? quæ rempli magnificentia? ipsos Domini discipulos hæc admiratione digna censuisse constat. Nam quodam adfecti stupore de horum intuitu, Dominum etiam his uerbis ad contemplationē inuitarunt, quemadmodum est sacro in Euangelio proditum: Quanta hæc opera sunt, quanę structuræ? Dominus autem & fore illo in loco uastam solitudinē de-
43 monstrat, & elegantiam structuræ uniuersam sic interiturā esse, ut non multo pōst de ijs quæ tum conspicerentur, nihil reliquum fore prædiceret. Idem supplicij sui tempore, quum mulieres nonnullæ sequentes ipsum, esse latam iniustam aduersus innocentem sententiam lamentando quererentur: quippe quōd necdum diuini consilij, quo istæc fiebant, causas perspicerēt: suam quidem sortem ut minimē deplorarent monet, quam deplorari fas non esset: querelas autem lamentaq; differrent in illud tempus, quod esset uerē lacrymis destinatum, quo urbem obsidione cincturi hostes, & oppugnaturi essent: eiusmodi miserijs nationem Israelicorū serie continua excipientibus, ut felices prædicaturi sint eos, qui sobolem nullā procreassent. Ac uerbis quidem illis, quibus fore uaticinatur, ut eo tempore sterilem aluum felicem sint existimaturi: equidem indicari statuo ingens illud mulieris piaculum, quæ filij sui se carnibus exsaturasse traditur. Vbi ergo nunc illa præclara palatia? ubi templum? ubi mœnia? ubi turrium propugnacula? ubi Israelicorum respublica? an non esse illos per orbem propē dixerim uniuersum sparsos uidemus? an non unà cum ipsis euersa palatia sunt? Ac mihi quidē hæc Dominus nō ipsarū rerū caussa prædixisse uidetur, quando nihil habituri auditores emolumenti erant ex prædictione rerū, quas euenturas certò uel ipsa experientia cogniturі aliquando essent, etiam non prædictas: sed ut ex his porrò persuasionem quamdam animis eorum de rebus multo amplioribus inderet. Nam quōd horum exitus prædictioni respondit, etiam reliqua certò fore demonstrat. Quemadmodum enim, si agricolę seminum facultatem explicanti, fortē rusticæ rei quis imperitus fidem nō habeat: satis ille sibi putat ad ueritatis indicationē, uno in grano uniuersorū q̄ modius cōtinet, uim facultatēq; ostēdere: ac quod de uno adfirmet, idē etiā in ceteris uerū esse policeri. Nā qui de uno aliquo tritici, uel hordei, uel alterius frumenti pleno modio cōpræhēsi grano, in glebā cōiecto, spicā nasci uiderit: hūc etiā de ceteris nequaquā dubitare necesse est. Ita mihi ueritas reliquis diuinis oraculis respōdēs, etiā huic de resurrectiōe arcanæ doctrinæ fidē cōciliare uidet. Quamquam magis hoc fieri equidē credo per ipsam rerū experientiā. Non em tā uerbis q̄ reipsa resurrectionē fore didicimus. Ea uerò quum res sit ardua, & propē dixerim extra fidem posita: iccirco Dominus à miraculis inferioribus exorsus, paullatim nos cōdocefacit, ut in rebus etiā maioribus fidē ipsi habeamus. Atq; uti mater ratiōe quadā consentanea sic nutrit infantē, ut initio quidē tenero ipsius ori ac molli lac per mammillam instiller: deinde ubi iā dētibus præditus, ac maiusculus esse cepit, panem ei porrigit, nō illū quidē asperū, & qui digeri ab infante nequeat, ut molles & inexercitatæ gingiuæ ab eius duricie nō lædātur: sed suis dētibus mansum, effectūq; talē, ut uiribus pueri cōueniat: ad extremū aūt cōfirmato iam eius robore, tenerioribus adsuefactū antehac, ad solidiores quosdā cibos deducit. Sic Dominus animo nos imbecillo præditos, quasi quemdā infantē per miracula nutrit. atq; initio quidē in curatione morbi, quē posse curari uix existimasses, quasi quoddā de resurrectione prooemiū edit: quū rē quidē eximiā efficeret, quæ tamē humanā fidē mereretur. Nā quū uehemēte febre Simonis socrus ureretur, tantā mali mutationē uno sermonis imperio effecit: ut continuò ad ministrandū Christo & discipulis esset ei satis uirū, quæ paullo antè moritura putabatur. Deinde potestati priori nonnihil addit, quū regij cuiusdā filiū in præsentissimo uitæ discrimine decūbentē exsuscitat. Narrant em litteræ Sacræ iamiā fuisse moriturū, quū pater occlamaret, ut prius q̄ filius ipsi extingueretur, Dominus descēderet. nā momētis singulis uitā cum morte commutaturus esse credebatur. Quod iam miraculū esse factum potestate quadam maiore putandum est propterea, quōd ad locum in quo decumbebat, non accessit: sed quasi



quasi à longinquo uitam ei solius imperij ui missit. Post hæc ad miracula quædam ardua magis accedit. Nam quum ad filiam uiri publico in concilio principis pergeret, nonnihil itineri moræ uolens iniecit, dum curatum ab se profluuium sanguinis palàm faceret, ac morti tempus concederet, quo puellā ægram occuparet. itaque quum ad eam uenisset, à cuius corpore nō multo antè diremtus erat animus, ac lugubri clamore homines tumultuarentur, lamentisq; dolorem suum testarentur: solo sermonis imperio puellam quasi excitatam de somno uitæ restituit, ratione quadam & uia imbecillitatem hominum ad maiora deducens. Rursus hoc etiā alio quodam miraculo superat, & potestate excelsiore uiam hominibus struit, ut fore ex mortuis resurrectionem crederent. Proditum est enim sacris litteris, Naim oppidum Iudææ quoddam fuisse, in eo uiduæ mulieri filius erat unicus, non iā amplius ætate puer: sed qui ex ephebis excessisset, & uirorum in numero censeretur. historia quidem sacra iuuenem appellatatq; paucis ea profectò uerbis multa complectitur. ipsa narratio tantùm non lamentatio est. Erat, inquit, mater hominis uita functi, mulier uidua. Vides quàm grauis illa ærumna fuerit? quàm tragicè rem tristissimam uerba numero non multa declarent? nā quid dici aliud existimas, quàm nullam ei spem liberūm procreandorum reliquam fuisse, qua solari tristem hunc casum potuisset? erat nimirum uidua: nō erat ad quem respiceret præter illum, qui iam diem in terris supremum obiuerat, is uerò etiam erat unigena. quantum in eo mali sit, quilibet intelligit, qui non in natura tamquam ignotus hospes peregrinatur. solum hunc in lucem quum ederet, partus dolores erat experta: soli mammas præbuerat: solus matrem in mensa exhilarauerat: solus omnis fuerat in ædibus lætitiæ quasi materies. siue luderet, siue tractaret seria, siue corpus exerceret, siue hilaritati deditus esset, siue prodiret in publicum, siue cum aliquo lucta cōgrederetur, siue in iuuenum cœtu esset: nihil esse præter ipsum solum matris oculis iucundum uel eximium poterat. Iam uxori ducendæ ætas erat idonea, cum esset ceteroqui otius familiæ stirps, ramus qui posteritatem propagaret, senectæ fulcrum. Etiā ætatis indicatio luctum auget. Nam ipse flos formæ emarcuisse significatur, quum iuuenem exstinctum dicimus, cui ad iustam crassiciem barba necdum aucta fuerit: sed prima tantùm lanugo quasi efflorescere ceperit, genarum pulcritudine etiamnum nitorē suum ostentante. Quid tum animi fuisse illi miseræ putas, quæ filium talē amitteret? nimirū uelut ab igne quodā uiscera ipsius depasta fuisse necesse est: itaq; acerbè lamentando se adflixit, quum mortui cadauer amplexaretur, & quam diutissimè in luctu perduraret, minimè illa quidem properans exstincto iusta facere, sed satiari dolore cupiēs. Deinde subijcitur: Iesum, quum illam esset intuitus, intimo uiscerum motu erga ipsam ut commiseratione tangeretur, adductum fuisse. quare quum accessisset, scandapilam attigit: & continuò qui eam portabāt, substiterunt. Ibi tum mortuo, Iuuenis (ait) tibi dico, expergiscere. Atque hoc pacto uitæ restitutum matri donat. Ergo huic non exiguo iam ab interuallo mortuo uitam restituit, quum tantùm non sepultus esset. Quod iam miraculum priore maius est, quamquam eodem sermonis imperio sit effectum. Enimuerò Dominus ad prodigium excellius etiam progreditur, ut propius per manifestas effectiones ad resuscitationis miraculum accederemus, quod ceteroqui difficile creditu est. Adflicta quidam ualetudine Domino familiaris & amicus erat, cui nomen Lazarus. Hunc quamquam sibi carum, inuisere tamen Dominus nolebat, quum procul ab ipso abesset: ut satis & loci & facultatis morti esset in absentia uitæ, ad efficiendum id morbi ope, quod ipsi est proprium. Lazaro quidē quid accidisset quum essent in Galilæa, discipulis indicat: atq; etiam profectionē ad illum suam, ut iacentē excitaret. Sed illi rerum suarum trepidi, propter immanitatem Iudæorum, graue ac periculosum sibi fore statuebant, si tali tempore in Iudæam rediret. ac semet homicidis mactandos præberent. Itaq; moram ex mora nectentes, serò tamdē è Galilæa reuertuntur. Nam Domini potestas, ipsorum erat uoluntate superior. itaque ducebantur ab ipso discipuli, ut apud Bethaniā initia mysterij de resurrectiōe, quæ

hominum

Universidad de Deusto
Biblioteca



hominum aliquando genus excitabitur uniuersé, perciperent. toti iam dies erant elapsi quatuor: iusta mortuo iampridem facta: corpus sepulcro conditum. id uero simile est iam tum intumuisse, comparatumq; ad interitum fuisse, cadauere ipso in illuuie terræ necessariò diffluente. Res ipsa fœda, tãtumq; non abominanda, cogi nimirum naturam id, quod iam ita dissoluisset, ut planè fœteret, uitę restituere. Ita-
49 que tum haud dubiè prodigio quodam illustriori genus humanum uniuersè aliquando ex morte excitandum esse, demonstratum est. Non enim graui quis morbo leuatur, neque is qui extremum ducebat spiritum, uitæ restituitur: neque puella recens mortua uitam recuperat, neque iuuenis iamiã sepeliendus de sandapila eximitur: sed homo ætate prouectior, iampridẽ mortuus, marcidus, putrescens ac diffluens, cuius ad tumulum, propter fœdum cadaueris halitum, ut Dominus accederet, uix ipsi necessarij ferendum existimabant: hic igitur una uoce uitam recuperans, fidẽ doctrinæ de resurrectione cõciliat: ut iã sit expectandum uniuersé, quod certis in partibus experientia uerũ esse docuit. Nam ut Apostolus memoriæ prodidit, eo tempore, quo instaurabitur uniuersitas rerũ, Dominum ipsum quadã quasi cum militari conclamatione, per uocem diuinorum nuntiorum principis, ac tubæ clangorem mortuos ad condicionem interitus expertem suscitaturum: sic nunc etiam Lazarus tumulo conditus, ad uocẽ imperiumq; Domini mortẽ instar somni excutiens: & putrefactione, quæ mortuum continuò occupauerat, abiecta: integer & incolumis de sepulcro prosilit, ne uinculis quidem ipsum, quibus quũ manus tum pedes erant constricti, impedientibus. An hæc ad cõfirmandam de resurrectione persuasionem leuia tibi uidẽtur? etiam' ne quid de hac certius desideras? Non temerè mihi Dominus hoc apud Capharnaumanos ciues, tamquã ex ipsorum persona dixisse uidetur: Omnino mihi tritum illud hominũ usurpatione uerbũ obijcitis, Medice teipsum curato. Nam par erat, ut qui homines per edita in alienis corporibus miracula cõdocefaciebat, ut resurrectionem fore crederent: idẽ etiã illo in corpore, quod à nobis sumserat, comprobaret. In alijs doctrinam hanc efficaciter declaratam confirmatamq; uidisti. Morti proximos, puellã recens mor-
50 tuam, iuuenem delatum etiam ad tumulũ, cadauer deniq; putrescens: omnes hos ad unius uocis imperium morte relicta, rursus in uitam commigrantes uidisti. Iam' ne & illos uidere lubet excitatos, qui in uulneribus & sanguine mortẽ obiuerunt: ne quis in his fortè potestatem diuinam, mortuos in uitam reuocantem, esse imbecillam puter? In illum intuere, cuius perforatæ clauis manus fuerunt: in illum inquam, cui latus alterum hasta perfossum fuit. age digitos tuos per clauorum uestigia circumfer: insere manum in uulnus inflictum ab hasta. existimabis facillimè, quousq; cuspidis acies penetrauerit, si de uulneris amplitudine, quàm uehemens hastæ fuerit impressio, coniecturam facias. Quàm enim altè ferrum penetrasse necesse est, quum uulnus ipsum hominis manum insertam capere potuerit? Hic ergo quum excitatus à morte sit, nemine opinor contradicente, uerbis illis Apostoli nobis uti licebit: Quo pacto dicere nonnulli audent, resurrectionem mortuorũ nõ fore? Quando igitur Domini uaticinia de hoc uera esse pater, quòd & ceteris eius oraculis euentus responderit: fore autem resurrectionem non uerbis modò, sed ipsa etiam re declarauerit, nonnullis in uitam per resurrectionem reductis: quid deinceps prætexent aduersarij caussæ, quo minus nobis adsentiantur? Cur non ualere iussis omnibus, qui per philosophiam inaneisq; fraudes capti, simplicem & inornatam ueritatis persuasionem auersantur, nudæ potius professioni huius adhæremus? præsertim quum de uerbis uatis, numero paucis, quo pacto reuocaturus in uitam sit Deus homines, intelligere liceat. Auferes, inquit, ab eis spiritum ipsorũ, & amissa continuò uita in puluerem pristinum redigentur. Emittes spiritum tuũ, & de integro creabuntur, innouata ipsius etiam terræ facie. Illo quidem tempore uates addit, fore ut suis ex operibus Dominus uoluptatem capiat, sublatis de terra sceleratis hominibus. Quo enim pacto quis eo nomine tum appellari poterit, ipsa re planè sublata & abolita?

*Resurrectio-*



*XXVI. Resurrectionem fore, abhorrens à uero non uideri.*

VEnìm nonnulli sunt, qui ob humanarum cogitationum imbecillitatem cò feruntur, ut Dei potestatem ad uirium nostrarum modulum exigãt: & quod ingenij nostri facultas non capit, ne quidem à Deo præstari posse adfirment. Nam respicere nos ad eos iubent, qui olim mortui, adeq; nihilũ sunt redacti: tũ quorũ corpora rogis imposita & concremata sunt. Obijcit eorũ nobis oratio carniuoras belluas, atq; etiã pisces, qui hominũ naufragijs electorũ carnes deglutiuerint. Addunt usuenire, ut ijs uicissim homines uescãtur, & cõcoctos suã in carnẽ cõuertãt. Huiusmodi multa recensent, per profectò leuia, & eximia Dei potestate indigna, ut nostram de resurrectione doctrinã euertãt. Quasi uerò nequeat Deus quod homini est cuiq; proprium restituere, pristinum ad statum per easdem ueluti uias redeunti. Sed nos prolixas ipsorum, inepte ac temerè declamitantium, ambages præcidamus: fateamurq; resolui corpus hominis illas in partes, quibus ex partibus constet: neq; terram modò, quemadmodũ sermo diuinus loquitur, ad terrã reduci: sed & aera & humorem ad ea, quæ generis eiusdem sunt, se cõferre: omnibus in nobis partibus ad res sibi cognatas tendentibus, siue adeò corpus humanum à carniuoris auibus, siue immanibus belluis, siue piscibus deuoretur, siue deniq; rogo impositum in fumos ac cineres redigatur. Quocumque autem loco esse hominis corpus statuamus, id quidem constabit opinor, hoc in mundo illud haud dubiè cõtineri. Mundum porrò Dei positum esse in manu, litterę diuinitùs traditæ docẽt. Quòd si tu ea non ignoras, quæ manu tua continentur: cur Deum minus esse perspicacẽ, quam tu sis, existimas: quasi non accuratè omnia quæ palma sua complectitur, nota perspectaq; habeat?

*XXVII. Fieri posse, ut sparso in elementa uniuersitatis humano corpore, quod proprium tamen unicuiq; est ex illa communitate restituatur.*

AT enim, dum elementa uniuersitatis intueris, fore per existimas difficile, ut ex communitate id quod corporum singulorum proprium est, aliquãdo rursus confluat, postquam semel & spiritus in nobis cognatum in elementum dispersus est, & calor, & humor, & partes terrę, rebus sui scilicet generis singula permissa sunt. Cur obsecro de humanis etiam exemplis non colligis ratiocinando, diuinæ potestatis hoc terminos non excedere? Non potes non aliquãdo ijs in locis, quibus homines habitarent, communem animalium gregem uidisse, qui pluriũ esset. Hic si suos ad dominos deinde remitteretur, animaduertere potuisti singulos animalia sua recuperare, tum quòd ea dominorũ ædibus adsueuissent, tũ quòd notis essent quibusdam signata. Idẽ si de temetipso cogitabis, haud quaquã à uero aberraueris. Nã quum animus adfectione & amore à natura singulari corpus, in cuius quasi contubernio fuit, prosequatur: ecirco ei de cõiunctione pristina quędã inest erga propriũ corpus occulta siue adfectio siue agnitio, natura quasi notas singulis imprimẽte, ne illa quã diximus, in cõmunitate omnia cõfunderẽtur, sed quoddam singulorũ discrimẽ remaneret. Quapropter quũ animus ipse quidquid sibi cognatum & proprium est, colligat: quis obsecro labor potestati diuinæ fuerit, efficere, 51
ut cognata rursus concurrãt, quæ ductu naturę quodã ineffabili ad se mutuò ferantur? In animo quidem, etiam post diremtum huius à corpore, signa quędam superesse, de quibus corpus nostrũ agnoscat: declarat is, qui habitus est à diuite apud inferos ad Abrahamum sermo. Nam quamuis essent tumulis mandata corpora, tamen nota quædam corporea inhærebat animo, de qua uti Lazarus agnoscebatur, ita per eamdem ignotus esse diues ille non poterat. Nequaquam igitur abhorret à uero hæc persuasio, qua ex morte suscitata corpora, communitate relicta, pristinam ad proprietatem reuersura statuimus. Apparebit hoc in primis, si quis accuratiore studio cognoscendæ naturæ nostræ se tradat. Nam existimari non debet, esse nos uniuersé quũ fluxos, tum mutationi obnoxios. Non enim ulla ratione compræhendi natura nostra posset, si nulla ei tributa quies à motu foret. Itaq; re diligẽtius indagata, reperiemus partim stabile quiddã in nobis esse, partim mutatiõe

uarium,

Universidad de Deusto
Biblioteca



uarium, quod numquam non fluxione sua progrediatur. Nam corpus alterna uicissitudine per accretionem ac deminutionem mutatur, & ætates uitæ succedentes sibi quasi uestes quasdam induit. Idea uerò eadem semper manet, extra omnẽ mutabilitatem posita, neq; notas inditas à natura sibi amittit: sed quæcumq; cor-
pori mutationes accidant, hæc nihilominus signa sua, de quibus agnoscatur, retinet. Excipienda tamen uenit ea mutatio, quæ morbo aliquo ideæ contingit. Nã ũ orta ex morbo deformitas ideam occupat, tamquam larua quædam: quã si ei cogitando adimamus, sicut ab ea Syrus ille Neemanus, & decẽ infecit lepra, de quibus sacro in euãgelio memoriæ proditũ est, liberati fuerunt: ideã antehac morbi ui occultatam, recuperata sanitate proprijs notis conspicuam rursus elucere necesse est. Quamobrẽ diuinæ in nobis animi præstantissimæq; parti non illud fluxum ac mutabile: sed quod in compage nostra est perpetuum & semper idem, uelut insitum adhæret. Quumq; diuersa tẽperamenta diuersas etiã ideas efficiant, ac tẽperamenta nihil sint aliud quàm elementorũ inter se commistio, de quibus quum alia in rerum uniuersitate, tum hominis etiã corpus constat: necesse est, permanente in animo idea quasi per expressionem sigilli, non ignota ei esse quæ formã ipsam sigillo impresserunt, omninoq; illa tẽpore instaurationis omniũ rursus ueluti colliget ad sese, quæcumq; ad ideæ formã expressam congruent. congruent autẽ haud dubiẽ, quæcumq; ab initio ideæ fuerint impressa. Igitur absurdũ non est, id quod est cuiusq; proprium, relicta cõmunitate ad singulos rediturum. Viuum, quod uocãt, argentum aiunt effusum capsa loco supino pulueręq; oppiero, minutos in globulos cõformatũ passim ita per terrã dispergi, ut nulla cũ re, in quã incidit, cõmisceat. Quòd si quis deinde multipliciter dispersum uicissim colligat, confluere sua sponte singula, quæ generis eiusdẽ sunt, nullamq; interijci rẽ posse, quæ cõmistionem hanc impedire queat. Huiusmodi quiddã & in humani corporis cõpage statuendũ existimo. Quamprimum diuinitus signo quasi dato concessa facultas sit, partes sibi conuenientes & cognatas misceri sponte sua, neq; quidquã ex hoc laboris molestiæue instauratori naturæ creari. Nã ne in ijs quidẽ quæ terra proueniũt, magnopere naturã occupari uidemus, ut uel triticum, uel milium, uel aliud quoduis semẽ, de quo frumentũ aut legumina nascuntur, in culmum, aristas, spicas conuertatur. Sua enim sponte nutrimentum cuiq; semini conueniens, nullo naturæ negotio de cõmuni ad singulorum usum transfertur. Ergo si uniuersis terra nascentibus communi quodã succo propolito, quidquid eo nutriri necesse est, id attrahit alendi sui caussa, quod ipsi conueniat: quid absurdũ, si hac etiã in doctrina de resurrectione eamus perinde ut femina conuenientem sucũ, sic quoslibet ex mortuis resurgentes propria rursus attrahere? De his omnibus adeò licet intelligere, nihil in resurrectionis prædictione contineri, quod separandũ ijs à rebus sit, quas res per experientiam cognitas habemus. Quamquã profectò quod in nobis illustrissimum est, silentio prætereamus: ipsum scilicet in nobis existendi principiũ. Nã quis effectionem naturæ admirandã ignorat, quid nimirũ aluus materna capiat, & quid de eo efficiat? An non uides quàm sit quodã modo simplex, & quàm minimè mistum, quippe quod dissimilibus natura partibus non constet, quod maternis in uisceribus deponitur, ut ex eo corpus hominis constituatur? At quæ tamdẽ oratio explicando uarietatẽ compagis ipsius, quę paratur, enarret? Quis obsecro fieri posse putaret, si hæc cõmuni naturæ ductu perspecta nõ haberet, ut exiguum illud ac propè nullius momenti, tã eximij operis principiũ foret? eximij dico, non ad corporis solùm conformationem respiciens: sed ad ipsum etiam animũ, & quæ animo continentur, quando hic multo magis admirationem meretur.

*XXVIII Aduersus eos, qui animos ante corpora tradũt existere: uel contrà, corpora prius quàm animos, esse condita. Fabulis etiam consentanea de animorum migrationibus doctrina euertitur.*

52 FOrtassis enim ab instituto sermone alienum nõ fuerit, si in id, quod de animo & corpore passim in ecclesijs controuertitur, inquiramus. Quidã enim superioris me-



rioris memoriæ doctores, qui cõmentarios de principijs scripserũt, animos hominum quasi quamdã nationẽ, seorsum quadã in republica existere lõgè ante corpora tradunt. Ibidẽ eis quum uitiorũ tum uirtutis esse proposita exempla. Et animos quidẽ cõstanter uirtutis & honesti studio deditos, planè cum corporibus non copulari: Sin autem boni fructu & coniunctione excidant: tum scilicet eos in hãc uitam prolabi, & in corpora hoc pacto immitti. Alij cõtrà seriei creationis, qua formatus est homo, à Mose descriptæ inhærendo, animum corpore ortu posteriorem esse aiunt. Deum namq; cõmemorat Moses, primùm de terra sumto puluere hominem finxisse, deinde per inspirationẽ animum ei indidisse. Hac illi ratione præstantiorem esse animo carnem probare conantur, qui carni iam antè creatæ sit inditus. Aiunt enim, animum corporis caussa factum esse, ne opus hoc Dei à respiratione ac motu destitueret. Quidquid autẽ alterius caussa fiat, illo esse haud dubiè uilius, cuius caussa instituatur. nimirũ & in Euangelio ratiocinationem huiusmodi quãdam esse, quum animus cibo potior esse dicitur, corpus uestimento: quãdo illa horum caussa facta sint. Non enim animus alimenti, neq; corpus uestis est caussa conditum: sed quum hæc iam existerent, ad usum eorum illa sunt comparata. Vtraque opinio quum reprehensionẽ mereatur, tam eorum qui animos proprio quodam in statu ante corpora uiuere nugantur, quàm qui eos post corpora primum condi existimant: operæ pretium fuerit, in omnia studiosè inquirere, quæ in explicandis utriusq; partis decretis in medium adferuntur. At enim accuratè aduersus rationes utrimq; productas quasi pugnãdo progredi, & omnia quæ in his opinionibus absurda sunt retegendo patefacere: id uerò & orationẽ prolixam, & tẽporis nõ parũ requireret. iccirco breuiter, quantum eius fieri poterit, cõsideratis utriusq; partis argumentis, ita deinde quod propriè instituimus, prosequemur. Qui partem priorẽ defendunt, & rempublicam animorum quamdã priorẽ uita in corpore nostra constituunt: mihi quidem à Græcanicis illis disciplinis hominum doctrinæ ueritatis ignarorum immunes esse nõ uidentur, qui fabulas quasdã de animorum ex alijs in alia corpora migrationibus cõmenti sunt. Nam si quis accuratè rẽ existimet, omnino delabi ipsorum orationẽ ad illud inueniet, quod proditũ est memoriæ, quemdã de Græcis sapientibus dixisse, Fuisse nimirum sese aliquãdo & uirũ, & feminã, & inter aues uolitasse, & factum esse deinde arbustum, atq; etiam uitã in aquis egisse. Meo quidem iudicio propè aberat à ueritate hæc ipsius oratio, qui huiusmodi quiddã de se profiteretur. Profectò enim ranarum graculorumq; more garriebat, cõsentaneamq; brutæ piscium naturæ & quercuũ sensus expertium doctrinã proferebat, qui unum eumdemq; animum in res adeò multas immigrasse diceret. Est autem absurdæ huius opinionis hæc caussa, quòd ante corpora existere animos credebant. Nam ubi semel hoc existimari ceptum fuit, semper ulterius ad proxima quæq; progrediendo, & prodigiosa quædã proferentio, ramdem huc delapsi sunt. Si enim animus aliquo se uitio polluens, postquàm semel uitæ corporeæ gustum percepit, ut ipsi loquuntur, de cõdicione ac statu excelsiore quodã deiectus, in hominem immigrat: cuius omnino uita cõparata cum illa æterna & incorporea, pluribus est perturbationibus obnoxia: necesse est illum existentem in uita, quæ plures ad peccandum occasiones habeat, pluribus etiam uitijs se inquinare: multoq; magis, quàm antè, morbis & adfectionibus esse deditum: qui morbi humani in animis eiusmodi sunt, ut secundum hos animãtibus à ratione destitutis cõsimiles simus. Eis porrò si cognatus esse animus incipit, nimirum ad brutam sese naturam demittit. Quumq; adeò semel uitiorum quasi semita ingredi cepit, ne tum quidem ad malũ progredi desinet, quũ ad naturã rationis expertẽ peruenerit. Nã is tamdẽ mali finis est, à quo uirtutis cultus incipit. ea uerò cadere in animalia ratiõis expertia nequit. Iccirco semper animus in peius ruet uicissitudine perpetua, naturãq; deteriorẽ ea, qua cõtinetur, inquiret. Vtaũt naturæ rationis ornatæ præstãtia proxima illa est, quæ sentit: sic à sentiente prolapsio fit ad eam, quæ sensus etiam expers est. Huc usq; progressa ipsorum oratio, quamquam extra ueritatis limites feratur:

Universidad de Deusto
Biblioteca



tamen cõtinua quadã cõsequutionis serie de absurdis absurda colligit. Deinceps uerò doctrina de fabulis meris cõstituta, rebus nullo planè pacto ne sibi quidem cohærentibus pertexitur. Cõsequitur enim porrò, animũ prorsus interire. Nã qui semel de statu excellente uelut excidit, numquã uitiorum in cursu metã ad aliquã ubi deinde quiescat, peruenire scilicet poterit: sed propter ipsius animi erga morbos & perturbationes adfectionẽ, de natura cõpote rationis, ad altã huius expertẽ transibit. de hac rursus ad plãtas, sensu etiã carentes, quibus ea natura est proxima, in qua prorsus anima nulla est: postquã nihil est aliud reliquum, nisi de inanimo in nihilum cõmigratio. De quo colligi potest, animum per ipsorũ rationes uniuersẽ tamdẽ exstinctum iri: ideoq; fieri nõ posse ullo pacto, ut ad statum præstantiorem redeat. At enim hi animum ex arbusto ad hominẽ reducunt. quamobrẽ ostendunt se statuere, uitã in arbusto præstantiorem illa esse, quam extra corpus animus agit. Est enim demonstratum, nõ posse ad statum deteriorem animum progredi, extra quam si ad inferiora prolabatur. Est autem proximè infra naturam sensus expertẽ prorsus inanima, in quã cõtinua serie doctrinæ ipsorum principium tamdem animum deducit. Quòd si hoc uelle se negant, fateantur necesse est, uel ad extremum prorsus animum naturæ sensus expertũ manere inclusum: uel si de hac ad uitam humanam reuertatur, id esse uerum quod antè diximus ex hoc sequi, præstantiorẽ scilicet ab eis eam uitam statui, quæ in lignis existit, uita & cõditione principe: quando à principe cõditione fit ad uitium prolapsio, à natura uerò sensus experte, ad uitam reditus. Ergo tota ipsorum ratio & capite caret, & fine, qua probare conantur animos antè, quàm in carne uiuant, inter se degere: uitijsq; primùm cõtaminatos
53 corporibus alligari. Eorum uerò qui aiunt ortu posteriorẽ esse animũ corpore, præcepta iam quædã est mente refutatio, quæ deinceps in ijs quæ sequuntur, à nobis exponetur. Itaq; sic cõcludamus, ut esse partis utriusq; doctrinã æquè abijciendam pronuntiemus. Nostra uerò hac tota in re sententia, media inter opinionem utrãq; uia incedendo, ipsam ad ueritatem sese diriget. est enim huiusmodi. Animos neq; secundum gentilis sapientiæ errorem, unà cum uniuersitate in orbem agitatos, reditosq; per uitiorum cõtaminationem grauiores, quum pares esse cursu celerrimo poli motui nequeũt, in terram delabi: neq; corporis caussã tum primùm oriri, quũ iam illud instar luteæ cuiusdam statuæ sit cõformatum. Nam ea ratione natura intelligentia prædita, luteo figmento deterior foret.

*XXIX. Idem esse cùm animo, tum corpori, existendi principium, probatur.*

SEd quum unus & idẽ homo sit, qui corpore & animo cõstat: unum esse cõmu neq; tribuendum ei dicimus existendi principium, ne parte hac seipso prior, altera iunior sit & posterior. Dei scilicet uim cuncta prospicientem, initio speciẽ totã in creatione cõplexum esse, ut ea iã tum existeret, quẽadmodum est antè declaratũ, ipso etiã uatis testimonio, qui Deum nosse omnia prius, ẽq; oriantur, ait. Quocirca alterũ alteri præponi non debere, quasi singularũ in partiũ creatione uel animus ante corpus cõditus, uel è cõtrario corpus ante animum. idq; hãc potissimum ob caussam, ne secum ipse dissidere uideatur homo, tamquã diuersas in partes ob temporis in harum ortu discrimen diuisus. Nã quum de Apostoli sententia, natura nostra bifariã intelligaẽ, ut alia sit eius hominis natura qui cerni à nobis potest, alia hominis interitus uelut abditi & occultati: si statueremus alterũ de his aliquãtò prius ortũ exstitisse, ẽq; alterum esse inciperet, planè hoc indicio foret, cõditoris potestatem nõ omnino perfectam quamdam esse, propterea quòd operi uniuerso simul absoluẽdo nõ sufficerit, ideoq; operas quasi interruperit, ac uicissim in perficiendis singulis partibus ex semisse prius absolutis occupata fuerit. Nimirum ut in tritici grano uel quouis alio semine totam spicæ uel frugum maturarum speciẽ potestate, sicuti loquimur, compræhensam dicimus, & herbam & culmum & internodia & fructum, & aristas: quum nihil horum altero in natura prius reipsa existat, uel oriatur eitius, sed naturali ordine eamdem insita semini facultas ipsa appareat, nulla in semẽ aliena se naturæ extrinsecus uelut insinuante: sic etiam existimamus



mamus humano semine, quum homo primùm incipit oriri, facultatem naturalem contineri, simul cum ipso excretam. Hãc porrò naturali quadam progressionis serie ad perfectionem sui contendentem, paullatim se explicare ac patefacere. non quòd extrinsecus aliquid recipiat, cuius ope sui perfectionẽ adipiscatur: sed propria ui ad eam paullatim proficiendo peruenit. Animus adeò quemadmodũ ante corpus nõ exiſtit, sic hominis initio sine animo corpus esse dici uerè nequit. Vnũ est utriusq; principium, quod secundum rationem quidem sublimiorem prima in uoluntate Dei, tamquam fundamento innititur: ratione autem altera, in ortus nostri exordio ponendum est. Nam ut in eo quod materna in aluo ad conceptionem corporis deponitur, ante quàm formetur, perspici articulata membrorum cohærentium distinctio nequit: sic neq; uis animi propria depræhendi in eodem potest antè, quàm ad effectiones suas illa progrediatur. Et quemadmodũ nemini dubiũ est, idem illud in diuersos artus diuersaq; uiscera conformari, nulla externa facultate, ut hoc perficiat, ingrediente: sed facultate ipsi à natura insita, opera & effectione
55 sua in hoc incumbente: eadem ratione de animo nobis cogitãdum est, etiamsi per quasdã effectiones in parte hominis externa & apparente, indicia de se nulla præbeat: nihilominus præsentem esse. Nam & futuri hominis forma potestate existit in semine, atq; ideirco latet, quòd uelut in lucem producta conspici prius nequeat, quàm necessarius rerum ordo permittat. sic & animus est in eo, quamquam nõ appareat. Nam tum demum patebit eum adesse, quum aucto per accretionem corpore, sua se propria & à natura insita effectione ostendet. Quum enim à mortuo corpore nulla ad cõceptionem facultas excernatur, sed ab animato & uiuo: ideirco ue
56 ro cõsentaneum est, ne illud quidem mortuum & inanimum putandum esse, quod de corpore uiuo ad procreandum rem uiuam emittitur. Carnem certè quod attinet, omnino ea est & inanimum & mortuum per se quiddam. Mortalitas autẽ non nisi animi est priuatio. At nemo dixerit, opinor, habitu priuationem priorem esse: quod sequi necesse est, si quis carnem, quæ quiddã est inanimum, hoc est mortuũ, aiat animo priorem esse. Quod si quis argumentum desiderat illustrius, de quo colligatur, esse partem eam quæ principium est animalis quod gignitur, uita præditã: uti poterit signis etiam ceteris, de quibus inter res animatas & mortuas constitui discrimen solet. Nam in homine hoc esse argumentum uitæ dicimus, si & caleat, & occupetur agendo, & moueatur: sicut è cõtrario frigus in corporibus, & motus amissio, nihil aliud significant, quàm mortuum esse hominem. Quum igitur hoc quoq;, de quo nunc disserimus, & calore præditum, & minimè otiosum sit: concludimus etiam, inanimum nõ esse. Ac quemadmodum eam ipsius partẽ, de qua corpus constituitur, nõ carnem esse dicimus, nõ ossa, non comas, nõ aliud quidquam eorum quę in homine existunt: sed statuimus illam potestate quodlibet horum esse, tametsi necdum quidquam conspici tale possit: sic animæ partem quod attinet, quamquam in ea necdum facultas ratiocinatrix, quæ est τὸ λογικὸν: neq; appetens, quam τὸ ἐπιθυμητικὸν uocant: neq; τὸ θυμικὸν, quod animi adfectiones cõtinet, appareat: tamẽ ea inesse huic dicimus: & cõsimili ratione, quatenus corpus formatur ac perficitur, etiam effectiones animi unà cum corpore crescere. Nã ut in homine qui ætatem ad integram peruenit, & inter grandiores censetur, effectiones animi iam manifestò apparent: sic nostri ortus initio, prout tum res postulat, ita sese cõueniẽter actiones animi declarãt, in eo quòd ipsius sibi de materie in aluo matris deposita domicilium aptissimũ naturæ suæ fabricat. Nam fieri nõ posse, de rationibus certis colligimus, ut aliena in ædificia cõmodè animus cõmigret: sicut fieri nõ potest, ut signum impressum ceræ diuersam ad sculpturam aptetur. Nimirum uti corpus exorsum à magnitudine perexigua, suã ad perfectionem progreditur: sic animi facultas etiam ratione conueniente unà cum corpore proficit accrescendo. Ac princeps quidem existit in eo facultas accrescens & nutriens sola, quando scilicet in opificij principio tamquam radix quædam adhuc abdita sub terra latet. nã tum capere quid amplius per imbecillitatem nequit. Deinde hæc quasi plantula in

Universidad de Deusto
Biblioteca



lucem prodeunte, germẽq; suum soli ostentante, sentiendi facultàs efflorescens cũ priore coniungitur. Verùm ubi iam bene magna facta est, & procerit atem sibi conuenientem adepta: tum demum instar ipsius fructus rationis particeps facultas eluceſcit, non illa quidem subitò tota splendorem suum ostendens: sed una cum instrumenti sui perfectione celeriter augescens, eosq; fructus proferens, qui corporis facultati respondeant. Quòd si corporis in conformatione quid animus efficiat quaeris: ad teipsum, ait Moses, respice, in teipso tamquã in libro quodã totã a-
57 nimi operum historiam pelleges. Ipsa enim natura longè omni oratione illustrius explicabit tibi effectionum animi in corpore uarietatẽ, quum in uniuersi, tum partium structura. Sed enim nostra commemorando percẽsere, quasi quædã externa miracula, pretium operę non fuerit. Quis enim alterius orationẽ naturã propriam cognoscere desideret, quum ipsi liceat seipsum contueri? Nam qui quo pacto uiuamus intelligit, & quàm aptum sit corpus ad omnes uitæ proprias actiones didicit: is etiã existimare facillimè potest, in quo efficiendo animi occupata prima in hominis conformatione opera fuerit. Adeoq; de hoc ipso patet homini nõ omnino hebeti, nequaquã mortuũ & inanimũ existere in officina naturæ quod ad plantationẽ quasi quamdã animalis de uiuo auulsum corpore in ea deponitur. Nam & fructuũ grana, radicumq; surculos terræ non mandamus, postquam insita eis à natura facultas uitalis emortua fuerit: sed quum adhuc eorum à quibus orta sunt, uim propriã conseruant, latentẽ quidem illã & abditã, sed tamen uiuã. Eruis quidẽ huiusmodi non de terra extrinsecus hauritur (nã ceteroqui necesse foret etiam ligna emortua pullulando efflorescere) sed insita rebus iam antè, per terram modò in apertũ producitur, suppeditantẽ succũ suũ: de quo planta radice, cortice, medulla, ramorumq; surculis aucta, planè tamdẽ omnibus sui partibus absoluitur. Id enim fieri non posset, si nulla facultas ei naturalis indita foret, à qua cognato & conueniente alimento de uicinis partibus attracto, uel arbustum, uel arbor, uel spica, uel quoduis uirgultum nasceretur.

*XXX. Humani corporis structura quædam altius ex ipsa medicina breuiter repetita contemplatio.*

SEdenim unusquisq; nostrũm, natura propria magistra & duce, structuram corporis accuratè ex eo quod & uidet & uiuit & sentit, cognoscere poterit. Quin & à uiris doctissimis hæc studiosè explicata quum sint, licet uniuersam & integram eorum doctrinam de libris horum expromere. Alij, quæ collocatio sit singularum in nobis partium scrutati sunt. Alij, quem ad usum omnia corporis membra facta sint indagarunt, & nobis explicarunt: ut iam de horum commentarijs capere studiosi harum rerum cognitionem humani opificij locupletem, & nulla
58 sui parte deficientem possint. Quòd si quis etiam hæc uniuersa, de doctrina propria uero in terris Dei cœtui discere malit, ne ulla in re disciplina extera egere uideri possimus (quando lex hæc omnibus spiritualibus est proposita, quemadmodũ ait Dominus, Non esse uoci alius, extra quàm pastoris, aures præbendas) age breuiter de his quoq; differamus. Sunt omnino corporis in natura tria numero, quorũ gratia singula in nobis mẽbra sunt facta. Nã alia, ut uiueremus cõdita sunt: alia, ut iucundè uiueremus: alia, ut esset in humano genere perpetua posteritatis successio. Quæ porrò eius sunt generis, ut absq; ipsis foret, homo nõ uiueret: tribus membris cõprehenduntur, cerebro, corde, iecinore. Quæ bonorũ sunt uelut additamẽtum, profecta de benigna largitate naturæ, efficientis per hæc ut iucundè homo uiueret: sunt sensuum instrumenta. Nam in his uita quidem nostra non consistit, quando uiuere homini licet etiam plerisque horum amissis: sed fieri non potest, ut absque horũ actionibus rerũ in hominis uita iucundarũ uoluptate fruamur. Tertium in partitione proposita membrum generis ad perpetuitatem spectat. Præter hæc alia membra sunt, quæ & ipsa pariter cum ceteris uitam hominis conseruant, & consentaneas naturæ suæ quasdã quasi accessiones præstant, in quibus sunt stomachus ac pulmo, quorũ hic calorẽ cordis perflando excitat, ille uisceribus alimẽtum



tum suum præbet. Hoc modo tota corporis nostri structura diuisa, perspicuè uidere est, facultatẽ quã uita continetur, non uno à mẽbro proficisci: sed naturã corporis conseruationẽ in plura membra partientem, unicuiq; hoc dedisse negotij, ut singula nonnihil ad usum uniuersi conferrent. Eam ob rẽ cõplura sunt, interq; se per profectò diuersa, quæcumq; natura uel ad se tuendũ, uel ornatus & elegantiæ causa sollerter fabricata est. Sedenim principia prima eorũ quæ uitã constituunt, nobis antè, quàm ad alia progrediamur, breuiter diuidenda ueniunt. Totius quidem corporis mẽbris materies singulis cõmunis, in hoc & tẽpore & loco prætereatur silentio. nã ad institutũ nostrũ nihil attinet, nimirũ ad considerationẽ particularem uniuersi pertractatio. Ergo quũ apud oẽs hoc quasi pro confesso sit, existere quiddã in nobis de omnibus mundi elementis, de calore ac frigore, de humore & siccitate: de singulis agamus. Videmus autem tres in primis facultates esse uitæ nostræ tamquã administras: quarũ quæ prima est, calore suo cũcta fouet: altera, quod concaluit succo suo humectat, ut per æquabilẽ qualitatis in rebus aduersantibus sibi temperiẽ, quadã in mediocritate ipsum animal conseruetur, humore per calorẽ nimium numquã exsicto, neq; contrà calore, per uim nimij humoris oppresso. Tertia facultas, articulos non cohærentes & intertinctos ligamentis suis per commissionem & harmoniã mutuam continet, aptissimeq; copulat, & omnibus indit uim quamdã sponte sua se mouendi, quæ si amittatur, membrũ etiam uelut emortuum esse necesse est, à sponte sua mouente ipsum spiritu destitutũ. Fuerit operę pretium hoc loco naturæ artificiũ in corporis creatione considerare. Nam quũ ea quæ dura solidaq; sunt, sensus actiones nullas admittãt, ut est uidere in corporis nostri ossibus, & terræ plantis, in quibus esse uitæ quædam species satis intelligitur ex eo, quòd & accrescunt & nutriuntur, quũ solida ipsorũ duricies sensum non recipiat: ideirco necesse erat quoddã quasi cereum opificium sensuum actionibus subijci, quod posset cedendo uelut impressas notas recipere, sic ut ob nimiã humoris copiam non confunderetur (quando humidæ rei quod imprimitur, nequit durare) & ob immodicam duriciem non resiliret (quando quod cedere nequit, notas per impressionẽ nullas recipit) sed mediocriter esset quũ molle tum durum, ne animal hoc facultate inter ceteras pulcerrima careret, sensus nimirum motione. At enim quum omne quod propriæ mollitudinis causa facilè cedit ac flectitur, si nõ etiam aliqua ex parte duriciei sit particeps, prorsus esse motus expers solutumq; necesse sit, instar marinorum pneumonum: ideò corpori natura solida quædã ossa indidit, 59
eaq; mutuò aptissima harmonia copulauit, & neruorum uinculis cõmissuras horũ constringens, ita demum ea carne undiq; obduxit, quæ & sensuum capax foret, & superficie quadam contineretur, ut minus esset obnoxia morbis, ac paullo tensior. Solidis hisce ossibus, tamquam columnis, quibus onus ædificij totum incumbit, corporis molem imposuit uniuersam. Neq; unũ in corpore tantùm os esse uoluit, propterea quòd necesse fuisset hominẽ omnis & motus & actionis expertẽ esse, si eo pacto ipsum conformasset natura, quo arbores, uno semper consistentes in loco. Nam neq; progredi potuisset, si crura non licuisset uisciſſim sublata ulterius collocare, neq; manibus uti administris. Nunc uerò singulari naturæ artificio corporis organum & loco mouetur, & agendi est facultate prædità, postquã ei per spiritus ultrone; motus auctores, qui per neruos diduntur, uis & impetus quidam ad uarios motus accessit. Hinc est, quod manuũ ministerio & opera utimur, uaria illa profectò & multipsice, perq; omne ad institurũ animi nobis idonea. Hinc cerui cis est inflexio, hinc capitis inclinationes & erectiones. hinc maxillarum motus. hinc palpebrarũ diductio, quæ cũ nutu fit. hinc ceterorũ articulorũ motus, pfecti sunt, 60
qui neruorũ uel contentione uel remissione, quasi quamdã per machinã fiunt. Vis quidẽ passim per neruos ipsos sese didens sic est à natura cõparata, ut ex lubitu arbitrioq; proprio moueatur, & singulis in mẽbris per spiritũ sponte sua se agitantẽ effectiones suas habeat. Indicatũ antehac est, radicẽ principiũq; motuũ in neruis, esse in membrana illa neruea cerebrum amplexa. Quamobrem curiosè de mem-

bris singulis, quæ facultate mouente prædita sunt, perquirendũ nõ putamus: quando, unde mouendi facultas proficiscatur, est demonstratum. Ceterum maximas ad uitam commoditates oriri à cerebro, clarissimè perspicitur, quum quid huic aduersi accidit. Nam si membrana ipsum ambiens uulneretur aut rumpatur, continuò mors hominem occupat, natura ne ad momentum quidem ualente resistere. perinde atq; fundamento subruto, ædificium totum ad succussionẽ partis unà quassari necesse est. Quo igitur membro adfecto animal totum interit, id membrum uitæ caussam præcipuè continere fateamur. Quum uerò in ijs qui de uita migrarunt, & extingui calorem à natura insitum, & quod emortuum est occupari à frigore uideamus: iccirco etiam in calore caussam quamdam uiuendi ponimus. Quo enim amisso mortalitas consequitur, id quamdiu nobis integrum est, nihil accidere posse uitæ detrimẽti, necessariò colligitur. Huius facultatis cor est quasi quidam fons & principium, à quo meatus orti consimiles tibijs, multipliciter alijs alios propagantibus, per corpus uniuersum igneos calidosq; spiritus diffundũt. Quumq; necessarium foret, ut perpetuum calori nutrimentum adiungeretur à natura, quãdo ignis per se durare nequit, si à nutrimento sibi conueniente destituatur: iccirco sanguinis riui de iecinore quasi fonte quodam profecti, toto corpore calido spiritui comites sunt, ne si alterum ab altero desereretur, morbo correpta natura interiret. De quo iniustos homines, & in æqualitatẽ cõmittentes hoc capere admonitionis oportet: ut à natura discãt, auariciã morbũ esse, qui alijs interitũ adferat. Sedenim sola Dei natura quũ nulla re indigeat, hominũ inopia res externas ad se sustẽtandũ necessariò desiderante: iccirco tribus hisce facultatibus locũ in gubernãdo corpore principẽ obtinentibus, extrinsecus materies accõmodata singulis per diuersos aditus arcessitur. Nam iecinori, quod sanguinis esse fontẽ diximus, alimẽti est mandata administratio. Quod enim nutriẽdi nostri caussã perpetuò ingeritur, iecinoris adiumẽto facit, ut cõtinuò sanguinis riui fluant. quẽadmodũ niuẽ mõranam uidemus humore suo subiectos fontes augere, penetrãte illo deorsum ad ipsas usque fontiũ uenas. Deinde aer etiã cordi uicini uisceris ope suggeritur. ei nomen est pulmo: mẽbrũ ipsum aeris est receptaculũ, quod per inserrã sibi arteriã, ad os pertinentẽ, spiritũ externũ per respirationes cõtinuas haurit. Huius in parte media cor cõtinetur, quod ipsum quoq; sine intermissione mouetur, inq; hoc ignis numquã
61 nõ mobilis naturã imitatur. Nã instar folliũ, quibus in officinis suis utuntur fabri, aera semper attrahit è uicino pulmone, partesq; cõcauas diductiõe repler, ac quod igneũ est in ipso, efflat, inq; adiũctas arterias excernit. Hoc adeò numquã nõ agit, aliud extrinsecus per diductionẽ sui proprias in capedines attrahẽdo, aliud à se per compressionẽ in arterias excernẽdo. In quo mihi quidẽ respirationis etiã cõtinuæ in nobis esse posita caussa uidetur. Nã mens sæpe dat alijs quasi operã, uel prorsus etiã quiescit, somno corpus occupãte, quũ minimè respiratio intermittitur, etiamsi nos hãc nullo pacto efficere decreuerimus. Ego sic arbitror, cor ipsum, quod pulmo cõplectitur annexum sibi posteriore sui parte, quoties explicatur, uel uicissim cõprimitur, unà secũ pulmonẽ mouere, atq; hoc pacto efficere, ut is attrahat aera, continuoq; spiritũ ducat. Est enim hoc uiscus rarũ, & meatus multiplices habet, eiusq; capedines omnes quasi quædã per oscula in arteriæ fundũ exeunt. itaq; compressum arctius spiritũ qui superat in ipsius capedinibus, exprimẽdo q; quasi emittit. è contrario si laxetur & aperiatur: sit, uti partes ipsius uacuæ, à se inuicem distentæ, attracto aere compleantur. Hæc est respirationis à nullo pendentis uel consilio uel uoluntate nostra, caussa: nimirum quòd igneam naturam fas non est quiescere. Quod quum ita sit, caloriscq; iam antè originem in corde existere perspexerimus: iccirco perpetuus hoc in mẽbro motus, perpetuã simul in pulmone respirationẽ efficit. Eã ob caussam hoc etiã usuuenit, ut quũ intensus præter naturã calor accreuit (quod in ijs qui febre laborant, uidemus) anhelatio quoque crebrior fit, corde quasi festinante internum æstum recenti aere extinguere. Enimuero natura quum omnium egena sit, & ab ijs rebus quæ res uitam continent, planè non instructa:



instructa: non aera modò spiritumq; nullum proprium habet, qui calorem excitet, quando hunc extrinsecus ad conseruationẽ nostri semper hauriamus oportet: uerùm etiam nutrimentum sustinendq; corporis molí aliunde necesse habet arcesse re. propterea uacuum corpus uicissim potu ciboq; replet eumq; ad usum indita nobis est facultas attrahens id quod defit, quodq; superat expellẽs, cordis calore hac etiam in parte naturam non parum adiuuante. Nam quum inter membra uitalia cor, ut est indicatum, præcipuum sit & eximium, quippe quod membra singula 62
spirituum calore fouet: iccirco nostri opificij auctor illud per omnia efficax esse facultate uegeta uoluit, ne pars ipsius ulla foret otiosa, uel nihil ad corporis uniuersi utilitatem sumministraret. Eamq; ob rem pulmonem posteriore sui parte contingens, perpetuo uiscus hoc motu attrahit, ac uicissim meatus omnes huius uel haurit aere dilatat, uel remittendo quod antea receperat expellit. Parte autẽ anteriore stomacho, quà is adsurgit maximè, cohærens: & fouet hunc, & habilem ad effectiones suas reddit: non quò spiritum ille attrahat, sed nutrimentum corporis recipiat. Nam uicinæ quasi fores sunt, per quas & spiritus & nutrimentũ hominis corpus ingrediuntur. Vtrumq; membrũ ab imo coniunctum alteri, secundum longitudinem sursum tendit: parteq; suprema sui rursus eodem loco sic connectuntur, ut etiam ipsorum oscula conueniãt, desinentibus in ore nostro amborum ueluti canalibus, quorum alter alimentũ corporis, alter spiritũ intromittit. Ima quidem in parte tamdem hæc meatuũ coniunctio dissoluitur. cor enim loco inter uentriculũ pulmonemq; medio incidens, huic quidẽ respirandi, illi uerò nutrimenti conficiendi facultatem largitur. Nam igneũ quod est, sic à natura est comparatũ, ut materiem quasi fomentũ quærat: id quod etiam cibi receptaculo usuueniat necesse est. Quanto enim magis ob caloris uicinitatẽ igneſcit: tanto auidius ea, quæ calori nutrien- 63
do sunt, attrahit. estq; huic naturæ cupiditati nomen inditum Appetitus. Quòd si membrum, quo cibus continetur, materiei satis iam prænenderit: non tamen ignis uicini cessabit actio. Nam colliquefaciet materiem tamquam in uase liquandis rebus apto: quumq; cruda & cohærentia digesserit, interq; se cõmiscuerit, proximos in meatus ea quasi per quoddã infundibulum deijciet. Deinde secretis utrimq; partibus, quum ijs quæ crassiores, tum quæ puriores sunt: tenues hasce per quosdam quasi canales ad iecinoris ostia deducet. Subsidentes autẽ & crassas in nutrimento fæces in capaciora intestina detruder, ac per multiplicia horum uolumina uersatas aliquamdiu retinebit, partim ut de his ipsa etiã uiscera nonnihil nutrimenti hauriant: partim ne, si per meatus rectos deijciantur, cõtinuò molesta nobis appetitio nutrimenti sit, & numquam non in eo acquirendo, animalium rationis expertium more, hominum occupetur opera. Quumq; iecinori etiam necessarius ad commutandum res humidas in sanguinẽ, caloris usus foret: abesset autem membrũ hoc situ suo longius à corde, propterea quòd minimè cõueniebat cor, quod principium & radix facultatis uitalis esset, arctiore per uicinitatẽ loco alteri uitæ principio con 64
iungi: ne quid ob caloris distantiã detrimenti nobis accideret, meatus neruus (quẽ periti huius doctrinæ arteriam uocant) haustum de corde spiritum igneum ad hepar defert. atq; hæc quidem arteria loco propè eodem, quo humida recipiuntur, heparti inseritur. Itaq; calore suo facit ut humida ferueant, quiddã cum eis igni cognatum cõmunicãs, quo fit uti sanguis igneo colore respersus, purpureus existat. inde rursus exorti gemini quidã riuuli rubulis cõsimiles, quorũ alius spiritũ, sanguinem alius continet (coniunguntur autem ideo, ut humor per caloris mobilitatẽ, si is unà uehatur, leuior existat) per corpus uniuersum multifariã sparguntur, tantũq; non infinita in canaliũ principia quasiq; ramos se passim findunt. Atq; duo quidẽ hęc facultatũ uitalium principia inter se cõmista, quũ id quod calorẽ, tum quod humorem uniuersum in corpus didit, quoddam ueluti debitum tributũ facultati quæ in administratione uitæ summo cũ imperio est & potestate, pendunt. Intelligimus autẽ facultatẽ, quæ cerebri membranis, ipsoq; cerebro continetur: à qua profectus omnis neruorum motus, omnis musculorum contractio, omnis spiritus, qui mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



65 tus est singulis in membris spontanei caussa, efficiunt uti corporis humani fabrica
ta de terra statua suis actionibus & motu sit prædita. In calore quidem quod est lon
gè purissimum, & in humore tenuissimum, utraq; mistione quadam ac temperatu
ra unita, uelut exhalando cerebrum nutriunt & fouent. Ab hoc eadem longè pu
rissimè attenuata redduntur, ut membranam ipsum ambientē irrigent. Hæc de par
te hominis superiore ad ima tendens, fistulæq; in modum contiguas uertebras pe
netrans, cum medulla, quam continet, ad basem usq; dorsi spinæ, quam uocant, de
lata deficit, ipsa etiam spina eo loco desinente. Ossium quidem & iuncturarum in
66 corpore commissuris omnibus item q; musculorum principijs ab hac membrana,
tamquam omniū moderatrice, ad quemlibet motum ac requietem facultas indi
tur. Eam ob caussam, de mei quidem animi iudicio, muniri hanc etiam magis ali
quanto, quàm membra cetera conueniebat. Itaq; in capite duplici ossium ambitu
omni ex parte compræhenditur, in uertebris quum existantiū ueluti spinarum pro
pugnaculis, tum multiplice ipsarum uertebrarum inter sese nexu: quo fit, ut ab illa
omnem iniuriam hæc, qua lædi posset, arceant: adeoq; tuta sit, quodam quasi præsi
dio ipsam undiq; sepiente. Item de corde licet existimare, esse nimirum hoc in
star munitæ domus omni ex parte compræhensum aptissimè, ac circumdatum ab
ossibus durissimis. Nam à tergo spina est dorsi, quam utraq; parte tutam scapulæ
reddunt. Latus autem utrumq; costæ complexæ, quod inter has medio loco conti
nentur, ne quid aduersi patiatur, efficiunt. Parte deniq; antica pectus & binæ clau
culæ cor muniunt, ut hoc modo tutū undiq; foret aduersus res omnes, quæ res ipsi
uel molestiam, uel malum etiam creare possent. Vt autem in agricultione uidemus
ab imbre uel riuulorum immissione terram irrigari. nam esto quidam nobis hortus
propositus, in quo uariæ sint maximo numero arbores, item q; rerū omnis generis
terra nascentū species, quæ singulæ forma, qualitate, colore plurimū differant: tot
res quū eiusdem loci nutriantur humore, uis tamen hæc succo suo singula rigans,
natura sua eadem est: quum res ipsæ quę nutriuntur, succū haustum diuersas in qua
litates cōmutent. Idem namq; in absinthio conuertitur in amarorem: in cicuta suc
cus efficitur, qui interitū adfert: in alijs aliud, uerbi gratia, in croco, balsamo, papa
67 uere. nam in his uim calidam adquirit, in illis frigidam, in alijs temperatam. In lau
ro, in iunco odorato, in alijs huiusmodi fragrantiā habet: in fico & piro dulcitudi
nem. In uite conuertitur in botrum ac pinum. Etiam cōmutatur in succum mali, in
rubedinem rosæ, in splendidum lilij candorem, in cæruleum uiolæ, in purpureū hy
68 acinthi colorem. Deniq; uniuersa quæ terra profert, quamquā ab uno eodemq; hu
more prouenianr: duersissima tamen efficiuntur, siue figurā, siue speciem, siue qua
litates singulorum spectes. Huiusmodi quoddam nostro etiam in agro, illo in
quam animaro, admirandū opus naturæ cōspicitur: naturę dico: immō uerò ipsius
naturæ domini. Ossa, cartilagines, uenæ, arteriæ, nerui, ligamenta, carnes, cutis, ar
uina, capilli, musculi, ungues, oculi, nares, aures, huiusmodi cetera numero propè
infinita, diuersis à se inuicem distincta proprietatibus, una nihilo minus eademq;
alimenti specie, prout ipsorum natura fert, nutriuntur: ita ut cibus quum à mem
bris singulis propè abest, eius in naturam conuertatur, cui sese adiunxerit. Si ad o
culum deferatur, oculi ad naturam temperatur, & prout ipsæ in oculo tunicæ di
uersæ sunt inter se, sic etiam nutrimentum ratione singulis conueniente distribui
tur. Si ad partes auditui destinatas confluat, earumdem naturę miscetur: sicut in la
bris, labrorum. In ossibus durescit: in medulla tenerum efficitur: cum neruo tendi
tur, cum superficie partibus ceteris circumdatur: ipsos in ungues penetrāt: & in ha
litus adeò tenues conuertitur, ut de ijs crines etiam oriantur. Ac si quidem per tor
tuosos meatus feratur, crispos & inflexos crines generat. sin eidem halitus, de qui
bus oriri comas diximus, per rectos meatus exeant: etiam comæ tensæ & rectæ e
runt. Sed enim longè ab instituto digressa oratio est, dum altius naturæ operibus
inhæret, & oculis quasi subijcere conatur, quo pacto & unde singula in nobis exi
stant, quum quæ ad uiuendum, tum quæ ad iucundè uiuendum comparata sunt:
& si



& si quid etiam præter hæc in nobis est, in partitione superiore compræhensum.
Nos autem institueramus demonstrare, caussam siue principium naturæ nostræ,
quod semine continetur, neq; animum esse sine corpore, neq; corpus sine animo:
sed ex corporibus animatis ac uiuis, uiuum & animarū ipso fui initio animal pro
creari, quod humana natura quasi nutrix excipiens, suis ipsa facultatibus alat. itaq;
nutriri secundum utramq; partem, quum quidem accretio parti utriq; consenta
nea manifestò depræhendatur. Nam statim ab initio per artificiosam & singulari
ab intelligentia profectam corporis formationem, inesse huic facultatem animi o
stenditur, apparentem illam quidem obscuriusculè sub initium, sed deinde corpo
ris instrumento planè absoluto clarissimè resplendentē. Licet simile quiddam sta
tuarijorum in arte perspicere. Nam esto animalis cuiusdam artifici proposita idea,
quam ille cupiat in saxo exprimere. postquàm hoc apud animū statuit, primùm de
materie cognata lapidē abscindit. deinde superfluis quasi amputatis, quodam mo
do rudem ei formam ad ideæ simulacrum animo conceptū inducit. de hac iam uel
ignarus quispiam consilij artificis, adsequi coniectura potest, quid operis instituе
rit. Ille porrò prioribus aliquid addens, propius etiam ad rei, qua in exprimenda la
borat, similitudinē accedit. Deniq; materiei formā accuratè perfectam insculpens,
arti finem imponit. estq; iam lapis ipse uel leo, uel homo, uel quidquid tamdē arti
fex de eo fecit, quū paullo ante informis esset: non quòd materies per formam sit
commutata, sed quòd ei forma quædam eiusmodi sit artificiosè inducta. Tale quid
si etiam de animo cogitabimus, à uero non prorsus aberrabimus. Quippe rerum
opifex sumpra generis eiusdem materie, quæ pars est hominis, quamdam quasi sta
tuam fabricat. Vt autem in comparatione proposita, Ieui primum opera forma sa
xi exsculpitur, quæ obscuriuscula initio est, perfectior autem opere iam absoluto:
sic etiā nostri huius in instrumenti sculptura, secundum proportionē subiectæ rei,
prout hæc scilicet perficitur, animus etiam magis ac magis eluescit. nimirū imper
fectum se, dum illud adhuc imperfectum est, deinde perfectum in perfecto decla
rat. Ac fuisset quidem ipso in ortus nostri initio perfectus, si per peccatū quasi mu
lata natura non esset. Nunc quum particeps natura nostra sit eius ortus, qui & ui
tijs obnoxius, & animalium rationis expertium ortui adfinis est: fieri nequit, ut ho
minis in figmento statim diuina imago eluceat, sed uia quadam & ordine homi
nem quasi penetrantem crassa & à brutis profectas in animo proprietates, ad per
fectionē peruenire necesse est. Huiusmodi quiddam nos magnus etiā Apostolus
ille, in epistola ad Corinthios scripta docet: Quum puer, inquit, essem, puerorū mo
re loquebar & ratiocinabar. Vir factus, puerilia ista hæc aboleui. Nimirum cogita
tiones pueris consentaneæ non eo pacto abolentur adscitis uirilibus, ut alius a
nimus ab eo qui erat in puero, in hominē iam uirum immigret: sed uno eodemq;
animo facultatem in puero necdum perfectam, in uiro perfectam demonstran
te. Quemadmodum enim res nascentes, quæ incrementum sumunt, uiuere qui
dem illas dicimus: sicut & quod uitæ naturalisq; motus est particeps, inanimum
dici nequit: non tamen perfecta in eis sic uiuentibus anima statui potest. Nam in
plantis quamquam existat animæ propria quædam effectio, non tamen eæ sen
suum motum habent. Deinde supra has, animalia bruta sunt illa quidem animæ fa
cultate prædita: finem uerò ultimum & perfectionem adepta non sunt. quippe à
rationis & intelligentiæ præstantissimo dono non sunt instructa. Sic ueram a
deò perfectamq; animam solam esse humanam statuimus, confirmantibus in hoc
sententiam nostram effectionibus eius uniuersis. Quòd si qua res alia particeps
etiam uitæ est, ea uerò animata dicitur hominum more, uocem hanc propria si
gnificatione non usurpantium. Non enim hoc ea fit ratione, quasi perfecta sit 69
in eiusmodi rebus anima: sed quòd partes quasdam in eis uideamus effectionum
animæ propriarum existere, quas ipsas tum primum cepisse hominis in natura ac
cepimus, quum ad statum perturbationibus & uitijs obnoxium nos demisissē
mus: sicut est ex arcana Mosis de hominis ortu narratione declaratum. Iccirco

Paulus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Paulus eo loco, quo consulit omnibus, qui parcre consilio ipsius uelint, ut perfectioni sint addicti: modum etiam subijcit, quo fieri compotes uoti sui possint, quū ait: Exuendum esse hominem ueterem, & induendum nouum, qui sit ad imaginem creatoris instauratus. Age igitur, reuertamur omnes ad diuinam illam gratiā, qua rerum initio Deus hominem creatum ornauit, quum diceret: Faciamus hominem ad imaginem similitudinemq; nostram. Ei sit gloria & potestas sæculis infinitis. Amen.

# GREGORII NYSSENI EPISCOPI, DE VITA MOSEOS, SIVE DE VITA PERFECTA, LIBER,

*Georgio Trapezuntio interprete.*

VEmadmodū qui certamen equorum nō sine magna delectatione animi spectant, & si nihil ad cursum diligentiæ illi prætermittant, quos uincere optant, oculis tamē cursum ipsorum soliciti prospicientes, clamant atq; hortantur, incitareq; ac effi cere se putant, ut uelocius equi peruolent, cùm huc atq; illuc unà cum equis inflectantur, ac manū quasi flagellum in ipsos extendant atq; incutiant: nō quia nesciant, hæc nihil ad uictoriam conferre, sed quia beneuolentiā ac studium erga certantes, uoce corporisq; motibus, natura duce significare impelluntur: sic mihi ipsi de te facere uideor amice ac frater charissime. Nam cùm tu in uirtutis spectaculo, probē diuino cursu ac certamine perseueres, & ad supernæ uocationis præmia crebris leuissimisq; saltibus festines, acclamo atq; impello, & diligentia studioq; intendere uelocitatem iubeo. Quæ omnia nō ideo facio, quia temerario quodam studio tui detinear, sed quia ut charissimo filio morem tibi gerere studeam. Cùm enim literis tuis petieris, ut tibi à nobis ad perfectā uitam admonitio quædam conscribatur, æquum arbitrati sumus, ut hoc libro nostro etsi nihil aliud fortè utiliratis, attamen illud profectò non contemnendum tibi, nos ipsos obedientiæ proponamus exemplum. Nam qui tam multarū animarum curam ut patres gerimus, oportere duximus, ut hæc senectus modestię tuæ mandata suscipiat, maiores obedientia in te profectò uires habebit, cùm ætas tua nostro exemplo magis roborata fuerit. Sed hæc hactenus. Nam nobis iam incipiendum est. Peristi à me charissime fili, ut tibi quænam sit perfecta uita, diligenter describā: quod te ideo uelle non dubito, ut cùm, in ueneris quod quæris, ad uitam tuam quod inuenisti, accōmodes. Ego uerò duo in hac re, & ambo mihi impossibilia, cōspicio. Vtrumq; enim, & perfectionem uidelicet uitæ ratione describere, & quod ratione comprehendisti, in uita ipsa monstrare, supra uires meas esse facilè fateor, quippe qui putem multis etiā in uirtute præstantioribus & magnis omnino uiris difficilia hæc esse dictu, imò uerò impossibi-
Psal. 52. lia. Verùm ne uidear ibi timere, ut Psalmista ait, ubi timor non est, planum id ita faciam. Cùm perfectum dicatur, quod finem suum atq; terminum ita c nsequutum est, ut nihil sibi desit, nihil deficiat. Sed in his quidē, quæ sensu capiuntur, certis quibusdam terminis cōtinentur omnia, ut uerbi causſa, in quanto tam continuo quàm discreto proprijs quibusdam terminis omnis mensura concluditur. Nam qui ad cubitum uel senarium respicit numerū, non est nescius, unde utrunq; istorū incepit, & quò exiuit, quibus illorū finis habeatur atq; perfectio. In uirtute uerò hunc ab Apostolo perfectionis terminū esse dicimus, q; nullus in ipsa sit terminus. Quippe cum ille ipse Paulus, uir diuinus, & mēte altissimus, semper ac iugiter per uirtutē suū cursum intēderet, nec unq; ad maiora cōscēdere negligeret: nō em uidebat statutā sibi cursus perfectionē ac finē. Quur ita? Quoniā omne bonum ipsa natura, qua bonū est, non



est, non habet terminū, sed contrarij cōparatione terminatur: ut uita morte, lux tenebris, & omnino bonum omne in eo desinit, quod ipsi contrariū esse intelligitur. Quare quemadmodū uitæ finis mortis initiū est, sic cursus ipsius finis qui secundū uirtutem est, uitiosi cursus initium inuenitur. Non igitur falsò à nobis dictū est, impossibile esse perfectionē ac finem uirtutis cōprehendere: demonstratū enim iam est, q; nullis uirtus terminis continetur. Nunc aūt alterum etiā, quòd scilicet impossibile sit eis qui cum uirtute uiuunt, ad perfectionē finemq; uirtutis peruenire, nobis explanandum uidetur. Primùm igitur ac propriè bonum, cuius natura bonitas est, Deus dico ipse, quod cumq; natura esse intelligitur, idipsum & est, & nuncupatur: quæ quidem diuina natura (quoniā nullus uirtutis terminus præter uitium est, ut iam rationibus cōprobauimus, diuinitas enim contrarium suscipere nō potest) interminata est ac infinita. At uerò qui nō simulatè, sed uerè uirtutē sequitur, Deo qui uera uirtus est, participatione coniungitur. Deus autem terminum non habet. Quare necesse est, participantis quoq; desideriū, cùm ad interminatā infinitumq; seipsum extendat, nullum habeat exitum, quo cessare possit. Quas ob res si nullis uitæ perfectio terminis continetur, si uirtutis id ipsum terminus est, quòd interminata sit, impossibile omnino est, ita perfectionem hanc aut re consequi, aut uerbis assequi, ut ad altiora ullus ascensus relinquatur. Quomodo igitur quæris, ad quem finem quispiam peruenturus sit, cùm finis nullus inueniatur? Non tamē quoniam quod quæritur exitum nō habet, ideirco præceptum illud Domini negligendum quo dicitur: Perfecti sitis, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Nam & si to- *Matth. 5.*
tum consequi nequeas, tamen in rebus omnibus, quæ natura bona sunt, non parum est lucrum (nisi delipias) uel partem earum aliquā consequi. Omne igitur studium, omnem curam, diligentiā deniq; omnem adhibeamus, ne ab ea perfectione decidamus, ad quā peruenire possibile sit: tantumq; ipsius possideamus, quantum capere possumus. Ita enim se habere, ut ad ulteriora semper in uirtute ac bono uelis ascendere, id ipsum forsan humanæ naturæ perfectio est. Sed recte (ut mihi uidetur) faciemus, si hac nostra in quæstione sacræ scripturæ utemur consilio. Per prophetam igitur Esaiam diuina uox clamat: Respicite in Abraham uestrū, & in Sa- *Esa. 51.*
ram quæ uos peperit. Hæc enim diuinus sermo, non ijs quūn uirtute permanent, sed ijs qui à uirtute aberrant, præcipit. Vt quemadmodū qui tempestate ac uentorum longè à recta nauigationis suæ uia in pelagus exacti sunt, si uel ignem, uel cacumen montis prospexerint, facilè se ab errore in tutum reducunt: sic quicumq; huius uitæ fluctibus oppressi, à uirtute aberrant, exemple Abrahæ ac Saræ, quasi quodam gubernaculo, ad diuinæ uoluntatis portum reuocantur. Ac ideo quoniā in masculum & fœminā natura humana diuisa est, & utraq; libera, tam ad uirtutem, quam ad uitium proposita est electio: ad Abraham & Sarā respicite, ut uiri à uiro, & mulieres à muliere, propria, idoneaq; naturæ sumpserimus, ardentissimum tuum (ut spero) explebimus desiderium: ostendemusq; quomodo possibile sit, hos uitæ fluctus absq; naufragio superare: animamq; nostram perturbationū undis minimè submersam in tutissimum uirtutis portum deducere. Idcirco enim credendum est præstantissimorū uirorum uitas exquisitissimè perscriptas, ut uita nostra imitatione ad uirtutē ac bonum rectius deducatur. Sed dicet qs ipsiam, quomodo si nec Chaldæus sum ego, ut de Abraham scribitur, nec alumnus regis Aegyptij filiæ, ut d Moyse scriptura testatur, nec deniq; cum priscorum aliquo mihi quicquam cōmune sit, alicuius eorum potero uitam consequi? Cum nihil habeam quo possis adeò diuersæ uitæ ac morum longeq; aliorum seculorum hominem imitari. Ns uerò respondebimus, neq; ad uitium, neq; ad uirtutem pertinere, si Chaldæus quis sit: nec si in Aegypto uiuat, aut in Babylone uersetur, ideo à recta uirtutis uita expellitur: nec enim in Iudæa solùm, ut quondam, Deus cognoscitur nec Sion illa, Dei scilicet domicilium, determinatus quidam locus est, ut Iera sonare uidetur. Sed subtilius atque acutius

nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca



nobis inſpiciendū eſt, ut uideamus quos Chaldæos, aut quos Ægyptios fugiēdos ſcriptura per hiſtoriā admonet, & qua Babylonis captiuitate liberati ad beatitudinem tandem cōſcendamus. Quas ob res Moyſes ille in exemplū nobis proponatur: cuius uitā ſi prius (ſicut à diuinis didicimus) breuiter percurramus, ſic demum conſentaneū hiſtoriæ ſenſum inueſtigabimus, quo perfectā hominum uitam faci-
Prou.1.2. lius cognoſcemus. Scribitur igitur, Moyſen quando Ægyptij lege tyrāni, maſculi Hebræorum infantuli uiuere uetabantur, tunc in lucem editum fuiſſe, quem gratia quadam ſtatim ab incunabilis ſcitum ac elegantem cùm uidiſſent parentes, maiori ſtudio fuiſſe ut uitam ei conſeruarent, conatos. Quare non ſimpliciter, ſed in ſiſcella quadam, bitumine ac pice rimas illita, impoſitum, in fluenta infantem Nili expoſuiſſe, diuinaq; uoluntate ad eam ripam amnis ſiſcellam uorticibus aquarū eiectā, qua regis tunc filia fortè ſpatiabatur. Ita repertus, ac gratia quæ in eo apparebat, & ſpecie à regis filia dilectus, in filium fuit adoptatus. Verùm natura quadam inſita mammillam omnino faſtidiens, conſilio propinquarum cuiuſdam, à propria enutritur parente. Quum uerò in regia educatione, doctrinaq; ſeculari ex ephebis iam eſſet egreſſus, inglorius degere apud ſuos maluiſſe, quàm fictam illam, cuius adoptatus in filium erat, matrem profiteri. Ægyptio autem uiro in Hebræorum quendam impetum faciente occiſo, duos Hebræorum contentione commotos in rixam admonuit, non ira concitari, ſed natura, quæ propinquitate ipſos coniunxit concilliatrice, & quaſi iudice arbitroq; fratres uti oportere. Sed ab eo qui præmio iniuriam afferebat repulſus ad contemplationem hac contumelia impellitur. Ciuitatum enim turbationibus omnino relictis, ſecum uiuere maluit, filia cuiuſdam alienigenæ in uxorem ducta: qui tanta erat ad pernoſcenda ingenia hominum, moreſq; comprehendendos prudentia præditus, ut unica re geſta, quam Moyſes aduerſus paſtorū uim magno animo fecerat, adoleſcentis uirtutē conſpexerit, q̄ non proprio lucro aut laude cōmotus, pro iuſtitia pugnauerit, ſed iuſtum ipſum per ſe ac natura ſua honeſtum iudicans, paſtores qui nihil in ſeipſum peccarunt, caſtigauit, eorumq; iniuriam repulit. Quapropter uirtutem Moyſi admiratus præſtantiorem ipſam aliorum diuitijs exiſtimans, filiam ei tradidit in uxorem, facultatemq; fecit, ut ipſe quamcunq; uiuendi rationem uellet, eligeret. At ille montanam ac ſolitariam elegit, ubi à turbatione procul remotus, in ouium cura ſibi in deſerto atten-
Exod.3. debat. Quo in genere uitæ non paruo tranſacto temporis ſpatio, mirabilem dicit hiſtoria ipſum uidiſſe uiſionem. In medio enim claroq; die alia præſtantior, quàm ſolaris lux, circa oculos ſuos effulſit. Cuius rei inſolentia cùm reſpexiſſet ad montem, arbuſtum ardens ſerbitur aſpexiſſe: cuius rami cum arderent, quaſi continua irrigatione uireſcebant, admiratumq; ſecum dixiſſe: Vadam & uidebo uiſionem hanc magnā, ne uidelicet oculos ſolùm, uerumetiā (quod mirabilius eſt) auditū radijs eius lucis illuminaret. Natura enim illius lucis, ueluti in duorum obiecta ſenſuum diuiſa, ut in oculos ſplendore radiorum fulgebat, ſic inauditum immortaleq; dogma tum intonabat. Vetuit enim admontem calceorū pondere preſſum accedere, ſoluereq; iuſſit calceamenta, ac domū nudo pede terram illam attingere, quæ diuina luce reſplendebat. Deinde ne longior in hiſtoria ſim, hac uiſione corroboratus, ab Ægyptiorum ſeruitute ſuos liberare iubetur. Sed ut diſceret, quanta diui-
Exod.4. nitus uirtus ſibi præſtaretur, ita Deo iubente, huiuſcemodi periculo uſus eſt. Virga manu in terram proiecta in colubrum uertitur, rurſusq; recepta, ut uirga prius erat ſubitò facta eſt. Manus quoq; in ſinu recondita, in niueum candorem immutatur, & iterum in eundem ſinum immiſſa, in priſtinam redijt naturā. Deſcendente autē ipſo in Aegyptum, adducenteq; ſecum uxorem alienigenā, & liberos ſibi ab ea natos, angelus obuiam factus timorē mortis inuliſſe fertur: quē mulier circumciſionis filij ſanguine facilè placauit. Tunc Aaron quoq; frater eius diuinitus monitus obuiam prodijt, & paulo pòſt in concionem adutriſq; populis conuocatur, liber-
Exod.5. tas tam laborioſæ ſeruituti præponitur. Cum ipſo quoq; tyranno hac de re loquuntur. Irritatur ille magis, imperat duriora, ut nō ſolùm luto, ſed paleis ſtipulisq; colligendis



afflicti Iudæi contabeſcant. Cùm uerò ad inaudita ſigna, miraculaq; Moyſes uerſus eſſet, coramq; ipſis Ægyptijs uirgā ſuam in colubrū uertiſſet, Pharao (id enim nomen erat tyranno) magorū ineptijs fretus, magis reſiſtebat: ij enim uirgas ſimiliter ſuas in terrā proiectas, in dracōes mutaſſe uidebāt. Sed qui ex uirga Moyſi uerè animatus erat, magorū uirgas, re ligna, uiſus deceptione dracones, facilè deuorauit. Tunc conſentientes tyranno Ægyptios omnes cùm uidiſſet Moyſes in uniuerſam eorū gentē, nemine omnino excepto intolerabilia infert uulnera. Commouebantur autē iuſſu eius elementa ipſa, terra ſcilicet, ignis, aer, aqua. ad impietatem enim tyranni actiones ſuas facilè cōmutabant. Eodem quoq; tēpore eodē in loco, Iudæi ab officio nō recedentes, nil mali ſentiebant. Ægyptij uerò perperā & cogitantes & agentes acriter plectebantur. Nam aqua per uniuerſam Aegyptū in *Ibid.7.* ſanguinē iubente Moyſe conuerſa eſt, ut uel piſces ipſi craſſitudine aquarū carnea morerentur: Iudæis ſolis ſanguis aqua erat limpidior. Hinc neceſſitate rerū coacti Aegyptij, aquæ quā apud Hebræos inueniebant, permixtione ſanguineā aquam ſuam mitigabant. Similiter quoq; ranarū irrepens multitudo, quarū generatio non *Exod.8.* naturali curſu elementorū, ſed coactis, ut ita dicā, elementis, iubente Moyſe facta eſt, ſolis turpiſſima Aegyptijs inferebat faſtidia: Iudæorū uerò uita nihil ex huiuſmodi beſtiolis incōmodi patiebatur. Sic etiā aer nullam diei ac noctis faciebat differentiam, Aegyptijs in eadem continuè craſſitudine palpitantibus: at Iudæis nihil noui afferebat. Similiter cætera quoq; omnia ſe habebant, grando ſcilicet, ignis, ciniphes, muſcæ caninę, locuſtarū nubes: hæc aduerſus Aegyptios omnia ut natura ſua fert, pernicioſiſſima erant: Iudæi uerò, rumoribus ſolùm, uerbiſq; cohabitantium hos morbos, nullo ſuo incōmodo, cognoſcebant. Poſtremò primogenitorū omniū nece, cùm ij quidem ſuorū pernicie confuſi lugerent, ij uerò ſanguinis ſigna culo, liminaribus atq; poſtibus inunctis tuti quieſcerent, quanta inter Iudæum & Aegyptium eſſet differentia, cunctis apparuit. Itaq; percuſſis Aegyptijs, ſuaq; publice ac priuatim lugentibus, educit Moyſes populū diuitijs ſimul Aegypti abductis. Verùm cùm iam tribus peragraſſet diebus, uidet pœnitentia ductum hoſtem, cum magno exercitu & inſtructiſſimo equitatu aduerſus ſe feſtinare. Quæ res non mediocriter imbellem populū in Moyſen concitauit. At ille intrepidus, uoce quidem populum, ut in Domino ſpem haberent, hortabatur, animo autē ad Deum penitus conuerſus, auxiliū tacitus implorabat. Quo recondito clamore creator exoratus, præſtò miſeris ac mirabiliter affuit. Nubes enim quæ Dei iuſſu, non natura præcedebat, nō preſſo aere uaporibus conſtituta, ſed aliud quiddā diuinitus, atq; altius, quàm humana mens percipere ualeat, quæ in die ſolis ardores tēperabat, & noctu in ignē uerſa noctis & frigora temperabat, & tenebras remouebat. Hæc inquam nubes, quā ueluti ducem ſequebantur, priore omiſſo itinere in rubeum mare ducebat. Deuenerūt igitur ſequuti ducē Hebræi uſq; ad littus, quos Aegyptij perſequuti, undiq; ita cōcludunt, ut nulla iam fuga humano conſilio poſſet excogitari. ante ipſos mare rubeū erat, poſt ipſos ualidiſſimus atq; inſtructiſſimus Aegyptiorum exercitus. Tunc ſummus ille uir omniū diuinitus monitus ad littus deſcendit, mareq; rubrū uirga percuſſit, & ſubitò ut in uitro facta ſciſſura facilè ex altera parte in alterā peruenit. Sic ictu Moyſaicę uirgæ in oppoſitā uſq; ripam, hinc atq; hinc cedentibus aquis, ſciſſura peruenit. Itaq; facto per mediū pelagus itinere, utraq; ex parte undis aquarū quaſi muris conſiſtentibus ingreditur, Deo fretus cum populo Moyſes, quē Pharao impetu animi cōcitatus inſequit. Sed mare uirga percuſſum *Exod.14.* in priſtinū ſtatum reducitur, ac Aegyptios omnes obruit. Hebræi uerò in oppoſitū littus incolumes quū peruenſſent, cantum Deo, qui glorioſum aduerſus hoſtem ſibi trophæum præbuerat, grato animo cecinerunt. Trium deinde dierum itinere confecto, cùm ſiti populus laboraret, mira quadam amaritudine aquarum à potu earum deterritus, lignum Moyſes, quod Deus ei oſtenderat, in amariſſimas illas aquas immiſit: & ilicò natura ligni aquarum ablata putredine, dulces atq; potabiles effectæ fuerunt. Nubis deinde ductu, quam præcedentem ſequebantur, & qua

stante ipsi quoq; castra metabantur, ad locũ deueniunt aquis atq; arboribus amœnissimum. Duodecim enim fontibus irrigabatur, & septuaginta palmis consitus altissimis, miraculo simul ac usui uidentibus fuit. Hinc rursus amota, in desertũ deduxit: ubi ardens arena, locorum ariditas, aquarum penuria, ingenti populum siti affligebat. Exod. 16.17. At Moyses ex lapide quodã uirga percusso, iucundissima atq; copiosissima aquarũ fluenta exilire fecit. Hic cõmeatus etiã omnis, quẽ exeuntes ab Aegypto adduxerant, quũ defecissent, non à terra sibi, ut solet, quæ uictum præstabant, oriebantur, sed à cœlo quotidie in crepusculo, non aquea stillicidia, sed quasi cristallinæ guttæ in coriandri seminis formam conglobatæ, roris uice, descendebant: quæ ad cibum collectæ gustum mellis penè afferebant. Sed mirabile quid in ipsa quoq; collectione fiebat. nullus enim minus quàm egeret, aut propter ætatem, aut propter infirmitatẽ sibi assumpsit: nullus quia ualidior sibi plus quàm esset opus, in eo die potuit arripere. Itaq; quicquid in uno die congregauerant, eius ipsius diei solummodo cibus erat. Quòd si quis timore furtim quandam sibi particulam ad crastinum conseruasset, totum quod repositum erat, per noctem corruptũ in uermes transformabatur, præter quam in die sabbati. Nam cum hæc dies ratione quadam, & mystica cessatione ab Hebræis honoraretur, ne quid in ea die præter consuetudinem facere cogerentur, quamuis tanto in collegio unusquisq; studium, quantũ in cæteris diebus die sexta adhibebat, duplum tamen collectũ sibi esse inueniebat. Quumq; in cæteris diebus, si quid seruabatur in crastinum, in uermes totum transmutaretur, solum quod die Veneris collectum erat, per totum diem sabbati perdurabat. Bellum deinde aduersum Amelech exarsit, & tunc primùm Hebræi constricti in aciem sunt, non omnes, sed electi, quibus Iosue qui post Moysen gubernacula populi susceperat, præfuit. Nam Moyses extra prælium, in colle quodam altiora una cum duobus necessarijs constiterat, ad cœlos aspiciens, quando (ut in historia traditum est) id quoq; inter cætera mirabile dictu factum est. Nam cùm Moyses manus in cœlum leuaret, tunc ingenti animo irruebant in hostes Hebræi: quũ uerò manus remisisset, tunc contrà ferociores facti hostes facilimè Iudæos pellebant. Quod aliquoties factum facilè intellexerunt, qui cum eo erant. Itaq; Moysi ulnas subeuntes occulta quadam de causa grauiores factas manus eius sustentabant. Verùm quia imbecilliores erant, quàm ut possent rectum diutius Moysen sustinere, lapidem illi in sedem suppositò facilius adminiculo effecerunt: ut manus in cœlum leuatas diutius retineret. Quo facto fusi omnino fugatiq; hostes sunt. Ita sine molestia in eremo uiuebant: nec enim poterant recedere, cùm nubes, quam ut ducẽ sequebantur, immobilis in eodem loco moraretur. His ita factis maiora occultioraq; mysteria Deus, & ipsum ductorẽ & populum instruere cùm uoluisset,
Exod. 19. præcepit populo per Moysen, ut tam corpore quàm animo mundus fieret, adeò ut etiam à nuptijs ipsis certo quodam dierum numero abstineret, aspersionibusq; quibusdam maculas abstergeret, ut omni labe animi corporisq; depositâ, mundus ad montem Sinai posset accedere: qui quidem mons ratione utentibus solum illo tempore aditũ præstabat: neq; his omnibus, sed uiris solummodo: nec uiris etiam omnibus, sed illis tantùm, qui diligenter à se omnẽ maculam expulissent. Studium autem omnibus erat non paruum ne quid brutorum monti appropinquare paterentur. Quòd si fortè aliter acciderit, lapidibus obrui à populo statutum erat, quicquid brutum iuxta montem apparuisset. His ita dispositis, in sereno die subitò tenebris mons circundatus fuit, & ignis è medio tenebrarum exiliens, ac totum ut uidebatur montis tractum depascens, terrebat prospicientes, fumo atq; caligine omnia repleta: adducebat tamẽ ad montẽ populum Moyses, quãuis ipse quoq; huiusce modi uisu timore perculsus ita erat, ut celare id minimè posset: sed uel ipsius corporis motibus cõmotum se patefecit: nec enim tantùm per oculos, uerumetiã per auditũ terror animas inuadebat: quũ sonitus desuper ueluti buccinæ aut tubæ diffrumpere subiecta locorum spacia uideretur. Eratq; eis tanto terribilior, quanto magis accedebant: quodq; mirabilius est, articulatus erat. Nam aer absq; uocalibus instru-



instrumentis nõ inanem orationem, sed significantẽ diuina formabat uirtute, quæ populo leges atq; instituta ponebat. Quæ omnia cũ ferre populus nõ posset, impetrauit à Moyse, ut à Deo, ipso mediante, lex sibi traderetur, nec se quicquã retractaturum, sed omnia sicuti ab ipso Deo per Moysen sibi tradita crediturum asseruit: ita populus quidẽ ad subiecta montis loca relabitur. Moyses uerò solus in monte relictus, contrà quã cæteri homines pati solẽt, affectus est. Nam quũ cæteri omnes desolati magis, in societate minus timeãt, ipse derelictus solus audacior factus est. Vnde patuit, nõ ut timidũ quendã perterritũ in principio fuisse, sed charitate timentis populi fuisse cõmotum. Quare cùm quasi onus quoddam timorẽ populi deposuerit, ac in seipso factus esset, tunc etiam in ipsam caliginem audacter ingreditur. Itaq; ad penetralia diuinorũ ingressus, nec Iudæis amplius inuisibilis, solus erat cum inuisibili, ut nos (ut arbitror) his gestis instrueret, quòd oporteat si quis uelit esse cum Deo, omnia hæc quæ uidentur, contemnere, ac mentem suam ad inuisibile atq; incomprehensibile, quasi ad summitatẽ montis dirigere: ibiq; credere Deum esse, quò peruenire cogitatio non potest. Hac igitur in summitate montis constituturus Moyses, diuina suscipit mandata, quę in uia doctrinaq; sunt ad uirturem. Cuius caput est pietas, ut scilicet condecentes de Deo opiniones habeamus, quod omnem cognoscibilem speciẽ, omneq; superexcedat exemplum, nulli rei quæ cognoscitur similis. Iubet enim ad nullam rem, quæ comprehendi possit, respicere: nec ijs simi- Exod. 20.
lem putare naturã, quæ super omnia est, quæ comprehensione cognoscuntur: sed esse quidem ipsam credere oportere: quanta uerò, aut qualis, aut unde, aut quomodo sit, non esse quærendum, cùm eò peruenire humana ingenia nequeant. Ad impietatem autem etiam adduntur illa, quæ morum sunt castigationes, in genere uel in parte distributa. In genere quidem, totam simpliciter iniustitiã propellit lex illa, quòd oporteat proximũ amare, quo stabiliter constituto, necessario sequitur, nihil aduersus proximum cuiquam esse faciendum. In parte uerò, parentes colere, ac carminibus quæ diligenter enumerantur, canere præcipit. Quibus legibus quasi instructus ad sublimiora transit mysteria, tabernaculo diuina sibi uirtute proposito. Tabernaculũ autem erat templum inaudita quadã uarietate pulcherrimũ, pro- Exod. 36.
pylea, columnæ, cortinę, mensa & candelabrũ & thuribulũ, altare ac propitiatoriũ, & quod intra sanctum est adytum impenetrabile. Quorũ omnium dispositionẽ ac pulchritudinẽ, partim ne memoriã fugiat, partim etiam posteris miraculum subap pareat, nõ picturæ tradere, sed materiali ædificatione immateriale illud exemplar diuino consilio splendidis acceptis mareriis imitari compellitur. Fuit igitur plurimum aurũ in columnis circumfusum, & cum auro argentũ cacumina & bases eorum exornabat, ut uarietate coloris, sicuti arbitror, magis fulgerẽt. Sed æris quoq; materia non inutilis uisa est, capita enim & bases columnarũ ex ære factę sunt. Cortinæ porrò atq; tentoria, totiusq; templi septum, & super columnas extensum tectum, omnia per textoriã artem conueniente singulis attributa materia cõficiebantur. Alijs ex hyacintho, & purpura erat tinctura, & igneus cocci rubor, splendor quoq; byssi natura ipsa perductus ac sine arte cõfectus color. In alijs linum, in alijs capilli, prout texturę usus petebat, assumebantur. Sed rubricatæ quoq; pelles nonnunquam acceptæ sunt. Verùm hæc posteaquã de monte descendit per ministros secundum expositũ sibi exemplar Moyses cõstruxit. Tunc aũt quum in illo adhuc absq; manu constituto tẽplo esset, quibus sacerdos uestibus quando in templi penetralia intrandũ erat, uteretur, de interiore simul atq; exteriore amictu leges posuit, initiũ non ab interiore, sed ab exteriore faciens: superhumeralia uarijs coloribus, quibus tentoriũ ornabatur, ac insuper auro distinxit. Vncinos quoq; fecit, & carenulas smaragdos in circulum auro cõnectentes. Hi lapides tum natura uirides atq; fulgẽtes, tũ sculptura mirabiles uidebanẽ: nec ad simulachrorũ figurã aliq; sculptura tendebat. Sed patriarcharũ nomina sex in singulis lapidib. erant impressa: ex his ad anteriorẽ partẽ scuta quædã dependebãt, & cõplicatæ catenæ in se permutatim in quendã numerũ connexæ atq; rhythmũ modo retis à fibulis ex utraq; parte

Universidad de Deusto
Biblioteca



desuper à scutis extẽsę,ut magis cõnexio perfulgeret.In his erat ex auro fabricatus ille ornatus pectoris, in quo diuersi patriarcharum numero lapides tres in singulis ordinibus,ordines quatuor fuerũt, tribuũ nomina literis exprimẽtes.In his erat tunica inter humeralia ad talos à ceruicib.delapsa, aptissimè cõposita: in his erat inferior limbus, nõ rexturæ uarietate solùm,uerumetiã aureis appendiculis pulcherrimus.Hæc aũt erant aurea tintinnabula,pomaq; punica uicissim dictũ limbum ambiunt:ea in his erat lamina, & caputium pontificis imminẽs fronti ex auro purissimo,mirabili quadã figura formata,& cingulũ quo circunfusus amictus sustinebat, &ornatus occultior:ac cætera omnia,quę per ænigmata in amictus specie sacerdo talẽ ostendunt uirtutẽ.Hæc à Deo ipso perdoctus,maiorq; seipso hac affectus doctrina,descendit à monte ad suos, ut eos eandem disciplinam doceret, & leges eis proponeret. Ferebat enim tabulas manibus non manu factas, sed ipsius Dei opus
Exod.32. pariter tam materia,quàm literę in materia impressę. Verùm populus qui antequã legis autor descenderet,pietatis frenũ excusserat,hanc gratiã nõ meruit.Nam cum quadraginta diebus ac noctibus nullius indigens rei, quibus hoc corpus sustentatur immortali uita sub illa caligine Moyses uiueret,quasi pueri, cum pædagogi nõ adsunt, sic populus aduersus Aaron concitatus,impulit eum,ut ad simulacrũ adorandum dux eis fieret:simulacrũ autem uitulus erat.Quare offensus Moyses,perrupit tabulas,ne in homines indignos tãta res deueniret: deinde Leuitis administran
Exod.24.25. & 26. tibus,populi sanguine scelus expiauit. Simulacrum contriuit,Deum ab ira sua propitiauit, & sic rursus quadraginta dierum spacio tabulas à Deo impetrauit: quas ipse quidem composuit, Deus autem perscripsit. Sic igitur postquã diuino exemplari tabernaculum ipsis ædificauit, propylea cuncta interiora, thuribula, altare, candelabrum,propitiatoriũ in adytis sacerdotij, ornatũ uarium,sacrificiorum modum, alium in purgationẽ,alium in agendis gratijs,alium ad auertenda mala immi
Num.12. nentia,aliud ad expiãda peccata.Hæc omnia postquam optimè perfecit atq; constituit,suorũ perpessus inuidiam est.Soror enim Maria diuino fratris honore commota, nonnihil loquuta est, cui diuina ira commota uelocem intulit punitionem. Qua in re mirabilis clementia,inauditaq; mansuetudo Moysi uisa est. Nõ enim so-
Exod.16. lum iratus inuidenti non fuit, sed Deum etiam orationibus sorori propitium reddidit.Quũ uerò multitudo uoluptate uicta carnes edere desideraret,meliusq; se in Ægypto uixisse ubi carnibus abundabat,quàm cœlesti cibo in deserto prędicaret, tunc Deo Moyses rem commisit. Deus uerò mira multitudine aues per statiua ludæorum circumuolantes gregatim sic immisit, ut aucupium esset facilimũ. Quarum carnium nimium repleti, in morbos deciderunt, mortuiq; non pauci fuerunt:
Num.13.14. quæ res residuis exẽplo ad modestiam fuit. Exploratores deinde ad promissionis terram mittuntur, qui reuersi non idem omnes, sed multi penè impossibilem esse transitum nunciauerunt. Vnde rursus multitudo aduersus Moysen commota fuit, multiq; desperarunt se posse illuc peruenire:qui omnes diuino iudicio condemnati,non uiderunt,quod se posse uidere desperarunt. Proficiscentes autem per desertum,quũ rursus aquæ penuria premerentur, nec ullã miraculorũ Dei tenerent me-
Num.20. moriã,tam aduersus Deũ,quàm aduersus Moysen impiè conclamabant:tum Moyses quoq; ipse uisus est propter perfidiã dubitasse, ueruntamen ex acrotomo illo lapide rursus fontes aquarũ mire produxit. Paulò aũt pòst Ægyptiacam,uitã,& uentris nimiam repletionẽ iterũ expetierunt. Quamobrem serpentes uenenosis morsibus diuinitus eis immissi. Quumq; plures hoc modo indies perirent, diuino nutu consilio Moyses,æs in serpentis confudit figurã, quam in tumulo quodam imposuit: iussitq; ut quicunq; serpentis morsu laborarent, in æreum serpentem aspicerent,atq; ita pestiferum ex morsu serpentum morbum fugauit.Immittebantur e-
Num.16. nim ex uisu quasi antidota quædam in corpus, quod serpentium uenena imbecilliora reddebat,quàm ut possent homines occidere. Rursus populo in eum seditione insurgente, ac nonnullis in seipsos transferre sacerdotalem dignitatem conantibus, Moyses quidem pro peccantibus orabat, Deus uerò non ut ille orabat, sed ut iu-



ut iustum erat,hiatu terræ omnes seditiosos qui in Moysen insurrexerũt, absorpsit. Qui autem sacerdotij cupiditate exarserunt, igne cremati circiter ducenti & quinquaginta exemplo suo cæteros castigarunt. Verùm ut crederent,non ab hominiNum.17. bus,sed à Deo sacerdotij gratiã concedi,uirga literis à quo esset ablata significante per unãquanq; tribum assumpta est, quas in templo Moyses apposuit: ac postero die sententiã de sacerdotio Dei omnibus ostendit: sola enim Aaron uirga floruit, fructumq; edidit. Nux aũt erat fructus. Quod quidem miraculum etiã infidelibus maximũ omniũ uisum est,stupentibus scilicet quomodo siccum ac leuigatũ lignũ, tam paruo tẽporis spatio arboris naturã susceperit atq; perfecit. Nam pro uligine terræ,pro cortice, pro humore,pro radicibus & ramis diuina uirtus ei suffecit. Procedebat deinde ulterius cum populo Moyses,edixitq; regiã(ut dicitur)uiam esse cuNum.21. stodiendam,ne uidelicet ad dextrã uel sinistram declinarẽt, nẽue quicquã habitantium ea loca arriperẽt.Coloni aũt locorum parũ his contenti à transitu prohibebãt, sed pugna uicti concesserunt inuiti, quod sponte dare noluerant.Post hæc Balach Num.22.23.
Madianitarum gentis magnæ princeps affinium exemplo perterritus,non ab alijs & 24. principibus,nec armorum & exercitus,sed à Balaam augure quodam,qui magicis artibus ac dæmonũ inuocatione claruerat, famaq; de ipso erat, sæpius ciuitatibus etiam ingentibus suis artibus nocuisse,auxilium petijt.Is quũ ad regem Balach iter faceret, asinæ uoce nõ prosperam eam sibi uiam fore instruitur,& uisione quadam quid faciundum esset,didicit,ac demũ in locum maledictionis magicæ tales de ludæis misit uoces, ut uerba eius apertæ essent diuinationes. Ira Balach uincitur,sed populus in bello uictor, non parua ex parte luxuria uincitur. Tunc Phinees zelo Num.25. uirtutis uno ictu tam Iudæum, quàm alienigenam mulierẽ in ipso impudico actu confodit:quo facto diuina in eos qui peccauerunt,ira cessauit.His ita gestis ascenNum.27. dit in altum Moyses montem,& procul repromissam maioribus suis terram specu Deut.34. latus humanam uitam exiuit,ita ut nihil in terris huius migrationis suæ signum reliqueret. Mirum autem est, quòd nec formæ, nec pulchritudinis suæ quicquam, nec ex facie sua resplendentem gratiam, nec oculorum aciem, uel temporum quibus cum hominibus erat, spatia uel labores comminuerant,sed uno edemq; modo uirtutes corporis atq; sensuum in eo semper uiguerunt. Hæc quidem sunt, quæ de illo uiro ab historia diuina percepimus,quæ cursim narrata iam tempus est propositio nostro accõmodare, ut uideamus ueteris scripturæ historiam ad perfectam uitam multum conducere. Quum masculinam ludæorum prolem tyranni lex occidendam statuit, tunc Moyses nascitur. Quonam igitur pacto dicet quispiã,si tunc forte à tyranno lex aduersus infantes lata est, quum Moyses in matris uentre ferebatur, huiusmodi ergo partum imitari potero? Nec enim in potestate hominis est, cùm uoluerit nasci. Sed hoc literalis sensus historiæ est, quæ ut ad mores accommodetur, altius intelligenda. Cuncta ergo quæ in mutatione ac fluxu posita sunt, nunquam firma manent, sed alterũ ex altero gignitur, & aut ad melius, aut ad peius semper exitus fit. In hominibus autem carnalis hæc & perturbationum plena dispositio, quæ tyranno ac hosti humani generis placet, ac ideo eam fouet uitaq; donat,per muliebrem sexum ostenditur. Virilis uerò partus hosti contrarius ac suspectus uirtuosam uitam significat.Est autem uita humana mutationi semper supposita: quam oportet, quum nõ sit æterna & immutabilis, semper nasci.Sic autem nasci non aliena fit appetitione, nec extrinsecus, ut in corporali natiuitate,sed electione propria unusquisq; nascitur: unde fit,ut nos ipsi patres simus nostri, qualescunq; nos uolumus electione gignentes,& aut marem aut fœminam,uitij ac uirtutis ratione fingentes. Itaq; licet nobis profectò cùm audiamus quãta hostis noster afficitur mœstitia masculinæ prolis,id est,uirtuosi uiri natiuitate,licet,inquam,nobis mares nos ipsos gignere, ac parentibus nostris, cogitationibus scilicet bonis, quæ uirtutem pariunt, afferre: iucunda enim est cogitatio uirtutis. Quæ uoluptas facilè facit, ut in uirtute perseueremus, ut contra tyrannicas etiam leges atq; instituta uiuamus.Id igitur ænigmate historiæ ueritas nos docet, ut omni diligẽtia stu-

*Mystica interpretatio uitæ Moysis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



deamus in hoc partu, qui in nobis est, ita nasci, ut hosti nostro partus noster molestus sit: nemo enim hostis mœstitiã affert, nisi ea signa ostendat, quibus ille uictum se possit cognoscere. Est aũt eiusdem uoluntatis masculã edere prolem, ac eam conuenienter nutrire, & quo modo in aquis saluari possit, prouidere. Nam qui hosti partus suos interficiendos condonant, hi nudos filios fluctibus exponunt. Fluctũ autem aquarum hanc uitam dico, in qua perturbationibus alternis multi obruuntur. At uerò cogitationes rectæ rationesq; uirilis partus parentes, fiscella muniunt quos genuerunt, ne undarum impetu cõfringantur atq; submergantur. Est autem ueluti uirgulis diuersis cõpacta fiscella, doctrina, ut arbitror ea, quæ multis atq; uarijs disciplinis in unum collecta, super fluctus huius uitæ fertur, neq; immergi patitur, sed impetu exagitata, tandem ad ripam extra huius uitæ turbationes animum educit. Natura quidem ipsarum rerum ita fieri crediderim. Videmus enim reipsa, si quis turbini ac procellis humanæ uitæ resistit, nec se obrui patitur, eam à corrupta hominum societate ac uita, tanquã onus graue reijci atq; repelli: quam qui effugit, uagitum imitetur Moysi, nec lachrymis parcat. Lachryma enim fidelis quædã custos eorum est, qui ueram quærunt uirtutem. Quòd si regis sterilis filia, doctrina ut delicet exterior, quę semper parturit, & nunquã uiuum educit partum, quę nullum unquam tantis laboribus condignum fructum produxit, quæ uterum inflat quasi aliquod uiuum prolatura, & tandem imperfecta & inania semper suo abortu edit, in filium adoptauerit, eousq; se falsæ matris filium uir bonus profitebitur, quousq; imperfectior atq; tenerior ætas sit. Qui uerò ad maiorẽ iam ætatem peruenit, eum pudebit eius se falsò filium appellari, quę naturaliter sterilis atq; inanis est, nisi tandem uera foueatur doctrina. Quare tantum Ægyptiorum assidebit reginæ, quantum opus erit ad hanc inferiorẽ doctrinam percipiendam, ne omnino expers humanorum præceptorum esse uideatur: deinde ad propriam matrem totus recurret, quam, uel quando sterilis reginæ filius putabatur, non omnino reliquerat. Id enim mihi uidetur historia nobis significare cùm asserat matris propriæ lacte Moysen enutritum oportere: uel cùm exterioribus in tenerioribus annis dari sumus, Ecclesiæ lacte nutriri, mores, consuetudines, exquisitamq; uiuendi normam, quibus altius animus ascendit, perdiscere ac obseruare. Inimici autem duo inter se colluctantes Hebræus atq; Aegyptius, inter quos medius factus Moyses, quum eos conciliare non potuisset, Aegyptium interfecit: pietas sunt atq; impietas. Primam scripturæ sacræ per Hebræum significatæ instituunt, alteram secularis ac exterior doctrina nugis suis insinuat, quam qui Moysen imitatur, uno ictu reluctantem occidit, nec aduersus pijssimam fidem insurgere ipsam patitur, quanquam etiam latius id accipere pro omni uirtute ac uitio possimus. Est enim quasi medius inter iustitiam ac iniustitiam, luxuriam atq; modestiam, humilitatem atq; superbiam, cæteraq; huiusmodi propositus homo. Docet igitur nos exemplo suo Moyses, radicitus tollenda esse uitia, uirtutem autem tanquam naturæ nostræ consentaneam amplectendã esse atq; fouendam. Rixa uerò quæ inter Iudæos facta sedari à Moyse non potuit, nostrorũ sunt de dogmatibus Ecclesiæ colluctationes, quas si sic sedare non possumus, ut iniuriantẽ deprimamus, fugiendum protinus ad sublimiorem sacramentalemq; doctrinam, ac alienigenæ rursus, si res ita cogit, id est, seculari doctrinæ, parumper cohabitandum, ut prauos pastores à puteis expellamus, uersutos uidelicet hos malignosq; doctrinę professores, qui rerum scientia ad ignorationem creatoris abuntur: quibus repulsis sic uiuemus, ut pugnantibus non miscemur, nec perturbemur reluctatione multorum: sed motus animi omnes tanquam oues pastori, sic rationi obtemperantes gubernabimus, qua quidem in norma uiuendi perseuerantibus, mirabili suo ueritas splendore nobis apparebit, animiq; oculus subaperiet atq; illuminabit. Deus aũt est ueritas, quæ tunc in uepribus Moysi uisa est, ad quã nos adducit rectè uiuendi ratio, & perturbationũ animi propter ueritatẽ repulsio. Quæ quidẽ ueritas non de cœlo illuxerit, ne à stellis desiluxa lux uideat: sed ab rubo, ipsoq; spinoso, ab humanitate uidelicet saluatoris effulgens,



gens, ad cognitionem sui per Euãgelicam nos tubam reuocat. Hinc etiã mysteriũ illud uirginis figuratum esse, quis nõ uiderit? Ab ea nãq; deitatis lux assumpta carne illuxit hominibus, eamq; omni modo incorruptã seruauit uirginitatis uiriditate nullo pacto cõmutata. Quæ quidẽ lux cùm nobis illuxerit, primò docebit quid faciundũ sit, ut possimus ad ueritatis radios accedere. Quòd calcei soluẽdi, ejiciendusq; sit undiq; omnis amictus pelliceus ac terrestris & sordidus passionũ ęstus, ut ipsius qui est, cognitio possit suscipi, quę opiniones de eo qui nõ est, falsas penitus repellit. Hæc enim est (ut ego sentio) ueritatis diffinitio, firma eius qui est intellectio, falsitas enim phantastica quædã circa id quod nõ est, comprehẽsio, quasi subsistat quod nõ est. Veritas aũt est eius, quod uerè est, firma intellectio. Lõgis autẽ spacijs temporum altiori per quietẽ animo meditari oportet, ut firmiter intelligere possis, quid sit quod uerè est, quod natura sua est: quid quòd nõ est, quod solùm esse uidetur, cùm per se atq; naturã suã minimè subsistat. Mihi eñ uidetur magnus ille Moyses ea in uisione didicisse, nihil earum rerũ quæ aut sensu comprehẽduntur, aut mente perspiciuntur, præter supremã essentiã, quæ omniũ causa est, & à qua omnia dependẽt, uerè subsistere. In nullo enim cæterorũ impẽdẽtia perspici potest, ita quod absq; participatione ueri entis possit esse. Solùm id eodem modo semper se habet, nũquam augetur, nũquam minuitur, æqualiter ad omnem mutationẽ, tã ad peius, quàm ad melius immutabile: peius enim ibi aut malũ nõ est, melius inueniri nõ potest. Quare solùm nulla re alia indiget, & solius cũcta indigẽt: solùm cuncta appetunt: solo cuncta participant: & quæ participant, per participationem & sunt, & bene sunt. Quod autem participatur, nunquam imminuitur. Id igitur profectò est, quod uerè est & huius ueri entis intellectio, ad quã tunc accesserit Moyses: & nũc quicunq; sicuti ille à terrestri se ac pelliceo absoluit amictu, diuinam ex rubo lucem prospiciẽs, quæ uidelicet ex carne nos illuminauit, quæ est lux uera, & ipsa ueritas, ut Euãgelium dicit, tũc talis efficitur, ut alios quoq; in libertatem uendicare, tyrãnidis iniustum principatum deponere, seruientes deniq; ipsos in terrã repromissionis reducere, commutatæ dextræ, & uirgæ in serpẽtem uersæ auxilio, id est, side incarnationis uerbi coadiutus. Nam si Moyses his nixus miraculis à seruitute tyrãni Hebræos liberauit, nõ iniuria incarnationis mysteriũ, quo & diabolus depositus, & humana natura liberata est, per hæc arbitramur significari: præsertim cùm tam prophetica, quàm euãgelica auctoritas ad hãc nos inducãt sentẽtiam. Propheta enim dicit: Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Nã & si natura diuina nullo pacto mutari queat, in eo tamẽ quòd ad assumẽdum hominem descẽdit, imbecillitatemq; nostrã uerè suscepit, cõmutata dicitur: & sicut Moysi manus è sinu educta uisa est commutata, rursumq; in sinum reducta, in naturã suã reducta est: simili quoq; modo unigenitus Dei filius quum in sinu patris est, dextera excelsi est: quum uerò è sinu patris ad nos uisitãdos descẽdit secũdum nos factus, quãuis immutabilis sit ipse natura, cõmutatus tamẽ dicitur. At uerò postq; morbos nostros sanauit, naturamq; nostrã in sinum suũ reduxit (sinus aũt filij pater est) tũc ipse nõ mutatus: quippe qui impassibilis atq; incõmutabilis est, mortalẽ hãc & corruptibilẽ naturã immortalẽ atq; immutabilẽ cõuertit. Virgę aũt in serpẽtem cõuersio, neminẽ Christianorũ conturbet, quoniã ad incarnationẽ uerbi à nobis accõmodat. Nã & animal id quãuis parũ accõmodari sacris mysterijs posse uideat, ipsa tamen Euãgelica ueritas hãc imaginẽ nõ omnino cõtemnit: quũ dicat: Sicut Moyses exaltauit serpẽtem in deserto, sic filiũ hominis exaltari oportet. Cuius ratio patet: nã cùm diuinæ literæ peccati patrẽ serpẽtem nominẽt, profectò quod à serpẽte natũ est serpẽs est. Quam obrẽ peccatũ parẽtis sui nomẽ meritò susceperit, serpensq; iure appellatur. At uerò Dominum propter nos peccatum esse factum, Apostolicus sermo testatur: Suscepit enim mortalitatem nostram, qui peccando mortales facti sumus. Si peccatum serpens est, Dominus autem peccatum factus est, patet quod sequitur: nam qui peccatum factus est, serpens factus est, & id propter nos, ut Aegyptios serpentes, qui per magos uiuificari uidentur, consumat & destruat,

*Psal. 76.*

*Ioan. 3.*

*1. Cor. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



quo facto rursus in uirgam uertitur, qua delinquentes castigantur, & consolantur qui arduam ac difficilem uirtutis pergunt uiam, baculo fidei optima spe innixi. Est enim fides rerum quas speramus subsistentia, quas quicūq; mente concepit, quasi
Hebr. 11. Deus eorum sit: qui ueritati resistentes carni ac falsis rebus attendunt, quibus inane quoddam esse uidetur, eum audire qui est. Ait enim Pharao: Quis est Dominus
Exod. 5. cuius uocem exaudiam? nō cognosco Dominum, solum autem putatur honorabile ac iucundum, quod terrestre atq; carnale est, quodq; corporis sensus nimia uoluptate titillat. Qui uerò lucis splendore corroboratus est, ingentesq; hinc uires & autoritatē in aduersarios cepit, ijs sicuti athleta satis exercitatus cōfidenter ac magno animo in hostē descendit: uirgā illam in manu retinens, fidei uidelicet ensem, quo serpentes Aegyptiorū confodiet, atq; uincet. Sequitur autē ipsum cōiunx aliena nigena, humana uidelicet hæc eruditio, cuius sunt nōnulla ad liberorum procreationē utilia. Moralis eñ naturalisq; philosophia cōiungi, pfectò sublimiori uitæ, charissimaq; cōiunx eius ac socia fieri debet, dum eius partus nihil alienigeni scelaris secū adducat. Quod nisi quis circuncidat atq; auferat, mortis periculū angelus obuiā factus incutiet, quē uxor Moysi tunc placauit, cùm ablatione præputij, quo alienigenæ cognoscuntur atq; cōtaminātur, mundū filiū suū effecerit. Quod quidē ænigma historiæ facilè quis per ea, quæ dicta sunt ad Christianæ uirtutis pietatisq; incremētū adaptare poterit. Habet enim philosophia seculi partus humanaq; disciplina carnale quoddā præputiū, quo circunciso quod relinquitur, Israeliticæ inuenitur esse nobilitatis, ut exempli causa, immortalē esse animū philosophi perhibent, id pium est. De corporibus in corpora trāsire uolunt, & de rationali natura etiā in rationis expertē transilire nonnulli asserunt, hæc quasi præputiū circūcidenda sunt, proculq; omnino abijcienda. Deum esse nō negant, creatoremq; omnium à quo cuncta dependeant, uerè asseuerāt, ac rationibus quantū fieri potest, demonstrant, sed creatori materiā ueluti egenti artifici supponūt, multaq; alia huiusmodi sunt ueris excogitata rationibus, sed absurdis atq; falsis oppositionibus maculata, quæ si tollemus, propitius nobis Dei angelus fiet, horum dogmatū partu, tanquā non diuino & ab Ecclesia Christiana alieno exultans. Sed repetamus hæc breuiter, ut uideamus quo pacto fraterna nobis suffragia subueniant. Primùm igitur in initio ipsius uitæ, cùm uirtuosè uiuere Moyses maluit, quàm reginæ filius absq; uirtute nuncupari, bellicosus quidā casus ac militaris ei occurrit, Aegyptio ad Hebræum, ac rursus Hebræo ad alium sui generis insurgentibus. Deinde cùm iā omni numero uirtutis, longaq; præmeditatione exercitationeq;, ac demum diuinæ lucis uisione à terrenis in altiora fuit eleuatus, placabilis & optata fratris sibi occursatio facta est, diuinitus ut ei obuiam ueniret excitati. Nā profectò si tropologicè id accipimus, tunc manifestè diuinum ad uirtutem nobis patrocinium concedi reperiemus, cùm uirtuosè iam ac piè uixerimus: quod quidem patrocinium prima generatione & creatione nostra antiquius est: prius enim creatum, sed tunc apertissimè apparet, cùm nos ipsos attentione ac cura meliori uitæ tradiderimus, ac pro zelo fidei & uirtutis certamina suscipimus grauiora. Verùm ne ænigma historiæ per ænigmata exponi uideatur, latius quod sentio explanādum est, occultior quædam traditio est: uerus sermo ad nos usq; descendit, quo creditur, postea, quàm in peccatū natura nostra lapsa est, nō omnino à clemētia diuina neglectā, neq; absq; suo patrocinio demissam, sed angelorum qui natura incorporei sunt, aliquem in administriculum cuiq; cōstitutum fuisse, naturæq; nostræ corruptorem in omnibus cōtrà annitentem, prauum aliquem atq; maleficum dæmona ad malè uiuendum homines impellentem ad singulos destinasse. Horum autem medium factum hominē quorum alter uirtutis præmia (quæ spe atq; fide præparantur) cogitationibus offert, alter titillationes & uoluptates carnis suggerit, animumq; suū, quasi speculum bonorū, quæ firmæ spei nostræ proposita sunt, effecerit, ita ut mētis oculo oblatas diuina gratia uirtutis species queat recipere. Tunc ei manifestius fratris adminicula undiq; apparent, secū aduersus hostes armati: frater eñ quodāmodo hominis animo angelus est, rationali quippe ac intellectuali natura secū annectunt, qui tunc maximè nobis assistere uidetur, cùm Pharaoni appropinquamus. Nemo aūt historiæ ueritatē per omnia nos cogat ad propositū accōmodare: nec si quid nō cōsentaneū huic tropologię in historia ueniat, idcirco uniuersam hāc intelligēdę scripturæ uiā aspernetur atq; cōtemnat, sed recordet, ab initio statim nos dixisse, magnorū uirorū uitas ad exemplū & imitationē diuinitus nobis esse propositas. Itaq; cùm per earundē rerū seriē, per eosdē uitæ casus, aut materiē minimè possimus eos imitari; quomodo enim iterū in Aegypto eo pacto erit populus? aut quomodo tyrannis muliebrē prolē uiuificare, masculinā occidere reperiet? cæteraq; omnia quę historia cōscribit, ubi quis inueniet? nullibi profectò. Quare quoniam eisdē in rebus beatos uiros imitari nō possumus, ad moralē uitā ab historica serie omnia traducamus quæ benè uiuēdi rationibus cōgruunt. Potuit eñ profectò Deus ad posteriorū perfectionē priscorū uitā in exemplū altius intellectam accōmodare. Quare si quod historiæ dictū non omnino proposito cōuenit, id prætermittentes, ne series expositionis intercidatur, quæ idonea sunt, coniungemus. Hæc dixi ne quis mihi obijciat, cōgruè quidē hic, pro Aaron fratre Moysi maiore, angelū custodē nobis diuinitus datū, nos subintellexisse: nā & prior natura angelica est, & intellectuali ac incorporali cū humano uideretur animo cōuenire, nec dubitare se auxilio nobis maximè tūc esse, cùm aduersus incorporales hostes insurgimus, nō tamē rectè pro hoc, quasi fratre nobis angelo semper Aaron capi posse. Nā cùm Aaron dux Hebræis ad idololatriā fuisse uideatur, ut historia tradit, quomodo eū pro duce pietatis angelo positū ab historia credendū est? Hoc igitur prætermittēdū forsan erit, si omnino accōmodari nō possit: quāuis angeli quoq; nomē, ut & fratris ad utrāq; partē à scriptura positum inueniamus: nō enim Dei solùm, uerumetiā Satanæ angelum dicimus: nec bonum tātùm, sed etiā prauū fratrē nominamus. Fratres enim, *Ulere. 9.*
inquit scriptura, sint in necessitatibus utiles, in meliorē hic partē fratris nomen accipiens: in peiorē aūt accipit, quū dicit, omnis frater calcaneo supplantabit: uerùm exquisitius hæc in loco suo cōsiderabimus. Qui autē uisione diuinę lucis seipsum corroborauit, ac talē fratrē adeptus sit, qui sibi adesse in periculis non timeat, is tā cōfidenter populū alloquatur, & in memoriā paternæ nobilitatis adducat, sententiamq; dicat, quomodo limum ac lateres aliosq; seruiles labores effugere poterit. Sed diligenter aduertēdum oro, ne nos fugiat, quod apertissimè historia ipsa prædicat. Videmus enim Moysen antea quàm perfectiore se uirtute firmauerit, duos inter se cōtendentes homines cōciliare nequiuisse: postea uerò quum sibijpsi longo temporum spatio uacauerit, à multis hominum millibus facilè in protectorem recipi. Magna igitur uoce scripturæ autoritas clamare uidetur, nō insiliendum esse ad docendam instituendamq; multitudinem, nisi prius magna diligētia magnisq; laboribus eam fueris autoritatē adeptus, ut auditores uerbis tuis facilè acquiescāt. Quum igitur sententiam Moysi populus cōprobasset, libertatisq; desiderio exarsisset, incitatur tūc hostis, & maiore labore ipsum comprimere conatur. Quod re ipsa hodie fieri uidemus. Nam multi, ne omnes dicam, eorum qui sermonem de libertate receperunt, ac prædicationi Euāgelicæ paruerūt, ad hūc usq; diem à tyranno ac hoste humani generis multis ac grauibus tēptationibus cōprimūtur, quibus multi meliores firmioresq; in fide facti sunt, tāquam aurū igne, sic doloribus comprobati. Nonnulli uerò (piget dicere) frāguntur aduersis, maluisseq; dicūt nō audisse ueritatis & libertatis sermonē, quàm ea de causa tam multis laboribus incidisse. Idipsum tūc quoq; fiebat Hebræis ex pusillanimitate, libertatis ministros accusantibus: sed nō cessabit ideo prędicatio ad libertatem & ueritatē nos reuocās, etiā si multi, quasi pueri atq; infantes, tētationes pertimescāt. Tyrannus enim ac hostis noster humanæ naturæ deprauator semper studet, ne ad cœlū oculos eleuare possimus, sed in terrā cōtinuò inclinati lateres in ea ex luto faciamus. Nam quicquid in hac uita inueniē, quo quis materialiter ac sensualiter fruatur, id aut ex terra est, aut ex aqua siue ad uētrem, siue ad diuitias pertinēs. Horum autē elemētorum mixtura lutum

Universidad de Deusto
Biblioteca



ra lutum fit, quo repleti, qui ad lutofas has inhiant uoluptates, nunquàm ſe plenos retinere poſſunt, ſed quamuis ſemper ſe impleant, ſemper tamen uacui ſunt. Nam quemadmodū laterū fictor aliud atque aliud lutū formæ qua lateres figurat, imponit, adeò ut forma plena ſemper & uacua ſemper luti dici poſſit, quoniā quum hoc receperit atq; firmauerit, nullus amplius uſus ipſius ad hoc eſt, ſed ad aliud ad quꝰ uacua eſt: ſic appetendi uis, ſi quis eam his terrenis cupiditatibus replere ſtudeat, & ſi quod indies cupit, aſſequatur, eoq; ſe repleat, uacua tamen ſemper eſt, cùm ea quæ habuit, reſpuat, & in aliud atque aliud continuè feratur: nec finis miſerrimi ardoris cupiditatū eſſe poteſt, niſi quis carnalē uitā repellat. Paleæ uerò quas lateribus immiſcere coguntur, iā à ſacratiſſimo Euāgelio & diuina Apoſtoli tuba quid ſignificent, expolitū eſt. Materiā enim ignis per culmos & paleas oſtendi confirmant, quā quidē materiā ignis is ſibi præparat, qui terrenis obruitur uoluptatibus. Verùm quando aliquis eorum, qui uirtutis præſtantia excellunt, à ſeruitute ad libertatem ſubmerſos in uitijs homines uendicare conatur, tunc cauillatoris, qui uarijs, ut Apoſtolus ait, aduerſus animas noſtras utitur uijs, contra diuinā inſtitutionem cauillationes fraudulentas inducit. Hæc dico ad Aegyptios dracones reſpiciens, qui uarias fraudes artis diabolicæ ad perniciem hominū excogitatas ſignificant, quas uirga Moyſi deſtruit atq; conſumit, incarnatio uidelicet uerbi, ſicuti iā diximus. Qui aūt hanc uirtutis ac fidei uirgā habet, quæ cùm uirga ueritatis ſit, diaboli fraudulentas uirgas conſumit: uia recta cōſequenter ad maiora procedit miracula, quæ quidē miracula, non ut terreant audiētes, ſed ut proſint credentibus, fiūt. Nā eiſdē miraculis hoſtes expugnantur, fideles muniuntur, deijciuntur alieni, erigūtur noſtri: illi cōminuuntur, nos augemur. Sed primùm generaliter quid hæc miracula intēdāt, quomodoq; fiant, perſtringamus, deinde facilè ſingula ſpeculabimur. Veritatis igit̄ hæc ſumma doctrina ad diſpoſitiones hominū qui iā audiūt, cōmutari uidetur. nā quū æqualiter omnibus quid appetendū & quid fugiendū ſit, benignè oſtēdat, is in luce ambulat, mentēq; illā innatā habet, quę auſcultat & paret: qui uerò reſiſtit, & ueritatis radios ad animā ſuā nō intromittit, is in tenebris ignorātię permanet. Quapropter nō eſt incredibile, nihil mali ſenſiſſe ludęos, quāuis unà cū Aegyptijs qui uexabantur, habitarent: nā id ipſum altius intellectū hodie quoq; fieri uidere licet. Non enim ignoramus, in magnis præſertim ciuitatibus in cōtrarias de ueritate opiniones multitudine diuiſa, alijs limpidas aquas atq; potabiles eſſe, quæ quotidianis prędicationibus, ſcripturęq; uocibus in anima ſua ſcaturiunt: alijs (quoniā peruerſis opinionibus Aegyptiorū imitātur malitiā) in ſanguinē corruptum Euangelij atq; prædicationis ſuauiſſimus potus conuertitur: & quod peius eſt, ſæpenumerò fraudulenta hæc Aegyptiorū, id eſt, non credentium perfidia falſitatis macula in Hebræorū ſanguinē potū aut conuertit, aut conuertere nititur. Conātur enim friuolis utentes, uaniſq; ratiunculis, nobis oſtēdere, limpidas aquas noſtras tales non eſſe, ſed nunquam id facient. Nam & ſi aquarū ſuperficiē quaſi rubeā apparere cauillationibus efficiāt, bibet tamē Iſrael, id eſt, Dei populus aquā uerā: & ſi ueriſimiliter arguere aduerſarij uideantur, cōmouebit. Sic pro ranarū quoq; ſpecie deformi atq; loquaci, cui dubia uita (nā & aquaticū & terreſtre id animal eſt) cuius ſaltus repens, cuius aſpectus turpiſſimus, cuius è corpore intolerabilis fœtor emittitur: quod domos lectulosq; ipſaq; penetrabit. Aegyptiorum ſordidat, & Hebræorū uitā nō maculat, uarios malitiæ corruptionisq; fœtus, qui ex fœtido hominū corde, quaſi ex putrido limo naſcuntur, intelligimus. Hæc immunda ranarū multitudo, domos eorū qui Aegyptiacè, id eſt, uitioſè uiuere malunt, habitat: in mēſis eorū abundat, in lectulis aſſidet, in abditis eorū omnibus atque reconditis rebus inuenitur: uerè nāq; ſordida luxurioſaq; uita ex corrupto fœtidoq; limo paſſionum profecta, dubiū quoddā animal eſt, aquaticum ſcilicet atq; terreſtre. Homo natura eſt qui ita uiuit, electione uerò pecus, pecudeq; ſordidius: unde fit, ut dubium quoddam animal hac uita efficiamur. Nam qui naturā reſpicit, homines: q uitā cōſiderat, nō homines, ſed ex brutorū genere nos ipſe putabit: cuius



cūius quidem bruti ſigna tam in uniuerſa domo, quàm in ſingulis inuenias partibus. Nā & in muris & in aulis diuerſæ ad luxuriā animi picturæ, & in uaſis ſculpturæ impreſſæ nequitiā prædicāt, quibus cogitatio ad cupiditates ſuas reuocatur, uituperoſi ſpectaculi uiſione, ad animam uſq; paſſionū æſtu perueniente, ne ſcilicet cupiditatū ardor extinguatur, aut retundatur. Similiter ſi mēſas, ſi lectos uoluptuoſi corruptiq; hominis cōſiderabis, id ipſum inuenies. Quòd ſi recondita abditaq; hominis huiuſmodi non dico uaſcula & capſulas (multis enim ea patent, nec alienа ſunt à turpitudine uitæ) ſed occulta mētis & animi perſpicere poteris, iā uerò accumulatarū ranarū putredinē reperies fœtidam. At modeſti hominis etiam oculus mundus eſt, & hæc quæ ad luxuriā incitant, ſpectacula reſpuit. Menſa quoque ſimiliter cōmunis ac tenuis, nō magna carnium aut piſciū onerata cōgeries. Quod uerò induratū adeò tyrānum fuiſſe dicitur, non te perturbet, neq; idcirco nequitiæ ſuæ pœnas euaſiſſe ipſum putes, quoniā diuina potentia quaſi coactus peccaret. Simile nanq; id ei eſt, quod diuinus Apoſtolus de ijs, qui conuoluuntur in turpiſſimis nefandiſſimiſq; luxuriæ uitijs, dicit. Quod ſicut nō probauerunt impij Deū habere in notitiā, tradidit eos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam & uerba ſcripturæ, quaſi diuinitus eos impulſos ad libidinē, ac ignominiæ paſſionibus traditos ſonare uidentur. Nec tamen turpitudini Deus quenquam tradit, nec Pharao nolens ab ipſo Deo in induriciem impellitur, nec uita ranarum à uirtute conformatur. Nā ſi Dei uoluntate atque impulſu ita fieret, nec turpitudinis & intemperationis hæ paſſiones appellarentur, nec ulla eſſet inter uirtutem & uitium differētia. Verùm quū alius hanc, alius illam eligat uitam, & hic uirtuoſè, ille uitioſè uiuere malit, non ure altiori cuidā neceſſitati, ſed uoluntati ſingulorū uiuendi normam attribuimus. Quomodo igitur uituperationis quiſquam paſſionibus à Deo tradatur, ipſe Apoſtolus aperte nos docet, qui nō probauit Deum habere in notitiā, is quū à Deo nō defendatur, ne gratia eius, unde omne bonum eſt, ſuſtentetur (nec enim defendit Deus nolentē cognoſcere) is, inquā, ab eo turpitudini tradi dicitur. Nam quemadmodum ſi quis de homine qui in foueam decidit, quoniam ſolem non uidit, ideirco in foueam ipſum incidiſſe aſſeueraret, nullo nobis modo in mentem ueniret, abſtrato ſole in foueam ipſum depulſum, ſed ſtatim intelligeremus ideo in foueam lapſum, quoniā cæcitate ſua ſolis lucem aſpicere non potuit: ſic oportuit ſcripturæ quoq; huiuſmodi locos accipere. Induraūit igitur Deus cor Pharaonis, nō quia di uina uoluntas duriciē in animū eius induxerit, ſed quia cùm ipſe uitioſè uiuere maluerit, nō ſuſcepit rationē qua induratum in uitio cor permolitur. Sic uirga quoq; Moyſi apparens in Aegypto, Hebræos à ranis mūdat, Aegyptios ranis replet. Verùm cùm etiā pro Aegyptijs manus Moyſes extenderit, tunc & ipſi ab huiuſcemodi abominato ranarū morbo liberantur. Quod ita fieri uidemus in hac uniuerſi generis hominum à diabolo liberatione: nā qui prauis cupiditatibus, quaſi ranis immundis tabeſcūt, ſi ad uerum legiſlatorem Chriſtum aſpexerint, & cum manus in cruce extendiſſe uerè crediderint, facilè à cohabitatione ranarum liberantur, mortificato morbo huiuſmodi ac putrefacto. Quippe cùm liberatus ab his prauis cupiditatibus homo ſit, atque hos ſerpentinos animi motus omnino ejecerit, tūc delectorum quæ peſtifera cupiditate uictus commiſerat, acerba nimirum ac fœtida fit recordatio, amaritudinem ex pudore ingentem inferens, ut ad eos Apoſtolus ait: qui repudiata malè uiuendi conſuetudine uirtutem complexi ſunt. Quem igitur fructū in his habebatis, quorū nunc uos pudet? Hoc pacto etiam intellige per uirgā Moyſi Aegyptijs quidem atrum & tenebroſum aera eſſe confectum: Hæbræis uerò eundem eodem in tempore atque loco radijs refulſiſſe. Quare ſententia noſtra maximè comprobatur, quòd ſcilicet non cogens quædam diuinitus uis alios hominū in tenebris ceſpitare facit, alios in clara luce uerſari, ſed in nobis ipſis atq; intrinſecus, in noſtra poteſtate, uoluntate, electione tenebrarū ac lucis cauſas homines poſſidemus, ut nunc uidentes, nūc cæci, prout uolumus, certè fiamus. Nā etiā ſecūdū hiſtoriā nō muri, nō montes, nō alia huius Aegyptijs radios ſolis auferebant, Rom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rebant,ſed æqualiter quidē ſole omnia perluſtrante Iudæi luce dei fruebātur, Aegyptij aūt uidere nō poterant.Sic luculēta ſplēdidaq; uia uirtutis æqualiter omnibus propoſita, alij malè agēdo uitiorū tenebris obcæcātur, alij uirtutis lumine reſplendēt.Quòd ſi poſtquā triduo Aegyptij tenebris laborarunt,adapertis per pœnitentiā oculis illico uiderūt,nō iniuria, præſertim cùm palpabiles illæ tenebræ tā uerbo,quàm ſenſu,peccati ac ignorātiæ tenebris cōueniant. Hāc à peccato libertatē noſtrā à crucifixo factam, tenebrasq; ignorantiæ morte ac reſurrectione ipſius repulſas ab hiſtoria ſignificata crediderim: maximè cùm & ibi Moyſes pro Aegyptijs qui ſenſibilibus tenebris laborabant,& hic Chriſtus pro peccatoribus,qui delictorū tenebris obfuſcātur,manus extenderit.Puluerē autē de camino ſumptū, qui turgentia ulcera doloresq; intolerabiles Aegyptijs inferebat, ipſo nomine camini admoniti gehennæ ac ignis illius cruciatum ſignificaſſe credimus, qui quidē ignis ſolos uexat Aegyptios,id eſt,ut ſæpius diximus, malè uiuentes, & extenſionem manuum Chriſti non adorantes. Si quis uerò uere Iſraelita eſt,nepos Abrahę qui illius uitam fide ac opere imitetur, is ignem illum non ſentiet,extenſione manuū Moyſi,id eſt,Chriſti liberatus. Scynifes uerò illos, qui occultis morſibus Aegyptios exagitarunt:caninasq; muſcas,quæ corporibus moriendo figebātur,locuſtasq; agrorū omniū uaſtitatē inferentes, & fulmina ſimul cum grādinis lapidibus decidentia, non erit profectò difficile,ſi quis dictorū ſeriem ſequitur conuenienter,ad noſtrum propoſitum ut decet accommodare,quę quidem omnia Aegyptiaca uita quærit & eligit, Dei autem infinita iuſtitia ſecundū ſingulorum merita infert peccantibus. Non decet hiſtoriæ literam ita ſequi, ut Deū putemus cruciatus cauſam, ſed unumquenq; ſua electione ſibi dolores præparaſſe ac feciſſe credere
Rom. 2. debemus,ut etiam Apoſtolus ad huiuſmodi hominem dicit, quòd ſecundum duriciem tuam,quia cor tuum non pœnitet, iram tibi in die iræ ac reuelationis & iuſti iudicij Dei congregas,qui unicuiq; tribuit iuxta ſuorum operum merita. Nam quemadmodum ſi prauí ac pernitioſi humores in præcordijs ac inteſtinis lateant, non accuſatur medicus quòd eos ipſe fecerit, ſi arte ipſos in cutem ut appareant, traxerit,ſed effecir quidem illos inordinata diæta, traxit autem in manifeſtius non imperitus medicus: ſic cùm dolores ac cruciatus hominibus à Deo factos audimus, intelligere decet à nobis ipſis initia & cauſas earum uexationum fuiſſe. Qui enim bene uixit,huic non tenebræ,nō uermes, non gehenna,non ignis,non aliud ullum & nomine & re terribilè imminet,ſicut ipſa quoq; teſtatur hiſtoria.Nā cùm in eodem ſimul Hebræi cum Aegyptijs eſſent loco, cruciabantur Aegyptij, Hebræis nihil ſentientibus.Quare manifeſtum eſt,nihil harum pœnarum abſque noſtra electione ac uoluntate poſſe conſiſtere. Sed pergemus ad reliqua, ſi prius id prædictis addiderimus: quòd ſicut Moyſes, ſic quicūq; illum zelo uirtutis imitatur, cum longis magnisq; bene uiuendi exercitationibus ſeipſum confirmauerit, & ſuperiore uiſione animum ſuū uallauerit atq; muniuerit: tunc magnam iacturā putabit, ſi eiuſdē naturæ homines peccato ſeruiant, dabitq; operam dux eis ad libertatē fieri:cumq; ad ipſos acceſſerit cōparatione ac propoſitione peiorū,ingens libertatis deſideriū in animos ſuos immittet,ac demū iā è malis eductus primogenitis Aegyptiorū omnibus mortē inferet: nec tantū alia ratione ac uia Aegypti effugere uitam poſſibile eſt. Sed hic multis dubitatio accidit,quonam pacto hiſtoria defenditur, ne iniuſta ( ut dicunt ) diuina ſententia uideatur: iniuriantur enim, aiunt, Aegyptij, & pro illis modò nati pueri puniuntur: & quomodo imperfecta ætas,aut boni aut mali differentiam nouit? nonne uita infantium extra malignam omnem perturbationem eſt? neſciunt ad dextram aut ſiniſtram declinare, ad ſolā nutricem reſpiciunt, ſi quicquam dolorem infert:non ſe parant ad defenſionē, ſed ploratu ſolùm ac lachrymis dolorem ſignificant: ſi quicquā quod natura appetit, nanciſcuntur,ſubridendo uoluptatē oſtendunt.Cur igitur paternæ prauitatis ſubeunt ſupplicia? ubi iuſtitia? ubi pietas? ubi Ezechiel clamans, Anima quæ peccauerit,ipſa morietur, nec patris delicta ſuſcipiet natus? Quomodo igit̄ hiſtoria ratiōi ad
Ezech. 18. uerſa



uerſa eſt? Sed quid mali eis contigit, ſi uitam patrum iniquam pueri effugerunt,& patres dolore immaturæ mortis ſuæ admonuerunt? quamuis multa quoq; priſcis illis temporibus, quæ nō magis propter præſentes, ſub quibus fiebant, quàm propter futuros ad quorum utilitatem altius reductā intelliguntur facta fuiſſe, nō dubitauerim.Quid ergo hac hiſtoriæ figura docemur? quòd oporteat primas cogitationes & prima peccādi initia,& uias primas radicitus tollere. Nam qui principia deſtruxit,is totum nequaquā admiſit.Sic & Dominus ipſe magna uoce per Euangelium clamat,primogenita iubens Aegyptiorū interimere, cùm aperte imperet, nos expaueſcere adulterij maculā,ac cædis ſcelus, cupiditate ac ira penitus extinctis:nunquā enim aliquid horū oriri poteſt, niſi alterum ex ira alterum ex cupiditate naſcatur.Qui primogenitū interimit, is partū quoq; qui ex primogenito naſcit̄, ſimul interimit. Sicut in occidendo ſerpente, qui caput oppreſſit atq; percuſſit, is totum quod à capite trahitur corpus mortificauit,quod minimè unquā fieri poterit,niſi ſanguis in oſtijs infundatur,qui percuſſorem facilè repellit. Id ergo utrunq; in unum complectamur:ſic enim rectius ac exquiſitius exponetur. Primogenitorum nece & poſtium per ſanguinem cuſtodia diſcimus, & illinc primas uitiorū appetitiones tollendas, & hinc primum uitiorum aduerſus nos aditum per uerum agnum repellendum eſſe intelligamus: nō enim ingreſſum percuſſorē ejicere, ſed ne omnino ſubingrediatur, cauere lex iubet. Cautio autem & cuſtodia tuta eſt,ut agni ſanguine ſuperliminare ſimul & poſtes perungamus: ita per ænigmata nos ea lex inſtruit, ſeculi quoq; doctrina philoſophatur.Nam animā in rationale, concupiſcibile, ac iraſcibile philoſophi partiuntur,quorū duo poſtrema, iraſcibile dico & concupiſcibile,ſubeſſe aiunt,ac utrinq; rationale ſuſtinere: rationale uerò utriſq; innixum utraq; continere, & ab utriſq; ſuſtineri, ut ad fortiter quidem agendum per iram excitetur ac roboretur, ad boni autē fruitionē concupiſcētia efferatur. Quouſq; igitur anima hoc ordine ſeipſam tutatur, rectis cogitationibus quaſi quibuſdam clauis, hunc iſtorum trium ordinem conſeruās, alterum ab altero quo ad uirtutis cultum coadiuuatur: ratio enim iraſcēdi & cupiēdi uim ad bonum dirigit,& ab illis,ut diximus, corroboratur.Si uerò is ordo cōuerſus fuerit,& quod ſupereſſe deber, ſubijciatur, & cupiendi ac iraſcendi uis rationem de loco ſuo deiectam conculcet,tunc percuſſor ingreditur,tunc nulla ſanguinis uis ipſi reſiſtit. nihil enim fides in Chriſtum his prodeſt,qui peruerſione huius ordinis corrumpuntur.Primò enim ſuperliminare inungendum,deinde utrūq; poſtem tangendū ſanguine iubet.Quomodo igitur poteris rationem primùm Chriſti fide communire? cùm eum ſuprà quærere iubearis: ſi ſuprà eam in loco ſuo non inuenies, nullo certē modo.Nec te turbet, quòd primogenitorum cædem Aegyptijs illatam, & ſanguinis effuſionem atq; inunctionem à Iudæis factam, in unum contulimus, unus enim atq; idem homo & Aegyptius & Iudæus uarietate uiuendi & uaria uoluntate ac electione intelligitur. Itaq; ſi uirtuoſus eſſe uelit, uitiorum radices enecet neceſſe eſt,& aditum ſanguine, id eſt, Chriſti fide inungat, ut tuta uirtus perficiatur, ad quem quidem ſpiritualem legis ſenſum quæ ſequuntur,mirificè congruunt.Iubent enim nutrimentum aſſumendum eſſe, id eſt, corpus unde ſanguis effuſus eſt, quo repellitur Aegyptiorum percuſſor,ſi auditus noſtros,id eſt,tres illas animę uires illo ſignatas perſpexerit. Accedit, quòd edendi modum non remiſſum quendam tradi;ur in conuiuijs fieri ſolet,ubi conuiuæ ſedent, manibus liberis, & pedibus non ad iter calceatis,& ad hæc effuſis induti ueſtibus. Sed contrà quaſi ad iter
Exod. 12. pedes iuſſit comedendo habere duris calceis calceatos, cingulo ſuſtineri ac comprimi ueſtem ne effundatur,ac in manibus baculum teneri,quo canes arceantur.In hac itaq; diſpoſitione feſtinanter agnum comedere iubentur,non operoſa coquorum arte præparatum,ſed igni ut cōtigit aſſum: quod uerò comedere nō poſſunt, id quoniam oſſeum eſt,igni tradere iubentur. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt altius quoddam hoc comedendi modo uoluiſſe legiſlatorē nobis oſtēdere. Quid enim ſi rectus,an ſedens? ſi ut ad iter calceatus, an aliter? ſi feſtinātèr, an matureſi

Universidad de Deusto
Biblioteca



baculum manibus teneas, an nō? Quid, inquam, ad uirtutem colendam, aut fugiēda uitia, quod maximè latores legū respiciunt, hæc afferunt? profectò nihil. Quur igitur ita iussit fieri? nisi spiritualem sensum sequamur, nullam idoneam sufficientemq; causam poterimus unquam inuenire. Quarē patet etiam à nomine (transitū enim comestionem illam appellauit) quid illis rerum inuolucris uoluerit significare. monet enim per hæc ænigmata, ut cōsiderare ac intelligere uelimus transitum quendam esse hāc uitam nostram. Nam posteaquam ingressi ad eam sumus, necessitate quadam ad exitum semper compellimur, ad quem præparatos nos esse uult pedibus & manibus, reliquoq; ad iter apparatu. Ne igitur spinis in hoc arduo uiuendi itinere pedes lædantur, nō nudis pedibus, sed durioribus calceis cōmuniti itinerare debemus. Spinæ autem, quæ pedibus infixæ nō solum retinēt, retardātq;, uerumetiam enecāt, peccata sunt, à quibus durities calceorum defendit, continentissima uidelicet tenuis ac dura uita, quæ debilitat atq; frangit spinarum acumina, quibus à paruo tenuiq; principio ad interiora usque peccata sic ingrediuntur, ut penitus occidant. Ad hanc uitam faciendam, talaris uestis & effusa, id est, uoluptuosa; & uitiosa uiuendi ratio, quæ latissimè patet, nimiumq; effunditur, impedimento est: quare cingulo quodam sursum trahenda est & coarctanda, ne huc atq; illuc circumfluat. Cingulū uerò modestia est, & diligens uiuendi ratio, quæ nos monet ad necessitatem, nō ad uoluptatem rebus uti. Quòd autem pro modestia cingulum capiatur, etiam membra corporis, quę cingulo cōnectuntur, testimonio sunt: baculus uerò, quo & feras repellimus, & nōnunquam sustentamur, spes est. Hac enim sola inducimur, ut labores simul & dolores sufferamus: hac fessos animos recreemus, hac fit, ut ardentius plerunq; in latrantes canes, alienas uidelicet à ueritate bestias insurgamus: hac armati longè illas ab ouibus nostris arceamus. Ex igne autem solùm cibus nobis propositus est: quoniam fides, quæ per cibum illū significatur, ardentissima esse debet, nihil humidum, aut labile ac fluens possidens, sed firma ac stabilis, ex qua comedemus quantum nobis possibile. Osseum autem ac durum nobis igni tradimus, quod quale sit, inspiciatur. Illud teneamus, duo esse diuinorum præceptorum genera. Nam alia huiusce modi sunt, ut possibile nobis sit ea plenè intelligere, probabilemq; de ipsis reddere rationem. Hæc non ignauiter, nec quasi coacti pertractare debemus, sed ut famescentes comedunt cum desiderio scilicet & lībēter, ut ad bonam nobis hic cibus ualetudinem animę possit prodesse. Alia sic latent, ut duriora sint, quàm ut uel plenè intelligere, uel reddere rationē queamus: ut si quis quæreret, quæ nā sit substātia Dei, quæ sit necessitas eorum quæ fiunt, aliaq; quàm plurima quæ curiosè multi quærūt: hæc omnia Spiritui sancto relinquemus, qui Dei profunda inuestigat & scit, ut Apostolus ait. Nam ignē pro spiritu capi plerunq; in sacris literis, nemo lacte ipsarū nutritus negabit. Hoc est etiam quod Sapientia monet, Altiora te nō quæras: id est, nosti ossa Christi conterere, nō enim eges scientia ipsorum. Sic educit ab Aegypto Moyses populum, & quicūq; eius uestigia sequitur. Hoc modo ab Aegyptiaci peccati tyrānide omnes liberat, qui ei parēt. Oportet autē nos, qui talem ducē sequimur, nō omnino pauperes esse, nec diuitiarū Aegypti expertes: nec penuriā eorū pati, quæ alienigenis pulchra sunt, sed mutuo ab ipsis accipere, ac apud nos retinere. Quod præcepto Moysi tūc in Aegypto populus fecit, nō quia precia magnæ lōgæq; seruitutis exigēda putaret: nō enim in mēdacio exigēda erāt. Mendacij quippe reus fit, qui non restituit aliena, quæ restituēdi fide interposita sibi cōmissa sunt. Sed quia nos ea re instruere uolūt, nō esse negligēda bona indignè ab alienis possessa. Indigni possessores auri atq; argēti erāt Aegyptij: decipiuntur ab Hebræis mutuo petētibus quę reddituri nō erāt, ut quæ Dei sunt ab indignis auferāt ipsi, Deo postea ad constructionem tabernaculi oblaturi. Quo Hebræorum facto nos monemur, non esse negligendas doctrinarum diuitias, quas gentes possident: Moralem, Naturalemq; Philosophiā, Astronomiā, Geometriam, Musicā, Dialecticā, cæterasq; scientias, quibus alieni ab Ecclesia florent, accipere ab illis, ac illos aburentes priuare si possibile est,



sibile est, & in meliores usus transferre iubemur. Quando autē Moyses circa construendum hoc in loco moratur, diuinitus sibi dictum affirmat, Quid tu ad me clamas? Exod. 14. Quam ob rem monet, ut ego arbitror, sonoram esse illam uocem, & usq; ad diuinas aures magnitudine sua peruenire, quæ nō contentione clamoris, sed puritate cordis sua meditatione cōcipitur. Ei autem qui sic ad Dominum orat, paruū iam frater afferre auxilium posse uidetur. Frater dico ille qui descendenti à monte Moysi, Deo ita disponēte, obuiam fuerat progressus, quem diuinitus datū homini angelum diximus. Sed ab ipso Deo mirificè à tyrānis ac hostis humani generis insidijs homines eruuntur. Nam qui Aegyptum fugiēs, Aegyptios iā fines fide transiuit, si tentationum æstum extimuerit, ab ipso Deo petendam esse sibi salutē, à duce instruitur. Cùm enim undiq; circūdatus inimici uiribus sit, tūc necessariò (non enim datur alius exitus) mare diuinitus ita scinditur, ut per illud ambulare possit, ad quod nubes (id enim duci nomē) ductu suo deducit, qua quidem nube spiritus sancti gratiā multi etiā ante nos significari rectè asseuerarūt: à spiritu enim ad bonum reducimur, spiritum qui sequimur, aquam pertransimus. Spiritus iter ad se per aquā præparat, spiritu libertas cōfirmatur, spiritus is, qui nos in seruitutem trahere conatur, aqua conteritur. Hæc qui audit, aquæ sacramētum nō ignorabit, in quam fidelis cum uniuerso nostri hostis descendens exercitu, solus emergit, inde hostibus detentis atq; oppressis aqua: quis enim nō uidebit equos Aegyptiorum, sagittarios, funditores, armatos, equites ac pedites, currus, uniuersamq; ipsorū potentiam, uarias esse animi passiones, quibus seruituri homo subijcitur? Quid enim ab illo Aegyptiorum exercitu ira effusa, uoluptas effrenata, dolor immoderatus, auaritia, fœditas differt? Nonne quasi hasta tremens iræ impetus est? Nonne quasi effrenati equi huc & illuc currum trahentes, nimiæ uoluptates animum uexant? erant etiam cristatæ, ut historia tradit, in curribus tres uidelicet: in singulis bellatores, quibus tripartitam animi potestatem intelligi credimus, rationalem scilicet, concupiscibilem, irascibilem, has tres potentias deprauatas. Quæ omnia eorumq; affinia cum duce suo, unà scilicet cum fideli, in aquam baptismatis incidunt, natura uerò aquæ, præcedente uirga fidei & potestate, illuminantis ducētisq; nebulæ, spiritus uidelicet sancti fidelibus quidem qui ad eam refugiunt, uitam præstat, persecutoribus autem mortem infert. Quare illud quoq; ab historia discimus, quales nos post aquæ transitum esse debeamus: nihil enim ab exercitu hostis, qui nobiscū in aquā incidit, nobiscum attrahendum cùm emergimus, est. Nā qui cùm hostis egressus ab aqua simul est, is quoniā in aqua hostem non submersit, sed uiuum inde secum eduxit, etiam post aquam in seruitute remansit. Ita tale quid est, ut latius explicetur, quòd oportet omnes qui sacramētalem baptismatis aquā transeunt, uniuersum uitiorum exercitum in aqua occidere, ut auaritiam, rapacem mentem, luxuriam, libidinem, superbiam, elationem animi, inuidiam, cuncta hæc & his similia. Nec solùm affectus uitiorum, sed animi motus atq; perturbationes, quæ hominum naturam quodammodo consequuntur, in quātum possibile est, in aqua submersas relinquere debemus. Nam sicut etiam in pascha dixit (id enim est nomen hostiæ, cuius sanguis mortem ab utēre repellit) azymos panes edere iubet. Azymū autē est, quod fermētum, rē tempore rancidā, secum immixtū non habet. Quo pacto docuit, ne uitiorū reliquias sequēti post fidē uitæ immisceamus, sed quasi ab alio initio uiuere incipiamus, peccandi seriem ad fidē usq; cōtinuatam dirumpentes: ita hoc in loco Aegyptum omnē, id est, omnē peccandi speciē in aqua submergendā re ipsa instruxit, ut inde soli absq; peccato emergamus. Quod historiæ factū tūc legimus, enectos scilicet in aquis hostes, & Iudæos inde solos euasisse. Sed multi uel ignorātia præceptorū longius, uel temeritate ac inconstantia, sordidum prioris uitæ fermētum in posteriorem uitā traducūt, & feros Aegypti milites post baptismum secum adducūt. Nā qui rapina ditati sunt, aut periurio prædam possident, aut adulterio uxores duxerunt, aut aliquid ueterū ante baptismi donū cōmiserunt, si lauacri gratia ab his se peccatis liberatos putāt in iniuria permanētes, ue-

Universidad de Deusto
Biblioteca



hementer etiãt, nec possunt intelligere, duris nimium se Dominis quasi nexos inseruire. Crudelis enim domina ac rabiosa luxuria est, libidine quasi stimulis seuilẽ mentem exagitãs. Alia nõ minus crudelis domina auaritia: quippe nullam unquã requiem seruientibus ei præbere solet, sed quãto plura diei ac noctis laboribus & cruciatibus imperio dominæ quæritãt, cupiditatemq; suam explere conantur, tanto magis anguntur quasi nihil fecerint, magisq; inanes ac famescẽtes reperiuntur. Eodemq; modo cætera uitia dominantur: quibus qui seruit, quãuis in aquam descenderit, nondum tamen in ea quidem sententia sacramentalem tetigit aquã, cuius proprium est pernicios tyranni ac exercitus sui destructio. Sed prosequamur ordine cætera ut incepimus. Nam qui mare id, quod intelleximus, iam pertransiuit, & Aegyptium uidit in aquis extinctum, non solùm ad Moysen uirtutis uirgã gerentẽ respicit, sed principaliter quidẽ in Deũ credit, ut historia tradit. Obtemperat etiam Moysi diuinæ maiestatis cultor: quod nunc quoq; ab his fit, qui per aquã uere transierunt, qui seipsos Deo dediderunt, & sacerdotibus suis obtẽperant. Iter post hæc Iudæi tribus peregerunt diebus, castra metatiq; in quodam loco fuerunt, ubi aquam repererunt amaritudine nimia nequaquã potabilem: sed lignũ à Moyse in aquam immissum in dulcedinem amaritudinem eius conuertit. Huic historiæ res ipsa, quam spiritualibus accidere Iudæis uidemus, optimè congruit. Nã qui uoluptatibus in baptismo renunciauit, quibus in priore uita seruiebat, amarum atq; arduum Christi iugum ei primò uidetur, sed lignum quoddam immissum, id est resurrectionis mysterium, quod per lignum per crucem uidelicet Christi, qui in cruce mortuus est, id, inquam, resurrectionis mysterium toto corde admissum atque creditum, suauiorem reddit uitam, quæ secundum Christum est, omnibus quæ dulcedine sensum perfundunt, spe futurorum iucundissimè conditam. Deduxit eos postea illud iter ad loca palmis consita & fontibus amœna, quibus in locis fessi requierunt. Erant autem duodecim quidem fontes aquæ limpidæ atq; dulcis. Palmæ uerò septuaginta, magnitudine mirabiles, specie pulcherrimæ, fructu perutiles. Quid igitur hoc historiæ discimus ordine? quòd scilicet crucis mysteriũ quo potabilis uirtutis aqua sitientibus fit, ad Euãgelicã nos adducit doctrinã, in qua fontes quidẽ duodecim sunt ipsi Apostoli: duodecim enim ad prædicãdũ Euãgeliũ Dominus elegit, per quos Euãgelij sonitũ emanare uoluit. Nã quòd Apostolis cõcessam diuinitus gloriã Psalmista multo cecinit, ubi dicit in cantionibus: Benedicite dominũ Deũ ex fontibus Israel. Septuaginta uerò palmæ post duodecim discipulos ordinati Apostoli sunt, qui tot numero fuerũt, quot palmas fuisse narrat historia. Verùm quoniã quæ deinceps narranti mãsiones, p̃ ea quæ diximus faciles sunt intellectu: uirtutes enim mihi significare uidentur, in quibus qui nubẽ sequit, castra metat & requiescit: breuitatis causa spõtè trãsgressus, miraculi nõ obliuiscar illius, quo dura & solida lapidis natura in aquarũ cõuersa molliciẽ potus sitiẽtibus facta est. Quãuis nõ sit difficile anagogicæ speculationi seriem historiæ adaptare atque connectere. Nam qui Aegyptium in aquis mortuũ dereliquit, & amara ligno crucis dulcia sibi confecit, & abundanter ex fontibus Apostolicis bibit, is iam totum Christum suscipit. Lapis enim, ut Apostolo placet, Christus est, siccus & durus nimium infidelibus, cui si qui uirgã fidei adducant, potus fit sitiẽtibus intrò in ipsos fluens atq; manens. Ego enim & pater meus, inquit, ueniemus, & mansionẽ in ipso faciemus. Illud uerò prætermittendũ nullo pacto est, quòd postea quãm mare trãsierunt, postea quãm amaritudo aquarũ sitienti uirtute ligni in dulcedinẽ cõuersa est, postea quãm delitiosè apud fontes & palmas fuerũt, postea deniq; quãm ex lapide biberunt, tunc quæ ab Aegypto uiatica & cibos sibi assumpserũt, penitus eos defecerunt, tunc omni nutrimento quod ab Aegypto ferebant absumpto, desuper sibi defluit cibus uarius simul & simplex. Simplex uisu atque unicus, qualiter uarius ad singulorũ cupiditates se uertẽs, qd igit̃ hinc discimus? q̃ oporteat uidelicet fide, baptismate, labore, omni uirtute, omni Euãgelica doctrina, mundos purosq; animos nostros facere, ita ut omnino alienigeni mores, & Ægyptiaca uita, uitiorũ scilicet

Psal. 68.

1. Cor. 10.

Ioan. 14.



scilicet omnium turba, nos deficiat, & demum depurato defæcatoq; animo, cœlestem cibum esse suscipiendum, quẽ nulla nobis satio agriculturę artibus produxit. Sed panis est absq; semine, absq; aratiõe, absq; alio humano opere nobis paratus. Is desuper defluens in terris, inuenitur: panis enim qui de cœlo descẽdit, qui uerus cibus est, qui ænigmaticè hac historia significatur, nõ incorporea quædam res est. Quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet? res uerò quæ incorporea non est, corpus omnino est. Huius corporis panẽ non aratio, nõ satio, nõ agricolarum opus effecit, sed terra intacta permansit, & tamen pane plena fuit, quo famescentes mysterium uirginis perdocti facilè saturantur. Is igitur mirabilis sine agricultura panis uarietate qualitatis ad suscipientiũ habitudinẽ, uirtutem suã cõmutat. Nã cùm sit panis, ignorat labescere, sic in carnẽ uerti, nouit holus imitari: quicquid deniq; assumenti conueniens & expetitũ sit, ut Apostolus uult, qui hãc nobis mẽsam præparauit, in id cõmutatur. Sic enim diuinus ille uir perfectioribus solidorũ, & in carnis speciẽ hunc cibum fieri docet, infirmioribus holus, infantibus lac. Quæcunque aũt de cibo illo narrat historia, præcepta, statutaq; sunt ad bene rectèq; uiuendum, æqualiter enim omnibus propositum fuisse cibum asseuerat: nec plus aut minus, q̃ indigentia exigebat, à ualidioribus aut imbecillioribus colligebatur. Quod meo iudicio præceptio quædã est, omnes cõmuniter instruens, ne plura quàm naturæ sufficiant, causa uiuendi ex his materialibus appetamus: sed propè teneamus unã esse cõmunem in omnibus edendi mẽsuram, diurnã sufficientiã. Nam si etiam plura quàm indigentia flagitat, præparata fuerint, uenter tamen ultra naturã suam suscipere non potest, neq; præparationis magnitudine correspondet. Sed sicut historia tradit, nec qui multũ acceperit, superabundauerit, cùm habuerit ubi superabundans locauerit: nec qui paucum collegit, indiguerit: contracta enim indigentia cõmensurataq; ad acceptum fuit. Quod uerò si quis frustra cupiditate deponendi quicquam ex illo cibo in crastinum deposuerit, totum in uermes cõmutatũ fuisse dicitur. Quasi tuba quadam ea re historia intonuit, omne quod ultra indigentiã mente aurara cõseruatur, in sequẽti die, in futuro uidelicet seculo, in uermes aduersus eos qui cõseruarũt, cõmutatur. Ita per hũc uermẽ illum ego immortalẽ uermẽ intelligo, qui plus habendi cupiditate uiuificatur. Die aũt sabbati solũ illæsum, quod deponebatur, permanebat. Qua ex re tũc hac deponendi superfluitate prouida mente urendũ docemur, quãdo ipsum depositũ corruptionẽ pati non potest. Id enim post huius uitæ parasceuen in quiete, quę post mortẽ est, utilissimum erit: dies nanq; ante sabbatũ, parasceue, id est, præparatio ad sabbatum, & est, & appellatur. Hæc uerò præparationis dies hæc uita est, in qua præparamus quæ ad futurã uitã nobis præstò erunt. Nam in illo nõ agricultura, nõ mercatura, nõ militia, non quicquam horũ quæ hîc facimus, nobis concedetur: sed in quiete omnium quę hîc agimus ac cessatione uersabimur, fructus duntaxat operum quæ hîc seminauimus colligentes, fructus iucundissimos quidem, si huius uitæ semina bona erant: amaros autem atq; pernicios, secundum quod hæc agricultura nobis produxit. Nã qui in spiritu seminat, inquit, uitam æternam ex spiritu metet: qui in carne seminat, corruptionẽ metet ex carne. Præparatio igitur quæ ad melius est, sola propriè parasceue nominatur: & ita nomẽ eius à lege cõstituitur, cuius depositũ incorruptio est. Si quis aũt in peius deponit, nec est, nec dicitur præparatio: bonorum enim priuationem, non illius iure præparationem, sed præparationis casum nuncupabit. Idcirco solã ad melius præparationem historia nobis proposuit, contrarium eius inquirenti prudenter relinquens. Verùm quemadmodũ cùm cõscriptus exercitus fuerit, primùm commeatus paratur, quàm in expeditionẽ exeat: eodẽ modo quoque milites primùm mysticũ commeatũ accipiũt, & sic aduersus alienigenas exeunt, Iesum qui Moysi successit ducẽ possidẽtes. Vides qua serie historia procedit? uides quomodo nostro cũcta proposito cõgruũt? Quousq; imbecillis homo in fide est, pernicios tyranni seruitute oppressus, nõ ipse se ab hoste tuetur: nec enim potest: sed qui semper infirmis adest, qui crebris hostẽ ac magnis uulneribus potest fun-

dere,is pro suis pugnat,is hostem submergit,is suos defendit. Cùm uerò in libertatem iam uendicatus homo sit,cùm ligno amara in dulcedinem aqua uersa refocillatus fuerit, cùm fontium & palmarum amœnitate requieuerit, cùm lapidis mysterio sitim expulerit,cùm deniq; cœlesti cibo fuerit usus, tũc non per alium fugat hostes:sed quasi qui iam puerorũ ætatem excesserit, & in iuuenum robur peruenerit,ipse pro seipso manus cum aduersario cõserit,duce usus nõ Moyse Dei cultore, sed ipso Deo.Lex quæ in figura futurorũ & umbra data est, inexpugnabilis in ueris certaminibus est,in quibus dux est,qui Moysi successit, qui legem adimpleuit, qui uel nomine ipso ducis Hebræorum multo antè prædicatus est. Populus autẽ liquidem eleuatas legislatoris manus respicit,uincit facilè hostes: sin uerò depressas,cedit hostibus.Significat autem manuum Moysi in altum sublatio, legis in altissimos sensus accommodationem,demissio, humilẽ, terrenam,literalemq; legis obseruationẽ. Quòd uerò sacerdos graues Moysi manus sustinet auxilio usus cognatione sibi cõiuncti, neq; alienum est à sensu altiore quem sequimur.Verùm enim sacerdotiũ concessæ sibi gratiæ auxilio utens, sensum legis duricie Iudaici cordis in terram deiectum in altum rursus reducit,& ne omnino cadat, lapide sustentat,ut rectior per extensionem manuum consistens, sensum spiritalem suum respicientibus ostendat.Nam uerè ijs,qui in legem respicere possunt,crucis mysterium
Matth. 5. undiq; ferè patet,ut Euangelium quoq; dicit, iota & apicem à lege non præterire, transuersam lineam & perpendicularem ac rectam, quibus figura crucis describitur,per Iota & Apicem ostendens. Quæ res in Moyse tunc conspecta,qui pro lege ipsa ponitur,uictoriam respicientibus præbuit. Sed iterum continuis progressionibus nostra mens ad sublimiora extollitur.Nam qui cibo refectus est,& in prælio fortiter gessit,hostesq; deiecit,is tunc ad ineffabilem Dei cognitionem adducitur. Docet igitur nos his omnibus historia, quot quantaq; oporteat agere, antè quàm ad montem,hoc est ad cognitionem Dei mẽtem erigere audeamus, antè quàm in caliginem ingrediamur ubi Deus est,antè quàm diuina præcepta tabulis impressa suscipiamus:& si alicuius peccato confringantur, alias manu confectas Deo afferre,ac Dei digito rursus eas in ipsas literarum figuras cælare,quæ in primis fuerant. Sed melius est ad historiæ ordinem anagogicum sensum accommodare. Nam qui ad Moysen nubemq; respicit, quibus duobus ad uirtutem homines deducuntur, ut sit Moyses quidem pro lege legisq; præceptis:nubes autem dux legis cum mundo corde in aquis tyrannum interfecerit,cùm aquas amaras biberit,alienam à uoluptatibus uitam uixerit,quæ amara & difficilis primùm, deinde facilis ac iucunda gustantibus immissione ligni uidetur. Cùm palmarum ac fontium amœnitate, Euangelicæ scilicet doctrinæ fluentis labores depulerit,si aqua uiua quæ lapis est, uidelicet Christus,sitim sedauerit,si cœlesti cibo seipsum repleuerit,si cõsertis manibus cum hoste uicerit. Quam quidem uictoriam extensio manuum Moysi, per quam mysterium crucis figuratur,præstitit:quo mysterio uetus Israel quoq; uincit. cùm hæc omnia peregerit, tunc demum ad speculationem supremæ naturæ adducitur, ad quam non animi tantùm & corporis aspersionibus quibusdam depurgati,sed uestium quoq; deducit mundicies, ut scilicet non occulta solùm, uerumetiã manifesta & apparẽtia decora ita fiant, ut interiori animi dispositioni conueniãt. Non enim uestium macula,ne ad Deum ascendamus,unquam uetabit,sed studia, quæ in hac uita suscipimus,quasi uestes sunt,quibus homo induitur.Hæc igitur studia,& hos amictus non turpes,sed purissimos esse decet.Hac re diligenter facta,armentisq; brutorum longè à monte pulsis, sic ad altissimas ascendit speculationes. Qua ex re,ut ego arbitror,illud nobis significatur, quòd debeamus hanc ex sensu factam cognitionem,cum qua intelligibile contemplamur, omnino contemnere: proprium enim naturæ brutorum est, ex sensu solo absq; intellectus operatione aliqua gubernari:nam aut usus,aut auditus,aut aliorum quispiam sensuum,nõ uoluntas,neq; ratio appetitiones brutorũ mouet. Quare motus sui oẽs,& opera sensuũ sunt.Speculatio aũt,qua Deũ cõtẽplamur,nec usu,nec auditu, quãtũ in se est,

indiget:



indiget: neq; consueta quadam cõprehensione intellectioneq; percipitur: oculus Esa.64.
enim non uidit,nec auris audiuit:non est enim quiequam eorum, quæ in cor homi 1.Cor.2.
nis ascendere consueuerũt.Quare oportet,si quis ad contemplationẽ eius accedere uelit,ab omni sensuali & irrationali motu mentem suam permundare:ac ita cùm omnem opinionẽ quæ ex sensibus originẽ habeat, ex mente abstruserit,consuetudineq; coniugis suæ caruerit (coniunx uerò hic sensus intelligitur, qui coniunctus naturæ nostræ nobiscũ habitat.)Hac igitur cùm caruerit,sic deniq; poterit ad montem accedere. Mons aũt arduus uerè ac ascensu difficilis, Theologia est:cuius uix multitudo ad radices peruenire potest. Si quis uerò Moyses est, poterit etiã altius ascendere, sonitusq; tubarum magis ascendendo maiores sentire. Est autem tuba, non paruum stuporem per auditum efficiens ueritatis prædicatio, magnum quidem statim ab initio sonans, magis autem atq; magis in ultimis intonans. Insonuit lex & prophetæ diuinum incarnationis mysterium:sed imbecilliores erant illæ primæ uoces, quàm ut possent duros commouere. Auditus idcirco Iudæorum surditas tubarum sonum minimè suscepit: sed prophetarum tubæ paulatim procedentes,sonantius cecinerunt.Nam ultimæ uoces quæ Euangelica prædicatione factæ sunt, auditum commouerunt, spiritu sic per organa uehementius in posterioribus intonante.Organa uerò ac instrumenta unum sonum spiritualem edentia, prophetæ atq; Apostoli sunt: quorum sonus, ut Psalmista dicit, in omnem terram exiuit, Psal.18.
& in fines orbis terræ uerba eorum. Quòd uerò multitudo uocem illam audire nõ potuit, sed commisit Moysi, ut ipse per seipsum secreta illa perciperet, populumq; postea doceret,quęcunq; diuina doctrina didicerit:id quoq; in ecclesia fieri totum uidemus:non enim permittitur omnibus ad mysteriorum cognitionem seipsos intrudere,sed eligitur unus è multis diuinarum rerum capax,cui cæteri auditum cum obedientia præbeant,illud sibi credendum faciendumq; putantes, quod ab eo qui initiatus est, audiuerint. Nõ oẽs,inquit, Apostoli sunt,sed prophetæ omnes: quod 1.Cor.12.
hodie in multis ecclesijs parum seruatur. Nam multi cùm adhuc prioris uitæ maculam non absterserint, ipsi illoti, ac amictu uitæ sordido utentes,irrationalem sensum in omnibus pluris facientes, diuinum hunc assensum rapere audent,unde ipsi suis cogitationibus,quasi lapidibus obruuntur.Nam hæreticorum opiniones lapides quidam sunt,quibus prauorum inuentores dogmatũ obruuntur. Quid autem significat,quòd in caliginem seipsum prius Moyses intromisit,deinde in ea Deum prospexit?Contrarium enim id quodammodo uidetur primæ uisioni:nam tunc in luce,nunc in caligine Deum uidet. Sed id quoq; à serie anagogici sensus abhorrere non putamus:per hanc enim diuersitatem historiæ docemur,quòd ueritatis cognitio ijs lux est, à quibus primò percepta est. Veritatis enim oppositum tenebra est,cuius depulsio,nõ nisi lucis præsentia fit. Verùm mens hominis ad maiora semper & perfectiora procedens, quanto magis ad Dei speculationem accedit, tanto magis perspicit, quòd diuina natura inuisibilis atq; incomprehensibilis est. Nam cùm reliquerit non solùm omnia quæ sensu percipiuntur,uerumetiam cuncta quæ mente inspiciunt,ac semper ad interiora progrediatur,tunc caligine undiq; circunseptus,in uisibili & incõprehensibili Deũ uidet. In hoc enim consistit Dei uera cognitio,in hoc est eius uisio,ut uideas quòd uideri non possit, quòd omnẽ cognitionem cognitio eius excedit, quasi caligine quadã ipsa incõprehensibilitate undiq; contenta.Quapropter diuinus etiam Ioannes,qui in splendidissimam hanc caligi- Ioan.1.
nem peruenerat, nõ dubitauit exclamare:Deum nunquã ullus uidit:nõ solùm hominibus, sed intellectuali omni naturæ impossibilẽ diuinæ substantiæ cognitionẽ hac negatione determinans. Quare Moyses etiã cùm uirtutibus maior factus fuit, tunc confitetur,in caligine Deum uidisse,id est,tunc demũ cognouisse illam esse diuinã naturã quæ cognitionẽ & cõprehensionẽ omnẽ excedit.Intrauit eñ Moyses (historia inquit) in caliginẽ, ubi Deus erat. Quisnã Deus? qui posuit tenebras oc- Psal.17.
cultationẽ suã,ut cecinit Dauid ille,qui etiã in eadem caligine initiatus est:quã qui intrauit, quæ per caliginem didicit, ut fiat firmior hæc sententia nobis diuina uoce

atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



atq; authoritate comprobata. Vetat enim in primis diuinum præceptũ, ne alicuius rei quam cognoscas, Deo similem putes: omnis enim intellectus, qui p hantastica quadã cogitatione, quasi cõiectura diuinã naturã apprehendit, simulachrũ quidẽ Dei finxit in mente, Deum aũt non intellexit. Verùm cùm uirtus, quæ secundũ ueritatẽ est, bipartita sit, partimq; fide in Deũ, partim recta uiuendi ratione constituat (pietatis enim profectò pars nõ parua est mundicies uitæ) primùm didicit, quid oporteat de Deo cognoscere: qd' quidẽ cognoscere, nihil aliud est, quàm nihil eorũ esse Deum cognoscere, quę humana mens potest cognoscere. Deinde aliã uirtutis partem diligenter docet: docetur enim quibus operibus bene uiuendi ratio perficiatur: ac demũ in tabernaculũ quod manus nulla fuerat fabricata, ingredit. Quis sequetur hunc, qui per tot tantaq; scandit, ac mentem semper in altius extollit: qui cùm in unum cacumen ascenderit, ad alterũ illud sibi fit gradus, & illud iterũ atq; iterum ad aliud, ita ut de altiori in altius semper ascendat, semperq; seipso fiat præstantior? Primùm cùm cæteri omnes ad ascensum deficerent, radices montis solus supergredit. Deinde tubarũ sonitus auribus percepit altitudine montis mirabili: ipse quoq; mirificè eleuatus, ad hæc inuisibilia diuinę cognitionis penetralia ingreditur. Nec ibi permãsit, sed in tabernaculũ nulla manu factũ pertransit: certè nanq; ad hunc tandẽ ille finẽ peruenit, qui huiusmodi ascensibus exaltatur. Sed illa quoq; sententia de cœlesti tuba ad diuinã perducente cognitionẽ, non est improbanda, cœlum enim & omnia quæ in cœlo sunt, siue uarij motus, siue diuersæ magnitudines, siue splendores alius aliũ fulgore perstringẽtes, mirabilis fabrica sapientiã Dei uoce magna exclamat, maximamq; ipsius maiestatẽ ac potestatẽ per ea quæ uidentur, enarrat. Vnde dictũ est: Cœli enarrant gloriã Dei. Hæc igitur est illa tuba, quæ sonora, clara, magnaq; uoce cõtinuè ueritatis doctrinã prædicat, ut propheta etiã quidã ait: Cœlũ tuba desuper sonum dedit. Hunc sonũ ex inspectione rerũ omniũ factũ, si quis mundus est, si quis cordis auditũ ac ductus ipsius nõ segnis rectè suscipit, tandẽ eò mentis inquisitione peruenit, ubi Deus est. Id uerò caligo à Scriptura nuncupatur, quo incognoscibile ac incõprehensibile ipsius, ut diximus, significat. Illuc aũt cùm peruenerit tabernaculũ nulla manu fabricatũ perspicit, & imitatione inferioribus materiale ostendit. Quod aũt qualeq; est tabernaculũ illud absq; manu fabricatũ? quod quasi exemplar in monte Moysi proponitur, ut ad illud respiciens manu præparet, efficiatq; hominibus tantum miraculũ. Vide nanq;, inquit, ut omnia facias secundum similitudinẽ, quę tibi monstrata est in monte. Columnę aureæ basi argenteę inhærentes: aliæ rursus columnæ, quarũ capita & bases ex ære: quod uerò inter extrema erat, ex argento erat, quibus omnibus quasi subiectũ ex ligno erat incorruptibili, circumcirca uerò per superficiem splendor prædictæ materiei circunfundebatur, & arca similiter purissimo auro fulgens: quod aũtẽ aurum hoc sustinebat, ipsum quoq; lignum erat incorruptibile. Candelabrũ deinceps basi quidem unicum, in septẽ autem ramos in cacumine diuisum, septem lucernas per ramos sustinebat. Huius candelabri materia purissimũ erat aurum, nõ concauum, nec ligno sustentatũ, sed solidum. Iuxta hæc propiciatorij erat, & altare, & quæ dicuntur Cherubin, quorum alis arca adumbrabatur. Hæc omnia ex auro erant solido, nihil aliud in seipsis habentia. Præter hæc erant coria purpureo colore pertincta, cortynæ mira uarietate distinctæ, ac inaudito contextæ artificio, diuersis coloribus alio aliũ suscipientibus ad pulchritudinẽ cortynarũ, quibus in dẽo diuidebatur tabernaculum, in partẽ scilicet uisibilem, in quã aditum sacerdotes habebãt, & in partem secretiorem atq; abditam: nomen autem priori parti sancta erat: occultæ uerò parti atq; reconditæ sancta sanctorum. Sed quis omnia exquisita poterit ratione spiritaliter intelligere, quæ in illo tabernaculo fuerint diuinitus fabricata? Quis hæc quorum sunt imagines ac imitationes exponet? quisnam quam utilitatem uidentes hinc consequantur, quid' ue lucrentur ex materiali immaterialium figura explicabit? Rectius certè est, exquisitissimã atq; altissimam horum rationem ab illis petere, qui gratia spiritus profunda Dei queant perquirere: si quis nunc talis est

Psal. 18.

Exod. 25.



lis est, ut spiritu mysteria loquatur, sicut ait Apostolus. Quòd autem à nobis conie- 1. Cor. 14.
ctione quadam hæc ad propositũ accommodantibus dicitur, id iudicio legentium totũ relinquimus: nec reclamabimus si retecerint, nec lætabimur si susceperint. Dicimus ergo nonnihil ex Paulo, qui mysteriũ breuiter tetigit, adiuti, quod in figura prædoctus fuit Moyses tabernaculum, quo uniuersa continentur, id uerò Christus Dei uirtus & Dei sapientia: quæ quidem sapientia Dei non manu facta, sed increata cùm sit secundum naturã suam creaturã susceperit, quando secundum nos carne oportuit tabernaculum hoc fabricari. Item idem alio atq; alio modo factum & nõ factum est, natura in quantũ ante secula fuit, increatũ est: in quantum corporalem hanc concretionẽ susceperit, creatum factumq; est. Nec obscurum est quod dicimus, ijs qui fidei nostræ mysteriũ complectuntur: unũ enim est ex omnibus tabernaculum, quod & ante secula fuit, & nouissimis temporibus factum est. Id temporaliter ita fieri nõ indigebat: quomodo enim quod ante omnia erat tempora, factione indigebit temporali? Verùm propter nos, qui prauis cõsilijs id corrumpimus, quod etiã secundum nos uoluit fieri, ut extra ipsum quod est, ad seipsum scilicet nos reducerer. Tabernaculũ igitur ipse unigenitus Deus est, qui uniuersa in seipso continet, qui ex nobis etiã sibi tabernaculũ fabricatus est. Nemo autẽ ex zelatoribus Christi conturberur, si tantã rem, tabernaculum appellamus: quasi quicquã detrahatur diuinæ naturæ propter uocabuli utilitatẽ: nec enim unquã dignum illa natura uerbũ inuenietur. Nam quæ ab hominibus proferuntur, æqualiter à significanda illa natura omnia distant. Sed cætera quæ de Deo dicuntur, piè ad ostentandam diuinam quandam uirtutẽ capiuntur: ut medicus, pastor, prorector, panis, uirtus, uia, fanua, mansio, aqua, lapis, fons, aliaq; huiusmodi: sic consentanea quadam significatione tabernaculum quoq; dicimus. Virtus enim, quæ omnia continet, in qua uniuersa deitatis plenitudo inhabitat, cùm cõmune id omnium tectum sit, cumq; uniuersa in ipso contineat, non iniuria tabernaculum nuncupatur. Oportet autem ut tabernaculi uisio mystico tabernaculo sic conueniat, ut singula ipsius ad aliquid non indignum mysterio nos deducant. Ac quoniã diuinus Apostolus uisionẽ ipse quoq; totius tabernaculi consecutus, cùm in cœlestibus adytis per spiritum sibi mysteria paradisi reuelata sint, cortynã inferioris tabernaculi carnem Christi esse ait: non erit alienum ad hanc Apostolicã unius partis expositionem respicientes, totam de tabernaculo nostram sententiã explicare. Fiet autẽ nobis per ipsius Apostoli uerba in intelligentia ænigmatum tabernaculi facilior aditus, ait enim de unigenito, quem nomine tabernaculi nuncupari diximus, quia in eo creata sunt omnia, uisibilia, & inuisibilia, siue throni, siue potestates, siue principatus, siue dominationes, siue uirtutes. Quas ob res columnæ argento atq; auro refulgentes, & uectes, ac annuli, Cherubin quoq; illa, quæ suis arcam contegunt alis, cæteraq; omnia, quæ ad sustinendum contegendumq; tabernaculum describuntur: si quis ad superius tabernaculum respicit, angelorũ est multitudo in tabernaculo ipso conspecta, quo corporea hæc secundũ Dei uoluntatẽ sustinentur atq; reguntur. In illo enim tabernaculo ueri uectes nostri & habitant & sunt, qui ad ministeriũ mittuntur propter futuros salutis hæredes, qui sicuti quidam annuli in animos saluandorũ immittuntur, ad sublimitatẽ uirtutis ad terrã deiectos eleuantes. Hunc autem altiorẽ esse sensum Scripturæ in hoc loco, inde patet, quòd Cherubin illa materialia suis alis tegebant mysteria, quæ in arca erant, ut litera dicit. Nam id nomen ijs angelis attribuitur, ut Esaias & Ezechiel aiunt, qui circa diuinã maiestatẽ inspiciuntur. Arca uerò fœderis alis ipsorũ Cherubin cõtecta, hic illud dicitur, quod apud Esaiã facie significatur. Nam ut arca hic, ita ibi facies Cherubicis alis contegi affirmatur. Vnum igitur ab utrisq; significari non dubitamus. Videtur aũt mihi incõprehensibile huius speculatiõis quæ de ineffabilibus est, ænigmaticè significari. Quũ uerò de lychnis, id est, lucernis audis, q; septẽpartitò ex una basi ac radice candelabri sustentabantẽ, ut lux abundanter undiq; perluceret, iure multiformes spiritus fulgores in hoc tabernaculo perfulgere intelliges: septẽpartitò enim spiritus radios etiã Esaias partitus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



titus. Propitiatoriũ aũt quid ſit, nõ opus expoſitione ulla ut intelligatur, cùm Apo
Heb.9. ſtolus id enodauerit, qui ait: quẽ animarum noſtrarũ propiciatoriũ propoſuit. Alta
re uerò & thuribulũ cùm audio, adorationẽ intelligo, quam huic tabernaculo cœ
leſtes uirtutes afferunt. Non enim ſolùm inferorũ atq; terreſtrium, ſed cœleſtium
quoq; linguam ait laudem atq; gloriã, ut rerum omniũ principio reddere. Id enim
gratum eſt ipſi ſacrificiũ, labiorũ fructus, ut ait Apoſtolus, & odor orationis. Quòd
Heb.13. ſi corium his etiã ineſt colore purpureo, & pili intexti, non tamen ſpeculationis hu
ius ſeries perturbabitur. Nam oculus ille propheticus in altiſſimarũ hac rerum ui
ſione, ſalutarem quoq; domini paſſionẽ tanquã è ſpecula proſpexit, quã ex utroq;
dictorum ſignificatã fuiſſe non ambigo. Rubedo enim ſanguinẽ, pili autẽ mortem
oſtendunt. Nam quũ in corpore pilus abſq; ſenſu ſit, non iniuria mortis ſymbolum
dicitur. Hæc igitur in ſuperiore tabernaculo materialibus illis ſignificata puta
mus. In inferiore uerò, quoniam ſæpius à Paulo Eccleſia Chriſtus appellatur, Chri
ſtus autem, ut diximus, ſuperius tabernaculum eſt, nõ eſt alienũ, ſi quis Eccleſiam
ſuam inferius eſſe tabernaculum arbitretur, in quo columnę ſunt myſteriorũ Eccle
ſiæ miniſtri, quos hoc ipſo nomine nonnunquã appellamus: miniſtros autẽ Apo
ſtolos, prophetas, doctores. Nec enim ſolùm Petrus & Ioannes & Iacobus colu
mnæ Eccleſiæ ſunt, nec Ioãnes Baptiſta tantũ ardens erat lychnus, ſed omnes qui
bus Eccleſia ſuſtentatur, qui ſuis operibus luminaria facti ſunt, hi columnæ & lych
Matth.5. ni nuncupantur. Vos eſtis lux mundi, ueritas Apoſtolis ait: ac rurſum alios diuus
1.Cor.15. Apoſtolus, quaſi columnas hortatur, cùm dicit: Firmi eſtote atq; immobiles. Ac
1.Tim.3. uerò Timotheum columnam pulcherrimam fabricatus eſt, cùm ipſum firmitatem
ueritatis ſuæ uocis doctrina effecerit. Hoc in tabernaculo & ſacrificium laudis, &
thus orationis in mane ac ueſperum adhiberi ſemper uidemus. Hoc ſic intelligere
Pſal.14. Dauid ille nos inducit, qui incenſum orationis in odorem ſuauitatis dirigit. & ma
nuum extenſionem ſacrificium eſſe aſſerit ueſpertinum. Vrnas uerò, id eſt, uaſa ad
lauandum, quis ambiget eos eſſe, qui per ſacramentalem aquam peccatorum ſor
Luc.3. des auferunt. Talis urna erat Ioannes, lauans in Iordane ad pœnitentiam homines.
Act.2. Talis erat Petrus, tria millia hominum ſimul ad baptiſmi lauacrum deducens. Phi
Act.8. lippus quoq; urna Candacis fuit. Quid multa? omnibus qui ad baptiſmi donũ ue
niunt, ij ad lotoria ſunt, qui miniſterio ſuo gratiam præbent. Atria uerò quæ inter
ſe complicata in circulum connectuntur, pacem, concordiam & charitatem cre
Pſal.147. dentium eſſe non abſurdè quiſpiam dixerit. Sic enim Dauid hunc locum expoſuiſſe
uidetur, cùm dicat: Qui ponis terminos tuos pacem. Corium uerò purpureum,
& ſaga ex pilis, ad ornatum tabernaculi pertinentia, accommodatè intelligentur,
ſi pro corio mortificatio pronæ ad peccandum carnis, pro ſagis ſtrictior uiuendi
norma, & quaſi durior intelligitur: his enim maximè Eccleſiæ tabernaculum exor
natur. Coria enim cùm nullam in ſe uiuendi uirtutem à natura retineant, colore ru
bedinis florere uidentur: quod oſtendit floridam ſpiritus gratiam non habitare in
homine, niſi primò peccati uim in ſeipſo mortificauerit. Si uerò pudorem etiã mo
deſtum coloris rubedine ſignificari quiſpiam contendat, non certè reluctabor. Pi
lorum autem intricatio aſperam tactui texturam efficiens, aſperã & paſſionum o
mnium abſtinentiã, atq; continentiã ſuboſtendit. Quæ omnia maximè ita ſe habe
re confirmat eorũ uita, qui cõtinua uiuunt uirginitate. Quę uerò intus erant, ſancta
ſanctorũ nominabantur, ad quæ multitudo peruenire non poterat, hæc rerum ueri
tatem ſignificãt. Veritatẽ hanc myſterij noſtri dico rem ſanctã, & ſanctã ſanctorũ,
& multis incomprehenſibilem. Hæc ueritas in adytis tabernaculi conſtituta, abſq;
curioſitate aliqua intelligi ac recipi debet. Credendum enim eſt, ita eſſe ut Eccleſia
prædicat, non tamen oculis omnium cerni poſſe, ſed in mentis ipſius penetralibus
indubitabilẽ ueritatẽ permanere. Hęc aliaq; huius tabernaculi uiſione ab omni ſor
de mundatus oculus ille mẽtis Moyſaicę doctus, uiſionibuſq; his altius eleuatus,
rurſus ad cacumen alterius ſcandit ſpeculationis, ſacerdotalem perdiſcens ueſtitũ,
in quo eſt tunica, & pectorale, quod uarijs ac diuerſis lapidum fulgoribus reſplen
debat,



debat, & thyara cum lamina ſuper eam, fœminaliaq;, & poma & ſupra hæc omnia
rationale, ac eius iudiciũ, & quæ in utriſq; inſpicitur ueritas, & horũ utrinq; conne
xiua ſuperhumeralia patriarcharũ inſculpta nominibus, quorũ omnium nomina
mulatudine ipſa oſtendunt non ſenſualia quædam ſignificari: quibus enim corpo
ris ueſtibus hæc nomina, iudicium, rationale, ueritas cõueniunt? Quare pater, non
huius ſenſibilis amictus gratia hiſtoriam eſſe deſcriptam, ſed ut alius quidam orna
tus animæ uirtuoſis operibus oſtendatur. Nam quid ſibi aliud uoluerũt hæc nomi
na tria illis à Moyſe impoſita, iudicium, rationale, ueritas? aut cui unquam corpora
li ueſti hæc indita fuerũt? nulli profectò. nec enim cõueniunt, ſed nomina ipſa quid
præfigurauerint, aperiunt, & laborẽ expoſitionis diminuunt. Hyacintho eſt talaris
ueſtis tincta, qua qui hunc locũ ante nos ſpeculati ſunt, aera ſignificari affirmant.
Ego aũt utrùm habeat ad aereum colorẽ flos hyacinthinus affinitatẽ, an nõ, nolo
contendere. Rationẽ uerò hanc nõ reijcio, non enim parum ad uirtutem conduce
re uiderur: hortatur enim hoc ænigmate omnem, qui Dei ſacerdotiũ aſſumere ſur
det, ſeipſum ac corpus ſuum Deo offerre hoſtiam, non enecatum, aut cæſum. (Vi
uum enim hoc ſacrificium, rationaliſq; cultus hic eſt) nec pingui quodam ac carno
ſo huius uitæ amictu: ſed tenue, ſicut telam araneæ munda uiuendi ratione confe
ctum, ut uiuendi tenuitate lene, atq; aereum factũ, ſurſum poſſe ferri uideatur. Hoc
enim modo cùm nouiſſimã tubam illã audiemus, omni onere liberati, leues ad iu
bentis uocẽ exiliemus: nec pondere ullo ad terrã deprimemur, ſed cum Domino
per aera ſublimes feremur. Qui ergo, ut Pſalmiſta dicit, quaſi telam araneæ animã
ſuam liquefecit, is etiam illam ueſtem ſeipſum induit, quæ à capite ad pedes uſq; cir
cunfunditur: nec enim mancam, aut truncam eſſe uirtutem, ſed integrã, atq; per o
mnes numeros perfectã lex uult. Aurea uerò tintinnabula, bonorũ operum ſplen
dor ſunt, malis punicis intercepta. Duo eñ hæc ſunt ſtudia, quibus uirtus tota con
flatur, recta in Deum fides, & probata in hac uita cõſcientia. Hæc mala punica tin
tinnabula indumento Timoth. Paulus ille innexuit, cùm dicat, oportere ut habeat 1.Tim.1.
fidẽ & probam cõſcientiã. Fides igitur ſacerdotis, ueluti tintinnabulũ clarè atq; ſo
norè in ſanctæ trinitatis prædicatione exclamet. Vita uerò naturã punicorũ imite
tur pomorũ, quorũ circunfuſa exterius quaſi teſta, incomeſtibilis, duraq; eſt, quod
uũt intus reconditũ eſt, & uſũ ex uarietate coloris atq; collocationis ordine iucun
dum eſt, & guſtu iucundius, non parua dulcedine ſenſum afficiens. Philoſophica
quoq; Chriſtiana uiuendi ratio dura exterius, atq; aſpera ſenſui eſt, intus ſæpius o
ptimarũ pulcherrimarũq; rerũ plena, tẽpore ſuo cùm matura fuerit, cumq; agricola
noſter poma punica huius uitæ aperiet, dulciſſimã ſuorũ fructuũ præſtabit fragran
tiam. Apoſtolus etiam dicit, nullam diſciplinã in præſenti uita uideri lætitiã afferre, Heb.12.
ſed triſtitiã, & id eſt, quod per exteriora pomi punici figuratur. Poſt hæc aũt fructũ
pacificũ reddit, & id eſt dulcedo interior, ac pulchritudo. Hanc ueſtẽ coſſymbotã
etiã iubet eſſe, ut à nobis quoq; ipſis aliqd ulterius ad uirtutis incrementũ adinueni
re conemur, quo indumentũ ornatius fiat, ſicuti Paulus faciebat, qui ornatiſſimos
indies coſſymbos uirtuti addebat. nam quũ lex permittat altari miniſtrantes ex al
tari, & Euangelij nuncios ex Euangelio uiuere: ille ſine hac ad uitę neceſſitatẽ mer
cede Euangeliũ prædicauit, nudus, fameſcens, ſitiens. Hi ergo illi ſunt ornatiſſimi
coſſymbi, qui ueſtem ſecundũ peccata contextã, ſi additi ſunt, reddũt ornatiorem.
Duo deinde tegumenta ſuperimponuntur indumẽto illi talari uſq; pectus & renes
ab humeris deſcendenti, duabus portis in utroq; humero adinuicẽ coniuncta. Por
tæ autem ſunt lapides, patriarcharum nomina ſex unuſquiſq; cælata ferentes. Ho
rum regminum magna uarietate colorũ textura erat confecta: hyacinthus purpu
ra connectebatur, & cocci rubedo biſſo iungebatur: & his omnibus aurea ſila e
rant inſperſa, ita ut ex multicolore hac tinctura unus quidam cõmixtus ſplendor
ex teguminibus reſulgeret. Ex quibus diſcere poſſumus, quòd indumẽta ſuperiora
quæ cordis ſunt ornamenta, multis uarijsq; conſtant uirtutibus. Hyacinthus e
nim ex purpura complicatur: nam uiuendi puritas atque mundities naturæ regno

coniun-

Universidad de Deusto
Biblioteca



coniungitur. Natura enim quodam modo ipsa duce, unà cum pudoris rubore laudabilis uiuendi nascitur ratio. Aurum aũt his tincturæ floribus refulgens reseruatũ huic uitæ thesaurum suboſtendit. Patriarcharũ quoq; nomina lapidibus insculpta, non parum nobis ad uirtutis ornatũ conferunt. Præteritorũ enim uirorum, qui optimè uixerũt exemplis uita noſtra corroboratur. Sed huic tegminũ ornatui alius rursum desuper ornatus cõiungitur: scuta enim aurea ex utriſq; tegminibus dependent: hæc sustinent fabricatũ quidem ex auro figura quadratum, duodecim lapidibus resplendens ordine quodam dispositis. Quatuor aũt ordines erant, quorum unusquiſq; trinitatem lapidum continebat. Lapides aũt ita erant uarij, ut nullius ad alterũ esset similitudo: proprio enim singuli splendore fulgebant, sed figura quidẽ ornamenti hæc. Spiritalis uerò sensus scutorum quidem, quæ ab humeris dependebant, armatos nos esse adhortatur aduersus tyrannũ, & hostem noſtrum. Virtus enim, ut à Paulo dictum est, fide ac bona constat conscientia: quibus ita esse aduersus inimicorũ tela munitos oportet, ut his iustitiæ armis dextris atq; siniſtris, inuulnerabiles maneamus. Quadratus aũt ille ornatus, qui utrinq; à scutis dependebat, in quo nomina patriarcharũ, qui tribubus cognomina dederunt, impressa lapidibus, fuerũt cordis tegumenta. Quare diligenter nos docet, omnibus patriarcharũ uirtutibus animũ eius esse exornatũ, qui duobus his scutis aduersarij tela repulerit. Quadrata uerò figura ſtabilitatẽ uirtutis ostẽdit. Nam hæc figura æqualiter undiq; angulis & conuexis nixa lateribus, non facilè de loco mouetur. At uerò catenulæ, quibus ornamenta hæc ad brachia connectuntur, præcipere mihi uidentur, oportere in altiori uita praxin speculationi cõiungere. Cor enim speculationis loco poni uidetur, brachia uerò operationis. Caput autẽ diademate coronatum, reseruatã uirtuosis coronã significat, quã is exornat, qui aurea lamina ineffabilibus erat notis cælatus. Ita induto ueſtitoq; sacerdoti nullum calceamentũ imponitur, ne tardior ad currendũ sit, aut uix mobilis, pelles secum attrahens animaliũ mortuorum. Nam ut iam diximus, impedimento calcei fuerant Moysi, cùm ad ardentem rubum accederet. Quòd si in primo ſtatim aditu reprobantur, multo magis à sacerdotis pede reijciuntur. Qui autem per omnes gradus, quos iam expoſuimus, ascenderit, is à Deo sibi traditas tabulas ad populum defert, quibus diuina lex continetur: sed dura, cũ peccato colliſione diruptę cõteruntur. Peccatũ uerò simulachri cultus erat in uituli similitudine constituti, quod à Moyse contritũ, aquaq; dissolutũ, ipsis qui peccarũt, factus est potus: ita omnimodo ea materia, quæ hominũ peccato subministrauit, deleta est. Prophetice igitur hæc historia de ijs, quæ noſtris tẽporibus facta sunt, exclamauit. Omnis eĩm circa simulachra error, è uita hominũ ablatus est: nec amplius noſtrorũ principum pietate à pio credentiũ ore debitus, qui Christiana freti laudatiſſima professione, impietati seruientia, idolorũ tẽpla deleuerũt. Videmus præterea quæ sancta fuerunt, apud impietatis mysteria, quasi aquã instabilem delapsa defluxisse: aquã ab illorum ipsorũ ore, qui cultu simulachrorũ insaniebant, imbibitã. Nã quũ cernas oculis, qui huic uanitati erãt penitus dediti, alia templorum suorũ, in quibus sperauerãt, diruentes, alia in alios usus trãsferentes, nõ magna historia clamare uoce uideturꝫ futurũ esse tẽpus olim in quo simulachrũ omne, ore ipsorũ qui ab iniquitatis errore ad pietatẽ trãsponentur, delebitur ac imbibetur. Armat deinde Leuitas non in alienigenas, sed in suos ardenter Moyses, qui ab altera extremitate castrorũ ad alterã cõfusẽ, ut quisq; obuiã fieret, omnes interfecerũt. Ita cùm pariter quicunq; mucroni incideret, occideretur, nemo interficientiũ quis amicus, aut quis inimicus discernebat, quis domesticus, quis affinis, quis cognatus, aut alienus, nemo prospiciebat, sed unicus atq; par aduersus omnes, in quos inciderant, erat impetus. Vnde discimus, idcirco absq; dispositione punitos fuisse, quoniã unà oẽs ad malũ conspirantes, ratione uitij quasi unus effecti sunt, & uelut cùm quispiam unum hominem peccatis cõmotus suis cædit uehementer, non hoc aut illud suum affligit membrum, sed quo flagellum commodè potest inferri, illud uerberat. Bene enim nouit quamcunq; partem percusserit, ad totum corpus



pus inde sensum doloris transiturum: sic quæ sine dispositione tunc adhibebatur punitio, omnes qui conspiratione uitij, quasi erant in unum corpus conflati, mirum in modum castigabat. Quare si nonnunquam peccatis hominũ iram Dei excitatam, non in omnes, sed in aliquos ferri uideamus, diuinæ clementiæ magnitudinem admirari debemus: qua fit, ut non omnes sicuti merentur, percutiantur, omnes tamen flagellis castigentur. Verum id ex ipsa historia nõ altius intellecta discimus. Ad sublimius autem reducere uolentes, illud prius considerabimus, quod communi præconio legislator exclamauit: Si quis est Domini, ad me ueniat. Qua uoce lex ipsa omnibus edicere uidetur: si quis Deum amare uult, me legem amet. nam qui legis amicus est, certe Dei quoq; amicus est. Iubet deinde eos, qui tali pręconio congregati sunt, absq; disquisitione & in fratres, amicos, & proximos gladio ferociter uti. Superioris speculationis seriem sequentes, dicimus omnem hominem, qui ad legem ac Deum respicit, malorum domesticorũ cæde purgari. Nec enim semper frater, aut amicus, aut proximus in meliorem à Scriptura partẽ accipitur: sed sunt nõnulli fratres, amici, proximi, qui quasi alieni ac inimici nobis aduersantur, quos eos arbitramur esse cogitationes, quarum uita nobis mortẽ, mors uerò uitam solet inducere. Hæc expoſitio illis etiam cõuenit, quæ de Aaron diximus. Ibi enim pro fratre socium atq; protectorem diuinitus nobis datũ, angelum intelleximus, qui aduersus Aegyptios signa operatur, qui etiã maior ætate iure dictus est: nã angelica natura homine prius creata est. Frater uerò, quia est quædam profectò intellectualis, & angelicæ naturæ ad intellectum & animã humanã affinitas: quas ob res, & si utroq; in loco frater dicitur, nõ habet tamẽ locũ oppoſitio, quomodo is frater appellari possit, qui in malũ accipitur, quũ equiuoce fratris nomen, nunc in bonũ, nunc in malũ, ut diximus, accipiatur. Aduersus igitur hos malos fratres gladiorum opponit aciẽ Moyses. Quod cùm alios quis iubet, sibi quoq; ipsi sancit. Horum fratrum cædes, peccatorum interitus est. Nam qui aduersarij cõsilijs fixum atq; ſtatutum in animo malum deleuit, aduersarũ in seipso interfecit.

Hæc autem sententia spiritualis firmior esse atq; uerior uidebitur, si quædã etiã alia in historia dicta huic conuenire ostendemus. Imperatum enim fuisse ab Aaron dicitur, ut inaures ab auribus uxorum tollerent, hæ conflatæ simulachri materia fuerunt. Dicimus igitur quòd Moyses Hebræorum uirtutem inauribus exornare uoluit, id est lex, quam pro Moyse intelligimus obedientiam, quæ per inaures significatur, Iudæorum uirtutem confirmauit: quam tollit Aaron, ut inobedientia ipsorum ostenderet ad cultum idolorum esse peruẽtum. Idcirco ſtatim ad primum peccandi aditum inaures auferuntur, ut iã prævaricationis & inobedientiæ consilia cepisse uiderentur, qui diuinum præceptum negligendum esse hortabantur. Id ergo est quod dicimus auferre ab aure præceptorũ inaurẽ. Quare qui hos fratres, hos amicos, hos proximos interimet, audiet illam uocẽ, quam à Moyse illi perceperunt, qui tunc sine disquisitione multos è cultoribus idoli occiderunt: Consecraſtis, inquit, manus uestras hodie Domino, in suo unusquisq; filio uel fratre, ut detur super uos benedictio. Sed opportunè modò, primorum parentum fecimus mentionem, ut discamus quònam pacto diuinitus cõfectas tabulas, in quibus lex erat impressa, in terram manibus Moysi proiectas, à duricie subiectæ terræ contritas, à Moyse rursus fuisse susceptas, nõ omnino easdem, sed Scriptura solùm, quæ in illis erat impressa. Materiam enim earum ex inferiori hac suscepit materia Moyses, uirtutiq; ipsius subiecit, qui legem rursus in his secundis tabulis cælauit: & sic gratiam reuocauit, cùm in lapideis tabulis legem reportauerit, in quibus ipse Deus legis uoces cælauerat. Hinc enim induci possumus, ut diuinam de nobis clementiam intelligere queamus. Nam si uera dicit Apoſtolus, sicuti certè dicit, qui Dei profunda spiritu quæsiuit, per has secundas tabulas corda noſtra, id est, intellectũ animi ducẽ ac oculũ intelligere debemus. Vnde discere licet, infractã atq; immortalẽ diuinis fabricatã manibus naturã noſtrã in principio fuisse, quã lex nõ scripta, sed innata, nõ externus acquisita, sed impressa exornabat. Naturaliter eĩm nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca



uolũtas legis inerat, quę ad malorũ abominationẽ, & bonorũ expetitionẽ nos institueret. Verùm posteaq; peccati sonitũ in auribus nostris suscepimus: quẽ quidẽ sonitũ Scriptura uocẽ serpentis, hæc uerò de tabulis historia uocẽ uino cantantiũ nuncupauit, tunc naturæ integritas in terram decidit, & cõtrita est. Sed rursum uerus legislator, cuius figuram Moyses gerebat, ex natura nostra, naturæ nostræ tabulas sibi confecit, nec enim nuptiarum solennitas carnem dominicam produxit, sed ipse suæ carnis factus lapicida, digito Dei eam inscripsit. Spiritus em̃ sanctus peruenit in uirginem, & excelsi eam uirtus obumbrauit. Quo facto rursus natura confracta facta est, illius impressione digiti immortalitatẽ cõsecuta: digitus em̃ sæpius à Scriptura Spiritus sanctus appellatur. Hoc igitur modo ad glorioſius Moyses cõmutatus fuit, adeò ut inferioribus his oculis tanta talisq; gloria cerni nequiret: quam quidẽ immutationem qui nostrę fidei mysteria nouit, nõ ignorabit quomodo allegoricus hic sensus historiæ cõsentaneus est. Nã qui contritã naturã nostrã in integritatẽ traduxit, qui languores nostros portauit, & sanauit ægrotos, posteaq; in pristinã pulchritudinẽ dirutas naturæ nostræ tabulas restituit, Dei, ut diximus, digito cælatas, nõ amplius indignorũ oculis capi potest. Nã tanta est amplitudo gloriæ atq; maiestatis eius, ut uilius eorũ nequeat ad ipsum accedere. Proſectò em̃ cùm in maiestate sua, ut dicit Euangeliũ, uenier, ac oẽs angeli secũ, uix iusti gloriæ ipsius erunt capaces: impij aũt & Iudaizantes tantę uisionis expertes erũt, ut Esaias ait: Tollat̃ impius, ne uideat gloriã Dñi. Sed iam multa de hoc, quare ad
Exod. 33. reliqua transeamus. Ambigere, pfectò quispiã poterit, quomodo Moyses, quem tot tantisq; uisionib. Deũ uidisse Scriptura testatur, quo cũ Deus ita loquebat, ut ꝙ quis amicũ suũ alloquereť, orat nunc quasi nunq; uidisset, ut uideat. Et quomodo diuina uox modò annuit orãti ꝙd petit, & hanc quoq; gratiã sibi uelle cõferre non negat: modò in desperationẽ ducit, cùm asserat, nõ esse hanc uitã hominũ eius rei, quã postulabat capacẽ, & ad hæc, quẽ locũ esse apud se Deus dicit, & quẽ in loco lapidẽ, & quod in lapide foramen, in quod iubet peruenire Moysen, deinde Deũ manũ suã ad os foraminis illius positurũ, & cùm transierit Moysen inuocatũ à foramine, posteriora eius, qui uocauit inspecturum: hæc em̃ Scriptura narrat, & sic asserit Deum à Moyse perspectũ, sicut diuina uoce sibi fuerat promissum. Hæc omnia, si quis secundũ literã solùm cõsideret, non obscurus duntaxat quærentibus sensus fiet, uerumetiã nõ rectas de eo generabit opiniones: sola enim figurata anterius atq; posterius habent, omnis figura corporis terminus est. Quare qui figurã Deo attribuit, corpus ipsum cõsequẽter putabit: corpus aũt omne cõpositum est, compositum porrò diuersorum ac differentium concursũ constituitur. Quicquid uerò sic constitutum est, indissolubile non est: quodq; dissoluitur, id corrumpitur: dissolutio enim corruptio compositi est. Quas ob res si quis posterius Dei secundum literã capiet, in hoc inconueniens cõsequenter deducetur. Nam antè ac retro in figura certè est, figura in corpore, corpus natura dissolubile, dissolubile autẽ incorruptibile esse nõ potest. Sic qui omnino literæ seruit, rerum ipsarum cõsequentia corruptibilem esse Deũ opinari cõpellitur. Est aũt Deus incorruptibilis omnino atq; immortalis. Non est ergo ubiq; sequenda litera. Quòd si hac in parte altiorẽ, ęp litera patitur, sensum quęrere cogimur, quis alienũ esse à Scriptura dicet, si ad spiritualem sensum totam reducimus? nam cùm necesse sit partes aliquas spiritualiter intelligere, totum quoq; necesse, ut & possit & debeat, sicuti partes intelligi: est em̃ totum ex partibus, quare partium naturam sapiat necesse est. Locus igitur apud Deum, & lapis in loco, & in lapide quædam capacitas, quam foramen appellauit: ingressusq; Moysi ad illud, impositio quoq; manus Dei in ore foraminis, & trãsgressio eius, & uocatio, ac deniq; posteriorum partium aspectatio ad altius, & conuenientius norma regulaq; anagogica sic reducetur. Quemadmodũ igit̃ grauia & rotunda corpora, si è cacuminibus montium lapsa deorsum fuerint, & si nullus postea impellat, ipsa tamẽ per se uehemẽtiore impetu, si nihil impedimẽto sit, semper deferunt̃, quousq; ad planiciẽ descenderint: sic anima cuius natura fertur,



fertur, terrenis absoluta cupiditatibus ardentior indies fit, uelociusq; pertransit, ad sublimiora semper conscendens. Nam cùm nihil sibi sit impedimento, per seipsam ad naturam boni fertur. Attrahit enim ad se natura ipsius boni, omnes qui ad pulchritudinis eius radios sanis possint oculis respicere: ita fit, ut cœlestium desiderio semper ad maiora (ut Apostolus ait) consurgat, ac semper ad altiora peruolet. Nã cùm per ea, quæ iã percepit, ad maiora & perspicere & aspicere possit, maiore atq; maiore desiderio semper ardet, ac sic indesinenter sursum fertur, his quæ peracta sunt robustior facta: solùm enim uirtutis actio nutrit laborem, uiresq; auget. Quapropter magnus ille Moyses, cùm semel per scalã in qua Deus innixus erat, ut Iacob dicit, ascẽdere cœpisset, nunquam stetit, nunquam terminum motus nouit, sed semper de gradu in gradum ascendebat. nec enim deficere unquam potest altior gradus. Negauit falsam Aegyptiorum reginæ coniunctionem, qua filius eius putabatur: Hebręum ultus est, ad desertam & solitariam se transtulit uitam, quam humanæ perturbationes nõ uexant, pauit cicurium animalium gregẽ, uidit resplendentem lucẽ diuinã, abiecit calceos, ut facilius ad lucẽ accederet, in libertatem uindicauit suos, hostẽ undis uidit submersum, lucida nube ductus est, sicco lapide sedauit sitim, à cœlo deduxit panẽ. Præterea extensione manuũ alienigenam fudit, sonitum tubæ audiuit, caliginem subijt, ad penetralia diuini tabernaculi ingressus est, sacerdotij didicit mysteria, simulachrum destruxit, propitiũ Deũ reddidit, legẽ de deorum prauitate dirutam restituit, gloria effulsit. Ac tot tantisq; sublimationibus elatus adhuc ardet desiderio, adhuc tanquam famescens ac sitiens, tanquã eo carens quo semper fruebatur, orat ut uideat, non ut ipse capere potest, sed ut se habet qui desideratur. Vnde arbitror immenso desiderio atq; ardenti erga Deum ita fuisse effectum, quòd uisionibus sibi enituit, ut ferre non posset, quin ab ijs quæ cõprehendit, ad occultiora compelleret: quocirca supremæ pulchritudinis amator, quod iam uiderat, tanquam imaginem eius quod non uiderat credẽs, ipso frui primitiuo desiderabat. Id ergo uult audax in monte illa petitio, ne per specula & imagines, sed per ueram & propriam faciẽ frui pulchritudine posset. Diuina uerò uox per ea quæ negat, concedit quod petitur, pauculis uerbis immensam sententiarũ profunditatem subaperiens. Annuit enim facturum se quod petebatur: finem aũt atq; cessionem huius desiderij futurum non promisit, nec enim ita quispiam Deũ uidere potest, ut uidendi desinat desiderium. Nam in hoc profectò Deus uidetur, ut nunquam desinas ad eum respicere. Quare, inquit, nõ poteris uidere faciẽ meã, nec enim uidebit homo faciem meam & uiuet: non quia causa mortis uidentibus sit illa facies (nam quomodo uitæ facies causa appropinquantibus mortis esse potest?) uerum quoniam & si uiuificat quidem Deus natura, proprium tamen suum est, ut omnem cognitionem excedat. Idcirco qui eorum quæ cognoscuntur, Deũ esse opinatur, quasi deuiasset ab eo qui est, ad id quod esse putatur, uitam non habet. Nam qui uerè est, is uera uita est, & hic cognitione non comprehenditur. Quare si hæc uiuificans natura cognitionem omnem excedit, non est profectò uita id quod cognoscitur: quod uerò uita non est, id uitã præbere non potest. Sic igitur desiderium Moysi adimpletur, ut insatiabile permaneat: discit em̃ ex istis, ꝙ Deus natura interminabilis est, nullo termino comprehensus. Nam si aliquo termino concludi intelligatur, necesse est termino illi aliquid connectatur: omnino em̃ quod terminatur, ad aliud desinit, ut terrestriũ terminus aer est, & aqua rerum aquaticarum. Quemadmodum igitur pisces aqua, & aues aere circunduntur, & cùm sint in medio istorum elementorum, aquæ tamen quædam superficies ad piscem, & aeris ad uolatile terminatur: sic necesse est si Deus termino concludit̃, heterogenea quadam natura contineri. Est enim quod continet contento maius. At uerò Deus natura bonum esse conceditur, quod autẽ ad bonum comparatum heterogeneum est, non bonum, sed malum esse comprehẽditur, & est, ut diximus, quod continet contento maius. Quare si termino Deus continetur, consequens erit superari uinciq; à malo, cùm continentium uis ea quæ continentur, exuperet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Id autem adeò absurdū est, ut nullus unquam mentis compos sic esse opinatus sit. Est ergo interminabilis diuina natura, & interminabile comprehendi non potest. Quare qui diuinam pulchritudinem uidere desiderat, & ad id tendit, in hoc cursu semper consistat. Et id est uere Deum uidere, ut nunquam id desiderium terminetur. Quare necesse est, ut cùm uideamus, sicut nobis possibile est, maiore uidendi desiderio exardescamus, & sic nullus unquā terminus absc̄inder nobis iter huius: cùm neque ipsius boni terminus aliquis sit, nec sanctas desiderij huius possit fieri. Sed quis nam est ille locus, qui apud Deum esse intelligitur? Quid ille lapis? quæ est illa capacitas in lapide? quæ est illa manus Dei, quæ os lapidei foraminis retinet? transitus uerò Dei quis est? aut posterius eius, quod Moyses uidere permittitur? oportet enim profectò magnum quid unumquodq; istorum esse, & Deo tenanti non indignum, ita ut omnium uisione, quam ad hunc usq; diem Moyses uiderat, maior hæc & sublimior credi possit. Quomodo igitur illorum uerborum profunditatem intelligemus? auxilio scilicet illius, qui & Moysi, & omnibus qui eum amant, planam ad omne bonum uiam solet præstare: Ecce, inquit, locus apud me. Quod sic intelligendum est, quòd ab ijs quæ mox diximus, non sit alienum. Locum igitur dicit, non superficie circumfusum, nec quantitate ulla descriptum (nec enim est in immenso mensura) sed ad infinitum atq; interminabile loci nomine, qui circumscripta mensura terminatur, auditorem deducit: hūc ergo sensum subsistendere mihi uidetur. Quoniā tibi Moyses ad anteriora pergendi semper ingens desiderium est, nec illo huius cursus labore defatigaris, nec terminum huius assequendi bonū constituis, sed semper inhias ad maiora, scias tantum esse apud me locum, ut nunquam terminum cius cursū aut uolatu aliquo queas inuenire, hic autem cursus atq; uolatus status quidam est alia ratione. Sistā eni, inquit, te in lapide. Mirabile auditu, quomodo unum ac idem est status, & motus est, si quid ascendit, non stat, si stat, non ascendit, ut hic ascendit, quia stat. Nā qui caducus ac instabilis cogitationibus est, non fixus in bono nec permanens, sed mobilis atque fluctuans cogitationibus uarijs oppressus & conquassatus, is nunquam ad subli-mitatē ueræ uitæ ascēdit, sicut qui colles conantur scandere fabulosos: nam etsi perfectis in longum pedibus magna transire spacia uideantur, semper tamen ad inferiora delapso fabulo deferuntur. Motus igitur fit, progressus autem nullus fit. At si quis, ut Psalmista dicit, à fœce profundi retractos pedes in hoc posuerit lapide, lapis autem Christus est plenitudo uirtutum omnium: quāto firmior ac nobilior, ut Paulus consulit, in bono fuerit, tanto uelocius uolat hac stabilitate quasi pennis eleuatus. Cùm igitur locum apud se ostendit, ad perpetuum cursum exhortatur: cùm statum in lapide daturum se promittit, modū diuini cursus illius Moysi subaperit. Capacitas uerò aut foramen lapidis uerbis Apostoli expositū est, cùm domum non manu factam cœlestem ijs qui ijs reseruari, qui terrestre tabernaculum dissoluerunt, asserat. Nam certè qui cursum perfecit, ut ipse dicit, in lato illo & capacissimo stadio, quod diuina uox locum appellauit, qui uidelicet fidem cōseruauit, ac in lapide, uti ænigmaticè dicitur, pedes suos firmauit, is cornua iustitiæ, à manu eius qui hæc certamina nobis posuit, coronabitur. Hæc aūt gloria multis nuncupatur à Scriptura nominibus, una enim et eadem res hic quidem lapidis capacitas appellatur, in alijs aūt paradisus, deliciæ, tabernaculum æternum, mansio apud patrem, patriarchæ sinus, regio uiuentium, aqua requietis, Hierusalē superior, regnū cœlorū, Babylon uocationis, corona gratiarum, corona pulchritudinis, turris fortitudinis, supermensale gaudium, Dei consensus, sedes iudicij, locus nominatissimus, occultū tabernaculū. Vna ergo illius gloriæ hæc quoq; appellatio est Moysi in lapidem ingressus. Nam quoniam Christus lapis est, ut Paulo placet, omnē esse bonorum spem in Christo firmiter esse credimus: qui bonum aliquod adeptus est, is in Christo est, qui omne bonum continet: qui uerò ad Christū peruenit, & ū manu Dei tectus est (manus aūt Dei quid aliud esse potest, quam creatrix rerum uirtus?) ipse unigenitus Deus, per quem omnia facta sunt, qui & currentibus locus est,



est, & uia, ut ipse dicit, & lapis confirmatorū, & domus quiescentium, qui ad hunc, inquā, peruenit, is audiet uocantē, is in posterioribus uocantis constituetur, ut Scriptura monet, quod probè Dauid ille intellexit, habitāti eīn in auxilio excelsi dicit, in scapulis suis obumbrabit tibi, quod est post Deum esse constitutū. Nam scapulę posteriora sunt, de se autem clamat: Adhæsit anima mea post te, & suscepit me dextera tua. Vides quomodo psalmista eū historia consentit. Nam ut hic dicitur eum à dextera suscipi, qui post Deum adhæsit: sic ibi eum manus regit, qui Dei uocem expectat in lapide. Sed Dñs quoq; qui Moysi oracula dedit, qui ad implendum legem suā uenit, ænigma id enodans apertissimè, similiter ad discipulos ait. Si quis, inquit, uult post me uenire, non dixit ante me. Hoc quoq; ipsum cuidam de uita æterna cogitanti præcipit dicens, Veni & sequere me: qui aūtē sequitur, non faciem, sed tergum aspicit. Docetur igitur Moyses desiderans Deum uidere, quomodo potest Deus uideri: sequi enim Deum corde ac animo semper quocunq; ducat, idipsum est Deum uidere: etenim transitus ille Dei, ducem esse Deum sequentis significat, cùm non sit possibile uiam ignoranti rectè ac tutò iter peragere, nisi post ducem rectè sequatur. Dux igitur præeundo sequenti uiam monstrat: qui autem sequitur, tunc à recta uia non aberrat, cùm semper ducis tergum respiciat. Nam qui ad latera se transfert, aut ducentis faciem cernere studet, non facit eam uiam, quam dux ostendit: ac ideo dicitur ei, Facies mea non uidebitur tibi, hoc est, noli ad faciem ducentis Dei occurrere, ne in oppositū cursus fiat. Nam si bonum bono contrariū non est, & qui ducentis faciem uidet, ducenti oppositus est, cùm ducens bonus sit, ipse malus est, contrarium uirtuti uitium, quare Moyses non ex opposito conspicit Deum, sed tergum eius respicit. Nam qui ex opposito Deum aspicit, nō uiuet, ut uox diuina testatur. Non uidebit, inquit, homo faciem meam, & uiuet. Vides quantum est ut aliquis discat Deum sequi. Nam post illos ascensus mirabiles, post glorioſas uisiones, post inaudita miracula, uix iuxta finem uitæ hanc consecutus est gratiam, ut disceret Deum sequi: nihil enim amplius mali officere illi potest, qui post Deum hoc modo constitutus est. Inuidia post hæc fraterna ipsum inuadit, inuidia malorum princeps, mortis mater, prima peccati ianua, uitiorum radix, doloris initium, calamitatis parens, inobedientiæ causa, ignominiæ principium. Inuidia enim nos longè exterminauit à paradiso, uersa in serpentem aduersus Euam: inuidia repulit à ligno uitę, sacrisq; impassibilitatis uestibus detractis, siculnis ignominioſè foliis induit: inuidia eam aduersus fratrem armauit, mortem quæ septuplum punita est, induxit. Inuidia Ioseph in seruitutem detrusit, inuidia, dico mortifer stimulus, mucro reconditus, naturæ morbus, bilis uenenosa, tabes sponte adhibita, telum amarum, figens animam clauus, flamma cordis, intestinorū ignis, hanc qui habet, non suis malis, sed alienis bonis infelix est, & contrà non suo bono, sed malis proximi felix est: inuidus enim felicitate aliorū dolet, calamitatibus gaudet. Miluos cadaueribus pasci, & precioſis unguētis emori asunt: uidetur enim natura sua ad putridum ac purulentum esse affinis: quando uerò huic morbo subiectus est aliquis, amicorū cōmodis quasi unguento tabescit: etsi quid calamitosum incidisse proximo intellexerit, ilico aduolat, posito inuadit adunco, quo si qua larent, distrahit atq; dissipat, & in medium proponit omnibus. Multos hic inuidiæ morbus ante Moysi tēpora deiecit. Moysen uerò aggressus, tanquā uas figuli in lapidem collisum dirutus, ac in uia contritus est, in quo maximè quantū sit cum Deo ambulare, quod Moyses faciebat, facilè prospicitur: quomodo enim inuidia illi obesse potuisset, qui diuino studio atq; loco cucurrit? qui in lapide steti, & in capacitatem ipsius fuerat immissus? qui Deū post terga sequebatur? qui nō ducētis faciem aspiciebat, sed tergum obediens respiciebat? Secutus Deū est, idcirco beatus, idcirco altior fuit, quam ut ad ipsum sagitta inuidiæ posset peruenire. Sed Aaron quidem atq; Maria inuidię morbo superati, quasi arcum seipsi præbuerunt, quo uerba sicuti spicula in Moysen proiecerunt. At Moyses tantùm aberat ab huiusmodi ægritudine, ut cùm neq; captus neq; læsus ab ea sit, non solùm nullam ipse de inuidenti-

bus pœnam sumpsit, uerumetiam Deum precibus placabilem ipsis reddidit. Docuit ergo nos per ea quæ fecit, nullis telorum ictibus eum tangi, qui uirtutis scuto seipsum tutatur. Retundit enim ac hebetat huius scuti firma soliditas aciem cuspidis, imò procul totum reijcit telum. Est autem horum telorũ percussiuum scutum
Rom.13. ipse Deus, quẽ armiger uirtutum induit. Induite nanq; uos, inquit, Dominũ Iesum. Hac infrangibili armatura Moyses armatus, maligni sagittarij arcũ fecit inanẽ. Nã nec dolore aliquo, aut perturbatione aduersus iniuriatos cõmotus est, & posteaquam diuinitus cõdem natos uidit: nam se illis coniunctũ non ignorauit, sed Deo pro fratribus supplicauit, quod nõ fecisset nisi Deũ sequeret, qui sibi præcedẽs rutã sequenti uiam demonstrabat. Verùm humanę naturæ hostis à Moyse repulsus, manus ad imbecilles transtulit, bellũ & uoracitatẽ uentris quasi equitatũ populo immisit, eumq; uictum Ægyptiarũ epularum auiditate astrictus illigauit. Moysi autẽ supra omnium turbationum iam constituto magnæ fuerat curæ futura hæreditas, quæ repromissa est Ægyptum fugientibus, ac ad eam proficiscentibus terrã, unde lac & mel cõmixta simul scaturiunt. Hac de causa exploratores missos de bonis illius regionis interrogat: hi autẽ sunt alij boni, alij mali: & boni quidem, ut ego sentio, sunt rectæ cogitationes de repromissa nobis beatitudine, Christi fide corroboratæ. Mali uerò, incredulæ resurrectionis atq; beatitudinis mentes, quæ fidem de repromissis humano generi bonis retundere ac infirmare conantur: quos omnes Moyses reprobauit, eisq; solùm credidit, qui meliora de regione illa referebant. Iesus autem horum omniũ princeps erat, ad quem Moyses respiciens firmam habebat spem, de futuris racemis cõfirmatus. Iesum uerò audiens, racemũ ex ligno pendentem, non dubitabis quis sit, ad quem Moyses quoq; ille respiciens, indubitabili spe consolabatur. Racemus enim ex ligno dependens, quis nam alius erit, quàm is qui in nouissimis seculis ex ligno pependit? cuius sanguis potus factus est credentibus salutaris, Moyse id ænigmaticè nobis prædicente. Sanguinem enim, inquit, uuæ bibebant uinum: qua ex re salutaris Christi passio prænunciatur. Verùm iter rursus per deserta fit, & laborat siti populus, qui repromissionis bona desperauit. Moyses uerò rursus per lapidem inundare aquis eremũ fecit: quæ res quantum qualeq; sit pœnitentiæ sacramentũ, docet. Nam qui postquam semel biberunt è lapide, quamuis ad uentrem & Ægyptias uoluptates lapsi, bonorũ priuatione, ac doloris perpessione in deserto condemnentur: possunt tamen uirtute pœnitentiæ, lapidem quem dereliquerunt, inuenire, at fontes quos delinquendo obseruarũt, pœnitendo reserare. Immortales nanq; aquæ illis ex hoc lapide fluunt, qui Iesu explorationem ueram etiam putauerunt, & ad racemũ respiciunt, ex quo pro nobis sanguis defluxit. Verùm populus nondũ uestigia Moysi rectè sequi didicit, sed ad seruiles adhuc lapsus cupiditates, Ægyptias expetit uoluptates. Qua ex re historia clamare uidetur, labilem esse maximè ad huiusmodi uitia naturã humanam milleq; modis seductã ad ea cadere. Quare perito medico nobis opus esse, qui, sicut Moyses, artificioſè aduersus uictricem uoluptatem semper reluctans non dimittat, ut ad mortem usq; morbus homines detrudat. Etenim, ut asserit historia, serpentibus ipsis turbis illa cupiditas imminebat: serpentes quippe uenenoso morsu homines inuadebant. At uerò legislator serpentis specie uerorum serpentum uim expulit, ut clarè id exponamus. Vnum ergo contra hos pestiferos cupiditatis morbos antidotum est, mundities animi pietatis mysterio celebrata. Caput autem omnium, quæ in hoc Christianæ professionis credimus, est firma rectaq; fide in passionem illius respicere, qui pro nobis passus est: crux uerò passio eius fuit: quare qui crucem respicit, ut historia hortatur, ei uenenum cupiditatum obesse non potest. Crucem autem respicere, nihil aliud est, quàm ut huic mundo quasi mortuos ac crucifixos nos præbeamus, fixos in uirtute, immobiles in peccando, Dei, ut ait psalmista, timore quasi clauo carnem nostram infigentes. Clauus autem qui carnem hanc retinet, continentia est. Quoniam igitur praua cupiditas mortiferos terrenis è rebus nobis serpentes immittit (quicquid enim ex praua cupiditate nascitur,



scitur, serpens est) idcirco iam diu lex antidotum nobis in ligno monstrauit. Id uerò serpentis est simulachrum, non serpens, sicut & Paulus dicit, in similitudine carnis peccati: uerum enim serpens peccatum est: & qui ad peccatum transfugit, serpentinam induitur naturam: ab hoc igitur peccato & adhuc serpentina natura homo per illum liberatur, qui peccati speciẽ subijt, qui factus est secundũ nos, qui peccando ad speciem serpentis cõuersi sumus: per eũ igitur ne morsus mortẽ inferant, factum est: ipsę uerò ferę nõ sunt destructiæ: feras autem dico cupiditates ipsas prauas. Nam si prauè peccantiũ mors nullã habeat in illos uim qui crucẽ respiciunt, carnis tamen aduersus spiritum innata cupiditas non omnino destructa est. Insurgunt enim & fidelibus sæpenumerò cupiditatis morsus, quos ad sublatũ ligno respicientes repellunt, timore præcepti quasi antidoto uim ueneni dissipantes. Quòd autẽ mysterium crucis sublatione serpentis in deserto figurabatur, apertè nos docuit ueritas, cùm dicit: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deser- Ioan.3.
to, sic filium hominis exaltari oportet. Sed iterum atq; iterum peccati proteruitas, quasi serie quadam, usu ab alijs ad alia prorumpit, & legislator ut optimus quidã medicus ad morborũ genera curam habet paratam. Nam cùm serpentum morsus nihil mali amplius afferebat in serpentis simulachrũ respicientibus, quod ænigma iã satis ex dictis intelligitur: alia peccandi uia hostis, qui aduersus nos semper meditatur ac cogitat, inuenta est, quæ nostris tẽporibus latissimè quoq; patet: nã posteaquã morbus ille cupiditatis modestiore uita deferbuerit, ad sacerdotiũ irrumpunt, humanis suffragijs, imperiosisq; ordinationibus dispensationẽ Dei uituperantes: ita homines si uno peccandi modo non uicerit, alio atq; alio aduersarius nos ster conatur deijcere. Vexantur escarum Aegypti cupiditate, unde serpẽtes immissi sunt, simulachro pẽdentis serpentis ex ligno superantur: ita crucifixi fides uel figurata liberauit. Cupiditatis autem morbo depulso, superbia locũ eius occupauit. Nã cùm humile atq; abiectũ esse crederent ordinem suũ seruare, ad dignitatem sacerdotij seipsos intrudere conantur, ac eos depellere non erubescunt, qui mysteriũ id fuerant diuinitus cõsecuti: sed multi terræ hiatu absorpti perierunt, reliqui fulminibus cõflagrarũt. Docet igitur, meo iudicio, his historia, finẽ supercilij, atq; superbiæ definitionẽ sic edicere: Superbia est descẽsus ad inferiora: q; si uis uerbi, ut multis uideẽ, cõtrariũ ostendat (superbus enim qui super alios est, dici uidetur) non admiraberis: ueritatẽ enim diuinę historiæ sequi malo, quàm nominũ impositionem: nã si qui se super alios præferre uolunt, hiatu terræ demersi, ad infima decidunt: nõ est contẽnenda definitio, cùm dicimus, casum ad infima, superbiã esse. His igitẽ moderatos nos Moyses facit, docetq; non extolli rebus bene gestis, sed semper quod adest ac instat, animaduertere, rectèq; id disponere. Non cẽ quoniã uoluptatẽ superasti, nullo ideirco amplius morbo deuinci potes, omnis animi morbus ac perturbatio, casus quidã est: cũq; perturbationes inter se differãt, tamẽ nõ differũt. Quare sicut per lubricã uoluptatẽ quispiã lapsus decidit, sic superbia intricatus ac submersus decidit. Nullũ autẽ expetet casum uncẽ qui mẽtis cõpos est, sed æqualiter omnẽ semper cuitabit ac fugiet: quapropter si quẽ uideris aliqua uoluptate superiorẽ, ut alios excedens uideatur sacerdotio studere, hunc puta illũ esse, qui praua elatione animi ad inferiora deprimatur. Docet enim per ea quæ sequũtur historia, nõ humanã rem quandã sed diuinam sacerdotium esse, & docet hoc modo: Virgas abunaquaq; tribu accipit Moyses, eas illorum qui dederunt nominibus inscripsit, ac tabernaculo apposuit. Firmiter enim credebat, q̃ miraculo quodã per uirgã, quam unusquisq; attulit, desuper sacerdos manifestaretur, quo facto aliorũ quidem uirgæ sicut erant, permanserunt: at destinati diuinitus sacerdotis uirga nõ extrinsecà humiditate, sed uirtute Dei immissa radices propagauit, ramos emisit, & floribus exornata demum fructum produxit. fructus erat nux, quare grauiter castigati quieuerunt. Sed uide, quomodo undique peregrinata historiæ diuina prouidentia nos docet: hoc enim fructu, quem Aaronis uirga ediderat, qualis debeat esse, sacerdotis uita monemur: aspera enim & continens duraq; debet exterius esse,

Universidad de Deusto
Biblioteca



intus autem & in occulto suaue quoddã edulium continere, quod tũc manifestatur, cùm maturum fuerit, & corruptus fuerit stypticus ac circunfusus cortex, & lignea nuclei testa defracta. Quare si sacerdotis examinaueris uitam, inuenerisq; redolentẽ unguentis ac rosis, hisso & purpura florentẽ, ac mẽlis pinguibus inhærentem, in qua nõ adhibentur nisi defæcata, & clarissima uina, & unguenta pretiosissima, & quęcunq; alia suauia ijs gustatu uidentur, quibus hoc seculo frui proposuerunt, recte in hunc Euãgelicis urens uerbis, Fructum uideo, sacerdotalẽ arborẽ nõ cognosco. alius est enim sacerdotij fructus ab isto. Ille cõtinẽtiã habet: ille delitias: ille terrena humiditate nõ pinguescit, huic multi è terra uoluptatum affluunt riui. Huncigitur etiã morbum homines cùm effugerint, tunc tuti per alienigenas, transeunt, lege ita per regiã plateam conducente, ut ad neutram possint partem declinare. Nam sicut si præceps locus utrinq; esset, ingentem ostẽdens hiatum, angustũ iter per medium faciẽti periculosissimum esset huc atq; illuc declinare: sic nullo pacto uia, quæ nobis à lege datur, relinquẽda est, quã Dominus angustã appellauit, cùm nec ad læuam, nec ad dextram excedere liceat. Hic autẽ sermo in medio uirtutes locatas esse ostẽdit. Vitium enim omne ad uirtutem collatum, aut deficit, aut excedit: ut uerbi causa, si audaciam cõsers ad fortitudinem, est excessus quidã: si timorẽ, defectus à fortitudine inuenitur: quod uerò inter hæc quasi angusto tramite uersatur, expers extremorum utriusq;, id uirtutis est: eodem modo cætera quoque omnia quæ uirtutis nomine nuncupantur, uitiorum affinitate utrinq; circũdantur. Sapientia uersutiæ & simplicitatis media est: nec serpentũ uersutia, nec columbæ simplicitas, si p seipsum utrũq; cõsideres, laudãda est: sed qui inter hęc habitus est, uirtus est. Similiter qui à modestia deficit, luxu corrumpitur: qui excedit in ipsa nimiæ tenuitatis nota, huius cõscientia, ut Apostolus ait, iniusta est. Ille ad uoluptates pecudũ more fertur, hic etiã matrimonium quasi adulterium abominatur & ejicit: inter hos autem modestus se cõtinet, neq; ad omnem effusus uoluptatẽ, & matrimoniũ, ut decet, suscipiens. Verùm quoniam, ut Dominus ait, Hic mũdus in prauo iacet, estq; alieni generis ab ijs qui legem sequũtur, quicquid uirtuti opponitur, id uerò est prauitas: quicũq; per hãc uiam ambulat, tutò per uirtutis iter transibit, si publicam, si uirtuti tutam, albamq; cõtinuè uiam perager, nusquam ad finitima inuia diuertẽs. Sed quoniam, ut iam dictum est, cum ascẽsu uirtutis insidiæ aduersarij cõscendũt, idoneas in singulorũ uiuendi rationem peccãdi causas excogitãtis, alia tũc uafredine insidiari populo statuit, quẽ uidebat iã ad Deum conuersum rectius uiuere, ac ueluti graues expertiq; imperatores, cùm difficile putauerint, uictoriam aperto posse cõsequi marte, dissimulationibus atq; insidijs hostem superare conãtur. Sic uitiorũ omniũ dux atq; imperator diabolus, si quosdã in uirtute stabiliores uidet, nõ apertè in faciem obiecit gladium, sed clàm & per insidias de loco pellere studet. Idcirco augur quidam maleficus, occultis quibusdã uiribus dæmonum ad malefaciendũ uel uerbis solis paratus, à tyranno Madianitarum uocatur: qui cùm uenisset, nõ ut uolebat, maledixit, sed diuina uirtute cõpulsus populo uel inuitus benedixit, qua ex re facilè intelligitur, nullas artes magicas, nullas hostis humani generis insidias aduersus eos ualere, qui uirtutem colunt: sed etiam prauitatis tela reijciunt, qui Dei præsidio defenduntur. Habebat Balaam auguria, tenebat oracula, & ad hæc ruditu asinæ ignota nonnunquam perdiscebat: cuius uocem (quoniam ipse solebat brutorum animalium clamores, & garritus auium cooperante diabolo intelligere) quasi articulatam significantemq; historia enarrauit: ostendens ad hoc uanitatis seductos à dæmonibus deuenire, ut modum uocis brutorum obseruent, ac inde significantis doctrinam uocis accipere arbitrentur. Nam tunc attendens eis quibus seducebatur artibus, inexpugnabiles esse Iudæos, aduersus quos ducebatur, perductus est. Sic & in euangelica historia legio dæmonum, quamuis aduersus Dominum præparata esset, cùm tamen aduenientis uim ferre non posset, clamat inuita ueritatem, quòd hic est ipse Dei filius, qui conuenienti tempore ignem peccatoribus æternum retribuet. Dicebat enim legio illa,



gio illa, Scimus quis tu es sanctus Dei, & uenisti ante tempus uexare nos: quod & tunc factum est. Vis enim dæmonum, quæ augurem sequebatur, inuictum esse populum Dei uatem ipsum edocuit. Ita nullam potest iniquitas edere uocẽ in uirtuosos, qua possit efficere peiores, sed maledicere studens, benedicit: nec enim macula ulla sordescunt innocentes: quomodo enim auaritia, qui omnia contemnit, maculabit? quomodo quasi luxuriosus ac uagans, solitarius homo uituperatur? quomodo ira miti nocebit? quomodo elatæ cerulces humilem uexabũt? aut alia quæpiam macula immaculatum maculabit? His em̃ hęc intentio uiuendi est, nullas huiusmodi ansas præstare, ut, sicut Apostolus ait, nihil habeat confusus aduersarius dicere. Quocirca ad maledicendum uocatus Balaam clamat: Quomodo maledicam, cui nõ maledixit Dñs? id est, quomodo maledicam, qui nullã maledicendi materiam præbuit? cuius inuulnerabilis uita est, quia Dei scuto protegit. Verùm tametsi hac maledicendi uia nihil in populum hostis effecit, tamen quia uirtute diuina defendi Iudæos agnouit, nõ cessauit, sed fœdissima uoluptate à diuino remouere studet auxilio. Nam cùm omnis uoluptas facile ad uitium alliciat, tum uerò fœdissimus Veneris actus, libidinosos prætertim, iuniorum animos adunco dentes hamo attrahit. Id inde patet, nam armis præualebant, qui hostis enfem sua uirtute retuderunt: qui legiones armatas fuderunt atq; fugarunt, mulieris forma percussi ceciderunt: ita qui uiros uicerunt, mulieribus peruincuntur. Nam simul atq; mulieres apparuerunt, formosa pro telis corpora obijcientes, fortitudinis statim obliti, ad uoluptates deuoluti sunt. Hic ad nefandas libidines ipsius hostibus Iudæos diuino priuatos patrocinio trucidandos prodidisset, nisi zelator Phinees ardore suo diuinam sententiam præuenisset nam & iudex & carnifex ipse factus est, sacerdotalẽq; usus officio, sanguine peccatum purgauit, sanguine, inquam, animalis non innoxij, sed eorum qui nefando crimine conuenerunt, quorum & corpora uno ictu transfixa, & uoluptas morte conuisa diuinam iram mitigarunt. Hac ne te lalorare quoddam consilium historia præberet: nam cùm multi sint morbi & ægritudines animi, quibus homines capiuntur, nihil tantam in nos uim habere ostendit, quantã ipse crassima hæc libido. Nam si uiros illos, qui Aegyptiorum equitatu diuinitus tecti non timuerunt, qui Amelechitas fuderunt, qui ipsorum Madianitarum legiones fugarunt, simul ac uisæ sunt mulieres, uoluptatis mãcipia factos asserit: quid aliud hinc nos esse instruit, q̃ uoluptatem hanc ualde cauendam esse, quæ titillationibus suis uiros armis inuictos superauit, quodq; impudentius est, palàm agi turpitudinem persuasit? cita bestialis ad libidinem impetus in pecudes homines uertit. Nã humanæ cõditionis oblitì penitus, nõ modò sua crimina nõ celabant, uerum etiam porcorum more, alter in alterius oculis palàm sordibus deuoluti turpitudine sceleris gloriabant. Quare apertè nos monet historia, procul à tã terribili bestia nobis esse habitandũ, ne morbus more ignis propter uicinitatẽ flãmam ad nos usq; transmittat: quod & Salomon in Sapiẽtia docet. Ne calces, inquit, ardẽtes nudo pede carbones, nec ignẽ in sinu deponas. & in Euangelio Dns, ut longè ab hac nos peste abduceret, cupiditatẽ ipsam, quę uidendo irrepere solet, quasi radicẽ uoluptatis euulsit: ostendẽs nõ esse suscipiendã cupiditatem uilu, quæ ad actum ipsum planissima uia est. Nam pernicioſus omnis morbus pestilentię more, si semel principalia occupauerit mẽbra, sola morte sedatur. Sed nõ esse opus in lõgius arbitror Moysi uitã p̃duce. c. Nã si quis ad præstantiorẽ uitẽdi rationẽ reduxerit, nõ exigua exiã dictis ad uerã philosophiã uiatica, & uirtutis exẽpla poterit habere: qui aũt meliori est animo, q̃ ut suadere pro uirtute uelit, nec etiã si multo plura cõferibemus, cõmouebitur. Verùm quoniam incipientes eam perfectam esse uitam descripsimus, cuius pgressum nulla descriptio perfectionis uetat, sed incrementũ ipsum ad maiora & meliora uia est ad perfectionẽ: Mosaicæ uitæ orationẽ deduximus, ueritatem illius descriptionis ostendere. Videmus enim illum cõtinuè per totam uitam ad altiora sublimatum, multo sublimiorem seipso in finem uitæ factum fuisse, ut quasi aquila super nubes, & ad ipsum æthera intellectualem circulari ascensu proue-

Numer. 24.

Prouerb. 6.

uectus

Universidad de Deusto
Biblioteca



uectus esse uideatur: tamen natus est, cùm iniuriã habere, partu masculi Aegyptijs facere putabantur, cùm lege tyrannus mares paruulos insequebatur: sed à parentibus primùm, deinde ab ipsis legum pernitiosis latoribus sublatus, superauit legis minas, & uixit. Ita qui lege mortis eum dãnarunt, nõ solùm uiuere, sed bene quoq; uiuere ipsum curauerunt, ac per omnes Aegyptiorum doctrinas educauerũt. Magnitudine deinde animi omnem honorem humanum, omnem regiam dignitatẽ, omnemq; gloriam aspernatus est, magnificentissimum enim ac regium iudicauit, non satellitibus ornatuq; regio, sed uirtute custodiri, & uirtutis ornatu gloriari. Aegyptio deinde interfecto ciuem seruauit, pro quibus nos inimicum atq; amicũ animæ intelleximus. Post hęc quietem ac solitudinem maioris sibi disciplinæ fecit magistram, & sic luce ac rubo fulgẽte animum illustrauit. Studet cõmunem facere suis felicitatem sibi diuinitus præditam. Qua in re dupliciter uim suæ uirtutis manifestauit, cùm Aegyptios resistẽtes multis modis atq; crebris uulneribus ulciscẽdo, tum suos ab omni semper imminenti calamitate conseruando. Ducit per mare siccis tantùm populum pedibus: non nauibus, sed fide pelagus transit. Fecit ut profunda maris terra sicca Hebræis esset, Aegyptijs uerò ut erant, profunda, atq; aspera maria. Cecinit parta uictoria laudẽ, est illuminatus, mensam ex diuinis delitijs sibi præparauit, manus sursum erexit, & Amalech debellauit. Accessit ad montem, in caliginẽ se intulit, tubã audiuit, Deo propinquior factus est, in superiore tabernaculo habitauit, sacerdotiũ exornauit, inferius tabernaculũ condidit, legibus uitam hominum muniuit, bella plurima inuictus gessit, ac in fine suarum rerũ gestarum perniciem luxuriæ per sacerdotẽ puniuit: & post hæc omnia in montem requietis ascendit, nõ descendit ad inferiores terras, quò turba populi ex repromissione respiciebat: nec eũ illicitur terrenis, qui cœlestibus inuigilauit, sed sursum ad ipsum montis uerticẽ constitutus, ut peritissimus statuarius tota uitæ suę diligenter confícta statua non finẽ in extremo fictionis termino, sed uerticem imposuit. quid eũ dicit historia de ipso? Mortuus est Moyses seruus Domini per uerbũ Dei, nec ullus nouit sepulchrũ eius, nec oculi eius caligauerunt, nec facies eius corrupta est. Deut. ult.
Hinc eũ discere licet, quot quantisq; uirtutibus hoc sacro nomine dignus homo efficiat, ut Dei seruus appelleti? Dei eũ seruus uerè ille est, qui cætera omnia superauit. Nã Deo seruire quispiã nõ potest, nisi omnia quæ in hoc mundo sunt, propter Deũ spreuerit. Hoc aũt ipsi uirtuosæ quoq; uitæ huius seculi finẽ affert, uerbo Dei consummatũ, finẽ dico uiuũ, cui nõ succedat sepultura, cui nõ addat tumulus, qui nullã oculis caliginẽ, nullã faciei corruptionẽ inducat. Quid igitẽ historia nos hinc admonet? ad unũ esse finem nobis in hac uita respiciendũ, ut serui Dei nomẽ assequamur. Nã cùm omnes inimicos deuiceris, Idumęũ, Madianitã: cùm aquas transieris, cùm nube illuminatus fueris, cùm ligni uirtute dulciores biberis aquas, cùm lapidis fluẽta potaueris, cùm cœlestẽ panẽ comederis, cùm mundicie atq; castimonia iter tibi ad montem confeceris, cùm tubarũ sonitu diuina in monte sacramẽta didiceris, cùm in caligine Deo ipsi appropinquaueris, ac ab eo tabernaculi mysteria, & sacerdotij dignitatem perceperis, cùm tui cordis fueris lapicida, cùm aureũ simulachrũ, id est, auaritiæ cultũ ex animo deleueris: cùm exaltatus à Deo fueris, ut Balaamicis artibus capi nequeas (his aũt magicis artibus uarias huius uitæ pestes intelligimus, quibus homines in bestias cõmutant) cùm tibi germinauerit sacerdotij uirga, nõ humiditate terrena, sed à seipsa nucẽ producens: cuius cortices amari & austeri, nucleus ad comedẽdũ suauis & utilis sit: cùm omnes qui aduersus tuã audent dignitatẽ insurgere, aut terra obrueris secundum Datham, aut igne cõsumeris secundum Coreb: tunc demum accedes ad finem. Finem autẽ dico, cuius gratia cætera sunt. Nam ut agriculturæ finis est, frugum perceptio, ædificationis, ædium est habitatio, & nauigationis diuitiæ, certaminis corona: sic uirtuosæ uitæ finis est, ut seruus Dei & sis, & uociteris: quã quidẽ ad rẽ & illud accedit, ut sepultura obrui nequeas: quod fit, si uitiorũ omniũ denudatam uitam colueris. Verùm huius diuinæ seruitutis aliud quoq; signũ historia tradit: nec eũ oculus caligabit, nec



nec facies serui Dei corrũpetur. Nam oculus qui semper in luce est, quónam modo ui renebrarum caligabit, quarum omnino expers est? et qui uitam integrã semper secutus est, quomodo corrumpetur? Nam cùm ad imaginẽ Dei factus sit, nec à seipso degenerauerit, necesse est ut huius imaginis notiones incorruptibilitatem & immutabilitatem retineat. Habes de uita perfecta in breui hac oratione meum iudicium: nam tanquam exemplar quoddam perfectionis uitam Moysi descripsimus, ex qua unum hominum monitratæ huius pulchritudinis charactera depingere licebit. Quòd autem perfectionem homini possibilem Moyses assecutus est, diuinæ uocis testimonio perhibetur: Cognoui te, inquit, præter omnes. Accedit, Exod. 33.
q; amicus Dei ab ipso Deo nuncupatus est. Præterea cùm peccatis populi Deus iratus delere uoluerit omnes, cumq; Moyses una cũ populo perire maluerit, quàm absq; populo uiuere, tunc Deus, ut amico morem gereret, placatus est: quæ omnia ostẽdunt, ad humanæ perfectionis apicem illum peruenisse. Quoniam ergo perfectionem humanæ uitæ quærebamus, eamq;, ut potuimus, adinuenimus: nihil iã restat, nisi ut ad exemplar istud uiuamus, ac diligenter quæcunq; altius intellecta historia nobis proposuit, ad uitam trãsferentes à Deo cognoscamur, & amici Dei efficiamur. Id enim certè perfectio est, ut non timore pœnarum sicuti mancipium, à uitijs declines, nec uirtutem spe præmiorum, quasi mercator amplectaris: sed unum terribile arbitreris, ab amicitia Dei repelli: unum expetibile solum, amicitiam Dei, qua sola, meo iudicio, uita hominis perficitur.

DE VITA MOYSIS, SIVE DE VITA PERFECTA,
*Georgio Trapezuntio interprete, FINIS.*

# GREGORII NYSSENI
## AD FLAVIANVM EPISTOLA.

IOANNE LEVVENKLAIO INTERPRETE.

NON optimo sunt, uir Dei, res nostræ loco. Nam mala progredientia in ijs, qui nos & iniusto, & nullis de caussis suscepto prosequuntur odio, non iam amplius intra suspicionum & cõiecturarum sese limites continent: sed libertate summa utuntur, quasi si præclari quid operis instituerẽ. Vos interim, qui hactenus immunes à tanto malo fuistis, ignaui scilicet estis in extinguenda flamma, quæ uiciniam uestram depascit: quum ñ qui rectè rebus suis cõsulunt, uicinorum incendium magno studio restinguant, & opem uicinis ferendo sic prospiciant sibi, ut in euentis similibus aliorum opem non requirant. Et quid tamdem illud est, de quo loquor? Reliquit hanc uitam religio: aufugit à nobis ueritas: pacis antehac saltem nomen habuimus, quod hominum ora peruagaretur: nunc non illa tantùm nusquam est, sed ne nomen quidem ipsius nobis superat. Vt autem clarius intelligas, quas res tam indigno feramus animo: paucis tibi tragœdiam explicabo. Erant nonnulli, qui ad nos deferrent, reuerendissimum uirum Helladium hostili erga nos animo adfectum, ad omnes cõmemorare, me maximorum ipsi malorum auctorem esse. Ego uerò illis, quæ dicerentur, fidem non habebam: ut qui & meipsum, & ipsarum rerũ ueritatem intuerer. At quum ab hominibus eadem eodem uelut ore nobis renuntiarentur, cumq; rumoribus ipsæ res conuenirent: decere me statuebam, ut ne hostilitatem hãc incuratam negligerem, præsertim quæ necdum radices egisset. Itaq; tuam ad pietatem, multosq; alios scriptis litteris, qui cõferre nobis aliquid ad hoc institu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



institutum posſent: monui hanc ut in curam incumberetis. Tamdem quũ memoriam beatiſſimi Petri, quæ tũ primùm celebrari cepta eſſet, apud Sebaſtenos peregiſſem, itidemq; reliquiorum fidei teſtium, qui ut eodem cum Petro uixerunt tempore, ita celebrari una cum ipſo conſueuerunt: cõuerſo itinere meã me ad eccleſiã recipiebam. Heic quum ſignificaſſet nobis quidam, degere Helladiũ in finitimis montibus, martyrumq; memoriam peragere: primò quidẽ inſtituto in itinere pergebam, quòd magis eſſe decoro conſentaneum putarem, ut ipſa in metropoli hominem conuenirem. Verùm ubi cognatorum quiſpiam data opera me acceſſiſſet, atq; hominem aduerſa ualetudine laborare pro certo confirmaſſet: relicto ibidem curru, ubi nuntium hunc acceperam, equo reliquum itineris interuallum confeci, ſanè præceps & quod ob adſcenſus aſperrimos propè à nobis peragrari non poſſet. Spatium ipſum, quod nobis emetiẽdum erat, habebat milliaria ad quindecim. Hæc ubi partim itinere pedeſtri, partim equo uectus, uix matutino tempore, atq; etiam aliqua noctis parte abſoluiſſem: prima diei hora iam Andumocinis eram. Nam hoc loco illi erat nomen, in quo cum duobus alijs epiſcopis in hominũ cœtu frequenti cõcionabatur. Quumq; procul è tumulo quodam, qui uico imminet, concionis ſub dio concurſum uidiſſemus: gradatim deinceps progreſſi ſumus pedites, tam ipſe quàm comites mei, manuq; noſtros equos duxitauimus. Quo factum, ut eadem celeritate duo confierent, nimirum ut ipſe domum è concione rediret, ac nos martyrum ad locũ perueniremus. Neq; mora ulla interpoſita miſſus à nobis eſt, qui aduentum ei noſtrum indicaret: & paullo pòſt miniſter ipſius in nos incidit, quem rogauimus ut celeriter ad eum rem deferret, quo diutius apud ipſum uerſari poſſemus, & opportunitatem aliquam inuenire, ne nihil non curatũ relinqueretur. Secundum hæc ſedebam equidem ſub dio, exſpectans aliquem, qui nos intrò uocaret: adeoq; propoſitus erã omnibus ut importunum ſpectaculũ, quotquot eò conuenerant. Nõ iam exiguum temporis ſpatium interceſſerat, & nictabant oculi, & conſequebatur quidam torpor, & ex itinere fatigatio moleſtiam augebat, itẽq; æſtus uehemẽs, & homines nos intuentes, noſq; digitis inter ſe oſtentantes: hæc igitur, aliaq; huiuſmodi omnia tam mihi erant grauia, ut in me uatis illud uerbum uerè competeret: Obtorpuit in me ſpiritus meus. Inſtabat iam meridies, & me uehementer cõgreſſus huius pœnitebat, ut qui mihimet talis ignominiæ auctor exſtitiſſem. Quumq; grauior hæc mihi accideret iniuria, quàm ſi ab hoſtibus profecta fuiſſet: ipſa mihi cogitatio mea moleſtiam exhibebat, ſecum modo quodam pugnans, & ſententiam ſuam mutans in conſilio ſiniſtro, quod inſtituiſſet. Vbi uerò uix tamdem nobis ſacrarium apertum eſſet, iamq; ingreſſi fuiſſemus adyta: uulgus quidem hominũ quo minus introiret, aditu prohibebatur, meo mecum intrante miniſtro, qui manu corpus è labore fatigatum fulciret. Heic quũ hominem compellaſſem, & aliquantulum ſtetiſſem, exſpectans ut ſedere iuberer: ut nihil horum accidit, conuerſus ad gradus quoſdam procul inde diſſitos, in eorum uno conſideo, & num quid amanter humaniterue dicturus eſſet nobis, uel ſaltem ſuperciſijs annuturus, opperior. Verùm omnia contra ſpem noſtram euenere. Nã ſilentium nocturnum erat, & triſticia quædam tragica, & ſtupor, & in uniuerſum nulla uox eſt prolata. Deniq; non exiguum temporis interuallũ quaſi nigra in nocte ſilenter exigebatur. Ad ea toto animo perculſus, quòd ne uulgari quidem uoce nos dignaretur, per illa hominum in uſu frequentia uerba, quibus uẽi obiter ſalutem excipere noſmet ſolemus, cuiuſmodi ſunt, Saluus adueniſtiſne uel, Vnde nobis ades? qua de cauſſa? quamobrem huc properaſtiſ? taciturnitatem illam mihi quaſi quamdam uitæ apud inferos imaginem proponebam. Quamquam hoc exemplũ ne quidem uſurpare debebam. Etenim apud inferos magna eſt æqualitas in conditione omnium, quippe ubi nihil eorum, quæ ſupra terram totam illam uitæ humanæ tragœdiam efficiunt, turbę quidquam adferat. Nam gloria (quemadmodũ uates quidam loquitur) una cum hominibus non deſcendit: ſed cuiuſuis hominis anima relictis ijs, quæ in hac uita expetuntur à pleriſq; ſummo ſtudio, petulantia inquam,



inquam, & ſuperbia, & faſtu, ſimplex & omni abſq; apparatu ad inferos ſeſe confert. ita ut nihil rerũ in hac uita moleſtarũ quidquam iſtis negocij exhibeat. Vtut res ſeſe habeat, mihi quidem certè illa, quæ tum accidebant, uel infernus, uel caliginoſus carcer, uel alia quædam triſtis officina pœnæ uidebantur eſſe: præſertim quũ mecum ipſe perpenderẽ, quantis in bonis à patrib. acceptis ſucceſſores facti fuerimus, & quales poſteris narrationes de nobis relicturi ſimus. Quid dicam de ſumma amoris adfectione, qua ſeſe mutuo patres noſtri complectebantur? Nihil certè miri eſt, eos qui ſint homines, in natura cuius per omnia par eſt dignitas, nolle potiori cęteris eſſe loco: ſed exiſtimare, mutuo nos debere noſmet humilitate ſuperare. Enimuerò maximè ad animũ mihi accidebat, uniuerſæ creaturæ Dñm, unigenã illum filiũ, qui eſt in ſinubus patris, qui exſtitit initio rerũ, qui exſtitit in forma Dei, qui uniuerſa geſtat uerbo potentiæ ſuæ, hunc ergo non in hoc ſolùm abieciſſe ſe, quòd per carnẽ quaſi peregrinatus ſit in humana natura, ſed q; etiam proditorem Iudã ore ſuo propius ad ipſum ſub oſculi ſpecie accedentẽ admiſerit: quodq; domũ leproſi Simonis ingreſſus, eidẽ pro ſumma humanitate ſua exprobret, q; oſculo non fuiſſet exceptus. Ego uerò ne pro leproſo quidẽ ſum habitus: at qui uir, à quo? nequeo certè quidquam diſcriminis inuenire. Vnde is deſcẽderat? ubi abiectus ipſe iacueram? ſi quidem mundana quis intueatur. Nã quæ carnis ſunt, ſi quis exploret: fortaſſe tantùm dici abſq; moleſtia cuiuſquã poteſt, parẽ utriuſq; dignitatẽ eſſe, quà nobilitatem, quà ingenuitatẽ. At ſi ueram quis animi tã ingenuitatem, q; nobilitatẽ inquirat, æquali ratione peccati ſumus uterq; ſeruitutis: æquali ratione peccata tollẽtis indigemus: alius eſt, qui proprio ſanguine nos de morte peccatis q; perſoluto precio redemit: qui mercatus eſt nos, neq; tamen ulla aduerſus emptos ab ſeſe ſuperbia uſus eſt: qui mortuos in uitã reuocauit: qui omnẽ & animorũ & corporũ debilitatẽ ſanauit. Quũ igitur inſignis ille aduerſus nos factus, & ſuperbiæ magnitudo parũ abeſſet quin cœleſti à ſublimitate nõ caperetur: quumq; materiem nullã, nullã occaſionẽ morbo huic prębitã cernerẽ, quib. ex rebus hæc animi perturbatio ueniam mereri cõſueuit, quoties aliqui tenentur hoc morbo quadam ex circumſtantia, nimirũ ubi uel genus, uel inſtitutio, uel dignitatũ præſtantia mores leuiuſculorũ hominum inflat: neſciebã quo pacto me ipſum erudirẽ, uti memet continerem: q; animus mihi ob inſolentiam eorũ quæ acciderent, interius intumeſceret, & cogitationes omnes de tolerantia reſpuerent. Atq; hoc tempore uel maximè diuinũ illum apoſtolum admiratus ſum, qui tã illuſtri ratione bellum intra nos ciuile depinxerit. quũ ait eſſe quandã in membris noſtris legẽ peccati, quaſi copias ſuas objicientẽ legi mentis, ſæpiuſq; mentẽ ſibi captiuam reddentẽ, ac ſuam in poteſtatem redigentẽ. Huiuſmodi quum in me duarum cogitationum uelut inſtructam utrinq; ex aduerſo aciem cernerẽ, quarum altera grauiter ferret illam à ſuperbia profectam iniuriam, altera id quod intumuerat pacaret: poſteaquã Dei beneficio uictoria nõ potiebatur id, quod in peius momento ſuo impellebat, tum demũ ſic eum appello: Num quid eorũ, quę ad corporis tui curã pertinent, propter aduẽtum meũ omittitur cum incõmodo tuo, ut nos exire ſit opportunũ? Ad quæ quũ dixiſſet, nõ eſſe ſibi opus curatione corporis: ſubieci uerba quędã, quib. ægrum hominis animũ pro utili curarem. Quumq; paucis ille ſe nobis iraſci propter multas iniurias oſtendiſſet, reſpondi ego: Mendacium inter homines ad fraudẽ ac deceptionem uim habere permagnã. Verùm in Dei iudicio nõ poſſe fraudis falſitatem locũ habere. Meæ uerò conſcientiæ tanta eſt in his aduerſus te negotijs confidentia, ut exoptẽ aliorũ quidẽ mihi delictorum uenią contingere: at ſi quid contra te commiſi, hoc ut in perpetuũ non cõdonatũ maneat. Hanc ille orationem quũ grauiter moleſteq; tuliſſet, nõ amplius addi ad ea quæ dixiſſem, probationes quaſdam paſſus eſt. Sexta iã hora præterierat, & balneum eleganter inſtructũ erat, & apparabatur epulum, & ipſa dies ſabbatũ erat & martyrũ celebratio. Heic rurſum mihi uide, quo pacto diſcipulus euãgelij Dominũ euangelij imitetur. Nam hic quidẽ cùm publicanis ac peccatoribus co-

Universidad de Deusto
Biblioteca



medens, sic sese purgabat ad illos, qui hoc ei loco probri obijcerent: ut diceret pi se ex benigno quodã erga homines studio facere. At ille piaculi loco duxit & inquinamenti, adhibere nos mensæ suę post defatigationem illam ortam ex itinere: post tantum æstum, in quo adsidentes ipsius ad ostium sub dio torrebamur: post tristẽ illam taciturnitatem, quam experti eramus, posteaquam in cõspectum eius ueneramus. Nimirum nos rursus ad idem spatiũ emetiendum dimittit, ut per eandem uiã nosmet adfligeremus, corpore iã defecto & laboribus macerato. Quo facto, ut uix sub seram uesperam multas medio in itinere perpessi ærumnas comites nostros adsequeremur. Nã & nubes quædã ex turbine subitò in aere orta, copioso imbre ad ipsas usq; medullas nostras penetrabat. Etenim à tegumentis ob ingentẽ æstum instructi non eramus, ut aduersus pluuiam nosmet munire possemus. Verùm enimuerò per Dei gratiã quasi qui ex tempestate uel naufragio salui euaserunt, ita & ipsi comites nostros magna cũ lætitia sumus adsequuti. Quumq; per noctẽ quieuissemus, uiui & incolumes unà cum alijs ad nostra usq; loca peruenimus, hoc præter alia consequuti forte fortuna, q eorum omniũ, quæ prius acciderunt, hæc aduersus nos in hoc tempore exercita iniuria memoriam renouarit. Adeoq; necessitas ipsa nos cogit, ut in posterũ & ipsi nostra causa consilij quippiam capiamus, uel potius illius ipsius causa. Nam q eius institutum in illis, quæ accidêre prius, impeditum nõ fuerit: id uerò hominẽ tam immodicum ad fastum prouexit. Quamobrẽ ut seipso reddatur melior, cõuenit forsan à nobis quoq; nõnihil susc ipi, ut se hominem esse discat, qui nullam aduersus eidem addicto sentẽtiæ, dignitateq; pares, uel iniuriæ uel ignominiæ potestatẽ habeat. Ecce enim, uetum esse largiamur, (dicam quid sub conditione) designatum à me quiddã esse, quod esset ipsi ingratũ molestumq;: quod nam aduersum nos ob ea, quæ uel facta sunt, uel ex coniecturis collecta, iudicium est institutũ? quæ rei probatio de illata iniuria nos conuicit? qui canones aduersus nos producti? quæ nam legitimè ab episcopo enunciata uerba sententiam contra nos latã approbarũt? Quòd si quid eiusmodi maximè factum est, & quidẽ legitimè: omnino tamẽ in imo saltẽ gradu erat periculum. At petulantiã aduersus ingenuos homines, & ignominiam aduersus dignitate pares, qui nam quæso Canones unquã comprobarunt? Iudicate iustũ iudicium uos qui Deũ respicitis, quamobrem hanc nobis illatam contumeliã mereri uentã putetis. Quòd si ex sacerdotio dignitas æstimanda uenit, par & idẽ à Synodo concessum utriq; priuilegiũ est, uel potius cura emendationis publicæ, idq; in eo q iure pari esse iussi sumus. Quòd si qui nos extra sacerdotij dignitatẽ, seorsum quẽlibet, intueri uelint: quid amplius alter habet altero? genus? institutionẽ? ingenuitatẽ collatã ad prętãtissimos & claros quosq; scientiã? ea uerò uel paria reperiri possunt in nobis, uel saltẽ nõ minora. Fortasse de diuitijs dicet? Nolim me cogi, ut hæc de ipso cõmemorem. Hoc modò dicere sufficiat, quantæ fuerint illæ initio, tantas etiam nobis nunc esse: præterea nos quibus occasionib. eas opes amplificauerimus, quas hactenus & quidẽ propè cottidie præclaris conatibus augemus quasiq; alimus, alijs perquirẽdum relinquere. Quam nam igitur ille potestatẽ habet inferendæ nobis iniuriæ, si nulla huic generis est præstantia, neq; dignitatis splẽdor, neq; eximia dicẽdi uis, neq; beneficentia prius erga me declarata? quando quidẽ etiamsi hęc essent, nihilominus cõdonari non debent exercita aduersus homines ingenuos petulantia. Verùm quũ nihil horum sit, nõ arbitror rectè nos facturos, si tantum fastus morbũ incuratum negligamus. Neq; uerò alia potest esse curatio, quàm si deprimatur superbia, & inanis ille fastus coerceatur, inflatione tã elata nõnihil exspirante. Vt autẽ id fiat, Deo permittimus, cui hanc rem curæ futuram non dubitamus.

GREGORII NYSSENI FINIS.

# LOCORVM SCRIPTVRAE S. QVI IN GREGORIO NYSSENO EXPLICANTUR, INDEX.


Genesis 1. Creemus hominem ad imaginem similitudinemq; nostri 463
Dimisit Deus aquam quæ erat sub firmamento 229
Et dixit Deus, fiat, &c. 245
Et fecit Deus luminaria magna, & collocauit ea in firmamento cœli 243
Et spiritus Dei ferebatur super aquas 245
Fecit hominem Deus, & quidem eum ad imaginem Dei fecit 3.439.464.466
In principio fecit Deus cœlum & terram 240
Marem fœminamq; fecit eos 464
Terra erat inuisibilis & incondita 226
Vidit Deus lucem, quòd esset bona 225
2. Secundum imaginem Dei, &c. 134
3. In sudore & labore uescris pane tuo 25
Ipse observabit calcaneum ruum, & tu observabis caput eius 23
8. Apparuit Deus Abrahamo ad quercum opacam sedenti in ostio tabernaculi 245
11. Venite descendentes confundamus linguam eorum 245
22. Offer filium tuũ, pro uictima in holocaustũ 284
Exodi 3. Transgressus uidebo magnam hanc uisionẽ 71
15. Omne masculum aperiens uuluam, sanctum Domino uocabitur 248
14. Quid ad me clamas 507
20. Honora patrem tuum & matrem tuam 274
Nunquam adorabis Deum alienum 105
24. Ascende ad me in montem, atq; ibi esto: tradam enim tibi tabulas lapideas 427
33. Facies mea non uidebitur tibi 521
Non est qui Dominum uidebit, & uiuet 55
Num. 24. Orietur sidus ex Iacob, & homo ex Israel 247
Quomodo maledicã, cui nõ maledicit Dominus 525
Deut. 18. Prophetam excitabit uobis Dominus Deus ex fratribus uestris, similem mei 426.427
Iob 1. Nudi introiuimus in mundum, &c. 280
2. Dominus dedit Dominus abstulit 285
40. Duces draconem in hamo 143
Psalmo 6. Domine ne in furore tuo arguas me, &c. 441
Erubescant & confundantur qui quærunt animam meam 9
Tollantur peccatores & iniqui de terra, ut nõ sint 9
8. Quàm admirabile nomẽ tuũ in uniuersa terra 415
17. Adhæsit anima mea post te 521
Qui posuit tenebras occultationem suam 511
18. Cœli enarrant gloriam Dei 224.512
Non sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiuntur uoces eorum 225
22. Dominus requirit me, & nihil mihi deerit 86.170
Virga tua & baculus tuus consolata sunt me 414
23. Domini est terra & plenitudo eius 86
Tollite portas uestras, principes, & eleuamini portæ æternæ 86
26. Credo me uidere bona Domini in terra uiuentium 36
28. Conteret Dominus cedros Libani, &c. 374.430
Vox Domini super aquas, uox Domini in magnificentia 261
32. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis potentia eorum 244
35. Homines & iumenta seruabis Domine 440
35. In lumine tuo uidebimus lumen 80
39. Reduxit me de lacu miseriæ, de q; illuuie cœnosa, & pedes meos supra saxum statuit 406
41. Sitiuit anima mea ad Deum, &c. 48
44. Elegantia tua & pulchritudine tua derige, prosperare, regna: propter ueritatem, mansuetudinẽ & iusticiam 436
Solium tuum, Deus in seculum seculi, uirga rectitudinis, &c. 248
46. Ascendit Deus in iubilo, Dominus in uoce tubæ 250
47. Nauigia tharsis à spiritu uiolento conteri 427
48. Homo cum esset in dignitate, animum non aduertit 467
57. Lætabitur iustus, cum uiderit ultionem impij 140
71. Descender sicut pluuia in uellus 246
77. Posuit in eis orationes signorum suorum, & prodigiorum suorum in terra Cham 225
Qui aduocat aquam maris, & effundit eam super faciem terræ 235
83. Aspice Deus 94
91. Iustus ut palma florebit, ut cedrus in Libano amplificabitur 293.430
Tu uerò Domine æternùm altissimus es 384
102. Tu Deus es, miserator, misericors, longanimus, &c. 413
103. Auferes spiritum eorum, & deficient 211
Dominus uim quandam induit, eaq; se cinxit 406
103. Omnia in sapientia facta sunt 224.373
110. Confessio & magnificentia opus eius, & iusticia eius manet in seculum seculi 253
112. Deus habitare facit solitarios in domo 253
115. Dixi ego raptus extra meipsum, neminẽ non mendacem inter homines esse 400
116. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi 359
117. Benedictus qui uenit in nomine Domini 68
Dominus Deus & apparuit nobis ad constituendũ festum, &c. 212
Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea 85.160.169
117. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes 255
119. Hei mihi, quoniam inquilinatus meus prolongatus est 48
126. In salicibus suspendimus instrumẽta nostra 320
127. Videas bona Hierusalem 55
130. Quanta magnificentia perfecta sunt opera tua, Domine 258
134. Similes eis fiant, qui ea conficiunt 359
138. Quò me conferam à spiritu tuo, & à facie tua 149
Si ascendero in cœlum, tu illic 154
141. Educ ex custodia animam meam 289

Universidad de Deusto
Biblioteca



Proverb.5.Fons aquæ tibi sit peculiariter tuus,&c. 391
6.Accedito ad apem & discito, quàm sit operùm illa studiosa 390
23.Si uirga percusseris eum,nõ minuetur.nã tu quidẽ uirga eum cædes,uerùm animã eius morti eripies 414
27.Optabilia sunt amici uulnera,hostis autem oscula mala sunt 418
Sapientię 8.Puer etiam ingeniosus,nemini corpus inpollutum,&c. 248
Eccles.3.Altiora te ne quæsieris 506
Tempus est ridendi,tempus est item flendi 287
8.Ne festines efferre uerbum ante faciem Dei 60
24.Dominus creauit me principium uiarum suarũ ad opera sua 104
Esaiæ 7.Ecce uirgo concipiet & pariet filium 70.142
8.Accipe uolumen nouum chartæ magnæ, & scribe in eo stylo hominis 248
9.Butyrum & mel comedet 248
Puer natus est nobis 70
Ecce uirtus peperit,& non peperit 248
11.Egredietur uirga de radice Iesse 254.430.431
14.Quomodo excidit de cœlo lucifer? 143
Tu dixisti in corde tuo.Ascendam in cœlum,&c. 143
26. A terrore tuo Domine, in utero concepimus, &c. 127
35.Lętare solitudo sitiens:exultet solitudo,ac floreat ut lilium 261
40.Omnis caro fœnum 289
Quis cœlum palmo dimensus est, & manu aquã 60
45.Dicit Dominus Christo meo Cyro 253
49. Ecce posui te in testamentum generis, in lumen gentium 248.249
51. Respicite in Abraham uestrum, & in Saram quæ uos peperit 491
52.Væ illis, per quos nomen meum malè audit inter gentes 17
53 Domine quis credidit sermoni nostro, & brachiũ Domini cui reuelatum est? 246
Ipse iniquitates nostras fert, & pro nobis dolet 249
Hierem.1.Ecce dedi sermones meos in os tuum,&c. 252
4.Venter mihi dolet,& sensus cordis mei turbantur 428
5.Facti sunt qui cum furore quodam in feminas irruentes 341
9.Fratres sint in necessitatibus utiles 501
Ezechiel.3. Comeder os tuum, ac uenter tuus replebitur 428
19.Et spargam super uos aquam puram 261
40.Et species eius quasi species Tharsis 427
Ioelis 2.Effundam de spiritu meo,&c. 254
Amos 6.Qui uinum percolatum bibunt, & unguentis primis unguntur 396
Zachariæ 9.Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus 246
Matth.2.A bimatu,& infra 74
4.Dicut lapides isti panes fiant 45
5.Beati pacifici 61
Beati puro corde,quoniam,&c. 57
Iota unum & apicem à lege non præterire 510
Non posse urbem in monte sitam abscondi 382
Perfecti sitis, sicut & pater uester cœlestis perfectus est 3.491
Quicunq; irascitur fratri suo temerè 59
6.Orantes ne sitis battologi,sicuti gentiles 8
Ne congerite uobis thesauros in terra,sed,&c. 4
Sufficit diei sua afflictio 24
8.Id ubi Iesus audisset,admiratus est, atq; hanc centurionis uocem supra fidem Israelis extulit 297
Surge.tolle grabbatum tuum,& ambula 339
9.Supplementũ ipsum tollit nouum à ueteri, & pejor scissura fit 405
11.Tollite iugum meum 176
12.Si autem ego in spiritu Dei ejicio dæmonia 98
16.Si quis uult post me uenire 321
Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam 235
17.Oportet filium hominis multa pati, & reprobari,&c. 248
Si fidẽ habueritis instar grani sinapis, dicturi estis huic monti:Tollitor 357
18.Donec soluerit extremum quadrantem 205
22. Ab hisce duobus edictis lex tota pendet & prophetæ 439
Diligas Dominum Deũ tuum ex toto corde,&c.452
24.Vos etiã similes estis hominibus expectantibus herum suũ,quando rediturus sit à nuptijs,&c.402
25.Quatenus fecistis uni ex his,&c. 58
Sitiui,& potu refecistis me 400
Venite benedicti,&c. 52.172.290
28. Baptizantes eos in nomen patris & filij & spiritus S. 259
Euntes docete omnes gentes 158
Surrexit,non est sic 151
Sustulerunt Dominũ ex monumento, & nescio ubi posuerint eum 158
Mar. 16. At Dominus quidem, postquam locutus fuisset eis,assumptus est in cœlum 158
Lucæ 1. Spiritus S.superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi 73
2.Gloria in excelsis 72
7.Erat mater hominis uita functi,mulier uidua 477
10.Et quis est meus proximus,&c. 14
15.Pater,peccaui in cœlum, & coram te 14
16. Memento quòd receperis bona tua in uita tua 43.197
17.Intra uos est regnum Dei 57
21.Cincti sunt lumbi uestri, & lucernæ accensæ 402
Ioan.1.Deum nunquam ullus uidit 104
In principio erat uerbũ,& uerbũ erat apud Deũ 104
Inuenimus Iesum illum è Nazareth Galilææ 438
Omnia per ipsum facta sunt 407
Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem ut filij Dei fierent 292
3.Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu non potest intrare in regnum Dei 257
Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto,&c. 499
4.Si quis sitit,ad me ueniat,ac bibat 384
10.Ego sum uia & ostium. Si quis per me ingredietur,&c. 419
14.Ego & pater ueniemus, & mansionem apud eũ faciemus 49
Qui in me manet,in hoc & ipse manebo 418
17.Gloriam quam dedisti mihi,dedi eis 111.442
Glorifica me gloria quã habebã ab initio apud te 118





nobis imitanda 273. qualis 266
basilio Magno orãti qualis affulgẽtia luminis acciderit 271
βαττολογία 8 (59
beatitudo cœlestis terræ hæreditas 8
beatitudo in cœlis qualis 35.36
beatitudo quando uerè confirmetur 64. quarum rerũ sit comprehensio 31. quid 31
beatitudo unde existat 56
beatitudinis communio quomodo hominibus contingat 32
beatitudinis diuinæ proprium 123
beatitudini miseria contraria 31
beatitudinum explicationis ordo quomodo sit dispositus 35
beatitudinum omnium uertex 64
beatus quis sit 17. quis prorsus existimandus 50
beatus solus quis sit habendus 292
beatus uerè qui existimandus 34
beatum esse quid 31.43
beatum solum esse quid 32
beati qui sint 38.44.49
beato quomodo conciliemur 49
beatos quos iudicemus 40
belluas carnivoras quid ab interitu tueatur 468
bellum Amelechiticum 494
bellum quibus dirum & atrox 30
belli trophæum,oratio 6
bellorum significatio 380
benedictio ad uitam quando nihil adjumenti adferat 37
benedictionis Dñi conciliatio 172
benedictionis germina procera 176
in Benedictionibus seminandũ 176
benefactori forma benefaciendi nõ præscribenda 75
beneficiũ Domini quomodo in tribus temporib.deprehendatur 7
bene uiuendi ratio quibus operib. efficiatur 512
beneuolentię mater,misericordia 51
benignitas spiritus S.fructus 64
bethel nocis significatio 358
biliosos amara remedia haud grauatè sorbere 67
in Binario numero quorum uia sit accipienda 64
blaterantium dementia 9
bonitatis fons,beatitudo 31
bonitatis uerę insigne 114
bonum ac malum dijudicare, cuius sit facultatis 470. animi propositum, ut nobis à Deo contingat, curprecemur 20
bonum contrarij comparatione terminari 491
bonum & honestũ natura quid 201. solo contrario finiri 202. & malum equiuocè dici 198
bonum natura semper & omnibus quid 44
bonum propriè Deus 491
bonum quid 47
bonũ uerè à proterua facietate non attingi 201. quid 114. uerũ 470. ubi consistat 264
boni acquisitio temporum interuallis distribui 144. appellationis diuersa significatio 430
boni cuius olim homines participes fuerint 41
boni diuini participatio cuiusmodi sit 204
boni & mali cognitio quid in sacris literis 470. oppositionis qualis contrarietas 132
boni ignorantia 134
boni natura 201. qualis 48
in Boni natura quid iudicari nõ possit 114
boni nullus finis 491.202
boni oppositio 116
bonum diligendi terminum nõ habere 202
ad Bonum quod aliquam utilitatẽ affert, diuitiarum loco habendũ 119
bona externa quæ 392
bona quæ nobis per spem proposita sint, qualia 128. quaha à Deo petenda 10
bona nostra quæ 392
bonorum detrimentum cui non accidat 133
bonorum natura ad mali magnitudinem comparata, infinitis eam partibus superat 471. nostrorum caput in quo consistat 110
bonorum omnium caput, si per uitam meam nomen Dei glorificetur 16.17
bonorum participationem similiter omnes appetere 50. plenitudo 200
bonorum progressus & incrementum oratio 7
bonorum quæ in nobis sunt, custodia certissima quæ 338
bonorum tributio 135
bonorum subministratio à spiritu S. accepto initio ad quos perueniat 99. supernorum natura incomprehensibilis 41
bonus usus 450
bruta cur non finem ultimũ sint assecuta 489
brutorum animalium perturbationes 468. uoluptas 42
brutorum cur miserabilis uitæ constitutio ibid.
brutorum naturæ quid propriũ 510
brutis animalibus, quod ad quasdã potentias attinet, homo inferior 163
brutis qui cibus conueniens 73
bulla quomodo existat 180
buxus 427
buxi lignum quale ibid.

C

Cæci multeculi 387
cainus agricolationis auctor 438
caini inuidia 65
caini sacrificium 352
καινοβηλία 43
καινία 24
calamitatis parens,inuidia 521
calamitatum quanta congeries in hac uita 118
calamitatibus alienis quomodo afficiamur 52
calamus odoratus 394
calceorum corrigias soluere quid 406
calceorum summi sacerdotis nulla mentio in sacris ibid. usus 451. usum cur Dñs discipulis suis interdicat 406
caligo quid scripturæ 512
calidum frigido non ali, sed extingui 240
calor uiuendi causa 486
calumnia improbi simulacri propria nota 14
candelabri materia 512
candor quid 420
ex Canib. quos maximè caueamus 63
cantici auditores quales esse debeãt 355
cantici canticorum liber cur Solomoni attributus esse uideat 528. quomodo auditores suos exhortetur 529. quid polliceatur 528. libri series 404. de titulo 528
in Canticis quę sponsa intelligatur, & quis sponsus 327
capillus capitis mulieris gloria 377
capillus sensus expers ibid.
capilli 437
capillorum significatio 378
caprę similitudo 438
caprę usus qualis 357
per Capream quid intelligendũ 357
capreoli uitis significatio 337
caput mentis domicilium 455
carmelus mons 261
caro omnis fœnum 36.4. peccatũ 71
caro quid 405
carnis naturæ infensum esse, cur sit ineptum 125
carnis studium quid apostolus uocet 542
castitatis torques 343

Universidad de Deusto
Biblioteca



causarum diuisio 97
cedar uox quid significet 333
cedri quid 429
cedri uigor 349
centurio cur in admirationem uenerit 397
centurionis uerba 397
cephar quid 421
κεφάλαια 149
κεφαλίδαι 219
cerebri membrum uitæ causa 486
cerebro ratiocinandi uim consecrãtes, pro ratione quid usurpẽt 455
à Cerebro maximas ad uitam commoditates oriri 486
cernendi facultas in animo duplex 387
certaminis finis 526
certamina quorum sint paria 65
certaminum diuinorũ euentus 64
certaminum stadium qui expeditus percurrat 66
chaldæi unde rerum causas pendere statuerint 264
charitas cur principatum teneat 201
charitas omnibus bonis maior 267
charitatem à superbia uacuam per quam dictionem Paulus ostendat 112
cherubin 513
chorus qui templi locus 71
christianissimus diuinæ naturæ imitatio 3
christianissimi professio cur necesse sit considerare 2. professionẽ esse, ut homo ad pristinam felicitatem reducatur 3
christianus quis esse nõ possit ibid.
christiani appellationẽ quomodo adepti simus ibid.
christianorum arma 78
christianorum nomen professióue quid sibi uelit 1
christianorum uocatio 253
christus à Iuda ortus 73. à patre resuscitatus 151. ad mare Tiberiadis quibus discipulis apparuerit 158. agnellus sine nequitia 142. aqua uiuens 48
christus bonorum exemplar 354. fons 96
christus cuius rei gratia aduenerit 86. 171. cur ad capream compare tur 357. cur aurum immaculatũ 426. cur baptizatus 257. cur cũ hinnulo comparetur 357. cur fascijs constringatur 73. certantium præses 68. caput ecclesiæ 110. cur homo factus 173. cur inops factus 436. cur in mundum uenerit 334. cur in præsepio decumbat 73. cur in spelunca diuersetur 73. cur in terræ corde fuerit 143. cur mortuus 160. & resurrexerit 129. cur nostri similis factus 150. cur nouus homo sit appellatus 146. cur se contrectandum mulieri permiserit 152. cur serpens 499. cur tempore tribu torum descriptionis uitę se ingesserit 73. cur uitæ petra 255. cur ultrò contumelioſa & ignominiosa susceperit 160
christus Dei potentia & sapientia 244. potentia & sapientia 151. 355. uirtus & sapientia 73. 513
chirstus duodecim annos natus cur matri subijciatur 107
christus ecclesiæ caput 421
christus Emmanuel 70. 142
christus è semine Dauidis ortus 325 373. extructor templi 373
christus gloriæ splendor 104
christus in diuinitatis ratione quomodo Dei uirtus & sapientia 95. in mundum cur descenderit 160. in paradiso cùm sit, quomodo in patris manus se commendet 147. in terræ corde cur fuerit 143
christus iustitia 346. 406. 48.
christus lapis 260. 520. cur dicatur 255. lapis angularis 256. lumen 435. lux & ueritas 406. 346
christus magni consilij nuncius 142. maledictio pro nobis factus 73. maternũ consilium repudiat 107. mediator Dei & hominum 111. mortis interemptor 76. mulieris ulium ad agnitionẽ acuit 154
christus naturæ nostræ primitiæ 109
christus offendiculi petra 255. omnia ad confirmationem legũ antiquarum instituit 78
christus patris potentia 151. petra 363. fidei petra 255.
christus plenitudo omnium uirtutum 520. præter naturæ modum natus 421. primogenitus 150. primogenitus ex mortuis 109. propter nos creatura factus 103. puellus quomodo sit natus 70
christus qualis propter nos factus 103. quãdo seipsum ædificare definet 110. quantũ mali cumulum in tribus diebus dissecerit 144. quid sit 3. quibus lapis siccus & durus 508. quòd iustus sit, unde constat 75. item quòd potens sit ibid. item quòd sapiens sit ibid. quòd sit bonus, unde sciri possit ibid. quòd nudus absq; linteaminib. resurrexit, quid significet 153. quomodo primogenitus inter multos fratres 154
christus quomõ aurum purum 422. quomodo diaboli nequitiam & improbitatẽ correxerit 257. quomodo eodẽ tẽpore & in inferno & in paradiso fuerit 146. quomodo eodem tempore tribus sedet 146. quomodo homines per orationem ad Deũ adducat 11. quomodo nos suos fratres fecerit 150
christus rectitudo 332. redẽptio nostra 48. rex gloriæ 171. rex Israeliticus 373
christus sacerdos & agnus Dei 145. sanctificatio 48. 435. sapientia nostra 48. secundum naturã suã, creaturam suscipit 513. seipsum resuscitauit 151. sol oriens 398. sponsus 349. spiritualis legislator 15. superius tabernaculum 514
christus tabernaculum 513. templi Dei architectus 325. tentationum profligator 46. thesaurus noster 68
christus uerè pacificus 373. uerè sapiens 373. ueritas 429. 435. ueritatis sermo 82. uerus & immortalis agricola paradisi 154. uerus Israelis rex 325. uerus iudex 373. uia 406. uincentium corona 68. uita 111. 346. 435
christi magni consilij nuncius 142.
christi ad inferos descensio 255. adoratio secundum crucis figurã partita 149. aduentus 68. apparitio 157. 158. 349. assumptio 170. siue ascensio 250
christi cibus 46. 142. 399. corpus à Ioseph o in monumento puro reponitur 149. corpus quid 111. corpus quomodo efficiamur 110. quomõ sit sumẽdum 149. crux 249. cum ecclesia mysterium 349.
christi descensio 434. descensus qualis 416. duæ naturæ 104
christi erga oues suas dilecto 377. & ecclesiæ similitudo accurata 396. & spiritus S. unum opus 18. exinanitio 435. 354. 33
de Christi ex uirgine natiuitate 348
christi fames 42
christi frater, soror & mater quis sit 351. 388. 404
christi gloria 157
christi inuisibilis apparitio quæ 172. iugum cur nõ excutiendum 176. iugum quale 176. 388
christi manus 408. 426. meritũ 385
christi natiuitas 68. qualis 142. nomen quid significet 2. nomẽ quis emetiatur 5
in Christi nomine omnem sublimem intellectum comprehendi 2
christi obedientia 106
christi passio 249. φιλανθρωπία 349
potestas 145. proditio 249
christi qui non sit 111
christi resurrectio 250. resurrectionis uera iudicia 133
christi sapientia infinita 325. sepultura 153. suauium omnes sordes expurgare 330. summum in nos beneficium 338
christi tentatio 45. 351
christi uenustas 420. uita, noster cibus 46. uoluntariæ mendicitatis modus 33
ex Christi uulnere cur sanguis & aqua fluxerit 255
christi uulnera 473
christum ministerij nominis nõ puduisse 77
christum nouissimis temporib. aduenisse 69
christum quis rorum susceperit 508
in Christo quæ dona requieuerint 254. quid creatum 419. quid increatum ibid. quiddam creatum, quiddam increatum ibid.
chrysostomi locus 255
cibus cœlestis qualis. 509 quomodo susciptendus ibid.
cibus ille quis sit, cuius appetitũ Iesus sibi turpem non ducat 46
cibi appetitus cur non ex usu & cõmodo in unoquoq; existat 44. quando redeat ibid.
cibi & potionis idem appetitus 47
cibi lapidei turpia spectacula 46
ad Cibi portionisq; appetitum diuersa affectio 47
cibum cum appetitu sumere, restitutæ sanitatis signum 44
cibum utilem qui respuant 43
cincinni quid 405. 422.
per Cincinnos figuratè apostolos significari 422
cingulum Domini quid 406
cingulum pro modestia capi 506
cinnamomi efficacia 394. natura 394
circulator Alexandriæ propter simiam in precio 2
circumcisio certo tempore introducta 250. cuius rei gratia opus fuerit 251. cur data ibid.
circumcisio uera 82
circumcisionis abrogatio 251
circumcisionis usus initium quando cœperit ibid.
circumcisionem neminem iustificare, unde sit perspicuum 250
per Circumcisionẽ quomodo naturã uitioſos affectus deponat 147
de Circumcisione 250
circumscriptio in quibus reb. comprehendatur 96
ciuitas quid 413
ciuitatis cœlestis constructio 292
ad Ciuitatem cœlestẽ qui rectè spectet 13
claudere quid in scriptura 235
claudus à Petro sanatus 307
clypei & iacula potentum quid 582
coccineus color 379
cogitandi & ratiocinandi uim in homine quomodo considerãda 191
cogitandi facultas præcipua uitę nostræ pars 192
cogitatio omnis cur longè infra cõsiderationem Dei subsistat 344
cogitationes qualem sapientiã Salomoni attribuant 328
cognatus quid 432
cognitionis Dei modi 56
cognitionis & diiudicationis discrimen 470
cognitionis humanæ finis 407
cognitionis in Paulo tenuitas 405
cognitionis significatio 470
per Collium & montium discrimen quid significetur 358
collium cur cum Dauidis turri comparetur 381
colli descriptio ibid.
colli infertum 388
coloniæ quarum rerum nos cõmonefaciant 380
color quid 226
columba pudicitiæ exemplum 342
columba quid 442
columba, spiritus sancti indiciũ 360
columbæ mater 442
columbæ natura quomodo sit imitanda 404
per Columbæ oculos quid intelligendum 348. speciem qualis uita exprimatur 423
columbam à compare disiunctã aliã non admittere 342
columbarũ innocẽs simplicitas 377
columbarum oculi quales 423
columbarum puritas 342
columna & firmamentum ueritatis quis fiat 429
columna in domo Dei quomodo quis fiat ibid. 353
columnæ ędium quõ ungentũ fiant 514
columnæ & lychni qui sint 514
columnarum ænigmata 428
coma, mulieris gloria 437
coma quid 377
comana ciuitas 304
comestio quomodo fiat 44
secundum Compositionem quę numerentur 96
compositum omne dissolubile 180
composita ad dissolutionem tẽdere 175
concionatoris philosophia qualis 327
concordia, labiorum ecclesiæ ornatus 379
cõdolentia aduersus infortunatos per hãc quoq; uitam ualentibus utilis 178
confessionẽ in terra uires habere 83
coniugij studium quarum rerũ nos commonefaciat 380
coniunctorũ conseruatio, oratio 6
conscientia bona, obsoniũ quale 23
conscientiæ uermis 83
per Conscientiam bonã, quid Paulus intelligat 429
considerationis finis 365
de Conſignando 251
consilium quid 254
consilij & electionis discrimẽ quomodo naturam in partes amicas & hostiles diuiserit 336
consilij inconsiderantia quæ sit 254
consolationis gratia peculiare spiritus opus 42
conspectu mutuo nihil in uita dulcius 1
cõsuetudinis correctio difficilis 93
consuetudinis efficacia 88
consuetudinis fuga quib. amica 256
consuetudinis uis quæ sit 178
à Consuetudine omni tenebrosa se quis seiungat 148
contemplationem & cognitionem Dei quid nominemus 56
ad Contemplationẽ Dei accedens qualis esse debeat 511
cõtinentiã eturiẽs cur sit beatus 48
contraria immediata 348
contrariorum eiusdem generis cõgnatio 14
cõtumelia & ignominia qualis infirmitatis irascentib. sit causa 38
contumelia qui Deum afficiant 14
conuiualis similitudo 138
cœlestem uitæ traductionem quomodo uoluerit facile sit in terra habere 4
cœlũ artificiosum Dei opificiũ 164
cœlum cur nunquam quiescat 447
cœlum & terram Deum condidisse, cùm Moses dicit, quid hoc indicare uelit 446
cœlum incorporeum 67
cœlũ omnis mutationis expers 447
cœlum pulcherrima in creatura rerum uniuersarum pars 275
cœlum quid in scriptura 235. 243
cœlum tertium 221. quid Paulo 243
cœli fabrica mirabilis 512

Universidad de Deusto
Biblioteca



cœna Domini mystagogia 400
cor ab inquinamentis quomodo ex purgandum 58
cor caloris fons 346.456.486
cor, homo internus 57. hominis, Dei conclaue 368
cor ignis naturam imitari 486. instar munitę domus omni ex parte comprehensum aptissimè 488. inter uitalia membra cur præcipuum 487
cor, mentis sedes 143
cor naturæ intelligentis receptaculum 456
cor per ubera cur significetur 330. purum se habere, cur nemo possit gloriari 28
cor quando ad recipiendum inhabitationē diuinam sit idoneum 368
cor respirandi & nutrimenti conficiendi facultas 487
cor sine intermissione moueri 486
cor uitalis facultatis radix 487
cordis circuncisio 250
in Cordis expurgatione beatitudinem existere 58
cordis in corpore humano situs 455
cordis motus perpetuus unde 486. munitio 488
cordis ornamenta 515
cordis purificatorium remediū ubi deprehendendum 58. puritas ex quibus rebus sit 55.56
cordis situs 346.486
cordi principatum tribuentes, pro ratione quid usurpent 455
per Cor abditum diuinitatis potestatem significari 330
corde puro cur beati 54. 55. puro prædituſ, cur beatus 57
coriorū rubedinis significatio 514
corporearum rerum diuisio 452
corpus à quibus in posterū expurgetur 126. ad quē morum sit idoneum 125. animæ socius 167
corpus cœleste quale 154
corpus humanū instar musicī instrumenti fabricatum 457. unde sit conflatum 205
corpus magnæ peccatorum partis causa 168
corpus quando moueatur 182. quid 181. quid non sit 475. quomodo naturæ suæ conuenienter & aptè moueatur 125
corpus sine animo esse non posse 453
corpus ubi constituatur 475
corporis animalis proprietas 218
corporis compositi dissolutio 180
corporis & formæ diuersa ratio 102
corporis humani actiones & motus unde pendeant 488. temperamentum 147
corporis materia qualis 119
corporis natura cur non inutilis ad eam quam expectamus bonorū spem 123. naturam sæpe ducis officium usurpare 462
corporis sensoriæ qualitates ad beatitudinem prorius alienæ 126. structura unde cognoscēda 484
corporis usum necessarium quę nobis faciant 124
corpori per mortem quid contingat 126
corpori sanitas quomodo reducatur 19
corporum abolitio qualis 166
corporum mutationes 480
corporum perfectio quid Apostolo 219
corporū resurrectio quomodo sit futura 164. robur oratio 6
corporum uiuentium natura unde constet 187
corruptionis prauā potestatē quomodo exuere & effugere possimus 18
corui quid 422
creatura corporea circa quæ spectetur 209
creatura omnis unum Domini templum 68
creaturæ diuisio 134.225
creaturæ rationalis diuisio 20
creationis & renouationis nostræ diuersitas 439
creationis primæ & transformationis secundæ idem artifex 163
crocī ænigma 394
crocodili cutis qualis 451
crucis altitudo 149
crucis figuræ significatio 148
crucis latitudo 149. longitudo 149. profunditas 149. lignum omnibus hominibus salutare 258
crucem respicere quid sit 522
per Crucē passionis mysterium cōsummari 148
crura quid 429
cupiditas eorum quæ præter naturam sunt, quando recedat 125
cupiditas nostra ad quam rem non sit applicanda 48
cupiditas omnium malorum radix 470
cupiditas per quæ rem suam qualibet ratione augēdi ingrediatur 25
cupiditas uitiosa improbi simulacri propria nota 14
cupiditatis ac uoluptatis efficientia in nulla re sublimi occupata 192
cupiditatis dolium inexplebile 190
cupiditatis plus habendi quę sint soboles 51
aduersus Cupiditatis pestiferos morbos antidotum quale 522
cupiditati rem augendi quę nā indulgeant 138
cupiditatū ardoris nullus finis 502
cupiditatum uenenum cui non obsit 522
in Cupiditatibus absurdis cur nullum perpetuum gaudium 48
cupido quarum rerum nulla sit 44
cupressi fragrantia 330. uigor 349
cupressum putredinem nullam admittere 350
per Cupressum quid significet 350
curationis prorogationem, infirmitatis quoq; perpetuitatem indicare 40
currendo qualiter quis uincere possit 63
custodes qui sint 414
custodes suimet periculosi qui 338
custodiendi nosmet quæ tutissima sit ratio 338
cyprus quid 354
cyrus apud Massageras turpiter interfectus 253

D

Danielis uaticinium 461
dauid suauis & iucūdus uitę ducmanæ comes 170
dauid uitæ humanæ iucundus comes 85
dauidis desiderium quale 473
dauidis ebrietas qualis 500
dauidis tripudium 511
dauidi iureiurando ueritas confirmata 514
debitorum remissio, Dei peculiare munus 21
decimæ quartæ utilitas 127
definitio substātiæ quid spectet 179
deiparæ uirginis nomen 93
deitas inexplicabilis 49.219
deitas quid 49.219
deitas uera in quibus personis consideretur 50. unde denominata 94
deitatis communicatio, beatitudinum participatio 49
deitatis nomen quid significet 90. 94. in multitudinem non diffusa 50
deitatis propria quæ hominibus sint proposita 51
deitas quid sit 57
deitatis uocabulum non naturę, sed efficientiæ 94. uox quomodo naturæ peculiariter indita esse videatur 92

deitatem



deitatem multitudinis significationem in sese non admittere 97
deitatem negare, quorum fuerit 88
in Deitate neq; naturæ neq; efficaciæ aliquam differentiam considerari 97
deitatū numerum extendere in multitudinem, quorum sit 88
delicta naturæ communia 28 (116
deliciæ intellectuales inexplebiles
deliciarum diuinarū qui futuri participes 136
demonstrationum ratio ad fidē faciendam quibus sufficiat 192
dentes ecclesiæ qui sint 379
dentes quid 438
dentium ad greges comparatio 378
dentium laus in quo posita 378
per Dentes qui intelligātur 378.438
*Διηνεκὲς* idem quod *ἀεὶ* 357
descendere quid 434
desperatorum signa etiam in inuidis existere 63
deus à quibus uideatur 56. ad omnem mutationē firmus & immobilis 17. aduersus creaturam prouidentia 163. alienus quis 103
deus bonitatis fons perennis 263. bonum præstantissimum 457
deus charitas 449. Christi caput 153. cum imaginē sui condidisset, cur sexus masculi femineiq; discrimē addiderit 457. cur homo factus 104. cur homini animalium carnibus uesci permittat 462. cur humanæ naturæ contemperetur 72. cur nequitia excellentes ad arbitrium suum uiuere permittat 140. cur sæpenumero ne minoribus petitionibus aures præbere fastidiat 10
deus dilectio 376
deus fons amoris nutui 449
deus humanam naturam cur condiderit 465
deus ignis absumens 228. incorruptibilis 518. inuisibilis 55. in quo uideatur 519. ipsa dilectio 352.354. ipsissima uirtus 330
deus lumen 59
deus magnitudinis expers 474. malitiæ non author 139
deus natura interminabilis 519.520. neminem turpitudini tradit 503. noster proprius quis 103
deus omnia in omnibus 204
deus per hominem quomodo glorificari possit 17. per quos splendores uideatur 58
deus qualis se diligentibus sit 204. qualis sit natura 94. qualē se nobis exhibeat 589. quando in nobis sit 57. quantū bonū 465. quē paternis oculis intueat 15. quid nobis sit 110. quid non possit 373. quibus modis in hominibus existat 374. quibus sit ursus & pardus 389. quib. spectaculo sit propositus 55. quomodo à Mose perspectus 518. quomodo concilianda 13. quomodo cor Pharaonis induret 503. quō rectē metuendus 441. quomodo sit diligendus 352.452
deus sapientiæ fons 163. suæ hypostaseos quā notā solus habeat 100
deus uera uirtus 491. uerum lumen 227. uita 59.326. unigenitus tabernaculum 513
in Dei agnitione progressus infinitus 405. progressiōis gradus 404
dei amicus quis 517
dei bonitas erga genus humanū 29
à Dei bona erga hominem dispositione quid nos abducat 43
dei bonitatem & potentiā quæ testentur 162. bonorum uerorū nullam rationem haberi 7
dei cognitio quid 512. consiliū quale 471. contemplationis modus in te quis sit 57. species quæ impedita 58
dei cum diabolo comparatio 430
dei descensus quid 399
per Dei digitū quid significetur 271
dei epithera 515. equitatus 541. essentiā superare omnē intellectū 99
dei filius qui esse non possit 14. frutio, uitę uirtuti consentaneę finis 393
dei gloriæ & sanctitatis nullus finis 368. gloriæ qui participes esse nequeant 354
dei imago homini impressa 57
dei mandatorum summa 495
dei natura forma quibus coloribus ad uiuū exprimatur 449. natura unde cognoscatur 408. omnium bonorum perfecta copia 465. simplex 449. naturam nulla re indigere 486
dei participatio 134. in quo uersetur 135. perfectio imitanda 3. plantatio 392
in Dei populo qui colli locum obtinent, quales esse debeant 380
dei potentia 164. posteriora uidere quid sit 412. potestas cur quædā se non posse fateatur 373. prætentio quid 412. principatus imaginem in nobis conspici 449. proprium esse, cum sapientia omnia facere 131. omnem cognitionem excedere 519. propria reuera beatitudo 49
dei similitudo in imagine nostra accuratē seruata 449. speculario qualis 510.511. subiectio perfecta atque absoluta, à malo alienatio 109
dei timor quomodo efficatur 167
dei uerbum 240. uera cognitio in quo consistat 511. ueri ignorantia circa quid peccetur 50 (498
ad Dei ueritatem quid nos adducat
dei uiæ imperuestigabiles 56. uidendi efficacia unde intelligatur 94. uidendi ratio 56. uisio in quo cōsistat 511. uocabula 59. uocē quomodo Scriptura enunciet 97. uoluntas 46. 355. uox qualis 357
deo nihil inaccessum 146. nihil infinitum 164
deo quod gratū est, semper nobis cordi esse debere 5. quæ Scriptura tribuat 47. quomodo coniungamur 491
deo seruire quis non possit 526. similē fieri quid 14. subditū esse, caput omnium bonorum 112
à Deo qui panem accipiat 23. recedere, qui per orationē, sese Deo non coniungit 6
cum Deo qui uult esse, qualis esse debeat 495
de Deo quæ dicuntur, quomodo capienda 513
ex Deo omnia esse 335
in Deo qui fuerit, omnia habet per id quod illum habet 110
deum ab effectis cognosci 407
ad Deum accessurus qualis esse debeat 13. contendentibus curriculum infinitum conficiundū 403
deum contubernalem nolle sibi esse, quid 176
posse Deū esse constitutū quid sit 521
deum esse qui negat, prorsus stultus 181
deum ex quo res uniuersas continere 27
deum habere quid sit 110
deum in omnibus esse, quando uerum erit 109. in sese habere, beatum 57. in sese quis recipiat 14. intra adyta quis placet 16. intra se continere 343
deum lumē inaccessum incolere 227
deum malorum authorem quis insimulet 13. non timere, nihil pernicios⁹ius 254
deum palma sua omnes res creatas constringere 339. pernicie uiuentium non delectari 10
ad Deum qualiter erigi atq; extolli non liceat 49

Universidad de Deusto
Biblioteca



deum quis alienũ à ueri Dei natura faciat 103. quõ Moses uiderit 511
ad Deũ respiciẽdi efficẽtia quid 134
deum uerè uidere quid 520. uidens quid adipiscat 55. uidere quid 521
diabolus cur draco 254. cur uulpecula uocetur 364
diabolus homicida improbus 29
diabolus malorũ inuentor 335. mendacij pater 13. 29. 254. mundi dominus 29. 430
diabolus qualẽ annonam bellariorum loco auidis hominibus proponat 2. quomõ humani generis frater sit & hostis 335. quomodo mendacij pater sit factus 335. quomodo peccatũ aduersus nos introduxerit 257
diabolus tenebrarum rector 430
diabolus uitiorũ omnium dux 524
diaboli arrogantia 254
diaboli epitheta 254. potentiã eius declarantia 363
diaboli uariæ appellationes 29
dialecticæ subtilitas 189
dialectus quid 97
διάμετρος 194
dies cur in aduentu Domini crescat, & nox decurtetur 69
dies placationis quot 279
dies septimus creationis terminus 82. octauus cur numeri uicissitudinem in sese amplius nõ admittat 83
in Die paschæ quomõ Deus nouũ cœlum & nouã terrã faciat 143
dignitas regia nullam supra se haber tyrannidem 67
digiti quid 409
dilectio, amor uehementior 419
dilectio bonorum caput 266
dilectio Dei quomodo à Paulo cõmendetur 334 (418
dilectio inordinata 352. ipse Deus
dilectio qualis Deo debeatur 352. quid 201
dilectio spiritus S. fructus 64
dilectionis affectione quorũ uitiorum grex pellatur 20
dilectionis bonum magnum malorũ numerũ ex anima expellere 20
dilectionis Dei efficacitas in quos cadat 374
dilectionis habitum & affectũ per quã dictionẽ Paulus ostendat 112
dilectionis noticia 201
dilectionis pignus, misericordia 51. præceptum cur exercendum 177. præstantia 50
in Dilectionis supremo gradu qui consistat 267
in Dilectione qui ordo in lege prçscriptus 352
à Dilectione quæ uirtutes promanent 266
disciplina omnis in præsens molesta 148
discipuli per quã uiam currere debeant 406
discretum & concretum quomodo animaduertendum 101
dissidentium conciliatio, oratio 6. unio quomodo fiat 111
dissolutio, compositi corruptio 518
dissolutio quid 180
dies luxuriosus mendici manum non aspernatur 176
diuinam naturam supra omne bonum esse 201
diuinitas interminata 491
diuinitatis natura incomprehensibilis 384 (32
diuitiæ tinearũ corruptiõi expositæ
diuitiæ spirituales quatenus idem faciant quod sol 31
diuitiç terrenç cur criminationibus obnoxiç 32
diuitiarum duo genera 32
diuitijs quibus nos studere Dominus iubeat 32
diuitias quas Dominus colligere uetet 32
diuitijs paupertas opposita 32
doctores falsi 423
de Doctoribus malis querela 423
doctrinæ de Deo obscuritas 343
doctrinarum diuitiæ non negligendæ 506
dolium perforatum occupatio circa uoluptates 47
dolor unde existat 190
doloris initium inuidia 211
doloris sensus qui ex mœsticia ad cor redundat, hominum errore non caret 456
domiciliorum usus 179
dominus cur in extremis temporibus deitatis suæ manifestationem humanæ uitæ sit largitus 69
dominus ipsa sanctificatio 406
dominus propter nos peccatum factus 499
dominus ut patrẽ Deum in oratione dicamus, cur nos doceat 13
domini consilium 254
domino quis uerè iuret 418
ad Dominũ qui cursu contendat 65
domus Dei 430
domus abundantia, oratio 6
dona Dei cuiusmodi 147. quæ Deo displiceant 24
δοχμὰς unde nomen habeat 357
dormientum custos, oratio 6
dormientium nomine cur non tristandum 289
draconis caput confractum 70
durum & solidum cur in humidum ac liquidum muterur 238

E

Eboris soliditas 428
ebrietas spiritualis 170. 400
ecclesia, Christi corpus 100. 376. 387. Christi inferius tabernaculũ 314. Christi nutrix 242
ecclesia de gentibus collecta qualis 373. de spiritu S. quomodo credat
ecclesia ex quibus cõstet 255 (104
ecclesiç corpus quibus cruribus imitatur 429. corporis subiectio ad quem referenda 110. corpus alentes, quales esse debeant 488
ecclesiæ & Christi similitudo accurata 398
ecclesiæ gloria 250
ecclesiæ oculi qui 376. os quo pacto liliũ fiat 426. opificiũ quasi mundi quædam creatio 420
ecclesiç tabernaculum quibus exornetur 314
ecclesiasticç iurisdictionis origines
ecclesiastici corporis collũ quale 320
eden uocis significatio 469
edendi in omnibus mensura communis quç sit 509
efficaciæ diuinæ comes, stupor 168
efficaciæ nomẽ in operantium multitudinem non scindi 59
efficientia nulla iuxta hypostases separatur 96
efficientiæ unum nomen in multos dispertiri non posse 58
egenus quis sit 176
egressio quid 412 (52
elationis uitium omnibus innatum
electio cuiusuis rei quomõ fiat 450
elementa homini subiecta 339
elementi uniuscuiusç non una qualitas 238
elementorum contrarietas 232
elementorum harmonia 182
elementorum unus & idem per omnem terrç partem amplexus 194. unius in alterum continua conuersio 239. 240
eliæ in cœlum raptus 58. 340. indumentum quale 378. 477
elisaber quomodo mater factа 71
ἔλυτρα 122
embryon 120. 125
emissiones quid 395
ensem semori aptatum habere, in quos competat 370
τὸ ἐναιδωμονικὸν 188. 483
epistolarum usus 1
equitatui Ægyptiorum quomodo similes efficiamur 341
equus



equus quomodo sine offensiõe curat 342
equo mulo ue consimilem fieri, horrendum 342
equorum diuinorum magnum discrimen 341
equorum ferocia, superbiæ occasio
equorum usus 450 (468
ἐφιδέσθαι nomine quid significetur 112
erodij anis natura 350
erroris in hæreticis imago 394
esaiæ de ecclesiç statu uaticinium 335
esaiæ uisio 415
essentia suprema omniũ causa 499
in Essentiæ communione quæ incommunicabilia 100
essentiarum diuersitas in diuina natura 88
etymologia 93 (363
euangelicæ petræ tegmẽ qui subeat
euangelicus sermo quatenus nihil laboriosum nobis præcipiat 4
euangelistarũ de resurrectione Domini concordia 150
euangeliũ animi humani tegmẽ 362
euangelium tonitruum 105
εὐζωΐα 12
εὐθυμία 435
exhalationum é terra uarietas 232
existendi principium idem esse cum animo tum corpori 482 (48
expletio quibus à Deo promittatur
exultatio quid 169
ezechia per orationẽ ex portis mortis ad uitam reductus 7

F

Facies pulchra quæ 32
faciei animalium forma 453
in Facie pulchritudo primaria
facultatem qua uita contineatur, nõ uno à membro efficisci 485
falsitatis definitio 499
fames uitæ nostræ conseruatrix 46
famis affectus quid 46
fastus atque superbiæ uanitas unde demonstretur 33
fatigatorum requies, oratio 7
per Femur quid significetur 370
fenestrarum significatio 359
fenestras quid Scriptura appellet 27
ferię spirituales quæ 148
feritas unde originem habeat 50
ferri & cordis similitudo 57
ferus appropinquantibus inaccessus 50
festum extra Hierusalẽ nõ celebrandum 252 (147
festum paschæ quid nobis ostendat
ficus uis in attrahendo quanta 561
per Ficum quid significetur 391
fidelis quatenus dolores & labores suscipiat 66
fideles per aquã renasci 255. per sanguinem Christi ali 255
fides aurea numella 343
fides cur in locum rationũ succedat ad ea quæ superant rationẽ 294
fides Deum inuenit 368
fides & conscientia, Christi bonus odor 150. columnæ duæ 429
fides in Christũ quib. nõ prosit 505
fides per quẽ cibum significetur 506
fides quarum rerum sustentaculum 201. quatenus funiculus coccineus 379. quid 201. 500
fidei athletas uarias tormentorum species esse passos 67
fidei cuspis 354
fidei in croco ænigma 394
fidei sermo quomõ cõfirmetur 293
per Fidẽ, Christi corpus nos fieri 111. quid Paulus intelligat 429
fiducia supplicaturis necessaria 11
filias Hierusalem quomodo sponsa alacres reddat 534
filius effigies substantiæ patris 104
filius patris character 90. expressa imago 102
filius puellarũ transfugientũ quis appelletur 13
filius quomodo agnoscatur 100. quomodo ex patre sit intelligendus 102
filij Dei festiuitas 263. quando fiamus 262. deitatis indicia, in uirtute nascentis quomodo eluceant 72. deitatẽ quis neget 103. diei 364
filij hypostasis quasi forma ac facies est, qua pater cognoscitur 103
filij insigne quale 100
filij lucis & dici qui appellentur 13
per Filij subiectionem quid Scriptura significet 111
filij regnum absq; spiritus sancti dignitate non accipi 91
filij sessio 81
filium Dei fieri, cur omnem felicitatem superet 60
filium hominis cur crucifigi oporteat 149
filium patris proprietatibus designari 102
in Filiũ quomodo baptizemur 259
figuræ quadratæ significatio 516
filium sine spiritus S. illuminatione plenè mente comprehendi non posse 100
cum Filio semper spiritum S. inseparabiliter considerari 100
filij Dei qui 273. quomodo se in uita gerere debeant 262
filij uirium qui appellentur 13 (498
filios nudos qui fluctib. exponant figulus parua potentiæ Dei creatu-



ra 164
figura hominis erecta 450
figuræ erectæ unum fundamentum sufficere 541
firmamentum cur appellatum 227
firmamentum supra omnem sensibilem creaturam 227 (229
firmamenti nomine quid significet
firmamento cur cœli nomen impositum 227 (295
firmilianus Cappadocum patricius
fiscellæ significatio 498
fletus doloris signum 287
flumini non deesse quod aquã suppeditet 239
fœnum brutorum naturæ propriũ ac peculiare alimentum 364
foliorum uitis significatio 337
fons cur horto addatur 391
fontis generatio 239
per Fontem quid intelligendũ 392
fontium duodecim mysterium 508
forma beata quomodo induenda 32
fortitudo quid 254. unde oriat 468
fratris nomen æquiuocum 517
fructus paradisi qualis 411
fructum qui ex iniustitia percipitur contraria natura producit 23
fructuum grana quando terræ mandemus 484
frugis ad perfectionẽ productio 122
fuliginis tenues partes in aerem diffundi, unde appareat 234
fundamentum 429
funiculus quid 379. 438
futurorum repræsentatio, oratio 7

G

Gaddi uox quid significet 346
galaad greges quid 378
galilææ interpretatio 158
gaudentium animi delectatio, oratio 7
gaudium fructus spiritus sancti 64
gelgel 158
generationis nostræ modus cur inexplicabilis 164
generationi & corruptioni obnoxia in eodem statu non subsistere 165
genitum uel nõ genitum in diuinis dogmatibus nullam naturæ differentiam efficere 104
gentes cur Æthiopibus similes 373
gentium ad fidem adductio 78
gentium ecclesia 252
gentium simulacra quæ propheticus sermo appellet 20
genus humanũ ab una natura administrari 178
genus humanum cur Deo coniunctum 202
genus humanũ ob quæ delicta nomine

Universidad de Deusto
Biblioteca



mine pœnæ pendendæ sit obnoxium 26
genus humanũ qua ratione inquinetur, quo minus diuinum lumẽ ueritatis intueatur 21
generis humani extenuatio 60
generis nostri corruptum opus instaurare, creatorem cur maximè deceat 162
gloria Dei multis nominib. in Scriptura nuncupatur 520
gloriæ Dei maiestas quanta 518
gloriæ insani studij morbus, improbi simulacri propria nota 14
graminis usus 122
granum tritici unum quantum miraculorum effectum in se contineat 165
gratiæ efficientis actio 99
ad Gratiarum actionẽ quæ nos incitare debeant 7
gregorius M. ab adolescente dæmonium ejcit 307 (296
gregorius M. cur à uulgo secesserit
gregorius M. dæmonem è templo ejcit 299. diuinum auxilium proijs qui nomine fidei cõtestationis decertarent, inuocat 310
gregorius M. euangelij discipulus sit 294
gregorius M. fluminis insolẽtis impetum coercet 304
gregorius M. lacum in campũ depressum redigit 303.302
gregorius M. ne sepeliri quidem in proprio loco sustinet 312 (293
gregorius M. Origenis discipulus
gregorius M. quatenus alter Moses 296. quatenus palmæ similis 293. quantopere superbiæ materiam fugerit 296. quibus uirtutibus præditus fuerit 293. quomodo ab ipsis dæmonibus rem bene gerere ordiatur 298. quomodo inuidia superior fuerit 295. quomodo ueram fidei cognitionem acceperit 297
gregorius M. saxum ad alterum locum transferri facit 299
gregorius Magnus unde uitã cum uirtute connunctã exorsus sit 293
gregorij M. adolescẽtia qualis 294
gregorij M. calumnia quomodo patefiat 294. calumniæ 294
gregorij M. coniunx, uirtus 296. cõtinentia 294. cũ Iosepho comparatio 295
gregorij M. iudicium quale 302
gregorij M. miraculum 299.302.303. mysticæ disciplinæ uerba 297
gregorij Magni obitus 312
gregorij M. patria 292
gregorij Magni temperantia 294
gregorij M. uita 297. uirtus qualis 304. uita 291. uita qualis 294
in Gregorio M. diuinæ uirtutis notas reluxisse 301
gregorij Nysseni ad Fauianum epistola 527
grossi appellatio 361
grossi crudelitorũ ficuũ signũ 361
gulæ sensum demulceri si uis, obsoniũ tibi esto indigentia 23. studiũ quorum peccatorum radix 28
à Gulæ studio quæ peccata pẽdeãt 28
gustatus uoluptas, singulorum malorum mater 28
per Guttas quid accipiendum 494
guttur quid 431

H

HAlituum qualitates per odoratus attractionem qua in parte discernantur 436
hæreditas futura Ægyptum fugientibus promissa 522
hæreditas terræ cuius uirtutis præmium 36
hæreticorum opiniones, lapides 511
hebræorum cantus 493
ἑβδόμη 327
helias quomodo baptismatis institutionem nobis prædixerat 261
heliæ aduentus 253
heliæ cum sacerdotibus Baal certamen 260
heliæ iciunium 269. indumentum quale 265
heliæ miracula 265
heliæ raptus 269
heliæ temporibus quale miraculum factum 277
heliæ zelus 438
helisæi indumentum quale 258
herodis sæuitia 74. scelesta uox 74
herodis turbatio 73.253
ἱερώμερος 220
hieremiæ lamentationes 320
hieremiæ preces 10
hierosolyma magni regis ciuitas 435
hierusalem in patris manibus circumscripta 147
hierusalem superna quid 147
Hiezeciel magnarum uisionum spectator 167
ἡγεμονικὸν princeps animi facultas 455. qua parte contineatur 455
hinnuli qui, & ubera 382
hinnulorũ naturæ quid propriũ 557
historiam ueteris scripturæ ad perfectam uitam multum conducere 497
ad Hœdorum gregem non oberrandum 538.339
homo ad imaginem Dei factus 114. 465. 463. 472. 448. ad quem finẽ conditus 162. 464. animal sermonis facultate præditum 452
homo bonorum Dei hæres 60. bulla 175
homo cœlis durabilior 339
homo χοϊκὸς 472
homo corporis forma exornatus 448. creaturarum rex 162. cur à creatore sit factus 133. cur ad imaginem Dei factus 134. cur creatis rebus cæteris 114. ultimus omniũ conditus sit 477. cur de paradiso sit ejectus 336. cur non ea quæ spiritus sunt, capiat 452. cur nullis armis tegumentisq; à natura sit instructus 450. cur post plantas & pecora condirus 452. cur post cætera creata sit conditus 448
homo Dei domicilium 319
homo Dei similitudo 3. diuinæ naturæ imago 448
homo ex bonæ uoluntatis destinatione à Deo creatus 56
homo diuinæ uirtutis simulacrum 133. ex luto generatus 33. ex omni animæ forma temperatus 452
homo fluxa res & instabilis 175
homo immortalis à Deo creatus 162. immortalitate cur priuatus 162
homo in quid immutabitur, cur absconditus esse conueniat 127. intelligentiæ atque scientiæ capax 189. interior quomodo insciamur 168. medius 464. μεσιτεύουσα 182. mundi miraculorũ spectator & dominus 447
homo non idem secum semper permanet 127
homo ob quam causam à Deo creatus 134
homo paruus mundus 463. propria ac liberæ uoluntatis gratiã ac dono decoratus 29
homo qua de causa postremo loco sit conditus 191. quãdo ad amentem naturam transeat 192. quando non ualeat 44. quando uitare desinat 15. quamnus nas 196. 197. quibus rebus cum Deo coniungatur 417. quomodo animal dubium in hac uita efficiatur 502. quomodo leo factus 385. quomodo imago Dei 463.464. quomodo in antiquum statum restituatur 122. quemodo pardus factus 385
homo quomodo pristinam pulchritudinem recuperet 347. quomodo quotidie moriatur 123. quomodo



modo uicissim æternùm uiuenti uitæ restituatur 411
homo sine quibus membris uiuere non possit 484. speculo similis 348
hominis affectus 192. ante & post lapsum conditio 347. arbitrium 51. auxiliaria medicamenta 124
hominis Christiani professio quæ sit 1
hominis conditio qualis ab initio fuerit 335
hominis diuina imago 123. diuisio 464. dormientis imaginationes 460
hominis fabricatio 191. fabricationem deliberationem præcessisse 448. figura cur sit recta 451. futuri formam potestate in semine existere 483
hominis imbecillitas 450. imperium 448
hominis libertas 465
hominis miseria 467. modesti oculus qualis 503. mortui signũ 483
hominis natura ante lapsum qualis 467. ex diuersis rebus contemperata. 133. initio aurea 347. quomodo à Deo condita 449. naturæ attributa 464. naturam omni creato quod cernimus, esse præstantiorem 448
hominis opificium in omnibus imperatoriam quandã auctoritatẽ ostentare ibid. quibus rebus cõstet 452
in Hominis potestate cur cætera animalia sint 450
hominis præstantia 173. 339. 448 465. primi fabricatio quo[illegible] 3
hominis regeneratio 258. regia sedes quæ 4[illegible]. hominis resolutio 479. renouatio facilior, quàm id quod in agricultura accidit frumento 165
hominis sceletis oratio quãdiu diaboli inuocatio sit 14.15
hominis totius in diuinam naturã transformatio 146
hominis unius nomine ipsam generis uniuersi rem esse comprehẽsam 466
hominis uox cuius nam bonã partem imocet 15
homini cur duplicia medicamenta ad curationem sint attributa 257
homini quam præstantiam ecclesiæ doctrina tribuat 463
hominem ad imaginem esse factũ, quæ innuant 42. diuini imperij imaginem exhibere 449
hominem in æternũ proficere 384
hominem sic conditũ esse, ut instrumenta ad sermonẽ necessaria habeat 453
hominem uera ratione pasci 364
in Homine duplex similitudo 468. omnẽ uitalem speciem animaduerti 191
homines cur quorumq; impetus uoluntatis inclinauerit, illò rapiantur 200. cur seipsos non miserentur 53
homines infrugiferi quando maneant 22. in qua specie reuiuiscent 127
homines quib. proprietatibus à se inuicem discernantur 128
homines uirtutis studiosi cur magna diligentia in hoc incumbãt, ut purus sit ipsorum animus 390
hominum eadem conditio 175
hominum natura quibus florib. ornata 449
hominum omnium maximè fidelium unus seruator 96
hominum quorum sortem reuiuiscens præferat 177
hominum tota natura uera Dei imago 466. triplex in eligendo studium 452
homines cur pluraliter nominare scriptura concedat 97
homines diuini spectaculi capaces non esse 81
homines semper proficere posse 362
hominibus qualia post partum qui per mortem editur, sint reposita 121. quomodo reditus in paradisum sit factus 147
honesti contemplatio 114. studium utriusq; naturæ attributum 21
honores humani quibus rebus cõpleantur 38
ad Honorum defectus quis non facilè commoueatur ibid.
ὁρμὴ σπερματικὴ 342
ὁρμαὶ uocabuli usurpatio ibid.
hortus clausus quid 391
hostis extrema pars, mors 70. quando abolenda ibid.
hostis uerus hominum quis 418
humana natura ante lapsum qualis 216
humana natura labilis ad uitia 522
humana natura quatenus flumini similis 214. quibus præstandis obnoxia 26. quomodo gratiam suã recuperet 364. quomodo initio floruerit 360
humana natura, uitrea 364
humanæ naturæ diuino 491
humanæ naturæ perfectio 439
humanam naturã cur modò res tristes, modò lętas inuicem experiri oporteat 43
humana uita cur beatitudinem asse qui non possit 32
humanorũ malorũ extremũ quid 25
ad Humanitatẽ Dei accessurus qualis esse debeat 25
ad Humanitatem quomodo homo excitandus 179
ab Humanitate diuina qui seipsum separet 25
humeri 382
humilitas humana qui fieri possit, ut ad eam quæ in Deo conspicitur beatitudinem eniteatur 344
humidi cum frigido coniunctio 238
humidis & siccis grauitatem naturaæqualiter inesse 234
humor nõ exigua cognatione cũstet ra teneatur 446. qua ratione ab ijs rebus quæ perpetuò mouentur, seiungi non possit ibid.
humori cur frigiditas unita 238
in humore quæ contraria inter se consocientur 446
hyems arboribus cur mortis loco 165
hyems quid 398
hyemis incommoda 360
hyemis mysterium 360
per Hyemem quid significetur ibid.
hypostasis proprietatum concursus 101. proprium signum essentiæ uniuscuiusq; personæ 102
hypostasis quid 99
hypostaseos uerbo quid declaretur ibidem.
hypostasi con differentiã naturæ continuitatem non diuellere 100
hypostaseõ proprietates quales 101
hypostaseõ separatio quomodo deprehendatur 100

I

IAcobi interitus 67
iacobi nominis imutatio 432
iacobi uisio 49
ieiu nominis significatio 72
Iesus Naue F. cursum fluminis inhibet 303
iecur sanguinis fons 486
iecur uisceribus molestum 266
iecinori alimenti administratio mãdata 486
iecori caloris usus necessarius 487. cur animi uis princeps non attribuenda 457
ignis à terra quomõ diuideat 238
ignis pluribus author corruptionis 114
ignis quatenus non omnes qualitates eius materiæ, quamcunq; inuaserit, depascatur 235
ignis quẽ Christus in terram mit-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tere uenit, quid 397
ignis & inuidiæ comparatio 63. & terræ coniunctio 238
ignis materiã quis sibi præparet 302
ignis naturã humoris consumptione non ali 240
ignis uis qualis 224 (506
ignem pro spiritu in scriptura capi
ignominia quando non angat 51
ignominiæ principium, inuidia 521
ignominia qui non moueatur 38
ignorantia cur longè absit ab eo, ut substantia sit 135
ignorantia quid ibid.
in Ignorantiæ tenebris quis permaneat 502 (240
illuminatricis naturæ non una uis
imago Dei quomõ in homine obfuscata 57
imago quando rectè appelletur 455
quando uerè imago dicatur 463
imago secundũ quam partem imago non sit 455
imaginis naturalis ratio 102
imaginis pulchritudo peccati sordibus labefactata 31
imaginem Dei qua parte in homine archetypo suo respondeat 455. diuinæ naturæ quis intueatur 57
in imagine qualis species ostenditur, talem etiam formã principalem existimari necesse est 3
imber quomodo fiat 232
immitis quos inimicos efficiat 51
impietatis correctio, oratio 6
impletio & euacuatio uitæ nostræ proprietas 115
improbi simulachri propriq; notæ 14
inanimum quod dici nequeat 489
per Inaures quid significetur 517
incorruptibilis notio 93
indumentum diuinum unde confectum 283
indumentũ uerè regium quale 290
industria inepta quæ 46
infantiæ peruersitatis expers 315
infantis deliciæ quæ 136
infantis & uiri deliciarum fructus diuersus 135
infanti in tenera ætate uitã finienti retributio 135
de Infantium modò natorum morte opinio 138
infantium uitæ ratio qualis 136
de Infantibus præmaturè abreptis quid statuendum 130
infernus animæ receptaculum 193
infernus quid 199
per Inferni nomen quid Scriptura significet 193
infideles cur mortem pro calamitate ducant 129
infinitatẽ omnem definitionem effugere 96
inhumanitas unde originẽ habeat 50
inimicitiarum quando nulla amplius materia relinquatur 51
inimicitiarum significatio 111
inimico ad bonum qui utitur adiutore, cur sit beatus 65
iniuriæ occasio prorsus damnosa 29
iniuriarum tenax memoria quando extorris 51. tenacis memoriæ expurgatio, oratio 6
ab Iniustitiæ inuentore qui cibetur 25
iniustitiæ sublatio, oratio 6
innocentium puerorum iugulatio, quale spectaculum 74
inobedientiæ causa, inuidia 521
inops quis sit 176
infidiæ unde oriantur 468
infomniorum causæ 459
intellectuale & incorporale quale bonum 119
intelligibile so a me re cõstare 188
intellectualis efficaciæ perceptio 184
intellectualis natura qualis 134
intellectuarium creatura 209 (343
intellectus de Deo inenarrabiles
intelligens facultas cur sine sensu actiones suas non exerceat 462
intelligentiæ carnalis & cœlestis magna differentia 39
intelligentiæ facultatis sedes 458
in Intemperantiæ ingauiem cur homo prolabatur 470
interitus causa in nobis quæ sit 470
intybi usus 148
intyborum commodum 147
inuidia improbi simulacri propria nota 14
inuidia malorum princeps 521
inuidia quando cesset 51
inuidia sæua tyrannis 53
inuidia unde oriatur 468
inuidiæ atque simulationis uitium quale 63
inuidiæ morbus qualis 63
inuidiæ profligatio, oratio 6
inuidiam quæ mala sequantur 521
inuidus felicitate aliorum dolet 521
inuidus quatenus milui naturã imitetur 521
inuidorum morbi quæ causa 63
inuidorum signa qualia 63
per Inuisibile quid intelligendũ 134
ioannes alter Helias 265
ioannes Christi præcursor 431
ioannes lætí ueris præcursor 560
ioannis constantia 268
ioannis excellentia 268
ioannis παῤῥησία 268
ioannis uerba in quorum auribus locum habuerint 361. uita 268
iob cur filiorum duplicationem nõ requisierit 286
iob quo animo filiorum casum acceperit 285
iob quò respiciens gratuletur filijs ob felicitatem 286
iobi filiarum appellatio 395
iobi uita qualis 277
ionas, Christi typus 142
iordani fontes 385
ioseph ad quantã dignitatẽ sit progressus 66
ioseph eiusdem cum Maria familiæ ac tribus 72
iosephi factum quomodo nobis sit imitandum 149
iosephi filij insignes qui 157
iota quid dicatur 149
iota tota rerum constitutione durabilius 149
iræ curatio 58
iræ filij qui ab Apostolo appellent 13
iræ impetus qualis 507
iræ moderatio, oratio 6. morbus per omnem uitam in promptu 58
iræ turpitudinem prohibens, cur sit honorandus 62
ex Ira quæ mala proueniant 62
iracundia acerba domina 58
iracundia quid 190
iracundia quomodo nullum aditũ aduersus animum habeat 38
iracundiæ uitium ubi occasionem habeat 38. usus quando temperatius 59
iratorum affectus quales 101
ἰρὶς quando fiat 101
iridis splendor qualis 101
isaac quando Abrahamo natus 284
isaaci mysterium 141
israel quid significet 260
ismaelis seruatio 159
israelitam uerum non sentire ignẽ 504.
israelitæ cur abscę dispositione puniti 516
israelitæ qui dicantur & sint 371
iubilus 170
iudæ anaricia 426
iudæ fructus 427
iudæ spiritus 254
iudæus ab eo qui ortus est non illustratur 75
iudęorum aduersus sanctos Dei rabies 69
iudæorum clamor 50
iudęorum incredulitas 252
iudex iustus quis 44
iudiciariæ operæ quatenus uitijs peccatis subseruiant 6





Iudicium Dei iustũ nostris affectionibus assimilari 52
iudicij iusti finitio suma quę sit 373
iuramentũ quid 417 quomodo cõciuratur 417
de Iuramenti prohibitione 416
iuris sui esse factum, summa libertatis species 67
iusiurandum quid 354
iurisiurãdi duplex uis & effectio 355
in iureiurando duplicẽ esse effectionem 354
Iustitia quæ ad omnes pertinet, quę sit 45. quid 44
iustitia uera 45
iustitiæ expers quis ibid.
iustitię nomine cur omnis uirtus significetur 47
iustitiæ sol quando apparuerit 69
iustitiam Dei desiderans, quid inueniat 46
iustitiã esurientes cur beati 43. expetere nunquid beatum 47
ad iustitiam & incorruptibilitatem qui accedat 65
iustus ad quid potissimũ spectet 45
iustus quis dicatur 44
iustum esse in quo consistat 45
iusti qui 432
Iuuenculæ quid 440
per Iuuenculas quid intelligatur 331

L

Labiorum diductione & cõpressione quomodo utamur 454
labiorum laus 379
labiorum uenustas quomodo dentium adminiculo ornetur 379
lac cur uino præferatur 330
in Lacte nullas imagines referri 423
Lętitia duplex 43
Lętitia sempiterna, beatitudo 31
Lętitiæ dies 85
Lętitiæ eorũ qui bene uixerũt quódnam additamentum 141
lachryma quorum fidelis custos sit 498
lachrymæ 457 (498
ad Lachrymas abũdantissimas quęnam humanũ genus excitare debeant 42
lachrymarum causæ 455
in Lapidibus quis occupatus esse dicatur 46
de Lapidibus qui comedant 45
ex Lapidibus panes conficere quos diabolus compellat ibid.
laquearia quæ dicantur 330
latroni quomodo introitus in paradisum sit factus 147
lazari excitatio 113
lazari resuscitatio 163
Lauandi dictionem puritatis speciẽ significare 140
laus quarum rerum sit 225
laus uera quæ 292
lectica Dei quomõ aliquis fiat 374
lectica quid ibid.
lecticæ materia ibid.
per Lecticæ opificiũ quid significetur ibid.
lenes quam terræ hæreditatem sint consecuturi 37
lenitas qualis habitus 38 quàm beata res sit ibid. quid 36. 37
lenitatis finis beatitudo 39
leones & pardi 385 (146
leprosus quomõ à Christo sanetur
lex bonorum futurorum umbra 359
lex futurorũ bonorũ umbra 15. 147
lex gratiæ uicina 260
lex in quibus certaminibus inexpugnabilis 510
lex qualis esse debeat 37. quem terminum dilectionis erga Deũ præscribat 267
legis præcepta prophetici cancelli 362. propositum quale 147
legislatoris ęqui non esse ea iubere, quæ natura non capiat 37
legem inuolueris quibusdam ueritatem præsignificare 15
per Legem nos uarijs modis ad uirtutem duci 429
libani in sacris significatio 430
libani ligna quatenus nos aliquando fuerimus 374
libani ligna uaria 395
libani omnium lignorũ pulchritudinẽ in sese quis demonstret 395
per Libanum quid significetur 374
de Libano discessus 386
libani duo 430
liberras domini expers 203
liberras nobis initiò à Deo data 203
libertas quid ibid.
libertatis summa species quæ 67
liberum hominis arbitriũ 172. arbitrium 197
liberis carentes cupiditati rẽ augendi minus indulgere 138 (325
libidinis spurcissimæ quanta fit uis
libri huius comparatio cum tabernaculo testimonij 333
lignum boni & mali quomodo sacræ literæ appellarint 471
lignum uetitum in paradiso 470. uitæ quid ibid.
ligni uetiti fructus cur ex rebus sibi aduersantibus constet ibid.
lilij ænigmate quid significetur 425
lilij flos 282 (350
lilij floris duplex gratia 382
lilij splendor, modestiæ significatio
lilia in ænigmate uirtutes appellari 435
lilia puritatis in mente ænigma 434
lingua animalium qualis 452
linteamina Christi quarum rerũ figura 155
loca ad septentrionẽ uergentia maximè frigida 239
ὁ λογικὸς 485
loquendi facultatem quomodo adepti simus 454
lucta hominis qualis 9
luctus beatus 39. cuiusmodi tristitiam habeat 129. quem non solutio consequitur, quis sit 40
luctus expœnitentia, peccati remedium 40
luctus ob quas res consletur ibid.
luctus qui beatus 42. quid 40
luctus salutaris quis 129
luctus species beata quæ 128
luctui cui nam cõsolatio spiritus S. proposita sit 40
luctum beatum esse qui prædicat, quid occultè docere uideatur 42
luctum quid efficiat 46
lugentes cur beati 39. 43
lugentium solatium, oratio 7
lugere quomodo res beata hominibus 40
luminis perfectus fulgor quomodo contingat 358
luna ex sui natura splẽdoris expers 183. 184
luna quomodo splendorẽ à sole accipiat 183. quoties cursum suum in anno compleat 183
lunæ elementũ cur non semper plenum luminis 183
lunæ splendor quomodo debilitetur 244
lunaris cursus significatio 148
lupi & agni fabula 87
lux quæ illa sit, qua obscura hæc humanæ naturæ spelunca in præsenti uita non illuminatur 42
lux quibus amica 125. uera, beatitudo 31
lucis ac diei filij qui 395
lucis & diei filij qui appellentur 13. qui sint 382
lucis filij 364. formatio 240
lucis habitaculum quomodo quis fiat 354
lucis iacturam quis grauem existimet 42
lucis uerę radius quãdo exortus 69
luci cum tenebris nulla cõmunio 13
lucem quis fugiat 125
in luce quis ambulet 502. quis uiuere dicatur 402
luxuria crudelis domina 508
luxus & deliciæ, tyrannium 22
Lymphe fluuius cur dicatur 303

Universidad de Deusto
Biblioteca



M

Macrina Basilij soror 178
abscq; Macula qui uiuat unũ diẽ, inter homines inueniri nõ posse
magi gratiæ præcones 70 (27
magorum oblatio 73
magis populum Israeliticum cognitione præcedere ibid.
malæ quid 380
malè uiuendi causa quæ 139
malitia quatenus bonarum rerũ studio laboriosior 59
malitiæ spiritus 254
malum & uitium ex propria natura nullum esse 139
malum nequaquam infinitum 471
malum quam similitudinẽ cũ carne & sanguine habeat, 353. quibus sensibus congruat 351
ad mala qualis naturæ nostræ uelocitas 37
extra Mala uersari quid 67 (29
malus quib. uocabulis nominetur
mali causa qui extiterint 336. conflatio 144
mali extremũ boni successione continuari 471
mali natura necessarijs quibusdã terminis finita 471
mali tria receptacula 144
mali uarietas 470. uitatio, boni cõciliationis occasio 65
malum in tribus diebus ex rebus uniuersis expelli 144
malum punicum 380
mali punici cortex 438
extra malum qui esse uult, necessariò sese à mundo segregabit 30. quis prorsus sit ibid.
in Malum propensio nulla necessitate extrinsecus expellente innascitur 51
in Malo nullo esse uersatum, quanta res sit 284
à Malo exagitari, cur causa boni adipiscendi fiat 65. quomodo alienemur 4. quomõ distinguamur 12. qui pellitur & persecutionẽ patitur cur beatus 67
mali colores 420
malorum nonnulli cur diutius uiuant 139.141
malorum occasiões quid ingeneret 126
malorũ pulchritudine cur sponsa domus suæ rectum ornari cupiat 353
malorum subuersio, oratio 7
à Malis cessatio, motus ad superna testimonium 37
mãcipia nostra cur diuersos ad usus destinemus 450
mandata Dei ad uirtutem uia 495. doctrinæ diuinitus proditæ, prolege prorsus intelligẽtib. esse 68
mandatorum cura, benedictio 172
mandatorum Dei caput, pietas 495
mandatorum obseruatio ubi sit 254
mandatorũ sanctorũ splendores 15
manichæorum error 209
manichæorum materia, tum principium 474
manichæos Deum naturam bonam uocare 474
manna cœlestis panis 271. in alterũ diem reseruatus putrescat 494
mansiones cur apud Deũ multę 439
manus Dei quid 520. 407
manus quando pura fiat 426. quid 409. 426. quid apud Paulũ 422
manus interpretatio 408
manus organi duplex usus 454
manus proprium quoddam naturę loquẽdi facultate prẽditæ instrumentum 453
manus sermonis causa factæ 451
manus corpori qua de causa sint additæ 453
in Manuum encomio quæ consideranda 427
manuum laus 426. locum qui in ecclesia obtinent, quomodo comparati esse debeant 426
manuum Mosis extensio crucis mysterium 510
manuum opera uaria 485
manuum usus 453
mare cur semper intra suos terminos manear 234
mare in quibus partibus non uehementer calefiat 234
mare rubrum à Mose scissum omnes Ægyptios obruit 493
mare Tiberiadis 158
maris salsugo 234
mari quæ incommoda per hyemem accidant 360
maria à Gabriele in sacris instituitur 72. à sacerdotib. educata 72
maria Deo redditur ibid.
maria & uirgo & mater 70
maria Iacobi 157
maria Magdalena cur Iesum non agnouerit 154
maria Magdalena Iesum hortulanũ esse putat 154
maria uiro despõsationis nomine datur 72
mariæ caro spiritus S. receptaculum 73. cũ prima muliere collatio 72. 75. fratres 157. initiationis uerba 72
mariæ Magdalenæ curiosa inquisitio, resurrectionis miraculũ credibilius efficit 153
marię Magdalenę Christus primùm apparet 156
mariæ nominis significatio 72
mariæ uirginis mater sterilis ibid. pater ibid. partus cur absq; dolore 42
mariarũ in euangelijs numerus 15
marmoris significatio 429
martyris patria etiam passionis locus 317
ad Martyrum certamen qui eligantur 277
martyrum corpora qualia 314
martyrum gratia 279
martyrij fructus 281
mater Domini dolores partus non experta 421
matris Mariæ supplicatio 72
materia omnis qualitatibus prædita 475. quomodo percipiatur 365
materies rudior quãdo stabiliat 458
materiei, naturę ac mẽtis nexus 455
matrimonij fides, oratio 6
matthęus post uocationem uitæ instituta mutat 162
matthæus quomodo suũ euangelium exordiatur 420
maxillæ 424
maxillarum laus qua in re sita 424
maxillarum munus ibid.
maxillas in corpore Christi esse, quibus sit necesse ibid.
medici boni & cõmodi qui sint 282
medicina cur ab hominib. in honore habeatur 179
medium quid 410
mel & lac sub lingua quid 390. & picrides inter se oppositæ 400
meletius quibus uirtutibus prædituς fuerit 319
meletij episcopi funebris oratio 317
membranã cerebrum amplexã sensuum organis instar basis cuiusdã esse 456
membra singula in nobis cur sint facta 484
membrorum humani corporis distributio 219
memoria Dei in corde fixa, irrita cõtra filia aduersarij mauere 6
mendacium unde oriatur 468
mendacij reus 506
mendicorum calamitates 174.179
mendicorum oberratio ibid.
mendicorum duorũ fraus quomodo detecta 307
meninx 455.456
mens affinis & cognata cœlestium uirtutum 21
mens bonorum idea 458
mens & prudentia cum homine cõmunicata 451. & spiritus carne & sanguine liberati qua natura sint prædita 118
mens humana uariarum rationum indagatrix 433
mens in homine natura crassæ materiei præstantior 463
mens in quibus ducis officio fungatur 462. in quibus partibus efficacitatem suam obtineat 458
mens nostra Dei quidem similis, nõ autem eiusdẽ cum illo naturę 186
mens quandiu boni prçstantiã tueatur ac conseruet 457. quando angi & discruciari desinat 119. quãdo motu suo careat 459. quando pulchritudine sua spolietur 457. quid 183. 185. quomodo cogatur cũ alienigenis se unire 119. quomodo cogitationes suas abditas patefaciat 463. quomodo in peregrinis et alienis uiuat 119. quomodo sensib. in somno quiescentibus, ipsa motum aliquem retineat 460. quomodo sit affecta 307. quõ uim suam exerceat 457
mentis amplitudo qualis 454 (463
mentis corporisq; societas qualis
mentis deformitas 458. deliria unde oriantur 456
mẽtis & partis animi sentientis mutua coniunctio 460. & sermonis in homine imago quæ sint 449
mentis facultas per uniuersum corpus diffusa 462
mentis humanæ agitationibus cur diuina uis in reb. efficiendis inquirendo explorari nõ possit 163
mentis humanæ perpetuus motus 459
mentis intellectualis efficientia 121
mentis intelligentia 185
mentis motus cum caloris nobilitate temperatus 456. ignęæ naturę adfinis 456
mentis ratio 475 (449
menti cum natura quæ sit cognatio
menti quid peculiare 457
mentem aliud quiddam esse, quàm sit natura sensilis 455. animi tantilla intelligentia cõprehendi 453
mentem nulla certa parte corporis nostri contineri 463
mentem alicui corporis alicui alligatã non esse 462. per diuinas prçceptiones rigari 346. per sensus agere 454. per sensus humano corpori temperatura quadã iungi 459
mentẽ singulas sensuum sedes permeando unifuerla efficere 449. sordidatam habentes, cur miserabiles 59
mentem tanquam ministrã sçpe naturæ libidinib. obtemperare 462
mente quod noscitur, separationis expers 187
in Mente quæ tetricam affectionem ingenerent 190
meridies omni ex parte caliginis expers 337
in Meridie apud solẽ quis cubet 337
per Metum quatenus quidã seruentur 325
militis boni funda, confessio Christi 278
millenarius numerus 382
μύλον quæ faciei pars 380 (321
miluos pretiosis unguentis emori minas graues quibus Scriptura intentet 17
miserenti quomodo beneuoli effiamur 51
miseri qui 39
miseria beatitudini contraria 31
miseria nostra cur non satis in nobis perspiciatur 468
miseria quid 31
misericordia beneuolentię mater 31
misericordia circa quam rem exerceatur 50 (30
misericordia dilectiõis incrementũ
misericordia quid 50
misericordia unde enascatur 50
misericordiæ fructus proprium misericordis bonum 53
misericordię proprietas 50
misericordię sententia beato luctui consentanea 52 (30
misericordiã ex contrario intelligi
misericors cur beatus 51.53
misericors quomodo contemperetur cum eo qui rogat 50
misericordis appellationem Deum decere 49
misericordis nomine quid sancti uiri appellent 49
misericordes cur beati 177.49
miracula simplicis Dei sapientiæ 386
miracula uariæ Dei sapientiæ 386
miraculorum cœlestium diuersum iudicium 131
miraculorum usus 502
de Miraculis, quę carne humana assumpta Dominus editurus erat mites cur beati 35 (248.249
modestiæ cingulum 506
mœrentium consolatio, oratio 7
mœstitia propter mortuos quando locum non habeat 129
molestum quod uidetur, sæpe etiã felicitatis per hanc uitã causa multis exitit 65 (223
momentũ spacij temporalis initiũ ad Montẽ Dei ascensuro quid ageudum 310. spiritualem cognitionis diuinæ accessuri quales esse debeant 328
in Montẽ sanctum ascensionis præmiũ 171. cui nõ liceat ascẽdere 171
montium ingentium cacumina stabilibus inaccessa 232
morbus cur non abominabilis 176
morbus lethalis peccatum humanæ naturæ unde sit conflatum 19
morbus quando à medicis profligetur 69
morbi profligatio 144. profligationem multa cum difficultate & artibus medicis confici 20
morbum ab infirmis ad bene ualentes non transire 177
morbum quis nutriat 44
morborum causæ 19. curatio 19
mortalitas animi priuatio 483
mortalitas quomodo fiat 210
mortificatio suiipsius 370
mors à Deo non facta 10
mors cur uitæ connexa 123. cur ulla talem efficientiam sequatur 123
mors initio nulla in homine 410
mors naturaliter terribilis 179. 110. uisimus inimicus 144 (109
mors per Christũ è medio sublata
mors quarũ rerum sit expiatio 126. quid 218. quomodo fiat 147
mors sanctorũ corã Domino pretiosa 314
mors temporalis 80
mors, uitiositatis expiatio 286. ultimus hostis 109
mortis arma, peccatum 279
mortis causa in nobis quæ sit 470
mortis euersio 147
mortis fructus 471
mortis generatio atq; origo peccatum 109
mortis imago cur somnus 401. imperij abolitio 113. mater, inuidia 521. meditatio, uita 123
in Morris meditatione semper natura occupatur 123 (179
mortis metu quæ ab hominib. fiant
mortis natura unde existat 411. necessitas molesta 179
mortis proprium 123
per Mortis submersionẽ quid Scriptura significet 111
per Mortẽ quomodo uiuamus 410
morte prçmatura abreptus an tribunali cum alijs sistatur 132
à Morte qui alienus 25
morientium funus, oratio 7
mortuus cur superstite beatior 284
mortuorũ nomine cur grauius doleamus 180
mortuorum resurrectio quibus ratiocinia

Universidad de Deusto
Biblioteca



riocinationib.conuincatur 168
mortuorum ſpectra 199 (118
in Mortuos cur lachrymę nō cadant
p. o Mortuis quō ſit triſtitudum 128
Moſes à propria parente enutritus 492. à regis filia in filium adoptatus 492
moſes ad diuinorum penetralia ingreditur 495. ad ripas amnis expoſitus 260
moſes Ægyptiorum Deus 90
moſes Ægyptijs theſauris Hebræos præfert 270
moſes cur Deus ſit appellatus 376. cur tabulas perruperit 496. cuiuſmodi periculo ſit uitus 492
moſes Deū conſpicere deſiderat 412
moſes ex acrotomo aquarū fontes producit 496. ex lapide aquarū fluenta exilire facit 494
moſes fide pelagus tranſit 526
moſes in fluēta Nili expoſitus 492. inuidiæ morbo nō iubiectus 521
moſes magnitudine animi omnem honorē humanū aſperuatus 526
moſes omni ſapientia Ægyptiorū eruditus 294. ouium paſtor 492
moſes perfectionem homini paſsibilem aſſecutus 527. per totam uitam ad altiora ſublimatur 525. populum Iſraeliticum ex Ægypto educit 493
moſes quą in re uim ſuæ uirtutis manifeſtarit 526. quando in caligine Deum uiderit 511. quando in lucem editus 492. quando natus 497
moſes ſuorum inuidiam perpeſſus 496. ſuos ab Ægyptiorum ſeruitute liberare iubetur 492. ſuprema pulchritudinis amator 519
moſes tanquā ſponſa ſponſum oſculatur 329
moſes ueri legiſlatoris figura 518
moſis clementia 496. corporis atq; ſenſuum uirtutes ſemper uiguiſſe 497
moſis encomia 526
moſis lapideæ tabellæ 427. lenitas 190
moſis miracula 493
moſis obitus 497 (492
moſis profectus 412. 519. prudentia moſis tabulæ 496
moſis uirga 258. uiſio 492. 511. uitæ myſtica interpretatio 497
moſi manuum demiſsio quid ſignificet 510
moſen pro lege ipſa poni 510
motus & actio uitalis in tempore prąterito deſinit 123
motus expers quid 485
motus principium 485
muliebris ſexus ad lapſum proclius 153
muliebrem ſexum cur ab angelo bonum reſurrectionis nuncium accipere oportuerit 152
per Muliebrem ſexum quid oſtendatur 497
mulieris primæ formatio 163
mulierum Chriſtum quærentiū pauor 156
mulierum elegantiæ ſtudioſiorum opera 345
in Multitudine quid nō conſiderandum 96
multoculi cæci 387
mundus ex quibus elementis ſit cōſtituendus 258
mundus in manu Dei poſitus 479
mundus totus in malo ſitus 30
mūdi creatio ſex dieb. abſoluta 243
mūdi figura trāſitoria 355. finis 474
mundi robur & uis in quo ſita 417
muſculorum principia 488
muſonius Gregorium M. hoſpitio excipit 300
myrrha ad corporum ſepulturā accommoda 370
myrrha mortis ſymbolum 410
myrrhę ſignificatio 370. 383. 409. 425
myſteria diuina quomodo hominibus tradita 35 (328
myſterijs initiati quales eſſe debeāt

N

NAim Iudęæ oppidum 477
nardus quid 394
natalitij feſti celebratio, oratio 7
natiuitas paſsionis adminiſtratione prior 75 (74. 75
natiuitatis Chriſti dies cur inſignis
natura angelica 194
natura atq; ingenium humanū quō in cōtrarios appetitus ſcindat 37
natura cur ſemper ad id quod deeſt feratur 200
natura diuina bonis actionib. imitanda 4. cur omnem comprehendi rationem ſuperet 56. expers differentiæ 97. incomprehenſibilis 96. 407. 511. nullis adfectionibus obnoxia 464. omnis uirtutis fons 203. quantopere ſuperet humanas cogitationes 60. ſimplex et uniformis 147. ſupra omnem cogitationem poſita 344. uariationis expers 98
natura eorum quę ſibi aduerſantur, quomodo ſit comparata 397
natura humana 194. ab adfectionibus minimē libera 464. cur conflata 134. effigies ſupernæ beatitudinis 31. ouis 337. quando magis ad originalem principalēq; pulchritudinē accedat 119. quomodo ſit comparata 347. ſpeculo ſimilis 348. ueræ lucis ſimulacrum 334. unde ſit conflata 90. unde & cuius rei gratia ſit procreata 135
natura humida in qua uerſura maneat 237
natura in peius propenſa 87
natura noſtra cur aliquando ſtabilis fieri ſit neceſſe 210. mutationibus obnoxia 471. poſt mortē qualis futura 329. qualis à Deo condita 448. quomō ab initio creata 517
natura quæ ſit 237. quarum rerum differens 91. quorum eadem ſit 18. quando lucem cum uoluptate contueatur 125. quomodo ergà mentem ſit affecta 457. quomodo efficiatur & compleatur 198
natura ratione prædita, cur in rerā naturam prouenerit 204
natura ſalua mentem etiam ſuā eſſicacitatem obtinere 463. ſemper in mortis meditatione occupata 123. ſenſibilis proprijs terminis comprehenſa 226
naturæ artificium in corporis creatione conſideratio 485. appellatio plurali deſignatione non dilatanda 93. appellationem etiam ſpiritui S. accommodari 91
naturę communio quomō demonſtretur 91. cuiuſq; quæ ſit uis 202
naturæ debitum exiguum 22. diuinæ & eius quæ ad diuinā eſt conformata, diſcrimen 465. diuinæ inſignia imitari 25. proprietates in ſeſe qui recipiant 359. propriū 90
naturæ diuinæ nihil prąteritum aut futurum 466
naturæ diuinæ ſimilem eſſe humanā cur ſacris literis ſit præditū 464
naturæ humanę ad bonum infirmitas 20. amplitudo 350. cum diuina commixtio 349. inobedientię detrimentum 334. ſpeculū quando uenuſtam ſpeciē receperit 359
naturæ imperfectionem quid arguat 210 (465
naturæ increatæ & creatæ diſcrimē
naturæ indicatiuum nomen deitatis 91. infinitæ & noſtræ diſcrimen 361. 362
naturæ maſſa primitijs commixta, quando ſolius boni principatū in ſeſe recipiet 109. murabilis prorium 107
naturæ noſtræ concupiſcendi affectus 200. inopia 38. myſteria 34. perpetuam



perpetuam motionem tandē aliquando ad iter bonum reuerſurā 471. ſtructura duplex facta 464. uſilitas 38
ad Naturæ omnem adminiſtrationem reſpicientium commodū 122
naturæ ordo neceſſarius 230
naturæ pulchritudo quomodo in homine extincta 469
naturæ quatenus mens adſit 463
naturæ rationalis duo elementa habitationi attributa 67. ratione prędita ſtatus & conditiōes quot ſint 194. ratiōe quæ diſsident, in forma operationis inter ſe minimē conueniunt 89
naturę ſignificationem etiam ſpiritui S. conuenire 90
naturæ unitas 93. unitio quomodo colligenda 90
naturam diuinam imbecillitatē noſtram uere ſuſcepiſſe 499
naturam hominis totam conſideratiōe noſtra perſpici nō poſſe 455
naturam incorpoream ſola mente comprehendi 21
naturā noſtrā biſariam intelligi 482
naturam omnem quod ſuæ uirtuti accommodum eſt, efficere 235
naturam ſuam qui non fide formauerit, eum facilē per diaboli eſcā conuinci 2
natura inuiſibilis quomodo conſpicuus fiat 57
à Natura diuina omnia cōtineri 149
in Natura uiuifica nulla uariatio 109
naturalis facultas in plantis perſpicitur 451
nauigantium ſalus, oratio 7
nauigationis finis 526
nauium mali quomodo firmi permaneant 165
neemā Syrus ab Heliſæo curatus 261
negociatio noſtra quō ſit transferēda 5
in Negocijs mundanis tentationū occaſiones exiſtere 30
nequitiæ inuentori quæ uitia tribuantur 59
nequitiæ ſuæ pœnas in hac uita non omnes dare 140
nequitiā examini deſtinata uoluntate eximere 58
neruorū motus unde pendeat 487
niuis montana quomō fontes ſubiectos augeat 486
noſtris nomē tenebris impoſitū 142
noe temporibus cur Dominus non apparuerit 69
νῦν καὶ ἀεὶ diuiſio 365
Nomen Chriſti qui prętendit, ſi eius uita talis nō ſit, an nihil ei in hoc ſit periculi 3
nomen Dei ut ſanctificetur, quæ oret 17
per Nomen unum quæ in Scriptura exprimantur 47
nominum diuerſitas 98
nomina quæ de diuina natura dicuntur, parem inter ſe uim habere 89
noſſe ſeipſū quaſi expiatio ignorantia commiſſorum peccatorū eſt 118
nouum quid 103
noui teſtamenti præſtantia 398
nubes à ſuprà imminēte calore torreri 235
nubes populi Iſraelitici comes 493
nubes quid 234
nubes, ſpiritus S. gratia 507
nubium conflatio 232
nugator & blaterator quis ſit 8
numen diuinum ab inuidia & omni uitij nota purum 15. cur explicari ac perſpici nō poſsit 2. in omnibus ex æquo eſſe 4. in perturbationem incidere, quid ſit 8. omnem cogitationē ſuperare 2. omnia uidere, exaudire & perſcrutari 449. perturbationis expers 10. quale bonum 75. quomodo ab humano genere diſtet 14. religioſe intuendum 418. ſimplex 64. ſingulariter dici 95. ſuper omne nomen 96
numen incorruptibile 93
numinis diuini abſoluta ſimilitudo 200. comprehenſio 200
à Numinis diuini coniunctiōe qui ſeparetur 10
numini diuino aſsimilari finis uitæ cum uirtute degendæ 32
numine diuino res uniuerſas cōſeruari 181
numerus quid 329
numerus ſeptē dierum quid oſtendat 147
in Numeris diuerſitas 440
nuptias contrahentium corona, oratio 7

O

OCtauæ myſterium 64. 82. 441
oculus duplex 387
oculus membrorum præſtantiſsimum 376
oculus quid apud Paulum 422
oculi armatura 371
oculi beneficium quando in eccleſiæ corpore ſit imperfectum 426
oculi momentum 161
oculo unde uſus & fruitio ſplendoris contingat 134
oculum ſæpe multis mortibus introundi locū exiſtere 27. 28. ſimulacrorū incidentias recipere 348
oculorum ægritudo 183
oculorū eccleſiæ laus 423. laus perfectiſsima quæ 377. 423
oculorum munus 422
oculorū pulchritudo quomō comparetur 423
oculorum ſitus 422
oculorum uis quando maximē conſpiciatur 426. uſus maximus 376
odium quando mortuum 51
odor diuinorum unguentorū omni fragrantia ſuauior 330
odoratus morbus 183
olei liquorem in ariditatem tranſmutari 234
olei uſus 391
per Oliuam quid ſignificatum 391
operum purorū textura qualis 391
in Operationibus & efficacijs nullā eſſe differentiam, unde deprehendatur 91
optatio quę regnū Dei euocat, quid ſibi uelit 17
opum nomine uniuerſa creata intelligi 447
oracula diuina ſideribus conſimilia 397. Domini caſta 105
orare cur ſemper oporteat 6
oratio certa fides eorum quæ cōcupiſcuntur 7
oratio corporum robur 6. conuerſatio ſermocinatioq; cum Deo 7
oratio Dei quid 230. diuinū opus 5
oratio eiuſdem cum angelis honoris conditio, oratio 7
oratio pudicitiæ præſidium 6
oratio quando ſuam menſurā conſequatur 438. quid 438. quomodo uiuida apud auditores reddatur 259
oratio reorum & cauſam dicentiū patrona 7
oratio ſi negocium præceſſerit, cur peccatum aduerſus animam aditum non inueniat 5
oratio una quę 273. uirginitatis ſigillum 6
orationis Dominicæ expoſitio 5
orationis tempus per aliarum rerum ſtudia ſurripi 6. tempore qui in ea quę animæ conducunt, non eſt intentus, cur ſit nugator 8
orationis ſucceſſuum cauſæ 10
per Orationis uerba diuina ſacrorum diſciplina cognoſcenda 11. 12
orationi nihil exiſtis quę per hanc uitam coluntur, & in precio ſunt, præſtari 7
orationi omnino eſſe incumbēdū 5

Universidad de Deusto
Biblioteca



Orationem centũ octoginta quinq; millia Assyriorum una nocte gladio inuisibili prostrauisse 7
ad Orationem exhortatio 5
orationem homines sibi studio nõ habere 5
ad Orationem quę nos incitare debeant 7
orationem Ionæ cetum domum effecisse 7. Israelitis aduersus Amalecitas trophæum erexisse 7
orationẽ tribus adolescentibus in uentum rorantem flammam conuertisse 7
per Orationem cum Deo esse contingere 6
oratione qui imperité utitur, qualis 8
orationum argenti uis 344
in Orationum tempore quę nõ sint committenda 8
ordo cœlestis 436
oriens cur occidentem illustret 336
obsonatorum apparationis finis 22
os qua ex re occupetur 454
osculũ cur per tangendi sensum efficiatur 330
osęæ preces 10
ostium quid 404
ostiũ sponso quomõ aperiatur 409
ostij contactus quid 404
ad Ostium clauos quæ 404
ouium usus 450

P

PAcificus quis appellet 64. quis sit 61
pacifici cur beati 59. cur filij Dei 63
pacifici qui 63
paleæ significatio 502
palmæ arboris natura 293
palmæ fructus à furibus cur inuadi nequeat 391
palpebrarum usus 459
panis, Christi corpus 257
panis Dei qualis 23
panis post resurrectionem qua obsonij dulcedine condiatur 350
panis nomine quæ contineantur 24
panis petitio quomodo Deo offerenda 23
panem à Deo qui non habeat 23
paradisus 393. prima humani generis sedes 192
paradisus una hominum patria 266
paradisi amœnitas cur parui facta à primis nostris parentibus 279
paradisi deliciæ 336. Christi patrimonium 142
paradisi fructus 42. cur pulcher appelletur 411
paradisi lignum quale 411
paradisi plantatio 27
in Paradisi medio quomodo duo fuisse simul dicantur 410
paralytici sanatio 359
parasceue quæ propriè dicatur 509
parentum dignitas 274
per Partem aliquam multa complecti solet diuinitus prodita scriptura 47
per Particularem demonstrationẽ uniuersale quoq; demõstrari 108
partus uirilis quid significet 497
paschа administrationis finis 75
paschа cur lætitiæ dies 169
paschæ ænigma quale 147
in Paschæ die cur omnis tristitia sopita 161
paschæ festiuitas qualis 143. festum qualia bona nobis adferat 143. festo quomodo fruendum 43
paschę mysticæ obseruationes 43
paschalium præceptorum Christianis qualis sit conditio 148
pastoriç rei quis primus auctor 438
patefactiões diuinæ ad Mosen 404
paternæ hypostaseos effigies quomodo concipiatur 103
in Paternis manibus quis uersari dicatur 447
pater cœlestis qualis 12
patris conditio 102
in Patris comparatione nihil filio deesse 104
patris & filij appellatio quomõ sese habeat 102. filij gloria eadẽ 102
patris, filij & spiritus S. eadem operatio 89. 90
patris hypostasis in filij forma cognoscitur 103
patris operatio 151
patris substantia quanta, tanta etiã eius effigies 104
patris uirtus & potentia 151. uocabulum, causam ex ipso procreati significare 13
patrem cœlestem imitans qualis esse debeat 4. quis non inuocet 13
in Patrẽ quomodo baptizemur 259
patres nostri quomodo nos ipsi simus 497
patria hominis prima in orientalibus partibus 27
patriæ cœlestis narrationes 291
patrocinium diuinum ad uirtutem quando nobis concedatur 500
paulus arbor myrrhæ ferax 400
paulus Christi fragrantia 345. 390. Christi imitator 109. 333
paulus diuinæ pulchritudinis amator 265
paulus magnum ecclesiæ instrumentum 78. mysteriorum minister 77
paulus qualis phiala fuerit 425. qualem myrrham ex ore suo effudetit 425. quatenus Dei domus 443. quatenus Domini equus 344. quatenus pugil 36. 37
paulus quomodo cum supra se, tũ in se Dominũ habuerit 344. quomodo sponsũ Christi factus 334
pauli cognitionis præstantia 405. collum cuiusmodi 381. cursus qualis 490
pauli ebrietas qualis 400. exemplum 381
pauli fluentũ Christi fragrantia 398
pauli muratio 262
pauli raptus 243. 267. 270. 357
pauli squamæ 265
in Pauli scriptis multa inueniri, quę non seruiant usui consueto 112
paulũ arcanos paradisi fructus degustasse 49
in Paulo quantus dilectionis erga Deum modus 266
pauperem esse spiritu quid 32
pauperes spiritu cur beati 30. 31. 32
paupertas duplex 32
paupertas quæ cœlestium diuitiarũ conciliatrix 34. quando non molesta 31
pax cordatis hominibus præ cæteris rebus omnibus cupidè exoperenda 61
pax cũ apparuerit, solui omnia quæ ex contrario confiantur incõmoda 62
pax exhilarantium rerum caput 61
pax quantum sit bonum 61. quibus iucunda 61. quibus malis aduersetur 62
pax spiritus S. fructus 64
pacis definitio 61
pacis securitas oratio 6
peccatum mortis origo 109
peccatum omne mistum aliqua uoluptati 411
peccatum quomodo expellendũ 67
peccatum spinæ cognomento à Scriptura appellari 71
peccatum uerum serpens 523. una cum nascentibus existere 58. uitæ humanæ multis modis commiscetur 6
peccati causa 6
peccati finis, interitus 532
peccati pater, diabolus 13. prima ianua, inuidia 522
peccati seruus quis 67
peccati uitiosum fructũ quomodo serpens homini demonstret 470
in Peccatum labi procliue 27
à Peccato alienum iuri iuris esse 67
peccata quarenus spinæ 506
peccatorum ad pœnitentiam reuocatio



catio 354. aduersus Deum commissorum enumeratio 26
peccatorum emendatio, oratio 7
peccata remittere soliusesse Dei 19
peccatis nostris quomodo sponte nostra uenditi simus 75
ad Pecorum uestigia cur non sit respiciendum 338
pecuniæ studium, dolium perforatum 290
pedes cuius Deus Euangelicis calceamentis ad supernum iter instruat 15
pellium typus 216
perditiõis filius quis nominetur 12
perfectio quæ sit 527. quid humanæ naturæ sit 491
perfectionis diuinæ imitatio quæ sit 4
perfectum quid dicatur 490
persecutionis significatio 65
persecutionem propter Dominum pati, cur sit beatum 65. propter iustitiam patientes cur beati 64
personarum acceptio apud Deum nulla 15
personarum multarum proprietates sępe in uno corpore simul exprimi 168
perturbatiões animi uniuersæ à brutis ortæ, praua mentis usurpatione uitiorum origo 468
perturbationes & uitia hostes 10
perturbationes quę in nobis & brutis existunt, cognatio 467
perturbationum origo 467
supra Perturbatiões omnes ut nos efferamus, quid faciat 468
pestilentia correpti cur uulgo hominibus passim sint suspecti 177
pestilentiæ uis quanta 313
pestilentes impressiones unde pendeant 177
petitio hæc, Sanctificetur nomẽ tuum, quid contineat 27
petra euangelica luti sensuum carnalis expers 363
per Petram Euangelicam gratiã intelligi 362
petrus ab angelo ex custodia eductus 152
petrus claudum sanat 77
petrus uno orationis cõplexu quot animorum millia Christo lucrifecerit 77
petri crucifixio 67
petri spectrum 400. splendida sermonis lilia 426
petri temulentia qualis 400
phędimus Amasensium antistes 296
phędimus Gregorio M. manus imponit 296
pharao cur in Ægypto floruerit 140
pharaonis induratio 503. quomodo sit intelligenda 503
pharaonis equitatui quæ copiæ oppositæ fuerint 340
pharaonem à Deo in induriciẽ non impelli 503
pharisæi arrogantia 27
phiala quid 424
philippus Candacis urna 514
philippi apostoli enconium 442
philosophia diuinæ scripturæ quibus perfectam purgationem adferat 137
philosophiæ præputium 500
philosophica Christiana uiuendi ratio qualis 515
phinees iram Dei placasse 190. iudex & carnifex 525
phinææ zelus 497
phineesus quomodo iram Dei placarit 59
phineesi ira 59
phrenitis morbus unde dicatur 456
picturæ usus 314
pietatis uniuersum mysteriũ in quibus consistat 158
pili, mortis symbolum 514
pilorũ intricatio quid significet 514
placillæ oratio funebris 286
plũtas sensus motũ nõ habere 489. suas quis puras conseruet 406
in Plantis etiam humanam naturã cerni 205
platonis de animo dialogus 189
pœnitentiæ prosper successus 84
ponderosorum corporum uelocitas periculosa 37
pontus *euxinus* 292
portus nauigantib. periucũdus 542
potentiæ diuinæ cogitatio qualem figuram in mente insculpat 140
potentiæ uariæ efficaciæ 94
potestas diuina inaccessa 330. nullis rationibus humanis posse comprehendi 330
potestas libera, quã in natura Dominus naturæ fabricatus est, unde demonstretur 52
potestas reb. uniuersis imposita 17
potestatis uox quando ad diuinã naturam referatur 355. quando angelicam naturam notat 355
potestati uiuificæ subdimus esse, capat omnis boni 17
potestatẽ illã excedentem omnẽ mẽrem, unus percipiendi modus 411
à Potestate Dei nihil alienum 16
præcepti lucrum quantum 177
præcepti obseruationi nullũ subesse metum 177
præceptorũ Dei obseruatio iugum 176. diuinorum duo genera 506. Domini læta seges 176 (172
præceptorũ neglectio, maledictio
præceptorum legalium nexus, quatenus cancelli 557
in Prælio potens quando rem strenuè gerere desinet 115
præsentium fructus, oratio 7
præsentibus qui delectantur, potiora non desiderare 42
præsepe rationis expertum animalium domicilium 73
prauitas quomodo existat 438
precationem qualẽ conueniat Deo offerre 11
preces Deo oblaturi, qualem conscientia fiduciã nobis parare debeamus 29
primogeniti interitus 505
primogenitorum in Ægypto interitus 493
principium ab omni intellectu alienum 223. abiçq; uerbo nunquam fuisse 104
principia mentalia consentanea unde oriantur 475
procreationis specie quatenus nobis opus non fuisset 472
promissio Christianis debitũ 1. 511
prophetę & apostoli qualia organa
propinquitas cum Deo quomodo acquiratur 292
proprium quid sit cuiq; 24
προσωπον 12
prouerbiorũ Solomonis doctrina qualis 526
prouidentiæ absolutæ opus 138
proximus quid 431. quomodo diligendus 352
proximorum infortunijs atq; calamitatibus cur sit cõdolescendũ 53
pudicitia multeris uti amentum 377
pudicitię profundi et curam orationes
pudoris affectus cuiusmodi animi sensum indicet 200
puella mortua à Christo uitæ restituitur 477
puellus hæreus qualis 165
puerorum ornatus 326
puerorum innocentium cędes quid sibi uoluerit 74
pulcheriæ oratio funebris 281
pulchritudo diuina in quo consistat 440. qua initio formari soleat, qualis 128. quibus rebus exprimatur 449. quomodo in nobis resplendescat 57
pulchritudo uera quæ 348
pulchritudinis diuinæ amabilitas omnis in terrore sua 370. charactęres
pulchritudinis expers quid 436

Universidad de Deusto
Biblioteca



pulchrum quid censendum 458
pulmo aeris receptaculum 486
pulmonis meatus multiplices 486. unde 486. respiratio perpetua unde 486. usus 484
pulsantē audire, felicitatis pars 403
purgatorium ignem quid pater hic appeller 132
purgatorij ignis fornax 114
purificationes legales 254
purpura eximium regni iudicium 375. superna qualis 290
pureus aquæ uinæ 396
pureus qua parte aqua abundet 239
πυνθανόμενοι 211
πυνθάνεσθαι 68.213
πυῤῥία 427

Q

QValitates ex quibus corpus cōstat, quō cōprehendātur 209
quies & lenitas in qualibus beata iudicetur 37

R

RAcemi duplex fruitio 346
racemi ex ligno dependentis typus 522
ranarū in Ægypto multitudo 493
à Ranarum cohabitatione qui liberentur 503
ranarum significatio 502
ratio bonorum certa custodia 339. præcipua naturæ nostræ pars 192. proprium hominis donum 192. quomodo ad obscurā uitam sua sponte declinauerit 125 (42
rationis carentia nihil miserabilius 192
ratio iis principatus in homine 192
rationem nihil extra diuinam naturam cernere 209
ratione prædita uis corporeæ uitæ quomodo insit 192
regeneratio qualis esse debeat 262
regenerationis puer qualis 257
regenerationis ratio 258
regenerationē cogitatione, nō oculis cerni 257
regiæ dignitatis indicia 451
regni filij curatio 476
regina quid 440
regnum cœlorū cuius egestatis fructus 32. grano sinapis assimilatū 220. quale donum 65
regnum Dei cur rectè super nos uenire precemur 18. cum apparuerit, quæ recedant mala 18. si super nos ueneris, omnia quæ nunc dominantur, ad interitum redigentur 18. super nos ueniendo, quid precemur 18. ut adueniat, qui orat, an auxilium spiritus S. implorat 18
regni clauis quomodo nobis paretur 412
per Regni Dei participationē quæ bona nobis contingant 126
in Regni montē cui nō liceat ascendere 86
regni nomen in uita quale 36. omnem dignitatē denotare 91. nomine cur ad supernorum bonorum declamationē Scriptura utatur 36
intra Regni penetralia quomodo peruenire liceat 287.289
regni uices, oratio 6
regnū Dei in cibo potuq; non consulere 469
regnū patri tradere, quid ualent 113
remittendorum quorum nos potestatem habeamus 26
remissio tempestiua ad corporis cōseruationem necessaria 419
remuneratio qualis uirtus 48
remunerationis significatio 132
reorum & causam dicentiū patrona, oratio 7
repletionem appetitus uehementiā efficere 48
requietem meridianam qui nō consequatur 337
res nulla subsistens præter diuinam naturam 100
res quæ aliquid diuinitatis habere censeri non possit 447. felicitatis nomine prædicandę 284. quid & quomodo sit, diuersa ratio 98
in Rei familiaris administratoribus, quid Paulus requirat 426
res omnes quo pacto perfectionē suam adeptæ sint 447
res quæ per hunc mundum spectantur, fugiendæ 30
rerū cōsideratio qualis 404. alienarum cupido cur non in perpetuum apud naturā permaneat 125
rerum diuinarum cognitio in nobis tantum incoatio 367 (180
de Rerum natura, Epicuri sententia
rerum omnium diuisio 134. mater quæ sit 335
rerum quarundam inuentores 438
rerum subiectarum diuersitas 465. superarum cupiditas inexplebilis 126
rerum tristium esse participes, quorum sit proprium 50
in Rerum uanorum numero quid Ecclesiastes ponat 355
rerum uetitarum remedium 58. uniuersarum diuisio 191. 209. 365. 452. una causa 209
in Res apparentes studium conferre, quorum sit proprium 11
res bonas utque honestas in nostra esse potestate 51 (131
res uniuersas ex una causa depēdere
respirandi difficultas mœstitiæ indicium 456
respirationis continuæ causa 486
resurrectio Christi admirabilis 151
resurrectio mortuorum qualis futura 214. quomō confirmetur 163
resurrectio, naturæ nostræ in pristinum statum reparatio 286
resurrectio qualis uitę status 211. qualem nobis uitam promittat 469. quid 196. 216. 218. quomō fiat 147
resurrectionis Christi hora 145. tempus plenè ab euangelistis significatum 145. doctrina quō spectet 216. donum quid nobis polliceatur 466. negatores 196. persuasio 478. ratio quomō discenda 164. signa euidentia 153. tractatum istius dicium propositū habere 166. uaticiniū ueritati cōsentaneū 473
resurrectionē fore, abhorrens à uero non uideri 479. futuram quæ nobis significent 167
resurrectionē mortuorū fore, quo pacto credendum 475. negantes, quæ mala sequantur 167. quomō Christus nobis repræsentet 213
de Resurrectione Domini, euangelistarum concordia 158
retributionis significatio 132
renouationem ultimam Deo promittenti nō credere, cur stultū 166
rex gloriæ 87
rex iustus quis 44
regis cubile quid 371
regum animi quibus rebus affici & angi soleant 117
risus 437. alacritatis signum 287
risus causæ 455
rixa quæ inter Iudæos facta, sedari à Mose non potuit, quid significet 498
ros quid 404
rubor quid 420
rubus Deiparū uirginis corpus per figuram præsignificat 72
rubi ardētis mysteriū 71. typus 499

S

SAbbatum cur datum 251
sabbati benedictio 144
de Sabbati celebratione 251
sabbati obseruatio quid innuat 147
sabbati uespera, resurrectionis Christi hora 145
sabbata quid Hebræis 151
sabellij sectatores trinitatem in una hypostasin cogere 98
sacerdotalis uestitus 514. 515
sacerdotij dignitas 523
sacerdotij gratiā à Deo concedi 497





sacerdotij munus in se recipiens, qualis esse debeat 379
sacerdotis officio qui functurus sit, quomō instructus esse debeat 16
ad Sacerdotis munus qui eligitur, quare rerum expers esse non debeat 305
sacerdotis uita qualis esse debeat 523
sacerdotem quæ uis augustū & honorandum faciat 237
sacrificii quod nam Deo gratū 514
sacrificium utuum 515
sacrificiorum diuersa genera 389
de Sacrificiis 251
in Sacris literis nū sint fabulosa 395
salicis sterilitas 521
salis cuius q; natura 233
salis uis exiccandi ex cur mari permixta ibid.
salus omnium bonorū supremū 112
salutis modus, dilectio 323
salutem ex subtractione cōtingere 113
de Samaritano narrationis explicatio 431
sampsonis fortitudo 144
samuel in eligēdo rege quid spectarit 305
sanctī nomen nusquā eū quibus nō oportet, cōmunicari à Scriptura
sanctorū coronæ quot 279 (89
sanctorum spectaculum 278
sancta sanctorum 512. inaccessa 59
sancta trinitas unus deitatis 91
in Sanctis propter gladiū qui uertitur, paradisus sit inaccessus 281
sanitatis restituræ signum 44
in Sanitate uiuere, cur beatum 57
sanir & Hermon 385
sanguis & aqua cur ex Christi latere fluxerit 254
sanguinis riui de lecinore quasi fonte quodam profecti, toto corpore calido spiritui comites 486
sapientia Dei multiformis quomodo innotescat 386
sapientię domus columnę 428 fragilitatis 326. initium, timor Domini 254. opulentia in quibus rebus sita 326. pictura apud Solomonē 326. proprium 223
sapientiam humanam per comparationē simpliciori diuinæ doctrinæ alimento comparari non posse 530. sanctorum hominum quo pacto omnib. innotescere oporterit 461
sapphirus 428
sapphiri splendor quales 428
sara cur libenter Deo filium det 285
sarmentorum uitis significatio 527
sathanas quomodo existat 44 (45
saturi qui semper sibi ipsis uideantur scenopegiæ ueræ dies 68
scientia quid 135
scripturæ quib. aeriores minas denuncient 3 (47
scripturæ diuinæ cōsuetudo qualis
scriptorum spiritualis sensus 516
secula duo 43
ante Secula quis fuerit 111
seditiosi qui in Mosem insurrexerunt, hiatu terræ absorpti 497
seipsum ignorans, quomodo quisq; grege excidat 338. inueri cur difficile 118
semen, hominis effectrix causa 258
seminis humani ratio 483
seminum exiccatio unde 334
semper qui adest, quomō ueniat 172
sempiternum quid 103
sempiterna qualia natura sint 5
senectus extrema uitiū abolitio 166
senectutis uitia 283
sensoriorum efficientia perfecta an protinus una cū puero nascente edatur 121
sensus cōiunx 511. corporeus 330. cur cera materiei naturā non existat 462. duinicr 330. in homine duplex ibid. mentis minister 460. actiones quæ non admittant 485
sensui subiectum quid uocemus 365
sensu præditorum diuisio 191. quod est præditum unde constet 462
sensus uariarum singuli rerum sua perceptione noticiam nobis parant 454
sensuum singulorum arma 371
à Septis diuinis qui prohibeant 212
sermo cur ad humilitatem nostri audires descenderit 35. Dei omni gladio acutior 66. qui propriè dicatur 8
sermonis apostolorum diuulgatio unis initium 78. causa naturā corpori manus annexuisse 453. diuini fames 469
sermoni qui aditum patefaciat 405. quo pacto instrumenta fabricanda fuerint accommodata 453
per Sermonē Dei omnia creasse 245
serpens peccati pater 497. quando latenter ad nuarițiā proserpat 23
serpentis æneī in deserto usus 496. consilium quale 27. natura 22
serpentes cur ronitrum audientes, celeriter exiliant 165
serpentum uiuidia uirus hyberno tempore mortificatur ibid.
serpentinam naturam quis induat 523
seruire creaturæ propriū 18
seruitus quando non deprimat 51
seruus Dei quis 526
sessio eiusdem conditionis & honoris signum 81. & recubatio in diuina potestate, idem 343
sexagenarij numerus 371
siccum & ponderosum cuius qualitatis proprium 234
siderum multitudo 420
per Sigillum quid significetur 392
per Signa quod consideratur, non per omnia conuenire ijs ad quæ signorum assumitur usus 101
silentium cur aptum remedium intelligentibus sit 286
silentium quid 438
simia quatenus Alexandriæ spectatoribus risum mouerit 2
similia inter se quæ sint 430
simonis nominis immutatio 431
simonis socrus à febri curata 476
simulacrorum cultor quis sit 291
simulacrorum odium quibus commune 290
simulatio unde oriatur 468
sinai mons fumo & caligine repletus 494
sinus nomine quid significetur 198
sion quid 375
sodomorū enerfionis tempore cur Dominus non appareat 69
sodomorum scelus, clamor 80
sol cur pro tentatione ponatur 335
sol quibus noxius 114
solis figura quę in humido aere per radiū imprimitur, orbicularis 101
solis lumen 241
solis magnitudo 183. 471. motus 398
solatium unde sit 43
solidum quid 227
solitudinis captatio quib. amica 256
solomo Christi imago 325
solomo cur apud quemuis in summa sapientiæ admiratione 328
solomō ex Barsabea prognatus 325
solomon quomodo latentem ueritatem inuestigarit 302
solomo rex Christi typus 372
solomonis cubile quale 370
in Solomonis libris ordo obscuratus 326
solomonis nomen unde factū 324
solomonis pelles 534. prudentia quomodo innotuerit 301. 302
solomonis sapientia immensa 325
somniorum causa 468. diuersa genera 361. genus quod pro morū uitaq; mutatione formetur, quale ibid. uitata uita uanis uisis in formari 461
in Somnijs quorū simulachra quis fingat 361
somnus mortis germanus cur dicatur 166. imago 123. 166 401

Universidad de Deusto
Biblioteca



somnus qualis corporis affectio
somnus sponsæ insolens 401 (459
per Somnū quomodo principatus facultatum in nobis quodammodo permutetur 440
somno laxatum corpus refici 459
soni formatio 431
sordes hominis peccatum 82
sorer & comunx Domini quomodo quis fiat 391
sororis & sponsę uoces 386
spectaculum beatum quomodo cernatur 58
spectrum oblatum Petro 400
sperbaculus 506
spem ad id quod non adest duntaxat adhiberi 200
speculandi ac diudicandi uis cuius animę partis propria 200
spica bonorum quibus fœcunda 52
sponsa cur equę comparetur 341
sponsa quando Deus tanquam telo utatur 354
sponsę colli ad cathenulas similitudo quid nobis ostendat 342. domus quid 408
sponsę & Domini discrimen 351. maxillæ quomō pulcræ redditę 342
sponsę nigredo unde 337
ad Sponsę unguentum an eriã nardus euangelica cognationem habeat 345
spōsus incorporeus quomodo animam ubi copulet 409
sponsi uestimēta quo pacto per calcationem torcularis colorem rubrum induant 352
spinarū collectio quib. laboriosa 52
spiritualis animali prętantior 432
spiritualis proprium 133
spiritus Dei idem cum ipso Deo 227
spiritus S. à calore ingrato prorsus immunis 394. à nulla actiōe quę à patre & filio proueniat, separatus 90. aduocatus & consolator 86. 170. cur benefactore opus nō habeat 104. cur in igneis linguis ad apostolos accesserit 158
spiritus sanctus, dignitas 518. dignitatis particeps 91. filij Dei glorię ac regni particeps 91
spiritus S. increatus 104
spiritus S. lux & dies 582
spiritus quem exaere haurimus, sancti spiritus cōmunio nō. quid 244
spiritus S. quòd super nāturam eū, unde deprehendatur 105
spiritus quomodo tibię sonum imitetur 463
spiritus sanctus regnum 18
spiritus S. cum natura collatio 105
spiritus S. dignitas 91. dispensatio unde rectè gratiam ordiatur 77. dona 254
spiritui S. eadem quæ patri & filio accommodari 105
spiritus S. fructus 64
spiritus gloria 111. 443
spiritus paupertas 52
spiritus studium 452
spiritus S. unigeniti unctio 91. uirtus & efficacia quæ sit 18
spiritus S. uirtus, ignis 269. quæ à Scriptura adaptentur 105
spiritum S. absq; filio non cognosci 100
circa Spiritum S. quæ in Scriptura considerentur 105
in Spiritū S. quomō baptizemur 259
spiritu pauper quis sit 35
à Spiritu S. omnem bonorum facultatem scaturire 100
spiritus contrarij qui nam & quot sint 254
splendor gloriæ testimonium 104
splendoribus flammeis quæ natura insit 101
per Squamas quid intelligendū 23
stella quam magi obseruarunt, qualis 70
stellarum natura ibid.
stephanus benedictionib. nefarios homicidas prosequitur 66
stephanus cur capitis damnatus 78
stephanus humi prostratus, gravem aduersarij contusionē conficit 77
stephanus magnus fidei athleta 76
stephanus primus martyrum cœtui aditum fecit ibid.
stephanus quando à spiritu in auxilium apostolorum uocatus 77. quomodo ad Dei contemplationem sit euectus 81. quomodo super cœlestem gloriam uiderit 80
stephanus sanguinarios benigna prœcatione compensat ibid.
stephani athletica scientia 78
stephani calumniæ ibid.
stephani facies qualis 79
stephani lapidatio 67. lapidib. petiti gaudium 66
stephani oblatio 78. oratio 79
stephani nitio qualis 80
steriles cuius honoris non participes 72
stirpium anima qualis 452
in stirpibus etiam facultatē quandā uiuendi inesse 451
stomachi usus 484
stomachum à corde foueri 487
stola diuina quem Deus circūdet 15
stola quum oratio de scripsit, quis plenè amictus 16 (510
studia in hac uita qualia esse debeāt 8
stultus & miser quis sit 8
stuporis significatio 436
sua ab alienis secernere quia nesciat 438
sui propria potestas 124 (358
suauę quid reuera solum 329
subiectio in qua uirtute locum non habeat 106
subiectio quæ salutem propositam habeat ibid. qua Deo subiungimur, quomodo relationem ad eū habeat, qui uiuit in nobis 112
subiectionis in Scriptura significatio 106 (112
subiectionis uerbum in Paulo quid
substantiæ expressam imaginē quid Apostolus dicat 102
substantiam ad aliquid quæ dicuntur, cur non exprimant 135
superbia improbi simulacri propria nota 14. improbæ uitæ causa 296
superbia quid 523 unde existat 295
superbiæ morbus 53. sedatio, oratio 6. occasionē quæ præbeāt 34
à Superbia quis seiunctus 348
superbi etymon 523
in Supernis ut uersemur quid prœstandum 55
supplicantis oratio quando ineffax 28
suppliciū cur homo debeat Deo 26
suspirium 456

T

Tabernaculum alio atq; alio modo factum, & non factum 515
tabernaculum interius quale 333
tabernaculum sacrum testimonij cū abdita pulchritudine comparari cur non potuerit 332
tabernaculi constructio 495
tabernaculi inferioris cortina, Christi caro 515
tabernaculi mysterium 333
tabernaculi ornatus ex quibus constiterit 332
in Tabernaculum quibus lex aditū concedat 333
tabularū secundarū significatio 517
tactus sensus corpori proprius 146
tangendi sensus cur omnium peccatorum extremum 28 (515
talaris uestis cur hyacintho tincta
tecti fabricæ stabilitę, quomō per fragrantiam confirmetur 263
temerè quod fit, opus Dei nō esse 131
tēperamenta diuersa diuersas ideas efficere 480
temperamenta quid ibid.
temperantia laboriosa 178
temperantia uitæ uirtuti consentaneæ magistra 415
templi Deum incensio 315
temporis diuisio 7



temporis extremus terminus qualis 473
temporis mensura 82
temporum quaternæ uices 136
temulentia spiritualis unde oriatur 400
tenebræ 225. quomodo fiant 471
tenebrarum depulsio, lucis præsentia 511
tenebrarum princeps deitatis homo confixus 143
à Tenebris in lucem transitus 404
tentatio animam attingendi quando locum non habeat 30
tentatio & malus cur unum significatione sint 30 (237
terra an in aquæ naturam mutetur
terra Dei creatura 86. 170
terra extremum ex sensibilibus 134
terra hominis regia sedes 447
terra mutationibus obnoxia 463
terra quomodo caro sit facta 162
terra supercœlestis quibus sit reposita 35
terræ elementum nonnihil cognatiōis cū carnis natura habere 134
terræ & aquæ qualitates 258
terræ & inferum & superum locum æquabiliter cùm tenebris obduci, tum luce illustrari 194
terræ figura globosa 398. firmitas 447. frigida qualitas 238
terræmotus in resurrectione Domini factus 151
terram uiuentium quam Dauid intelligat 36
terrenis nos expelli atq; prohiberi, cur non ægrè feramus 67
à Terroribus liberatio 172
thalpioth quid 380
tharsis uocis significatio 417
thecla uirgo 435
theodorus beato itinere ad Deum abit 316
theodorus quid pro doctrina nobis reliquerit 316. quomō Maximiano responderit 315 (316
theodori magna loquendi libertas
theodori martyris cōfessio 315. laus 313. patria 314
theologia, mons arduus 511
θεὸς nomen unde dictum 367
therisstrum quid 413
thesaurus qualis sit nobis colligendus 4
thomæ incredulitas, nostræ fidei cōfirmatio 152
thus diuini numinis cultui cōsecratū 370. Deo quomō quis sit 370
thuris significatio 385. suffitus honori diuini numinis destinatus
per Thus quid significetur 370 (391
τὸ θυμούμενον 483
τὸ θυμοειδὲς quid 188
timiditati quomodo Christus medeatur 59
timor Domini castus 254
timor, initium sapientiæ 190
tintinnabulorū aureorum significatio 15. 315
in Titulo cur Solomonis auctoris facta mentio 328
tonitruum quid mysticus sermo nominet 105
tori regij pictura 367
torrens quomodo fiat 239
torum partis mentione facta, in sacris literis comprehendi 47
transformationis modus 262 (73
tributi tēpore cur Christus nascatur
tristicia mūdana mortis effectrix 39
tristicia per pœnitentiam cur salutaria ibid.
tristiciæ diuersa species ibid. diuinæ sintis, cur animæ salus 129
tristiciam mundanam mortem operari ibid. trinitatis quomō omnem actionem operetur 95
trinitas semper immutabilis & inalterabilis 298
trinitatis differentia 98. discrimen inconfusum 99
trinitatis ineffabilis societas 100
trinitatis hypostaseos causæ rationem discernere 98
in Trinitate quid cōmuniter considerandum 99
tritici generatio qualis 164. 165
troadę martyrium 310
tuba legalis, sermo 68
tubæ sonitus qualis edendus ibid.
tubas prophetarum & apostolorū cur lex corneas appellet ibid.
tunica pellicea cur homini data 124
tunica quam sponsa induit 405. ità exuit 405
tunicæ duæ non habendæ 405
turpitudini quis à Deo tradi dicatur 503
turris Dauidis 380

V

Vapor quid 234
uaporis materia in cōtrariā qualitatem mutata, an possint supra manere ille reliquiæ uaporis 236
circa Vaporē quæ considerētur 254
uapores in siccum & aridum mutati, an humorem minuant 235
uates quatenus fenestræ 358
uas uacuum quid per abusionem dicatur 184
ubera diuina cur longè uino humano præstent 330. diuinæ potestatis effectiones ibid.
uberibus unde alimentum suppeditetur 385 (428
uenatoriæ rei quis primus auctor
ueter perpetuus tributi exactor 189
uenter quid 428
uentris appellatione quid denotetur 428
uenustas diuina qualis 170
uer spirituale 361
per Ver quid significetur 360
uerni temporis pictura 358
uerbum Dei ensis appellatione denotari 370. gladius spiritus 16. quales speculatores requirat 403
uerbum siue sermo quid 244
uerba orationis, morbi animæ inhærentis curatio 20
de Verbis in hoc libro usurpatis quid statuendum 328
uerecundia mulieris uelamentū 377
ueritatis cognitio quibus sit lux 511. columna & firmamentū quis fiat
ueritatis definitio 499 (429
ueritatis iudicium fallax sensus 306
ueritatis mysterium prætantius cūctis omnia legis aromata 389
ueritatis prædicatio, tuba 511
ueritatem in dictis & splēdidam & illustrem conspici 425
aduersus Veritatem quicquid attollitur, barathrum 365
à Veritate non aberrandum 338
uerruca 190
uersionis non optimè factæ excusatio 335
uerticillorum medulla 381
uespere sabbatorum tempus 152
in quorū Vestigijs non sit oberrandum 338
uestimentum thurisimile, quid 391
uetus homo exuendus 405
ueteris hominis abolitio 262
uia quæ ad naturæ diuinæ cognitionem ducit cogitationib. inaccessa 56. quę naturam humanā ad cœlū subducat, quę sit 14
uiæ Dei inuestigabiles 133
uiam ad id quod speratur, per præsentem uitam fieri 122
per Victimarum mactationes quid significatum 390
victoriam sibi de hostib. precari 10
circa Victum sensibilem quomodo sinus affecti 44 (55
uidere in Scriptura quid significet
uidendi facultas cur in admirationem ueniat 454
in Videndi Deum promissione duplex intellectus 58
uiduæ filius uitæ à Christo restitutus 477
uigilantię consequendę ratio 402

Universidad de Deusto
Biblioteca



uigilantium fiducia oratio 7
uigilia resurrectionis imitamẽtum 166. repræsentatio 123
uinctorum relaxatio, oratio 7
uinea quid 337
uineæ fructus ibid.
per Vineam cur idem quod per paradisum sit intelligendum 336
uirga quid 415
uirgæ in serpentem conuersio 499
per Virginem quid intelligatur 329
uirginitatis sigillum oratio 6
uiri deliciæ quæ 136
uiri præstantissima laus quæ sit 291
uirorum magnorum uitæ nobis ad exemplum propositæ 501
uirorum præstantissimorum uitæ cur exquisitissimè perscriptæ 491
uirium conseruatio 44
uirium filij qui appellentur 13
uirtuosæ uitæ finis 526
uirtuosus quis sit 505
uirtus ab omni coactione libera 362
uirtus cur nõ iniuria tabernaculum nuncuperur 513
uirtus Dei in uirginitate informatur 73
uirtus ex studio & uolũtate æstimãda 51
uirtus generationis omnium causa 99. uirtus in solis materijs non spectanda 51
uirtus lubenti animo bonũ eligens & fumens, qualis esse debeat 17
uirtus medium inter duo extrema 394
uirtus quãdo uapulet 410. quæ secundum ueritatem est, bipartita 512. quid 199. quibus cõstet 516
uirtus tota quibus reb. conflctur 515
uirtus uera quæ 48
uirtutis actio laborẽ nutrit, uiresq; auget 519. assecutio laboriosa 135.58
uirtutis beatitudinem quid demonstret 140
uirtutis cogitatio iucunda 497
uirtutis diuisio qualis 31
uirtutis forma unde 468. finem cõprehendere impossibile 491
uirtutis & uitij contrarietas qualis 348
uirtutis inspectricis una ratio in patre, filio & spiritu S. 95
uirtutis motus qualis 37
uirtutis opus quale 38
uirtutis possessio qualẽ sensum suorum bonorum præbeat 48. possessionem satietate nõ terminari ibid. præstãtia 35. profectus 369
uirtutis scuto qui seipsum tutatur, nullis telorum ictibus eum tãgi 522. speciẽ quis in uita sua exprimat 435. studiũ in nobis existens, cur res firma & stabilis 48
uirtutis ueræ amorẽ in nobis quid excitet 468. una aliqua species à reliquis disiuncta, cur ipsa per se uirtus perfecta non sit 47
uirtuti quid consentaneum esse nequeat 465 (394
uirtutem à deitate separari nõ posse ad Virtutem aspirans rem propriã acquirit 48
uirtutem minarum metu colẽtium appellationes 440
uirtutem non habere dominũ 203. nullis terminis contineri 491
uirtutem qualem lex postulet 515
uirtutem uitiorũ affinitate utrinq; circumdari 524
in Virtute qui perfectionis terminus 490
uirtutum diuitiæ probandæ 32
uirtutum fructus quomodo furibus sit inaccessus 394
uirtutes quibus multipliciter operam damus, pro discriminib. affectionum uariè appellari 353
uirtutes, tentationum fluxus intra se non admittere 349
uita animæ, Dei participatio 155
uita beata qualis 290 quorum cognata & propria sit 135
uita corporis nostri quid 115. cur naturam punicorum pomorũ imitetur 515
uita duplex 43
uita futura qualis 211
uita hæc an uerum bonum sit 115. cur domus aliena 289. nostra mortua 411. per spem humanæ naturæ proposita 135. præparationis dies 509. qua per corpus fruimur quomodo diuidatur 27
uita hominis qualis 58. quomodo perficiatur 527. hominũ quatenus sylua 351
uita humana ab initio qualis 197. bullæ instar 180
uita humana diaria 24. in confinio boni & mali posita 65. mutationi semper supposita 497. qualis 37. quomodo à consuetudine bestiarum puræ seruari possit 23
uita immortalis quæ 116. uera beatitudo 31
uita in paradiso quæ fuerit 470
uita nostra à malo quomodo expurganda 21. in hoc mundo quomodo comparari debeat 355. in qua parte maximè peccet 50. post mortem qualis futura 329. quæstioni non exempta 166. quibus bonis exornetur 279. transitus 506
uita occulta præstãtior quam ea quæ apparet 284
uita pacifica nihil dulcius 61. placida quomodo transigatur 39. pręsens futuræ semen 285
uita quæ absque corpore exigitur qualis 121. quæ eligenda 393. quę in carne degitur, lamẽtationedigna 284. quæ per uirtutem transigitur, quid à uitiosa uita differat 219. quæ nam pudicitiæ custos 380. quæ secundum animũ exigitur, quomodo consideranda 27. quam à resurrectione uemus, angelorũ conditioni similis 355. quibus in rebus spectatur 289. quatenus dolium perforatum 289. 290
uita sempiterna, Deum uidere 55. sine quibus consistere non possit 115. superna à uitiositate pura 21. per bonam uoluntatem Dei prosperè exigi & regi ibid.
uita terrena multiformis uitiositatis reptationẽ in se admittere 4. uitiosa, forma aduersarij 59
uita utraq; cur ignoretur 212
uita utrum res talis sit, quæ in imagine boni consideturr 115
uitæ mortis commutatio quomodo fiat 411
uitæ bona 284. breuis & lõga, quę causa 131. breuitas & longinquitas cur à Deo detur 139. uitę caligi nosa species quõ in lucidã quandam gratiam commutetur 330. carnalis finis, augustioris uitę initium 285. cuiusq; conscientia necessariam facere misericordiæ petitionem 27
uitæ finis, mortis initium 491. uirtuti consentanea 390. qui expectatur, beatitudo 123. flores 360
uitæ huius tempus in prima illa institutione creaturæ cur per unam dierum septimanam sit completum 82. res transitoriæ 402
uitæ humanæ breuitas 85. conditio 22
uitæ in homine quod sit argumentum 489
uitæ mundicies non parua pietatis pars 512
uitæ nostræ author Dei sapiẽtia 208, facultates quot 485. in integrã restitutio cur comparatione ad angelos facta declaretur 467
uitæ præsentis & futurę alsimilatio 285
ad Vitæ præsentis mutationem sese discruciantibus quid accidat 121



uitæ perfectionem nullis terminis contineri 491. priuatio & alienatio ubi sit 135 puritas 435
uitæ spiritualis characterem in parte animi perspiciendi ui prædita lucere 348 superæ pulchritudo & ornamentũ 292. uia difficilis 177. beatæ quid proprium 107
uitæ cui nam effigies diuina imprimatur 59. cur mors connexa 123
uitę qui copulatur, de morte in uitã transit 329
uitam beatam cur consequi non possimus, nisi peccato moriamur 411
uitam carnalem exuens quibus bonis priuetur 284. corporeã præsentis duntaxat temporis esse 24. crassiorem in perpetua uicissitudine nunquã interquiescere 458
uitã diuinã per charitatẽ exigi 201
uitam in contrariũ scindi 50. in hoc seculo uariè à nobis exigi 27
uitam nostrã diuina uoluntate excidisse 21. prorsus alicubi esse, cur fit necesse 67
uitam quæ cum uirtute transigatur, qui summo studio apperant 208
uitam suauem quid faciat 508
à Vita terrena ad cœlestem quomodo quis transferatur 14
in Vita hac qui finis respiciẽdus 526. supernæ nullam uim uersari, quæ beatitudinẽ corrumpere possit 4
è Vita excedentẽ, qui lugent, qua de causa angantur 117
ex Vita hac demigrans quibus calamitatib. careat ibid. migratio, cur nullius boni sit priuatio 116. immatura ætate translatorũ qualis sors 133
uitiandi ratio qualis esse debeat 355. regulæ quales nobis à Domino in euangelijs præscribantur 262
in Viuendi facultate triplex discrimen 462
uitium unde existat 199
uitij diuisio 58
uitij natura quæ sit 203
uitia quæ in aqua submersa relinquere debeamus 507. quomodo in animos imprudentum pro bono se insinuent 470
uitiorum & affectuum causa 125
uitiorũ fugæ ratio qualis iniri debeat 14. necessarios usus quid faciat 125. origo 468. radix, inuidia 521. terrenorum fuga & uitatio, uia ad cœlum 14
ad Vitia expellendũ, quæ sufficiãt 59
aduersus Vitia quanta hominibus sit insita affectio 118
uitiosi cursus initium 491
uitiositas cur uita non sit antiquior 208. in multas species diducta 58. in quo suum esse habeat 201
uitiositatis generatio ibid. plena abolitio quando futura 70
uitium ad uirtutẽ collatum aut deficere aut excedere 524 (438
uitium culturæ quis primus auctor
uitulus aureus 496
per Visibile quid intelligendũ 134
uisio quomodo perficiatur 348
uisum effugientium contemplatio, oratio 7
unctio dignitatis signum 91
unctiõis usus apud antiquos ibid.
unigenitus Dei filius, excelsi dextera 499
per Vnigenitũ quicquid fit, ad patrem relationem habere 95
unguentum diuinitatis quale 351
unguentorum diuinorum odor 330
unguentorum fulcrum 333
unitas in natura diuina 387
unitas quid 219
unitatis nexus 441. numerus quid sibi uelit 441
uoluntas Dei 209. mẽtis sanitas 20 salus hominum 20. si in nobis fuerit, omne prauí animi propositum ad nihilum redigi 20
uoluntatis diuinę institutum 399
uoluntatis duplex motus 37
uoluntatis humanæ electio 347
uoluntatis libertas 491
uoluntatis uocabulum omnes uirtutes in se comprehendere 20
uoluntatem diuinã duplicem simulacrorum cultum ejicere ibid.
uoluntate bona excidisse, morbus animæ est in mortẽ desinẽtis ibi.
à Volũtate diuina omnia pẽdere 131
ex Voluntate nostra omnia dependere 52
uoluptas in homine duplex 401
uoluptas quæ maximè cauenda 525. quomodo hominũ delictis creuerit 468. quomodo humanæ uitæ cõmisceatur 28
uoluptatis affectus, bestia 23
uoluptatis diuisio 128
uoluptatis nulla satietas 47
uoluptatis omnis, coniunctus dolor 142
uoluptatis suasor serpens 22
uoluptatis uanitas 48
uoluptatem ad uitium facilè allicere 525
uoluptate aliqua omne peccatũ mitium 411
uoluptates nimiæ quomodo animum uexent 507
ad Voluptates luxosas qui inhiant, nunquamiatiari 502
uoluptatib. terrenis qui obruitur, ignis materiã sibi præparare ibid.
uonum cur orationẽ præcedere debeat 12
uotum quid sit ibid.
uox diuina qualis 240. Dei qualis 359. quid 224. quæ ad diuinas aures peruenire debet, qualis esse debeat 507. sermonis instrumentum 431
uocis edendæ ratio 431
uocis officinæ 453
uoces diuinæ præceptis similes 379
urnæ qui sint 514.
usitus hominis effictio 128
uxor quomodo diligenda 352

X

Xerxes pauperis cuiusdã munus quanta uoluptate acceperit 130

Z

Zachæi mutatio 262
zacharias cur à Iudæis trucidatus 71. cur Mariam à uirginũ cœtu in templo nõ segregarit ibid.
zacharias inter templũ & altare cæsus 69
zacharias non solùm sacerdos, sed etiã prophetiæ dono ornatus 71
zachariæ prophetiæ ibid.
zachariæ uxor sterilis, & decrepita filium parit ibid.
zizaniorum similitudinis confideratio 192
zodiacus circulus 241

FINIS.

BASILEÆ, PER EVSEBIVM EPISCOPIVM, ET NICOLAI FRATRIS HAEREDES.
ANNO M. D. LXXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPI SCOP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca